



17 voto 2 - S.



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35



R. 1063

ANNALES
ECCLESIASTICI
AB ANNO MCXCVIII.

UBI DESINIT.
CARDINALIS BARONIUS.
AUCTORE
ODORICO
RAYNALDO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO.

Accedunt in hac Editione.

NOTE CHRONOLOGICÆ, CRITICÆ, HISTORICÆ,

QUIBUS RAYNALDI ANNALES ILLUSTRANTUR, SUPPLEMENTUR, EMENDANTUR.

AUCTORE
JOANNE DOMINICO MANSI

LUCENS
CONGREGATIONIS MATRIS DEI.

Tomus Primus.



Dom. Fratta inv.

Carolus Pisarri inc.

LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI.

M D C C X L V I I .

DE SUPERIORUM LICENTIA.



JO. DOMINICI MANSI

CONGREGATIONIS MATRIS DEI LUCENSIS

In novam hanc editionem Continuationis Annalium Baronii ab Oderico Raynaldo
Taruviso Congr. Oratorii de Urb. presbytero confecta

P R A E F A T I O.



ISTORIÆ Ecclesiastice plenos absolutosque Commentarios. tradere dudum meditanti mihi, ut a Baronii Annalibus operis hujus mei exordium ducarem, prompta facilisque ratio suadebat. Ipsa enim rei æquitas postulare visa est, ut cui primæ in Ecclesiastica historia ex omnium confessione debentur, ille editionis hujus meæ primum & dignissimum locum obtineret. Baronio adjutor datus est Pagius, sive ut ea restitueret, quæ viro doctissimo, oscillanti interdum cum bono illo Homero, de quo in veteri paroemia, exciderunt; sive ut ea documenta sufficeret, quæ Baronii ætas nondum detexerat; sive tandem ut ea vindicaret, quæ Baronius scite affirmaverat, minus vero scite erudití quidam negaverant. Ipsi vero Pagio interdum labanti, quæ mortalis naturæ imbecillitas est; animadversionibus frequenter succurrentum fuit, quas vel ego, sociusque meus doctissimus Dominicus Georgius Rhodiginus, ille ex locupleti, ipse vero e paupere meo penu depropinquus, vel dives clarorum virorum eruditio suppeditavit. His munia præsidit Historia Ecclesiastica, primorum sæculorum tempora periculosa & obscura securè prætergessæ, ad annum usque 1193. feliciter pervenit, ad eam scilicet sæculorum lucem, in qua Baronii statutam minus graviter ferat, cum eo in loco constituta sit, in quo ipsa per se discernere valeat, ubi pede consistat.

Quamquam vero sic res habent fæse, haud ita tamen de eruditione ingeniorum que meo confidere audeo, ut absque certo duce quod reliquum est scriptorius usque fere ad nostra tempora perficiendum mihi spondere potuerim. Quin etsi ea omnia abunde mihi suppeterent, quibus destitutum me fateor; occupata jam ab aliis provincia, recteque administrata, ab incepto me desistere juberet. Ex iis vero plane multis scriptoribus, quos attexere Baronio merito potuisse, ipsa operis instituti ratio postulabat, ut cæteris recusatis, unum aliquem ex iis feligerem, qui eadem plane cum Baronio methodo res Ecclesiasticas per annorum series digestas tradiderunt. Igitur qui post Baronium Annales Ecclesiasticos scripsérint, omnino tres occurruerunt: Henricus Spondanus Apamensis Episcopus, cujus extant continuationis Baronianæ volumina tria sèpius edita; Abrahamus Bzovius Ordinis Prædicatorum, vir doctus, cujus Annalium Ecclesiasticorum opus ad annum usque 1560. perductum volumina novem implet; & Odericus Raynaldus Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii presbyter. Neque enim eorum habendam esse rationem puto, qui sive in epitomem redactos annales dederunt, ut Brietius, cujus sunt annales ad annum 1652. perrigentes, quibus adiecta est continuatio per totum annum 1692. tom. VI. in 8. Tursellinus breve Annalium Ecclesiasticorum volumen unicum in 8. reddens; Aurelius, cujus opus cum continuatione ad nostra usque tempora intra libellos tres in 8. continetur; & id generis reliqui. Negligéndos etiam illos duxi, qui fusius quidem, sed alio quam Baroniano sermone ac stylo digestam historiam tradiderunt ut Godeau, Fleury, cæterique.

De tibis vero Scriptoribus illis quem potissimum feligerem consulandum mihi diligenter, deliberandumque mature proposui. Henrici Spondani concinna brevitas, & in brevitate copiosa eruditio cum sermonis majestate placebat; sed & vicissim displicebat, quod brevitatem affectans anecdotas Romanorum Pontificum Epistolæ, quas habuit exploratas, nec aliunde repetendi facultas erat, & scripta alia ad historiam Ecclesiasticam apprime conducentia refecans, lectores earum rerum studiosos velut ore hiantes relinquere. Studio insuper partium addictior est interdum, quam ut historicum Ecclesiasticum deceat; notum est enim quam multus sit in Gallis suis defendendis; qualem in se querelam excitavit a Genuensibus, quos immerito ab eo traductos edito libro conqueritur Anonymus de Arminiis; ita enim se appellat personatus ille scriptor libelli: *Observationum ad Annales Ecclesiasticos Henrici Spondani &c. quibus expenduntur nonnulla ejusdem Spondani de aliquibus Principibus Nationibusque elogia*. An. MDCLVI. in 4. absque loci & Typographi nomine.

Abrahami Bzovii Annales, quantum in rebus Monachorum tradendis copiosi, tantum in rebus aliis Ecclesiasticis sunt parci. Quamquam adeo stricta colligatione inter Ann. Eccl. Tom. XX. † †

P R A E F A T I O.

dum Ecclesiae universae res cum Monasticis conjunguntur, ut qui Monastica tam diligenter persegitur Bzovius, optime saepe de historia universae Ecclesiae meritus sit. Id equidem accedit persaepe; nec item ego intentarem Bzovio, si Historiam Ecclesiasticam scribere aggressus in Monasticis sit nimius. Verum eo nomine vapulat a multis, quod ejus Annales Monasticarum rerum plenos manipulos, ceterarum vero Ecclesiasticarum spicilegum vix offerant. Vitio id vertit viro alioqui summo Illustrissimus Godeau in Præf. Hist. Eccl. & Abbas Lenglet de Fresnoy Meth. pour étudier l' Histoire t. 9 pag. 192. edit. in 8. an. 1735. in Catal. Aut.

Utroque igitur Annalista seposito, unus, quem eligerem, supererat Raynaldus, non quod ab illo natus omnes abesse recognoscere, sed quod dignorem existimaverim ut adjungeretur Baronio, cuius vestigia ceteris pressus calcavit, utpote qui non eidem tantummodo methodo instituit, sed Baroniana plane ratione ex ipsis Romanorum Pontificum epistolis anedotis Historiam suam intexuerit. Multa infuper eruit e pluribus & archivis Ecclesiae Romanæ, iussu Innocentii X. Pont. Max. illi referatis, ex quibus Annales supra reliquos historicos locupletavit. Quare Historiam Ecclesiae superiorum saeculorum qui sine Raynaldo descendam sive scribendam assumeret, hunc multa laterent & minus explorata multa præterirent. Hinc nobiles post illum Scriptores Ecclesiastici Raynaldo saepius, quam ceteris aliis Scriptoribus utuntur, quod ex uno Eleury discere licet, cuius utramque paginam Raynaldus implet. Ipse etiam Baluzius, quamquam Raynaldo iniquus semper, & ultra modum aequitatemque infensus, in notis tamen ad vitas summorum Pontificum qui Avenione resederunt, eo magistro se plura didicisse, ad ejus Annales frequenter provocans, demonstrat. Merito igitur Lenglet, ubi supra, Annales Raynaldi valde utiles pronunciat eo vel maxime quod thesauri Vaticani gavis ditatur, multaque sincera & archetypa veteris avi documenta expromat.

Potro Odericus Raynaldus vir fuit & pietate & literis probe excultus. Editus est in lucem Tarvisii, parentibus ingenua nobilitate claris, An. Christi 1595. ut me per literas admonuit P. Alexander Mazoleni Oratorii Vallicellani Presbyter amicus meus doctissimus & suavissimus. Studiorum suorum cursum in Patria coepit, Parmæ prosequutus, Patavii tandem absolvit. Eo confecto Romam venit, ubi hortatore P. Julio Savioli, Oratorii Vallicellani S. Philippi Nerii sacerdote, idem vita institutum aggressus est An. 1618. Compositam ibi ad pietatem indolem, magis magisque explicuit studio & diligentia P. Petri Consolini (quanti virum nominis !) cui tyronis institutio commissa est; eo enim formante, in virum docilem, benignum, religiosum, modestum, temperantem evasit. Præter Deum & Santos omnes, S. Thomani Aquinatem coluit impense, cuius sacra aram in Templo S. Mariæ ad Minervam quotidie invisebat; ejusque præsentem opem tunc maxime sensit, cum e sacra illa visitatione rediens casu in terram prolapsus ac rhede rota transvectus, illæsus evasit. Amplo patrimonio usus est ad Templorum splendorem, egentiumque solamen, quos & moriens hæredes nuncupavit. Instituti sui leges sancte custodiit, & servari curavit intactas, illud frequenter inculcans: *Nihil innovetur, sed observetur antiquitas.* His virtutibus exteris placuit, placuit & suis, quibus deferentibus, totius Congregationis regimen cum laude administravit sexennio. Demum placuit & Deo, qui, ut credere par est pluriū annorum stipendiis emeritum militem suum ad cœlestem palmam vocavit, an. 1671. die xxii. januarii. Hæc ipsa, quæ de viri egregii gestis attigi, posteritatis memorie perennata sunt in lapide, quem SS. Trinitatis de urbe Sodales in pariete anterioris triclinii Xenodochii sui suspenderant. En illum;

D. O. M.

ODERICO RINALDO NOBILI TARVISANO.
CONGREGATIONIS ORATORII DE URBE PRESBITERO.
BIS PRÆPOSITO.

INGENUO. VERACI. JUSTO. HOMINI IN OMNIBUS VIRO.
INSTITUTI SUI AD SENECTAM ET SENIUM OBSERVATORI
TENACISSIMO.

LAUDIS FUGA. REPUDIATIONE DIGNITATUM.
SUI IPSIUS DESPICIENTIA.

CHARITATE IN PAUPERES. PIETATE IN SACROS
SANCTORUM CINERES.

ZELO IN SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ JURIBUS TUENDIS.
LABORE IN COMPILENDIS BARONII ANNALIBUS.
ERUDITIONE IN CONTINUANDIS
MEMORANDO.

ARCHISODALITAS OPULENTI SIBI LEGATI IN
SUBSIDIUM CONVALESCENTIUM
RELICTI MEMOR POS.
ANNO DOMINI MDCLXXXIII.

P R A E F A T I O.

Nihil de singulari Viri doctrina attigi, qua tamen eximia præstissime oportet, cum memoria valeret ad miraculum, aptus pro re nata ad opinionem suam assertandam Theologorum longam seriem producere, ipsis eorum verbis, veluti de præsenti scripto recitatis. At quorsum de scientia Viri singulari quæramus, cum Annalium volumina sint in promptu? Dum adhuc mortales auras spiraret, nec ætate erat imbecilli, sed laboris adhuc paciente, Antistitum Oratorii suasionibus & imperio, va- cuam Baronii morte neglectamque diu provinciam, quam Baronius ipse moriens fo- ciis ejusdem instituti diu obnixeque commendaverat, suscipere coactus fuit. Admove- dæ ad scriptionem manui præsto erant relicte a Baronio schedæ, aderantque subsidia- riæ archivorum Vaticanorum opes, quibus adjumentis primum tandem Operis volu- men produxit, quod tertium & decimum Annalium Ecclesiasticorum (duodecim prio- ribus a Baronio absolutis) inscribendum censuit; quo pariter indicio intelligunt eru- di, id unice cordi fuisse Scriptori optimo, ut coeptum, nec perfectum, Baronianorum Annalium Opus prosequeretur. Prodiit volumen illud An. 1646. in fol. Romæ typis Mascardi, historiamque complectitur ab exordio Innocentii III. usque ad absolutum Innocentii IV. Pontificatum: ab An. scilicet 1198. usque ad 1254. Baroniano usus ex- emplo duplum Operi patronum quæsivit, ambosque peculiari epistola compellavit. Sub ipso enim operis vestibulo offert se nomen Innoc. X. Pont. Max. cui primum moliminis sui conatum auctor consecrat; progressisque ulterius occurrit epistola ad Cardinalem Panfilium, quem operi suo patronum alterum conciliavit. Post primu illud, per tem- porum intervalla, cetera lucem aspicerunt. Secundo adscriptus est annus 1548. tertio An. 1652. quarto idem An. 1652. quinto 1659. sexto 1659. septimo 1663. octavo 1663. Atque hic constitit Raynaldus, nec ulterius prosequendi spem ullam sibi supereffe (si- ve quod decrepitæ ætatis imbecillitatem sentiret; sive quod vita sua tempus in ar- etum colligi intelligeret) eo apertissimo indicio demonstravit, quod, veluti confessum Annalium suorum epitomen, octo voluminibus in unum contractis, typis commi- serit, evulgaritque Rom. An. 1667. typis Mascardi in fol.

Verum cum longius quam pro opinione protrophi sibi vitam sentiret, cœpit de- resumenda scriptione cogitare, multaque jam habebat in promptu, cum morbo con- fectus & senio mortalem vitam absolvit. Jacturam deplorarunt Eruditi eo luctuosius, quo amissam sibi spem lugebant excipiendi Historiæ Tridentini Concilii, quo usque in vulgatis Annalium tomis Raynaldus historiam suam perduxerat. Quorum levando dolori sedula Patrum Oratorii cura providit, certo cuidam viro e cœtu suo imposi- to onere affectum a Raynaldo volumen complendi, recensendi, tradendique typis, quod brevi absolutum prodiit, signaturque Annalium Ecclesiasticorum volumen XXI. distin- dum in partes duas, totidemque volumina referens. Annus vulgati Tomi hujus ge- minati in fronte quidem 1676. & 1677. adscribitur; sed approbatio Censorum signa- tur Anno 1685. & 1686. quo & re ipsa prodiit. Bipartiti hujus voluminis auctor, si famæ creditur, extitit Patriæ meæ Vir eruditus, Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Romæ instituti Sodalis.

Ita demum absoluti vulgatique Operis judicium varium fuit Eruditorum, & mul- tiplex, pro vario eorum studio & ingenio. In eo tamen omnes facile convenerint, ut sicut Baronio multum concedit Raynaldus; ita & Raynaldus inter Annalistas Baro- nio succedaneos primas tenet. Quem proinde Scriptorem offarentem sibi annalium suorum volumen primum Innocentius X. Pont. Max. gratius exceptit, ornavit laudibus, ac Vaticanæ Bibliothecæ præfectura præmii loco donasset, nisi viri modestia æque ac doctrina singularis oblatam recusasset. Abbas Ferdinandus Ughellius Ordinis Cisterciens- sis, vir doctrina & librorum editorum gloria conspicuus; in censura eorumdem Anna- lium præfixa volumini XVII. quod est operis Raynaldi tomus V. testatur Opus id esse felici- methodo styloque Baronianæ sinceritatis summe elaboratum. Inter insignes Viros, qui post Christum natum in Orbe claruerunt a Ricciolio Chron. Refor. tom. 3. pagin. 266. ad- legitur. Virum Orbi literario ob insignem erudititionem notissimum, & de Ecclesia Catho- licæ longe meritissimum, cuius commodis Annalium Baronianorum continuatione tam egre- gie consuluerit, appellat Marcianus Memor. Istor. della Cong. dell' Oratorio Tom. IV. pag. 138. Sapientissimus Annalium Baronianorum continuator est Papebroc. in Paralip- ad Propyl. pag. 103. Edit. Antuerpiensis. Adde Balbinum e Societ. Jesu scriptorem, insignem in Quæsitis Orat. pag. 124. ubi cum dixisset Bzovium non omnibus placere, addit: *Ætate nostra in hoc sacro laudabilius & proprius ad Baronii mentem, quippe ex relictis ab eo chartis, eademque methodo, ut epistolaris ac proinde majoris aucto- ritatis foret historia Odericus Raynaldus versatus est, aliquot voluminibus Annalium evulgatis.* Nobile hoc Raynaldi elogium recitavit Fabricius Biblioth. Græc. tom. XII. pag. 169. cui & geminum profert ex Baluzio his verbis: *Virum eloquentissimum & ve- ritatis amantissimum vocat Stephanus Baluzius in notis ad Vitas Paparum Avenionen- sium pag. 1084.* Vereor tamen, ne viro ingenuo fucus factus sit ex arte viri callidi & dicacioris. Quo enim in loco Baluzius virum eloquentem & veracem Raynaldum appellat, ibi doli mali & animi nequioris reum illum tenet. Quin & in Indice, quem libro illi suo Baluzius adjunxit, locum designat ubi Raynaldum virum optimum ap- pellat, quem locum si adieris, intelliges profecto optimum eo sensu hunc appellasse.

Ann. Eccl. Tom. XXX.

Ni-

t 2 quo

P R A E F A T I O.

quo Cicero Verrem, bipedum omnium nequissimum, boni viri elogio frequenter matat.

Quamquam vero laude sua fraudari Scriptorem nostrum cum viris plurimis doctissimis injustum repto; adhuc tamen nonnulla præfert, quibus justissimam criminandi causam æmulis suis prebeat. Partium studio plus forte nimio addictus est, quo nomine male audit apud Gallos in magno illo schismate duorum prius dein trium Pontificum, iis faventes, qui Avenione sedebant. Illos enim vehementer adeo perstringit Annalista, ut hæreticos crederes non catholicos impugnari. Poterat ille quidem Urbani VI. partes tueri, in quas Romanam Ecclesiam semper inclinasse censebat; sed in re non clara moderatione opus erat. Baronius, cui in Romanam Ecclesiam studium fuisse ingens nemo prudens negaverit, affirmasse fertur eruditissimo amico suo P. Sirmundo, teste P. Brietio Annal. tom. 5. ad An. 1378. *Nihil se æque reformidasse, quam pervenire ad hoc tempus, de quo quid statuendum, non esset libere pronunciaturus.* Intr'a prudentem hanc hæsitationem si se continuisset Raynaldus, acres illas Baluzii censuras, quibus mordetur in notis ad Vitas Paparum Avenionensium, evitasset. Fœde etiam, quamvis minus meritus, profcinditur a Gallo illo Scriptore libelli *Recueil de diverses pieces pour les defences de censures de la Faculté (de Paris) contre le livre de J. Vernant, d' Amedeus Guimenius.* Quod enim Raynaldus in tom. XVIII. Annalium Academæ Parisiensis Doctores paulo liberius objurgasset de appellatione a Decreto Romani Pontificis ad futurum generale Concilium, decoquere id non valens libelli Scriptor multa & indigna in Annalistam nostrum evomit. Hæc aliis in Raynaldo displicent; mihi vero quid carpendum sit paucis expedio. Paulo accuratiorem in chronologicis rationem habitam velle; ea enim neglecta, fit interdum, ut unam eamdemque historiam bis succedentibus annis repetens, ex una geminas efficiat. Anno 1225. combustos Lutetiae hæreticos quosdam narrat; idem repetit anno succedenti; crederes duas narrari historias, cum eadem ipsa sit. De Parisiensibus Conciliis bis per duos succedentes annos repetitis, vide quæ inferius adnotabo. Annorum etiam exordia, quæ alii in Januario, alii in Martio ponebant, Annalistam nostrum non frequenter diverterunt a recto. Turbat etiam non semel narrationis ordinem, ut quæ posteriora sunt tempore, hæc in Annalibus teneant priora. Denique criticæ artis minus peritus vera passim & ficta, certa æque ac incerta, omnia iisdem coloribus pingit, efficitque ut fidem iis etiam, quæ vera narrat, suspendas, metu ne forte dubium aliquid pro vero admiseris. Huic vitio, quod sœculi potius quam Scriptoris nostri dixeris, pro mea virili medendum in adnotationibus meis suscepisti. Antequam vero de adnotationibus hisce rationem reddam eruditis Lectoribus, juvat varias Raynaldini hujus Operis editiones pro more nunc familiari & laudabili recensere.

Annalium Oderici Raynaldi editiones rarae hucusque numerantur. Præter Romanam illam An. 1646. cœptam, & An. 1667. absolutam, nulla occurrit ante Colonensem anni 1694. Nulla deinceps alia post secundam illam apparuit. Nec præla magis fatigavit ejusdem operis epitome Latina, quam statim post octo Annalium volumina Raynaldum evulgasse Romæ superius indicavi. Haud plus aliquid positum est operis in recudenda Italica eorum Annalium epitome ad An. usque 1534. pertingente, quam ipse per se Author adornavit produxitque Romæ tribus tomis in 4. An 1670. typis Valesianis. Hæc ipsa iterum elegantissimis typis descripta cum adjœcta Baronii Epitome vernacula, quam Raynaldus bipartito volumine jam An. 1641. ediderat, quatuor in fol. volumina implens recusa est An. 1683. non quidem Romæ, ut præfert inscriptione, sed Venetiis typis Balleonianis.

Has omnes Raynaldi Editiones nostra hæc Lucensis excipit, in qua Annales Ecclesiastici dantur, non illi tantummodo, quos Author ipse per se Romanis prælis evulgit; sed & cum additamento voluminis illius bipartiti, quod post ejus obitum ex reliktis ab eo schedis Anonymus auctor, ejusdem Oratorii presbyter, compegit. Quæ absoluta, Index generalis omnium simul Annalium Baronii, Raynaldi, Pagii, & Notarum omnium dabitur. Curatum est, ut Editio hæc emendatissima prodiret, corredis iis, quæ Auctor ipse emendanda in calce voluminum Romanæ editionis monuerat. Latinæ Epitomis volumen producturo auctori, addenda quedam succurrerunt in ampliori Opere omisa; hæc pariter ne in Editione hac Lucensi desiderarentur, sedulam operam impendi; quamquam nolens in ipsum Annalium contextum manum inferre, additiones hasce in subjectas adnotationes reiicendas censui, diverso tamen charactere descriptas, quo indicio Lectores intelligerent me ibi aliena dare, non mea. Cæterum in hac ipsa Lucensi Editione novo plane cultus ornamento paret Raynaldus. Exhibit enim perpetuas notas, quæ rerum ab authore scriptarum historiam illustrant, supplent, emendant. De illarum pretio quid existimandum sit, Lectorum esto judicium, quod post accuratam earum lectionem æquissimum ferent. Quæ interim de illis scire eos cupio, pacis hic exponenda.

Adnotationes ex me alias & alias Lectores quique, pro vario eorum studio, indele, regione, ac religione expeterent. Horum enim alii optarent maxime, ut in stabilendis magis magisque Religionis Catholicae Romanæ dogmatibus, sumpta apte, occasione, laborarem. Quibus ego repono, me adnotationes in Historiam Ecclesiasticam

P R A E F A T I O.

sticam scribere, non disputationem aliquam dogmaticam; & si forte interdum dogma aliquod in Annalibus sese offert, huic fulciendo rationes & argumenta vulgaria Raynaldus assert; accuratori discussio longius me traheret, quam adnotationum limites paterentur. Si quod tamen occurrit, in quo stabiliendo Annalista minus operis posuerit, tunc ego opportune manum admovi, ea suggerens, quæ validiora judicabam. Sunt qui mallent Raynaldi emendationem in iis, in quibus partium studiosior est, tunc saltem quando de re quapiam lis est inter Catholicos; ut cum agendum fuerat de legitino Pontifice stabiliendo in schismate trium Pontificum. Sed quorsum isti? numquid vellent me Annalistæ partes deserere, ut suas amplectenter? Quo jure, qua persuasum ratione? Ipsi quidem suas afferunt; sed & vicissim Annalistæ se &atores suas; singuli probabiles, nemo certas; cui potissimum parti militet veritas, nemo adhuc dispexit. Audi S. Antoninum vicinum eorum temporum Scriptorem, Hist. part. 3. tit. 22. cap. 2. Multæ disputationes factæ sunt circa istam materiam, multi libelli pro utriusque partis defensione..... nec umquam sic potuit quæsto illa decidi, quin semper remanerent apud plurimos dubia. Quid ego opinionem pro opinione permutaverim? Anne forte, ut alterius partis favorem inanem captem, alterius vero invidiam gravem & minus necessariam incurram? Tueatur igitur sententiam suam Annalista, defendant alii oppositam; ego utrorumque certamina, velut ex edito quadam loco securus prospiciam. His ergo omnibus valere jussis, cum studiosis Historiæ Antiquitatisque Ecclesiastice agam familiarius. Ex me expectare illos moneo Annalium Ecclesiasticorum emendationem, si quid forte errati inter legendum deprehendi. Detxi vero quam plurima in chronologia, in geographia nonnulla, in historiæ veritate frequentia. Eorumdem etiam Annalium illustrationem curandam suscepisti; ut cum jejunum nimis & mancum in historia rerum majoris momenti se præbet Annalista, huic ego plenis manibus accurri, ea supplens, quæ a coœvis Historicis expedita in rem conferre judicavi. Id vel maxime servandum mihi sumpsi in elogiis historicis singulorum Pontificum describendis, quibus singulorum ingenia moresque vivis coloribus exprimenta curavi, ne vitiis quidem aliquorum dissimulatis; ita tamen ut quæ forte per columnam ab æmulis objecta compéri, hos ego veluti nævös tollere studuerim. Qua in re operam me haudquaquam infelicem posuisse confido in apologia pro Innocentio III. quem parum adfuisse quin suppliciis damnatorum æternis addiceretur, ex visiunculis nonnullis adstruere quidam nituntur; & pro Clemente V. quem non bonis artibus sacram dignitatem obtinuisse Johannes Villanus Florentinus eorum temporum historicus, accusat. Consilium pariter & mihi fuit augere pluribus historiam Conciliorum Oecumenicorum, quam fuse descripsi; plura afferens quæ in historiis Conciliorum huc usque vulgatis minime offendas; nec prætereunda censui Concilia provincialia ab Annalista omissa, valuitque plurimum ad intentum Labbei editio Veneta haud ante multos annos a Colero vulgata. Longe tamen plura mea industria conquista sunt, quorum historiam hic paucis expedio; acta vero fusiora in meo ad Concilia Veneto-Labbeana Supplemento, quod modo sub prælo sudat, & volumina forte aliqua implebit, propediem sperare Eruditos jubeo.

Nec ita me intra Annalium Raynaldi fines continere proposui, quin pro re natata alio etiam excurrerim. Sæpe enim volo ex me expectent studiosi correctionem, emendationem, illustrationem Labbei, sæpe Pagii in Breviario Pontificum Romanorum, Ciaconii ejusque correctorum Oldoini ac Victorelli, Baluzii, Fleury. Interdum & heterodoxos Scriptores Lenfant, Basnagium, Duplessium reos teneo. Cum enim absolutissimos Historiæ Ecclesiastice commentarios dare constituerim, non ejus tantummodo, quem ducem sequor; sed & eorum omnium, qui in eadem Historia tradenda versati sunt, rationem habendam judicavi. Erunt fortasse plura, quæ ex me vicissim repeat posteri; errores & ipsi meos detegant & carpant. Quid ni? id ut fiat etiam atque etiam rogo, quo vel meæ famæ dispendio id tandem obtineatur, ut Historia Ecclesiastica illud perfectionis culmen attingat, quo nihil supra.

Hunc ergo scopum in Adnotationibus hisce adornandis mihi præstitui; ex quo plura advenisse historiæ Ecclesiastice commoda, nescio an vanus adulator, mihi oblandior. Nam præter pauca illa, quæ superius in transcursu indicavi, chronologiam Ecclesiasticam sexcentis fere dicam mendis inquinatam repurgavi. Conciliarem præfertim, quam turbatam, sicut præteriorum sæculorum, ita etiam præsentium usque ad sæculum XV. offendit. Fateor equidem unius vel alterius anniculi mendum esse; sed mendum tamen, quod Annalium confusionem, historiarum quorumdam monstra perperit. Non semel enim ex hac chronologiæ trice provenit, ut singulare aliquod Concilium, vel historia bis repetita, in duo perperam diffecaretur. Ita Concilia Parisiensia duo, aliud anni, 1404. alterum 1408. ex hallucinatione hac chronologica distincta fuisse in nota ad An. 1404. demonstro. Persimile sphalma chronologicum alia duo invexit Parisiensia Concilia, alterum Anni 1527. aliud An. 1528. cum reipsa semel tantummodo An. 1528. Patres convenerint, ut ego in nota ibidem. Sed & alia sunt, quibus in hac conciliari syntaxis opera provisum est; nam præterquam, ut innui, chronologiam habent intricatissimam, sæpe etiam historia rerum in illis gestarum mendosa est & manca; sæpe erratum est in nomine loci, quo Patribus in.

P R A E F A T I O.

indictum est. An. 1235. Moguntiae habitam Synodum legimus, cum re ipsa Francofurti patres coiverint. In An. 1586. Ravennatense pro Foroliviensi Concilium; in An. 1310. Bononiense pro Ravennatensi irrepsisse demonstro. Sæpe tandem, ut jam innui, nova & hucusque incognita Collectoribus Concilia revelo. Quæ enim editio sive Labbei, sive Luparea, sive Veneta, sive Martenii indicavit Synodum Græcorum Anni 1223. Laudensem Anni 1227. Senonensem, 1228. Sylvanensem 1228. Moguntinam, 1239. Bituricensem & Valentianam 1240. alteram Bituricensem, 1243. Willariensem, 1244. Hafniensem 1258. Danicam 1267. Ad Castrum Gontheri, 1278. ad Weddel in Dania 1281. Aquilejensem 1282. Constantinopolitanam, 1283. Andegavensem 1291. Spalatinam 1292. Genuensem 1293. ut de aliis sequentium sæculorum fileam? Hæc omnes & aliæ plures in sedibus suis collocatae a me hic describuntur.

Series etiam Patriarcharum Constantinopolitanorum tum Græcorum, cum Latinorum correctissima est in Annalibus cum adnotacionibus meis conjunctis, quæ apud Raynaldum, adscitis aliunde nominibus ignotorum hominum, inferciebatur. Hierosolitanorum vero Latinorum Patriarcharum chronotaxis hic purior quam apud ipsum Papebrochium, qui de hoc arguento peculiari scripto, præfixo volumini III. de Actibus Sanctorum mensis maii, differuit. Exulare enim iusso Thoma quodam, atque, Wilhelmi Patriarchali dignitate, qui Thomam præcessisse hucusque reputatus est, Willem inquam ad annum usque 1270. deducto, tota Patriarcharum series native fluit. Sunt etiam qui ex me vellent certiores hæresum quarumdam epochas constitutas; illorum ego vota pro virili expleturus Dulcinianorum, Beguardorum & Beguinorum, Lutheranorum, Calvinianorum, aliorumque origines investigavi, dogmata ab Annalista non satis extricata explicavi, corumque omnium certas epochas assignavi.

Ratio pariter mihi est habita de religiosorum Ordinum crepundiis, epocha, authore, propagatione, Apostolicæ Sedis confirmatione, ac tandem de quorundam stegmate in sigillis repræsentato scitu digna notavi. Lege quæ differui de originibus Ordinum Prædicatorum, Minorum, SS. Trinitatis Redemptionis captivorum, Servorum B. M. V. Jesuitarum &c. quæ tandem de stegmate Ordinis FF. SS. Trinitatis in medium produxi. Scriptores, virique cæteri sanctitate vel meritis in Romanam Ecclesiam clari illaudati abire nequaquam permitti sunt: eorum fatis, rebus gestis, libris tandem quos evulgarunt, expansis. Anonyma quædam opera auctori suo, me primum prodente, adscribuntur. Ex me ex. g. scient eruditus opus illud Gallicum, quod nomine continuatoris ad Historiam Willelmi Tyrii PP. Martene & Durand Veter. Monum. T. V. vulgarunt, ipsum esse Bernardi Thesaurarii, cuius Gallicum opus F. Pippinus Ordinis Prædicatorum scriptor, Latinis literis traditum, & a se passim interpolatum reddidit, ac sub Bernardi Thesaurii nomine Muratorius rer. Ital. Tom. VII. vulgaravit. Placitura etiam Eruditis confido ea, quæ de duobus Nihemiis inter se non confundendis omnium primus ego commentatus sum.

Ecclesiastice quædam origines novam hic lucem accipiunt; Tiara Pontificia tripli distinta circulo; flos ille quem Pontifex olim quarta Quadragesima Dominica per Urbem equitans gestabat; ensis quo in pervigilio Natalis Domini virum aliquem summum Pontifex donabat; lacticinorum esus in Quadragesima olim in Germania vetitus; mos anathema solemini ritu pronunciandi in Hæreticos, aliosque flagitosos die Cœnæ Domini; Jubilæi singulis centenis annis institutio, & alia sexcenta.

Solemnium etiam Festorum quorundam sive origines, sive propagationes novas hic detego, ceu festi Nativitatis B. M. Virginis, Transfigurationis Domini nostri Jesu Christi, & alia plura. Omitto cætera vel minus necessaria, vel quorum narratio prolixior præfationis hujus modum excederet. Rei periculum ipsi per se faciant Lectores, intelligentque, nullis me pepercisse laboribus, quo opus veritatis atque eruditionis ornamentis excultum, delicatulos difficilesque criticos, pellectu suo alliceret.

Præter hucusque explicatas adnotaciones meas in fine totius operis appendicis loco dabuntur Baluzianæ adnotaciones ad Baronii Annales, quæ e MS. codice prodierunt in novissima Annalium ejusdem Baronii editione a Veneris typographis curata. Cum vero adnotaciones illæ partim contineant variantes lectiones ex eo productas, quod vetera documenta a Baronio vulgata, cum vetustis MSS. Codd. Baluzius iterum contulit; partim vero historicæ sint, sphalmata quædam Baronii corrigentes; in hac Lucensi editione variantes majoris momenti servantur; ex notis historicis illæ tantummodo parebunt, quæ non itidem in Pagio recurrent. Quæ enim Pagius æque ac Baluzius vidit & emendavit; in hac editione in qua Pagii curæ exhibentur; cur molesta crambis ex Baluzianis recoquatur?

Superest, fontes indicem, unde rivulos derivare succurrit, quibus areolam meam irrigarem. Nec sane ambigere Eruditos credo, quin in opere isto compingendo negligisse me putent recentiorum illorum scriptorum adjumenta, qui hucusque argumentum idem vexarunt, Spondani, Bzovii, Fleury, Baluzii, Pagii. Horum ego laboribus profeci, hos exscripti, cum Annalibus Raynaldinis contuli, & inter dissidentia, quæ probabilissima essent, selegi. Consului & Raynaldi nostri epitomem Latinam ab eo confessam, in quam operis jam absoluti additamenta quædam conjectit; eademque ego in notis meis dedi, additis animadversionibus, si quas rei opportunitas postulabat,

P R A E F A T I O.

bat, ne quid desiderandum studiosis relinquem. Præter recentiores, ipsa etiam per me veterum coævorumque scriptorum volumina evolvi & consului. Adita sunt Vetera monumenta Martenii cum ejus Anecdoto; grande opus & Ecclesiastice eruditio- nis veram sagenam ex omni genere piscium congregantem! Actuum Sanctorum collectio insignis volumina non pauciora xxxviii. iam attingens. Aditi & Italicarum rerum scriptores Muratorii xxvii. volumina complentes, quibus accesserunt ejusdem Auctoris Antiquitates Italicae medii ævi volum. vi. Inde mihi Historiarum Italæ certior & plenior cognitio, quæ ex historicis exteris jejuna plerumque incerta & confusa petitur. Non defuit Lunigii Spicilegium Ecclesiast. septem compactaque in folio volumina æquans, Ludevvig Reliquæ X. tomorum in 8. Schannat Vindemiæ, & traditionum Fuldensum, opus utile; Baluzii Miscellanea per VII. in 8. volumina distri- buta; Muratorii Anecdotorum volumina V. in 4. Dacherii Spicilegium notissimum opus; Mabillonii Vetera monumenta; Petri Canisi Veteres lectiones ex Basnagii edi- tione; Matthæi vetera Analecta tom. X. in 4. Hugonis Sacræ antiquitat's monumen- ta tom. I. in fol. Menckenii rerum Germanicarum Scriptores, itidemque Freheri Scri- ptores rerum Germanicarum. Ex Græcis præsto fuit Historia Byzantina. Res Turci- cas ex Abulpharajo aliisque Arabicis Scriptoribus Latine & vernacula redditis didici. Quæ proprius ad nostra tempora accesserunt, Historicis ætatis illius de beo Segnio, Var- chio, Du Tillet, Gobelino, Burneto &c. Ne quid dixerim de epistolis Cardinalis Poli, de Vita Pauli III. Pont. Maximi, quæ duo una cum aliis quamplurimis Emin. Cardina- li Quirino eruditione non minus quam purpura insigni literatus orbis accepto referre debet. Ita pariter gratus commemooro epistolas Leonardi Aretini, Colucii Saluta- ti, Vitam Nicolai V. ab eruditis quibusdam non ita pridem vulgatas. Hæc specimi- nis gratia indicavi; longe enim plures Scriptores miti consulendi fuerunt, ut opus seu molirer seu molitum expolirem. Hæc vero scire ex me Lectores volui: quibus tandem peroratis, nuncupatisque VOTIS XX. MULT. XXX. illis omnibus, quorum adspirante favore pelago huic me primum commisi, eoque velificavi, quo optatum jam portum prospicio, Præfationi huic mee finem impono.

LEONARDUS VENTURINI TYPOGRAPHUS

L E C T O R I.

Quemadmodum ii solent, qui longæ ac difficilis peregrinationis viam pluri- mam sunt emensi, apto quodam in loco paulisper consistere, ubi fessas iti- nere vires recreent, dulci interim commemoratione percensentes, quæ le- vandæ molestiæ habuerunt adjumenta, quos viros offenderunt benignos, quos asperos, quorum humanitate usi sunt ad hospitium; ita pariter & mi- hi nunc, editionis meæ ceu itineris spatio jam plurimo decurso, accidit. Hunc ego locum elegi, ut aliquantis per subsisterem, gratosque interim de beneficis patronis, adjutoribusque meis cum benevolis lectoribus sermones conferrem. Immensi operis consilium grande, arduum, difficile per multis agitatum annos, validisque adversariis oppugnatum, tandem occipi, manu operi admovi, eoque jam perduxii, quo de exitu, ultra mihi desperandum non sit. Numquam vires suppetiissent tantæ, ut ut eo devenirem, nisi quos habui itineris instituendi auctores, illos & prosequendi incentores, adjutores, fautores naetus suissem. Omnia primus insigni est laude cele- brandus Benedictus XIV. Pont. Maximus, qui mihi se olim in moderata fortuna Me- cenatem; nunc vero in summa dignitate nra Mecenatem tantummodo, sed plane Benedictum pontificem exhibet, benignum, liberalem, munificum. Hic, si consultore indigebam, consilio astitit; si incentore, institutus laudando, suadendo; si adjutore, manu, voce, scriptis epistolis profuit. Est hoc gloriæ maximo Ecclesia Principi apud optimos rerum æstimatores, ut quæ sincera sunt Ecclesiæ commoda, hæc ab optimo Pon- tifice magno studio promoveri intelligent. Erit etiam laudi apud seros posteros, qui epocham memorabilem reformatæ historiæ ecclesiastice sub Pontifice Benedicto XIV. collocandam neverint.

Egregium optimi Patris exemplum, sicut & reliqua omnia præclara, imitatus est Joannes V. Lusitanæ Rex P. F. A. in quo sicut & reliqua virtutes summæ, ita sum- mus erga opus istud meum favor & propensio. Nihil profecto ad benignantatem adiigi- majus potest supra eam, quam filio meo Salvatori Marie Venturini. impendit, cum Ulyssiponem venientem, ut opus tanto Regi dicatum meo nomine redderet, non se- mel regio aspectu & alloquo dignatus est, significavitque probare se consilium, o- pus, editionem, omnia. Nihil ad munificentiam accedere potest augustius quam quod contulit, mihi referendum munus, regia liberalitate plane dignissimum. Vellem pro impensis beneficiis parem grati animi significationem rependere, sed tanto pondere, opprimor; & Principi privatus concedo. Deus ambos hosce patronos eximios, Ponti- ficem & Regem sospiter, quo ad multa paris exempli decora reserventur. Sospitet & regiam Lusitanicam familiam, regios Infantes, regiumque Fratrem, qui oblatum opus

P R A E F A T I O.

opus exceperunt, approbatione, favore, auro promoverunt atque juvarunt. Regium quidem hunc favorem ipsum per se acre Principis ingenium, quo optima quæque statim distinguit ac bene dispositam voluntatem trahit in amorem, operi quidem meo conciliasset; sed confirmarunt tamen auxeruntque optima apud illum officia Reverendissimi P. Joannis Baptiste Carbone Societatis Jesu Theologi. Is est vir cui summam in toto Lusitanico regno auctoritatem conciliavit & regia Principis gratia, & totius Aulæ Lusitanicae æstimatio cum doctrina & humanitate conjuncta, quas omnes dotes in editionis hujus meæ commodum, utilitatemque convertit. Profuit etiam eques Commendator Sampajus Lusitanus, qui in Romana Urbe Regis sui negotiis invigilat ea diligentia & fide, quam Rex suus probare semper, & Aula Romana admirari visa est. Vir iste eximus, petente Cardinali Gentili, curam sibi assumpsit Regi suo porrigendi supplicem libellum meum, quo tanti Principis patrocinium novæ huic editioni implorabam.

Post Principes summos ingrati animi notam incurserem, nisi insignium quoque virorum erga me opusque meum studia commemoraverim. Atque inter eos mihi grata semper erit memoria Josephi S. R. E. Cardinalis Firrao, non ante multos annos ingenti bonorum omnium luctu defuncti; ille enim operis suscipiendo consilium promovit, & si quæ in exequendo occurrerant impedimenta, auctoritate sua omnia submovit, defensoremque se strenuum, & patronum sollicitum exhibuit. Vivunt adhuc, vivantque diu Nereus Corsinus, Antonius Zaverius Gentili, Pompejus Aldovrandi, Joseph Accoramboni, Silvius Valenti Gonzaga, Jacobus Oddi S. R. E. Cardinales amplissimi, quos in effigiem ecclesiasticorum Principum egregiæ virtutes, & erga Historiam hanc ecclesiasticam laudabilis amor efformant. Singuli enim per se quisque aliquid operi huic promovendo contulerunt, viros potentes in ejus auxilium invitando, apud exteriores scriptis epistolis commendando, viva denique voce manuque juvando. Vota sunt etiam mihi nuncupanda pro salute Marcelli Crescentii & Joannis Baptiste Barni S. R. E. Cardinalium, qui cum legatione Apostolica fungerentur, ille quidem in Gallia, hic vero Madriti, quid non egerunt ut editionem hanc meam promoverent eruditisque omnibus commendarent? Noscit Gallia Annales Ecclesiasticos editionis meæ, noscit Hispania, id unice amori diligentiae virorum istorum debo. His omnibus accedit Rainierius Card. Simonetti, cuius pristinum favorem in hanc editionem expertus sum magnum; maximum sperare in futurum suadet adjecta nuper tanto viro dignitas, cum antiqua humanitate conjuncta. Neque eos denominans, quidquam detracatum opto laudibus totius Sacri Cardinalium Collegii, quod mire in hanc meam editionem propensum gratus agnosco.

Sunt equidem his omnibus inferiores, sed in nostrum commodum gradu consistunt æquali; Illusterrimus & Reverendissimus D. Bernardus Cangiani, Bovianensis Episcopus dignissimus, qui nihil sibi fecit reliquum, ut opus longe lateque promulgaret, omniumque manibus tereretur: Reverendissimus Pater Magister Nicolaus Ridolfi & sacra Prædicatorum familia, & Palati Apostolici, ut vocant, Magister, qui editionem hanc meam non voce tantummodo & plausu, (quæ tamen in viro summo maximi habenda sunt) sed opere ipso probavit. At quorū ego! Immensus fuerim, si clarissimorum virorum, quos habui instituti mei consortes, nomina singula recensenda suscepimus. Parco labore meo, parco illorum modestiæ, quos tamen nosse velim, me, si minus chartis, certe tamen memori in pectore descriptos tenere omnes, apto demum tempore proferendos.

Æque tamen cum ingratissimis ingratus haberer, si pressum silentio tenerem nomen P. Joannis Dominici Mansi Congregationis Clericorum Regularium Mairis Dei Licensis, cuius erga editionem hanc merita opus ipsius predicit. Si quo enitet splendore, si quo eruditio apparatu spectandam se prodit, si quo novitatis pelleat allicit, id unice viri egregii studio referendum est. Vetus illud ingensque eruditorum studium erga Baronii Annales intepuisset jam, nisi nova veluti fomenta præbuissent Illustriss. Dominici Georgii Rhodigini viri doctissimi, de quo satis in præfatione ad Annales ipsos Baronii nostræ editionis, ejusdemque P. Mansi accessiones eruditissimæ. Raynaldi Continuatio in bibliothecarum pulvere obsqualuisse, nisi operi detergendo laborem industriamque suam vir iste indefessus contulisset. Eo igitur nomine sit mihi ille inter patronos meos singulares adlegendus, rogandus insuper, ut qua cœpit proximitque opus, eadem pariter diligentia ad exitum usque perducatur. His ita peroratis, obligataque insuper fide mea lectoribus de excundo opere recens fusis characteribus, optimaque insuper charta, sumptibus minime parcens, quo eruditis quam commodissime serviam, nunc tandem intermissum paulisper iter resumo.



ANNALES ECCLESIASTICI.



(a) Jer. c.
I.

R D U A M provinciam suscipere jussus Jermias, (a) suavissimis hisce verbis: *Ne timeas tecum ego sum, recreatus, jacentem a nimum excitavit, qui ad divini majestati imperii metu perhoruerat. Cujus ego oraculi memor, impositum difficillimum munus perduendi ad nostrum usque sæculum Ecclesiasticam historiam, quam Cardinalis Baronius duodecim voluminibus est prosequutus, quibus tot veluti sideribus Ecclesiæ Dei illustravit, eamque firmissimis propugnaculis contra hæreticorum impetus communivit, divinæ opis spe confirmatus suscepit, quamvis operis difficultate initio depressus animus langueret. Numquam enim illud attingere essem ausus, nisi congregationis nostræ patres, quibus Baronius absolvendæ Eccle-*

siaстicæ historiæ provinciam amplissimæ hereditatis loco se relinquere testabatur, non modo precibus, verum imperiis etiam vim intulissent. Rem igitur aggressurus, divini numinis, cuius gloriæ elucubrationum mearum labores devovi, opeи supplicibus votis expeto, Beatissimæ que Virginis, intercedente S. P. Philippo Neri, ipsius cultui, dum in terris agebat, addictissimo, suffragia imploro. Cum enim condendorum Ecclesiasticorum Annalium auctor Baronio extiterit, atque ita scribentem suis apud Deum precibus juverit, obiicientes se illi difficultates submoverit, levarit labores, ac sub onere interdum fatiscentem confirmarit, ut jure (fatente ipso Cardinali) operis parens dici posse videatur; ne quoque illud assumentem, eadem studii contentionem, qua olim Card. Baronium, nunc proiecturum spero.

JESU CHRISTI
ANNUS
1198.

I.
Innocen-
tii III.
creatio.

INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
I.

VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANGELI IMP. 4

Perit novum anno supra millesimum centesimo nonagesimo octavo indictione prima splendorem Innocentius III. in augustissima Petri sede collocatus, qui rerum gestarum magnitudine plurimum Romanorum Pontificum in augenda Christi gloria, revocandis ad Sedis Apostolicæ obsequium schismaticis, proferenda ad exterias gentes religione, amplificanda que Ecclesiæ majestate, labores æquavit. Extulere ipsum ad amplissimam dignitatem præclare virtutes, insignia doctrinæ ornamenta, adiumentaque naturæ, quibus non impar ad sustinendas totius orbis curas animi robur adiecerat, ob quæ licet ætatis suffragio careret, annos triginta septem tantum natus eadem die qua exequiæ Cœlestino Tertio sacro ritu Ann. Eccl. Tom. XX.

persolutæ sunt, nimirum vi. id. Januar. prætermisis Cardinalibus senioribus inter se de Pontificatu certantibus, (b) se-
cunda omnium gratulatione, Apostolicis & Baron. infulis invitatus, ac renitens decoratus est. Gefferat antea Cardinalitos apices sub titulo diaconiæ SS. Sergii & Bacchi, ac magnos ad amplissima quæque munera capessenda spiritus e claris natalibus comitum Signiæ hauserat, fueratque a Transimundo patre optimis moribus excultus, atque in celeberrimis postea academiis, scientiis perpolitus, cuius vita primordia depingit anonymous auctor, qui ejus gesta accuratissime ac summa fide, ut testatur Baronius, usque ad annum ejus Pontificatus undecimum tradidit. Quæ cum nos una cum Innocentii epistolis contulisti.

CHRISTI
1198.

INNOCENTII III. PAP.
I.

VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANGELI IMP. 4

lissimus, in nullo a veritate defletere, comperimus, extabant antea in bibliotheca nostra Vallicellana, in manucripto codice ex pervetusto volumine Avenionensis tabularii descripto; nuper vero una cum ejusdem Pontificis regestis, XIII. XIV. & XVI. ex MS. bibliothecæ collegii Fuxensis Tolosæ, sodalium illius opera typis mandata fuerunt. Hæc igitur auctor de primis Innocentii vitæ auspiciis, corporis forma, animi egregiis dotibus, claritate generis, delibavit:

II. Natalium claritas.
Forma corporis.
Animi virtutes.
Educatio.

Innocentius III. ex patre Trasimundo de comitibus Signiæ; matre vero Clarina de nobilibus viris; fuit vir perspicacis ingenii, & tenaciæ memoriae, in divinis, & humanis literis eruditus, sermone tam vulgari, quam literali discretus; exercitatus in cantilena, & psalmodia; statura mediocris, & decorus aspectu; medius inter prodigalitatem, & avaritiam, sed in eleemosynis, & victualibus magis largus, & in aliis magis parcus, nisi cum necessitatibus articulus exigebat: severus contra rebelles, & contumaces, sed benignus erga humiles, & devotos: fortis, & stabilis, magnanimus, & astutus, fidei defensor, & hereticis expugnator: in justitia rigidus, sed in misericordia pius; humilis in prosperis, & patiens in adversis; naturæ tamen aliquantulum indignantis, sed facile ignoscens. Hic primum in Urbe, & deinde Parisis, tandem Bononiæ scholasticis studiis insudavit, & super coetaneos suos tam in philosophica, quam in Theologica disciplina proficit, sicut ejus opuscula manifestant quæ diversis temporibus edidit, & dictavit, &c. Percenset ejus elucubrationes, de quibus nos extremo Pontificatus ipsius anno opportunius differemus. Utriusque etiam juris scientia effloruisse, non modo Baronius in schedis, quæ apud nos extant, observavit, verum ejusdem Pontificis sapientissima responsa ac decretales ab eo datae epistola in omnium oculis collocarunt: quæ Jordani antiqui historici verbis cuius ingens opus antiquitus exaratum in bibliotheca Vaticana asservatur, (a) confirmanda videntur: Hic subtilis fuit valde, tam in jure, quam in theologia, & factus Cardinalis, in moribus & scientia gratus fuit nimis. Pergunt gesta:

(a) Bibl. Vatic. n. 2960.

Hunc sanctæ memorie Gregorius VIII. Papa in subdiaconum ordinavit, & Clemens III. Papa promovit in diaconum Cardinalem, vigeſimum nonum etatis annum agentem, assignans ei ecclesiastam sanctorum Sergii, & Bacchi, cuius ipse fuerat diaconus Cardinalis. Proficiebat autem sicut ætate, sic & probitate coram Deo, & omni populo, ita ut omnes de sui sublimatione præsumerent, & sperarent; infra biennium autem, postquam promotus fuit in Cardinalem, præfatam sanctorum Ser-

gi & Bacchi ecclesiastam, quæ nimis erat deformis & ruinosa, ut magis crypta, quam basilica videretur, suis sumptibus restauravit, parietes erigens, & renovans tectum; super novos gradus construens altare, novaque pectoralia faciens ante chorū; statim autem postquam fuit ad Apostolatum assumptus, jussit fieri ante ipsam ecclesiastam porticum columnatam de bonis quæ in Cardinalatu contulerat sibi Deus, multis mirantibus in novitate sua tantas invenisse expensas, cum manus suas ab omni turpi munere excusisset, nullam a quoquam

Illius integritas.

donationem, vel promissionem accipiens, antequam ejus esset negotium terminatum, nihil exigens a quoque; via regia semper incedens, non declinans ad dexteram vel sinistram; inter fratres sine querela conversans.

Quod ad diaconiam pertinet SS. Sergii & Bacchi, cuius Innocentius titulum in Cardinalatu gessit, ea adeo temporum injuria eversa est, ut nulla pene illius ruderat superfluit. Sita erat inter Severi Imperii triumphalem arcum & Capitolium, quam Baronius multis ante annis collapsam ac profanatam se vidisse afferit, quæ quanta magnificencia ac cultu assurget, ex ejusdem Innocentii ad clericos illius ecclesiastica data epistola (b) colligi potest. (b) Inno. Præterea Innocentium, antequam Cardinalis diaconi dignitate fulgeret, in basilica S. Petri canonicum extitisse, ipse testatur (c) in epistola ad canonicos illius data, cum jam Pontificias infulas a deputus esset. Emensus etiam erat alios honorum gradus, ac munera obierat, in quibus divina illum providentia ad omnium augustinum pro dignitate gerendum expoliebat: de cuius creatione ac nonnullis illius præfagiis hæc vitæ illius auctor monumentis propagavit:

Defuncto igitur Cœlestino cum quidam Cardinalium se contulissent ad * septa Solis * septem lis monasterii, ejus causa ut liberius & se- Solia.

carius ibi possent de successoris electione tractare, ipse cum quibusdam aliis apud basilicam Constantianam voluit decessoris obsequiis interesse: quibus honorifice celebratis, ipse cum illis ad prefatum locum accessit, missarum solemnissimæ in honorem sancti Spiritus a solis ibidem Cardinalibus celebratis, cum ad tractandum de substitutione Pontificis consedissent, placuit omnibus in communis, ut ad terram humiliiter inclinati singuli pacis osculum sibi darent, & oratione premissa examinatores fuerunt secundum morem electi, qui sigillatim votis omnium percutatis, & in scriptum redactis, examinationem factam retulerunt ad fratres: & quoniam in eum plurimi convernerunt, licet tres alii fuissent ab aliquibus nominati, post disputationem inter eos super ætate habitam, quia tunc erat annorum triginta septem, omnes tandem con-

Eligendi
Pontificis
antiqui
ritus.

sen-

Ante
pontifica-
tum di-
ctus Lo-
tharius.

Ea etiam quæ de miraculis ipsis fuerant nobis exposita, per iuramentum omnium predicatorum, qui propter hoc venerant, fide suscipimus, pleniori assertione ipsius episcopi sub sermo verbo sacerdotis requisito, in virtute obedientiae concurrente, ut sic divinum, & humanum secuti iudicium, cum majori procedere securitate non possemus. Cum igitur haec omnia tam de probitate morum, quam virtutis signorum, ad favorem petitionis, pro qua episcopus membratus, & alii supradicti ex parte vestra vehementer instabant, concurrere videremus, de fratrum nostrorum consilio post multam deliberationem habitam cum eisdem archiepiscopis, & episcopis, quos super hoc ad consilium nostrum admisimus, de divina misericordia, & ejusdem sancti meritis confidentes, ipsum sanctorum catalogo duximus ascribendum, statuentes ut in die depositionis ipsius, ejusdem festivitas devote a vobis, & aliis Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur. Inde est quod universitatem vestram rogamus in domino, & monemus, per Apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus ejusdem sancti memoriam (prout dictum est) cum celebritate debita venerantes, ejus apud Deum suffragia humiliter imploretis, per cuius merita ad gaudia æterna pertinere valeatis. Datum Lateran. II. idus januarii. Hactenus Innocentius. Recitatur etiam hujusmodi diploma in Bullario (b) Lazert. nuper edito, corrigendum tamen est collector, qui datum ponit vigesimo secundo t. I. p. superioris anni die, quem adnotavit: ubi 35. enim in regesto II. idus januarii habetur, legit ipse undecimo Kalend. januarii, deceptus vel quod ita legatur in exscripto a Surio exemplo, vel quod datum dicatur Pontificatus anno primo. Innocentii Pontificatus annos ab VIII. Kal. Martii quo die consecratus fuit, numerari coepisse nulli dubium est, siveque II. idus januarii anni Domini 1199. in primum In-

(a) Apud Surium 13. nov.

XXII.
Petrus Parentius Urbiveteri præficitur.XXI.
Miraculorum testes sacramento obstricti.

Parentii virtus, inque pauperes amor.

nocentii incidit. Cæterum S. Homoboni festum XIII. Novemboris celebratur, quo feliciter ad Deum migravit, ut in ejus (a) actis scriptis a canonicis ecclesiae Cremonensis habetur. Atque haec de indulgentis hoc anno ab Innocentio III. imperitis dixisse sufficerit.

Verum illustrissimo confessori fortissimum Christi martyrem adjungamus, qui eodem anno pro fide catholica Urbe veteri mortem oppetiit. Fuit is Petrus Parentius, cuius res gestæ ab ejus temporis auctore conscriptæ in tabulario illius ecclesiae asservantur, e quibus decerptum delibatumque exemplum in Vallicellana bibliotheca nostra extat. Rem vero, uti gesta fuerit, adducemus, cum præsertim haec nondum, quod sciām, in lucem emanarint. Manichæorum impura hæresis adeo Urbevetere invaluerat, civesque corruerat, ut illius nefarii sectatores non solum insultarent catholicis; verum etiam aperte in eos minas jactare, irasque effundere auderent. Quare orthodoxi ad Apostolicam sedem firmissimam contra hæreticorum vesanos impetus arcam, ac præsidium configurere, atque ab Innocentio missis in Urbem nuntiis supplices postulant, ut periclitanti, & ruenti civitati magistratum præficeret, cuius opera hæretica nequitia præfocaretur, ac radicitus evelleretur; quem autem, quantumque virum hoc ipso anno accepit, quidve ipse præstiterit, sic tradit auctor: A populo itaque Romam transmissi nuntii Urbevetanorum, accepere Petrum Parentius exultanti animo in dominum & rectorem, quem & sumimus Pontifex approbat, injungens eidem in remissionem peccatorum suorum civitatem Urbevetanam a fermento hæresis expurgare, denuntiando eidem, quod si propter hoc mortis sustineret periculum cœlestis regni acquireret præmia sempiterna. Hic autem erat ætate juvenis, sensus canitatis senex, sermone fuscundus, proposito constans, ingenio perspicax, memoria tenax, rerum communium diligentissimus custos, in tenenda uniuscu-

jusque justitia firmus, in fide catholica defendenda firmissimus, largissimus in elemosynis exhibendis, ita quod quando contingebat ipsum per civitatem Romanam cum aliquo equitare, si rectores poterat hospitalium invenire, inquisito pauperum numero diligenter ad eorum emenda cibaria occulte pecuniam exhibebat, & postmodum hora comedionis solus revertens, pauperibus quasi famulus Domini serviebat. Hic etiam decimas exsolvebat, præter Romanorum, Tuscorum, & aliorum consuetudinem improbandam. Vocato itaque Petro Parenti ab Urbevetanis in dominum, & rectorem, anno Domini 1199. mense Februarii receptor est ab Urbevetanis magnus, & immunitis * cum olivarum, & lauri ramis, * magnis cum gaudio, & honore; plane pacifice o- & juvelivæ filio pacis, triumphalesque lauri triumphum de hæreticorum perfidia acturo debebantur.

Et quia venerat pacem subditis mini- strare, ipsius officium a pace sumpsit ini- tium commendandum: prohibitum enim Urbevetanos in carnisprivio a bellorum con- flictibus abstinere, quia eo tempore sub ludi Tumul- tuantes compri- mit Parentius.

Ut autem melius posset hæreticos de agro Ecclesie falce justitia resecare, cum Hæresim episcopo Riccardo frequenter habebat con- fiditum in majori Ecclesiâ, circa eum locum aggredi- adhærendo, * sepulcrum, in quo ejus cor- pus modo permanet tumulatum. Postmodum autem plurimorum habito consilio sapientum, in publica statuit concione, ut si quis infra diem statutum, ad Ecclesiam, quæ gremium suum non claudit redeuntibus, remcaret, & episcopi obediret mandatis, veniam & gratiam mereretur: qui autem redire ante præfixum diem contemneret, pa- nem exciperet legibus, & canonibus con- sti-

NOTÆ [1] Itera hic indicatae Innocentii ad Viterbienses integræ recitantur in annalibus contra- tis in hanc sententiam:

Clero & populo Viterbiensi.

De communi fratrum nostrorum consilio, assensu quoque archiepiscoporum & episcoporum apud sedem apostolicam existentium districtus inhibemus, ne quis hæreticos exceptare quomodolibet vel defendere, aut ipsis favere vel credere quoquomodo presumat: præsenti decreto statuentes, ut si quis aliquid horum facere forte presumperit, nisi primo secundore commonitur a sua super hoc curaverit presumptione cessare, ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia vel consilia civitatum, nec ad eligendos aliquos ad bujumodi, nec ad testimonium admittatur: sic etiam instabilis, nec ad hereditatis successionem accedit. Nullus præterea ipsi cogatur super quo- cumque negotio respondere: quod si forsitan judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmatatem, nec causa aliqua ad ejus audienciam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitus sint momenti; sed cum autore damnato damnentur, in similibus idem etiam præcipimus observari. Si vero ele- ricus fuerit ab officio & beneficio deponatur, & in quo maior est culpa, gravior exerceatur u- ditta. Si quis autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati contempserit evitare, anathematis

INNOCENTII III. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

<sup>(a) Lib. 2.
ep. 1.</sup> *stitutam. Distinxit sane eo tempore Innocentius severissimas leges in hæreticos, quæ in litteris (a) ad Viterbienses datis continentur. Subdunt gesta quo zelo episcopus hæreticos Parentio detulerit; ille vero eos mox variis poenis affecerit: Episcopus vero exardescens contra Manichæorum perfidiam, vehementer testimonia hæreticorum ab hæresi ad catholicam rediuntum unitatem recepit sollicitudine pastorali, & Petro Parentii presentavit: hic alios alligavit ferreis nexibus compeditos, alios censuit publice verberibus flagellandos, alios extra civitatem coegit miserabiliter exulare, alios pœna multatavit penitentia, que amissa veris lacrymis ab avaris possessoribus deploratur; ab aliis acceptit pignora copiose, domos etiam fecit dirui plurimorum. Rector itaque nostra civitatis via regia incedendo, nec ad sinistram nec ad dextram declinabat. Hæc zelo Catholicæ fidei æstuans novus Phineas, hoc ipso anno quadragesimali tempore pergit.*

^{xxiv.} *Dum ita ad convellendam, obruendam quo hæresim impetus suos divinæ afferendæ gloriae zelo inflammatus converteret, subiit animum visende patriæ cupiditas ut resurrectionis Dominicæ festum cum suis celebraret; cumque Innocentio III. suum deferre obsequium in votis gereret, eidem ab Ecclesia D. Petri ad Lateranensem eunti prope D. Danielis Basilicam occurrit, cui Summus Pontifex sereno, atque exorrecto vultu: *Volumus, Petre, ut nobis exhibeas fidelitatis jurementum, ex quo nostræ civitatis regimen suscepisti.* At Parentius mox ad pontificia exequenda imperia paratissimum se exhibuit, significavitque ita se exagitasse hæreticos, ut sibi mors ab iis pertimescenda videretur, cui tum Innocentius, si is casus contingenteret, Apostolica auctoritate omnium criminum veniam imperit: quam vocem Parentius veluti suæ mortis præscius gratissimo animo provocatus in genua exceptit, ac domum profectus concepto incredibili subeundi martyri ardore testamentum condidit: quare cognita, uxor, materque repentina iudeu brutæ, in gemitus, suspiriaque fesse effuderunt; mox ille divino actus spiritu, fundendi pro Christo sanguinis cupiditate incensus, Urbemveterem se contulit, atque a catholicis magnificientissima pompa exceptus est: contra hæretici*

Parentius suam mortem præfigit.

urgere nefaria meditata confilia, insidiæque ejus vitæ moliri cœperunt; eo enim vivo stare hæresis non poterat, omnesque ejus radices ac fibræ excindendæ penitus, atque evellendæ erant.

Corrupere hæretici promissa ingenti vi auri servum nequissimum, Radulphum nomine, alteri Judæ perfidia simillimum, qui in tempesta nocte dominum crudelissimus ipsorum manibus prodidit mox illi furiis perciti Martyrem circumdedere, utque pignora ab hæreticis accepta redderet, atque hæreticas partes se defensum sacramento polliceretur, incusso crudelissimæ mortis terrore adigere relutanter sunt conati, quibus ille pignora quidem restituturum spopondit, nullo vero metu de catholicæ fidei constantia dejestum iri respondit. Cumque ipsum frustra concutere hæretici niterentur, alii in iras efferati iætibus caput contundere, alii gladii latera perfodere, quam sibi inflictam mortem generoso animo pertulit, seque divinæ victimæ instar numini obtulit. Expleto furore hæretici exanime corpus in proximum puteum delicere, lapidibusque obruere meditati sunt, sed divina providentia nullo conatu sacras exuvias loco dimoveri passa est, atque ad illustrandam Martyris gloriam ingens aliud miraculum explicit, ut nux arbor arida cui Martyris augustæ reliquiæ incubuerant, eo anno bis fructum afferret.

Mox divina ultio in omnes ejus mortis conscos fese effudit, ut brevissimo tempore tristissimo mortis genere consumarentur, sed maxime in Radulphum proditorem desævit, cujus nefandum cadaver cum sepulcro mandatum fuissest, adeo intumuit, ut terræ grave admodum esset, effusisque visceribus ita inficeret aerem, ut crudelissimo pestis genere corrupti incolæ passim letho absumerentur, quo illi animadverso, funestum cadaver inde effodi, atque alio procul abiici jussere, quo facto truculenta illa pestis grassari desit. Sed a lugubribus scelestorum suppliciis ad Martyris præmia, ac gloriissimos triumphos oculos convertamus. Inventum a catholicis sacrum ipsius corpus ingenti pompa funebri elatum est, ac post multos dies non gravem modo ullum odorem afflavit, sed corruptionis expers, atque ita tractantibus molle, ac si viveret, repertum, quamvis tunc maxima ætas arderet, ac levi panno seri-

co

NOTÆ *se noverit sententiam incurrisse. In terris vero temporali nostra jurisdictioni subjectis bona coruus statuimus publicari; & aliis idem fieri statuimus per presentes; & principes seculares quos ad id exequendum si forte negligentes extiterint per censorum ecclesiasticum remota appellatione compelli volumus & mandamus. Dat. Later. VIII. Kal. Aprilis pontificatus nostri anno I. Hæc Anna-lista quem tamen extra suas sedes has literas retulisse ex adscriptione temporis quo consignantur exploratum est. Annus enim Innocentii primus cum VIII. Kal. Aprilis conjunctus annum præcedentem denotat, quo epocham suam a consecratione die IX. Kal. Martii inchoavit. MANSI*

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

<sup>(a) Lib. 2.
ep. 1.</sup> *Data re-surgendi optio martyri. co tegeretur; quod vero majorem longe admirationem concitare potest, recipienda præstata mortalitatem a numine data optio est, cujus miraculi ædituus vir pius testis extitit, qui vocem hanc cœlitus missam: *Vis resurgere Petre inaudiuit,* atque aliam respondentem, nolle se præteritæ vitæ pericula adire. Sed ne hæc via ac commentitia putentur, quæ unius vel paucorum testimonio fulciantur, edit Deus, ad Martyris sui in luce collocandam gloriam plura prodigia, ut cum præsentibus interdum tribus vel quatuor hominum millibus, qui ex variis locis confluerant, in gentilitio Martyris scuto in ecclesia appenso divinitus nova fulgere lumina visebantur; interdum extinctæ faces subito spectante maxima populi multitudine accendebantur, plures ægri e morbis, quorum pertinacia omnia remediorum genera eluserat, præstata valetudini restituebantur; alii vero qui Martyris collectam apud Deum gratiam irriferant, justis ac repentinis pœnis affiebantur.*

<sup>(b) Lib. 2.
ep. 1.</sup> *Hisce atque aliis prodigiis, ad quæ spectanda maxima undique populi multitudine concurrebat, oppressa est extinctaque Urbeveteri heresis, quæ trucidato Martyre majori furore grassatura putabatur: nec non ad eam evertendam Innocentius acerbissimas leges fulminavit, quæ in litteris ad Viterbienses datis (a), in quorum urbem fœse ea pestis insinuarat, continentur.*

Nec in finitos modo, sed in remotissimos quoque hæreticos Apostolica sollicitudine pugnandum Innocentio fuit, maximeque adversus Metenses quosdam, qui ut pravarum opinionum virus impenitæ plebeculæ sub scientiæ fuso infunderent, sacra Biblia in lingua vernaculari traduxerant: unde mox scientiæ opinione inflati quique e fœce populi, atque in audaciam elati, sacerdotes contemnere, detrectare eorum imperia, clandestinos cœtus celebrare, prædicandi verbi divini munus sibi arrogare cœperant; adversus quod malum, salubre adhibiturus remedium Innocentius, legatos ad Metenses misit, qui versionis novæ auctorrem, atque ejus consilium inquirent, tum literas Apostolicas ad cives dedit, (b) Lib. 2. (b) quibus commendato sacrarum literarum studio monuit, ne se impostorum nequitia in fraudem induci paterentur, qui in auro poculo instillare errores solebant, tum eorum laicorum arrogantiam damnavit, qui ab Ecclesiæ præsulibus non missi promulgandi verbi divini præviciam invaserant; non esse cujusque in id officium ac munus se ingerere, qui si divinitus missos se esse jaſtarent, vel sacris oraculis, quæ in ipsos congruerent, D. Joannis exemplo vel editis mi-

raculis comprobarent, alioquin in numero impostorum habendos, qui temere ad circumveniendos simplices, suisque imbuedos erroribus se divino agi spiritu effutire consueverunt.

Disseminandæ hæreseos occasionem arripuerat zizaniorum auctor cum gravi diffensione Imperium Germanicum, ad quod tunc Metæ spectabant, arderet. Eruperat enim anno præterito civile bellum, cuius in dies incendiū magis magisque grassabatur, motusque crebris populorum gemitibus Innocentius malo affere remedium decrevit, atque Conrado Maguntiae archiepiscopo & Sabinensi episcopo Cardinali, qui magna apud Germanos auctoritate florebat, ac nondum ex Oriente, quo ad Leonem Armeniæ Regem corona ornandum se contulerat, erat reversus, scriptis, ut qua fide & constantia olim Ecclesiæ fluctuant adhæserat, nunc illi adcesset, atque in causa exortæ Philipum inter Othonemque discordia sedis Apostolice sententiae accommodaret, ac sibi obnoxios populos ad eum Imperatorem salutandum obstringeret, quem Romanus Pontifex jure electum agnovisset.

Archiepiscopo Maguntino, Episcopo Sabinensi.

Solidata in devotione (c) sedis Apostolice fides tua, & in obsequio ejus probata tempore juventutis, non deficiet, immo proficit fortius in ætate matura, nec frigescet etiam frigescente corpore, sed die in diem amplius incalescet. Qui enim, cum Petri quondam navicula jactaretur fluctibus, & venti & mare insurgerent contra eam, ita ut nunc de scopulosis fluctibus pendere videretur in præcepis, nunc inter intumescentes undas, imas formidaret arenas, cum Reges terræ ac principes astitissent in unum adversus eam, & Christum ejus, illi fideliter, & inseparabiliter adhæsisti, pro ea in mortem & in carcerem ire paratus, nec minas Principis, nec latentes insidias, nec proprium exilium expiavescens; jam nunc cum cadentibus, fluctibus, & vento spirante proprio æqua-^{(c) Cod. neg. imp. ep. 1.} ra noscitur sulcare pacata; & Petrus veteri timore deposito, super undas maris incedat, quis te poterit a charitate sedis Apostolica separare? Sane nec persecutio, nec gladius, nec famæ, nec aliud te ab Ecclesiæ devotione divellet, in qua post summum Pontificem locum nosceris præcipuum obtinere: fortis est enim ut mors dilectio, & dura sicut infernus est æmulatio, nec aquæ multæ possunt extinguere charitatem.

Unde cum inter cœteros fratres nostros apud nos primus existas, licet a nobis, eti non mente, corpore tamen multo spatio separatus; in arduis tamen negotiis, quæ nobis incumbunt, tuo uti voluimus

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

Philip. a
Tarant.
arch. co-
ronatus.

XXX.

mus consilio, & favore. Noveris igitur, immo jam nosti, quod post Henrici quondam Imperatoris decepsum vota se principum divisorunt, ita quod quidam eorum Othonem H. quondam ducis Saxoniae filium, quidam vero Philippum quondam fratrem dicti Henrici Imperatoris nominarunt in Regem: venerabilis autem frater noster Coloniensis archiepiscopus, & alii, qui in nominatione predicti Othonis favorem praesliterant & assensum, congregato exercitu obfederunt pariter Aquisgranum, & eo capto, predicto Othoni in sede posto Augustali dictus archiepiscopus regni coronam imposuit, sicut ad ipsum de jure dicitur pertinere, qui in die electionis sua apud Coloniam de conservando jure Romanæ Ecclesæ, & aliarum etiam ecclesiarum per se ipsum præstitit juramentum, & postmodum etiam se astrinxit juratoria cautione, quod ecclesiæ & principibus, quæ dicti Imperatores injuste abstulerant, restitueret universa: pravam etiam consuetudinem relaxavit, per quam iidem Imperatores bona ecclesiasticorum principum decadentium occupabant. Dictus vero Philippus & qui eum nominarunt Regem, venerabilem fratrem nostrum Tarantensem episcopum vocaverunt, qui regalem imposuit eidem Philippo coronam, & licet ipsi duo, Philippus scilicet, & Otto semel, & iterum inter se invicem dimicarint, neuter tamen plenam victoriam est adeptus.

Nos autem, qui non ad destructionem Imperii, sicut quidam pestilentes homines mentiuntur, intendimus, sed ad conservationem, & provisionem ipsius potius aspiramus, cum eti quidam Imperatores persecuti fuerint ecclesiam, alii tamen multipliciter honorarunt, expectavimus hactenus & in neutrā partem voluimus declinare; licet uterque de favore nostro, & benevolentia glorietur, expectantes si forsitan principes redirent ad cor, & Imperio super tanta dissensionis incommodo providerent; sed quidam eorum adhuc in sua obstinatione persistunt, & non minus, quam nominati predicti partem, quam fovent, juste vel injuste tuentur: ex quo spoliantr ecclesiæ, pauperes opprimuntur, strages corporum provenit, & periculum animalium.

Universis tam ecclesiasticis, quam secularibus principibus Alemanniæ.

Quanta (a) debeat esse concordia inter (a) ib. ep. regnum, & sacerdotium, in seipso Christus 2. ostendit, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, qui & secundum naturam carnis assumptæ de sacerdotali pariter, & regali stirpe descendit. Ad quod etiam designandum beatissimus Petrus ad fidem Christi conversis dicebat: Vos estis genus electum, regale sacerdotium; & ad Christum in Apocalypsi clamatur: Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotium. Cum igitur non expedit de cætero populo Christiano, nec nobis etiam dissimilare incomoda tanta dissensionis situtum, tibi facti seriem duximus intendantum, ut cum non tam Maguntinus archiepiscopatus, quam Sebinensis episcopatus confederatione per Romanum Pontificem maximum Ecclesiæ Dei membrum existas, in tam arduo negotio favorem tuum babeamus pariter, & assensum.

Quia vero necessitates terræ Orientalis & quid ei expedit plenius cognovisti, super mora vel redditu tuo fraternitati tuae nibil expresse mandamus, quam credimus

id acturam, quod magis viderit expedire. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur attentius per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus cum huic tractatu non possis personaliter interesse, arbitrium tuum nobis per literas tuas apertas committas, ratum habiturus, & firmum, quod in tanto negotio, prout Dominus nobis dignatus fuerit inspirare, ac de fratrum nostrorum consilio, & voluntate processerit, statuemus: universis enim officialibus tuis canonicis, prælatis, comitibus, baronibus, & aliis tibi, & ecclesie Maguntinensi subjectis per literas tuas distincte principias, ut eum cuius nominatio per se dem fuerit Apostolicam approbata, in Regem recipient, & partem ejus potenter foveant, & viriliter tueantur. Credimus enim, quod sic dante Domino in hoc negotio procedemus, quod Deo & hominibus erit acceptum, & apud Deum meritum, & apud homines ex hoc gloriam consequemur. Tuum etiam, & tuorum profectum pariter, & honorem in ipso negotio diligenter curabimus studio promovere; nec erit de facili, qui se statutis nostris opponat, si tuus nobis suffragetur assensus, & devotio tuorum accedit, cum & tanta sit per Dei gratiam Apostolicæ sedis auctoritas, ut quasi certum ab omnibus habeatur, quod ille prævalebit omnino, cui suum dignata fuerit favorem præstare. Datum Laterani 5. Nonas maii Pontificatus nostri anno secundo.

XXXII.

XXXIII.

respicere: hæc sunt duæ mirabiles, & speciosæ columnæ positæ juxta ostium in vestibulo templi, quas ambit linea duodecim cubitorum: hæc sunt duo magna lumina ria, quæ Deus in firmamento cœli constituit; luminare majus ut præcesset diei, & luminare minus, ut nocti præcesset: isti sunt duo gladii, de quibus Apostoli responderunt: Ecce gladii duo hic. Quorum omnium rationem, aliorumque multorum, quæ de sacris libris excepta concordiam expressæ significant inter Ecclesiam & Imperium, exponere prætermittimus, cum utilitas ex ipsa proveniens expressius banc exponat.

Per hanc enim concordiam propagatur fides, heresis confutatur, plantantur virtutes, vitia succiduntur, servatur iustitia, iniquitas propulsatur, viget tranquillitas, persecutio conquiescit, cum pace populi Christiani paganorum barbaries subjugatur, cum incremento Imperii Ecclesiæ libertas accrescit; cum incolumentis corporum salus proficit animarum, & tam clero, quam populo sua iura servantur; & licet Romanam Ecclesiam, quasi matrem universa regna respiciant, in quibus nomen colitur Christianum, Romanum tamen Imperium eam arctius debet ac devotius amplexari, ut & ipsa per illud accipiat defensionis auxilium, & illud per ipsam in suis necessitatibus adjuvetur. Ille vero, qui paci semper invitet, & quieti, sicut Romanam tunc divisit Ecclesiam, ita nunc Romanum dividit Imperium, & tantam inter vos discordiam seminavit, ut duos vobis in Reges præsumperitis nominare, quibus inter vos ipsos divisi pertinaciter adhæretis, non attendentes quot, & quanta discrimina per hoc non solum Romano contingent Imperio, sed universo proveniant populo Christiano. Et ecce per hujus dissensionis materiam Imperii libertas minuitur, iura depereunt, & dignitas decurtatur, destruuntur ecclesiæ, lœduntur pauperes, principes opprimuntur, universa terra vastatur, & quod est longe deterius, strages corporum imminent, & periculum animalium: ex hoc etiam inimici fidei Christianæ non modicam audaciam contra fideles assumunt.

XXXIV.

Nos igitur hujusmodi auditis, & cognitis, tacti fuimus dolore cordis intrinseco, & nimio mœrore turbati; quia non ut quidam pestilentes homines mentiuntur, ad Imperii destructionem, vel depressionem intendimus, sed ad conservationem & exaltationem ipsius potius aspiramus, cum eti quidam Imperatores Ecclesiam vehementer afflixerunt, alii tamēnam multipliciter honorarunt. Expectantes autem hactenus expectavimus, si forte vos ipsi saniori ducti consilio, tantis malis finem imponere curaretis, videlicet ad nostrum recurreretis auxilium, ut per nos, ad quos ipsum negotium principaliter & finaliter noscitur Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

pertinere, vestro studio mediante tanta dis sensio sopiretur: verum quia vos in hac parte negligentes & desides hactenus extitisti, nos qui juxta verbum propheticum constituti sumus a Deo super gentes & regna, ut evellamus, & destruamus, ædificemus etiam & plantemus, officii nostri debitum exequi cupientes, universitatem vestram monemus attentius, & exhortamur in Domino per Apostolica scripta mandantes, quatenus Dei timorem habentes præ oculis, & bonorem zelantes Imperii, ne libertas ejus depereat, & dignitas annulle tur, ad provisionem ipsius melius intendantis, ne fovendo discordiam per vos Imperialis sublimitas destruatur, quæ per vestrum deberet studium conservari: alioquin quia mora de cætero trahit ad se grave periculum, nos quod expedire novemus procurantes, ei curabimus favorem Apostolicum impetriri, quem credemus majoribus studiis, & meritis adjuvari. Dat. Laterani, &c. Pontificatus nostri anno secundo.

Paulo post Philippus oratores suos ad XXXV. Innocentium misit, ut se ad coronam Imperii excipiendam evocaret, quibus Pontifex post longam orationem, qua regnum & sacerdotium mutuo fœdere arctissime conjungi debere exemplo Christi, qui utramque dignitatem in se conjunxit (ut in literis supra allatis egit) illustravit, tum sacerdotium Imperio augustius, cum rebus divinis aliud humanis præsit, atque a sacerdotibus Reges, non contra a Regibus sacerdotes consecrentur; atque ob officii majestatem etiam in scripturis sacris Dii appellantur: nec modo officii amplitudine, verum & temporis antiquitate sacerdotium præcellere, atque illud institutum a numine; regnum vero ex tyrannide & scelere originem in Nembroth hausisse: permisum vero in populo Dei ob illius pervicaciam, & quidem apud Hebreos aliquanto tempore regnum cum sacerdotio coaluisse, inde que bona ingentia emanasse, alias ab eo divisum, atque ex eo fœdam malorum colluviem emersisse, Regesque improbos sacerdotio infenos sceleris pœnam tulisse: idemque apud Christianos in lege Evangelica accidisse, in qua sacerdotii hostes, schismatisque auctores n. l. nisi pudorem, atque dedecus ex suis omnibus consiliis ceperunt. De quo ultimo differentem Innocentium audiamus:

Porro (a) quod accidit in veteri testamento, contigit in novo, & ne longe pe 18. Schismati- ci con- fusi.

Arguit non con fugisse ad Apost. se dem.

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

tharium; & succubuit uterque schismaticus, Anacletus videlicet, & Conradus, quia veritas praejudicat falsitati. Deinde schisma divisit Ecclesiam tempore Alexandri, Imperium in unitate permanit tempore Frederici: sed idem Imperator, non ut defensor, sed ut persecutor Ecclesiae schisma fecit, & favit schismaticis. Porro schisma cum schismaticis, & fomentum cum fautoribus est confusum. Concludit demum non ita sacerdotium regni dissidium aliturum, ut Reges enatas in sacerdotio discordias fore, se Imperio bellis civilibus lacerto compati, deliberaturum cum Cardinalibus, atque Philippo responsum daturum, quod sibi numen cœlestis affaret.

XXXVI. Nunc autem Ecclesia per Dei gratiam in unitate consiliet, & Imperium peccatis ex gentibus est divisum: verum Ecclesia non sic illi retribuit, quemadmodum illud Ecclesiae, quia super ejus divisione condolet, & compatitur, pro eo maxime quod principes ejus maculam posuerunt in gloria, & infamiam in honore, libertatem, & dignitatem ipsius pariter confundentes. Verum ad Apostolicam sedem jam pridem fuerat recurrentum, ad quam negotium istud principaliter, & finaliter dignoscitur pertinere; principaliter, quia ipsa transiit Imperium ab oriente in occidentem; finaliter, quia ipsa concedit coronam Imperii. Verum verbum tuum audivimus, videbimus literas domini tui, liberabimus cum fratribus nostris, & dabimus tibi responsum; insipiet autem nobis omnipotens Deus honestum consilium, & revelet nobis beneplacitum suum, quatenus in hoc negotio ad honorem ipsius, ad utilitatem Ecclesiae & salutem Imperii procedamus.

Inn. responder. oratoriis se maturius deliberatum.

XXXVII.

(a) Godef. in annal. hoc ann.

Irriti Othonis conatus.

Philippi in Coloniensi. archiep. irruptio. (b) Arnol. Lubec. chron. St. vor. l. 6. o. 2.

Bohemo etiam major dignitas accessit, ut cum antea ducatum teneret, titulo regio a Philippo sublimatus, ibi & ipse procederet coronatus, & gladii regii bajulus. De quibus etiam Hirsaugientis chronicum tradit, Philippum quo Bohemos sibi de vinciret, praedictum eorum ducem Regem creasse, tributis ipsi, atque uxori coronis: quem autem Odacherum, alii Odacharum vocant, Martinus Chromerus (c) agens de regali a Philippo ipsi dignitate, collata, Premislaum, sive Othocharum appellat. Subdit Godefroidus (d) Hist. Polon. l. codem anno Conradum Maguntinum archiepiscopum ex Italia, quo ex Syria reversus appulerat, in Germaniam una cum Bonifacio marchione de Monte ferre transiliisse, ut excitatam discordiam siperet, regnoque utrumque cedere persuaderet, quod si fieri non posset, ut inducia ex communi principum consilio ini rentur, dareturque opera, ut alter diameta abiiceret; invitatum vero a marchione Othonem, ut Bopardiam veniret abnusisse; non leve enim dedecus suscep turum se arbitratum, si accepta Imperii ornamenti deponeret; cuius res ut extincto Ricchardo, atque Joanne avunculo ipsum deferente inclinata fuerint, inferius dicemus, ubi funestum tanti principis obitum attingemus. Ceterum Conradum Coloni am se contulisse, ut cum archiepiscopo Coloniensi, & civibus colloquium de ea re agitaret, ait Godefroidus, sed infecto negocio discessisse; ut vero in Ungaria felicius, quam in Germania pacem adduxerit, mox delibabimus.

Mutuis ita sese cladibus conficiebant XXX. VIII.

Dum utriusque electi oratores apud Germani atque Imperii coronam partiri ferro flammisque contendebant, quos longe satius fuisset conjunctis armis, animisque barbaros comprimere, qui Livones Christi religione imbutos excindere in suscepta fidei odium moliebantur. Conatus equidem est Innocentius ipsos ad tam sacram bellum, in quo glorioissima vulnera accepturi, atque in ipsa morte triumphatur essent, incitare quem neophytorum tuendorum cura ac solicitude urebat: cum præcipue conversionis illius gentis, ut refert Jordanus proximis verbis, maximus extitisset. *Livonia provincia confinis Dacis & Polonis pro majori parte conversa est ad fidem per ejus sollicitudinem;* subditque: *Ibi dominantur fratres Alemanni, quoniam ipsi expugnaverunt terram.* Testes vero ejus sollicitudinis sunt ejus literæ tertio nonas Octob. Laterani datæ ad universos Saxoniam, ac Westphaliæ Christi fideles, quæ cum scitu dignissima contineant, earum partem afferre, visum est: (d) Accepimus quod cum bonæ memorie M. episcopus Livoniensis fuisse pro 2. ep. 183. 20. ep. 183.

Frustra tentata a Conrado concordia.

(a) Godif. in annal.

(b) Ann. l.

z. ep. 89.

ca-

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

Pompejus non quia spoliavit, sed quia intravit sollempmodo sancta sanctorum, de semper victore vicit effectus, commissum jugulo expiavit; subiungit, ut sponte sua errata emendet, ne censuras in eum jaculari cogatur: qua de re ad Colocensem archiepiscopum etiam scripsit, (c) (e) Reg. post eand. ep. Legion. Regis da. mnatae nuptiæ.

Verum maiores contra incestas principum nuptias ipsi labores adeundi fuerunt. Mirum quomodo occidentales plerique Reges ecclesiastice, immo divinæ disciplinæ excusso jugo iis temporibus adeo ab humani generis hoste illecebris nefariis pellesti in transversum acti fuerint, ut quis merito Davidicum illud eis occidere, atque obicere potuerit: Et nunc Reges intelligite, & eruditimi, qui judicatis terram, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa. Commonente scilicet, ac docente eos summo omnium parente, ac doctore, ad hoc a Christo in supremâ Ecclesiæ cathedra constituto. Innocentius itaque hoc secundo sui Pontificatus anno, Coniopolitanus archiepiscopo, cunctisque Legionensis regni episcopis onus injunxit, ut Legionis Regem, & Castellæ Regis filiam in prohibito gradu copulatos divellere ab invicem, ac segregare niterentur; extant ea de re ad eos datæ literæ, quibus facti atrocitatem describit, atque in similia scelera divinas iras effusas demonstrat. Sane in oriente una duabus fuit incestuose conjuncta, in occidente vero unus sibi duas presumpsit jungere per incestum; & incestui quidem in oriente commisso, non solum consensu, sed & auctoritus clericorum ibi consenserunt intercessit; sed in destabili copula in occidente contracta, licet non absque quorundam ecclesiasticorum virorum assensu fuerit forsitan attentata, Divina auctoritas tamen Ecclesiastica nullatenus in nuptiis intervenit. Volens autem Deus majus pecatum vindicare celarius, & a similibus ultio. * Conram. alios deterrere, tam * C. quondam mar chionem, qui N. Reginæ Hierosolymitanæ prius adhæserat per incestum, gladio, quam Henricum quondam Campanæ comitem, qui ei, & in culpa quodammodo, & in pœna successit, præcipito, utrumque vero morte imprævisa peremis. Nondum autem in buis iniquitatis auctores in occidente suam exercuit ultionem, sed quanto longanimus sustinet, tanto forsitan severius vindicabit. Subdit, ut Raynerium virum incorruptæ integritatis misisset, qui Legionensi Regem pervicacem, regnumque sacris interdixerit, qui nullas tamen in Regem Reges Castellæ censuras intorserat, cum imperium gradum Ecclesiæ excipere paratus esset. Et in in nuptiis remitti: Nuper autem venerabiles fratres no stri Toletanus archiepiscopus, & episcopus flagitanus ex parte ipsius Regis Castellæ, Palentinus ex parte ipsius Regis Castellæ, tes repulsi. & ex parte Regis Legionensis venerabilis fra.

G 2 fra

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

frater noster Zamorensis episcopus ad secundum Apostolicam accedentes postulabant, ut cum eodem Rege Legionensi, & filia dicti Regis Castellae deberemus super tam incestos copula dispensare; propter quod non nisi specialis illa gratia, quam ad devotionem dicti Regis Castellae habemus, motum animi nostri temperasset, in ipsis ita curasssemus severitatem ecclesiasticam exercere, quod nulli de cetero temporibus nostris ad nos repudiatas toties, & damnatae petitiones afferrent, cum ipsi etiam novarent, quod id ab eodem praedecessore nostro sepius postulatum fuerit, & ab eo inhibitum, non indultum. Tandem vero intelligentes archiepiscopos, & episcopi memorati, quod non solum indulgentium super hoc a nobis, sed vix etiam possent a nobis audientiam impetrare, interdictum in terram dicti Regis Legionensis prolatum, tandem a nobis postulavere remitti, afferentes, quod ex eo triplex toti regno periculum ab hereticis, Sarracenis, & Christianis etiam imminebat, &c. ab hereticis, dum illi suum virus evomerent, taentibus sacerdotibus; a Sarracenis, ob incepcentem populorum ardorem; a Christianis, ob sacerdotes ab iis male habitos quod sibi sacramenta denegarent; subdit argumenta contraria, censuras justissime ad divini numinis tuendam gloriam magno zelo latas, atque in populos commissorum a principibus criminum poenas derivari, verum quia multitudo miserrimum sit, se de severitate ita remittere, ut interdictum amoveri permittat, ubi tamen Rex, ac Regna interfuerint, tempora claudantur: Relaxavimus ergo non totum, sed in una parte solummodo interdictum, nec perpetuo, sed ad tempus, quantum scilicet nobis placuerit, & viderimus expedire, ut probemus interim spiritus, si ex Deo sint, & an (sicut iidem archiepiscopus, & episcopi afferant) sperata inde utilitas sequeretur, sic videlicet, ut in regno ipso divina celebrentur officia, sed ducendum corpora sepulturæ ecclesiasticæ non tradantur, in quo tamen clericis gratiam facimus speciale, in eo videlicet, ut in cœmitorio ecclesiastico, cessante solemnitate solita tumulentur, &c. Quia vero castra quædam, quæ idem Rex Legionensis dicta filia Regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur, ita ut si eam aliqua occasione relinquere, ipsa cederent in jus ejus, impedimentum praestare videntur hujusmodi copula dissolvenda, cum castra ipsa non tam ob turpem, quam ob nullam potius causam sint data, utpote cum inter eos matrimonium non existat, & ideo nec dos nec donatio propter dotem, ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam ejus potius retorqueri, castra ipsa restituimur, & ad id puellam ipsam per excommunicationis sententiam coarctari, au-

ctoritate Apostolica decernentes, ut si extata incestosa, & damnata copula proles est, vel fuerit quæcumque suscepta, spuria & illegitima penitus habeatur: quæ secundum statuta legitima in bonis paternis nulla prorsus ratione succedit. Datum Laterani per manum Rainaldi, domini Papæ notarii, cancellarii vicem agentis VIII. Kal. junii inductione II. incarnationis Dominice anno 1199. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ Tertii anno II.

Hactenus Innocentius, quæ iisdem ferre verbis in ejus vita leguntur: auctor enim hanc ejusdem epistolam exscriptissima videtur. Cum accepisset præterea Pontifex de aliis itidem incestis nuptiis inter Christianos Reges conciliandis agi, rem discussere, ac præpedire diligentissime incubuit; vi namque (ut ipse ait) regnum Navarrae Regis superiori anno invadentibus Castellæ, & Aragonie Regibus sororem Navarii, quantumvis tertio consanguinitatis gradu conjunctam uxorem Aragonio expetente, Castellanus ab eodem Navarrae Rege sibi timente, de sorore ei nupienda juramentum extorsit. Id vetuit Innocentius, ad Navarrum hæc scribens (a): (a) Inn. l. Nos igitur attendentes, quod juramentum, non ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum, & quod in multis promissis fides sit penitus rescindenda, serenitati tuae districtius inhibemus, ne si vera sunt, quæ præmissus occasione juramenti præmissi, quod perjurium est verius nominandum, procedas ad incestuam conjunctionem complendam. Datum Laterani III. Idus febr. Cum vero de Aragoniæ Rege inciderit mentio, silentio hoc non est prætereundum. Cum nonnulli ipsum induxissent ad jurandum, non petito populi assensu, monetam patris sub ipsius obitum de legitimo pondere diminutam in eodem se ad tempus conservaturum, Rexque a juriurandi religione se liberari, absolvique postularet; respondit Pontifex (b) non tam absolutione, quam interpretatione hic opus: quandoquidem iurandum concipiens monetam aut legitimam aut illegitimam putabat; si legitimam, sacramentum illicitum, nec servandum: si vero illegitimam existimabat, licitum omnino fuerat, atque ideo conservandum. Quapropter consult, mandatque, ut prodiminuta illa moneta alia pristini, ac legitimi ponderis patris nomine cuderetur; hæc atque alia in hanc sententiam Innocentius.

Verum his graviora Francorum Rex Philippus perpetravit; cum enim vivente Cœlestino III. legitima uxore ejecta, pellicem induxisse, pessimo exemplo, ac scandalo toti regno creato, summoque proborum omnium luctu, in tanto scelere rum impure jaceret: nec paternis Romano-rum Pontificum precibus, nec minis fle-

XLII.
Innoc.
contra
Philip.
Gall. Reg.
ste-

CHRISTI
1199.

INNOCENTII III. PAP.
2.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

teretur, Innocentius divino zelo succensus, cum ipso durius ac gravissime agere coepit, ut ejus literæ ad cunctos Galliæ archiepiscopos, cæterosque præsules docent, quas velut majoris ponderis, utpote quæ gestorum haec tenus seriem amplectantur, lectori fore gratiore arbitramur:

(a) Inn. l. Anxiatur (inquit a) in nobis ex amari-

2. ep. 189. tudine spiritus, & cor nostrum præ dolore turbatur, dum in causa matrimonii charissimi in Christo filii nostri Philippi Fran-

corum Regis illustrissimi declinare ad fa-

nissimam, vel dexteram pertimescimus, ne

videamur plus homini deferre, quam Deo;

& rursus regia via in Regem ipsum pro-

cedere molestum, cum in eo propter præ-

rogativum dilectionis, & gratiae nos ipsos

reputemus offendit. Monet enim, & movet

nos vehementius contra eum, & debitum

pastoralis officii, & fortius Phinees ze-

lantis legem Domini notum vobis exem-

plum inducit: sed angit nos plurimum, &

retrahit aliquantum gratia specialis, quam

ad eundem Regem habemus, & quam non

solum circa ipsum, sed circa totum regnum

Francorum opportunitate concessi proposui-

mus exhibere. Reducentes enim ad mentem,

& infra nos ipsos sepius recolentes bene-

ficia, nobis olim in suo regno scholasticis

inſtantibus disciplinis impensis & a Deo

donum scientiae quantæcumque collatum præ-

ter debitum officii pastoralis, quo sumus

singulis debitorum, nos tam Regi, qui in

regno specialiter teneri fatemur, & non so-

lum a regiis gravaminibus, quantum licet

manum retrahimus, sed ad honorem ipsius

& regni ejus augmentum ardenter aspira-

mus. Cæterum attendentes, quod nos Do-

minus (licet immeritos) in sede justitiae

collocaverit, & vicarios sui, & Apostolo-

rum principis constituerit successores, ne

videamur acceptorum beneficiorum ingrati,

si ei, qui nos de pulvere suscitatos, inter

principes, immo super principes sedere voluit,

& de principibus judicare, hominem præfera-

mus, ne sine causa etiam accepisse dicamur

ligandi, & solvendi per B. Petri merita po-

testatem, dissimilare non possumus, quin ex-

hibeamus justitiam postulantibus; & erran-

tes ad rectitudinis tramitem revocemus,

ferrum etiam apponentes vulneribus, que

fomentorum non sentiunt medicinam. Consi-

derantes præterea, quod salus animæ præ-

ferendæ sit corporis voluptati, & utilitati

quam voluntati potius deferendum cum mul-

ta beneficia præsentur invitit, ne vel o-

disse filium, si virgæ parcamus, vel ægo

videamur causam interitus præstuisse, si

vulneribus fotis oleo vinum super infundere

differamus, saluti Regis ipsius consulere

disposuimus & honori, credentes quod quan-

tumcumque contra nos, immo licet injuste

foritan moveatur, ad mentem tamen re-

versus, cum remedium senserit medicina,

anto nobis reddetur, & Apostolica sedi de-

Dux Bo-
hemie
eodem
crimine
implici-
tus.

(b) Ib. ep.

180.

Magdeburgensem archiepiscopum, duosque abbates ex A. nobilis mulieris querimoniis sibi innotuisse asserit, quod cum ipse princeps rite ductam, susceptis ex ea liberis, ut legitimam uxorem annis plus viginti habuisset, eam tandem rejecisse, atque Ungarici Regis sorore sibi conjuncta, ad impuras nuptias convolasse. Quapropter mandat, ut in ipsum inquireret, seque hac de re faceret certiorem; pergit Innocentius: Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, & ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra in virtute obedientie distictæ precipimus, quatenus sententiam, quam idem Cardinalis in Regem, superinductam, & eorum familias vel in regnum etiam duxerit proferendam, & vis sublato cuiuslibet appellationis obstatculo firmiter observetis, & faciatis ab aliis inviolabiliter observari. Si quis enim cuiuscumque dignitatis, vel ordinis eis post interdictum nostrum, vel officia celebrare divina, vel ecclesiastica præsumperit impendere sacramenta, se noverit ipsius dignitatis, & ordinis periculum incursum. Cum enim ex hoc queramus solitudo salutem Regis ipsius, & amplius eum, quam ipse se diligat, diligamus, utpote quem nos in domino diligimus ad salutem, ipse se in anima sua perniciem diligit contra Deum, non timemus, si quod pro veritate, ac justitia contra nos scandalum oriatur: quoniam si Deus nobiscum, quis contra nos? nec poterit adversus nos aliquorum machinatio prævale-re, quia veritas, & justitia nos defendent.

Hactenus Pontifex, qui præterea hac XLIII. de re ad Petrum diaconum Cardinalem legatum scripsit (c). His consentanea af- (c) Reges. ferunt ejus vite acta, ubi legatione in post cit. Gallias superiori anno missa, eam ipsi op. provinciam impositam tradunt, ut cruce in lignitas copias congregaret pro Terræ san-

CHRISTI
1199.INNOCENTII III. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

santæ reparandis rebus, pacem vel inducias Francos inter, & Anglos conciliaret, ac Philippum uxorem, quam iniqüissime repudiarat, recipere cogeret: felici vero adeo successu rem promovisse, ut maxima Christianorum multitudo in arma sacra concurrerit, & ad inducias admittendas Anglorum Regem repugnatum aegerit. Habes lector hoc ipso anno ab Innocentio datas literas, cum ad Petrum ipsum (a) 111. Kalen. tum vii. Kal. April. ad Francorum Regem, (b) quibus ab eodem Cardinali legato factas ad quinquennium inter Galliæ, & Angliæ Reges inducias approbat, atque Apostolica auctoritate confirmat, ipsius Petri sinceritatem, fidem, sollicitudinemque plurimum commendat, & Philippum Regem easdem inducias observare adhortatur, Cardinali de pace agenti faciles aures daret; harum denique induciarum Rogerius hoc pariter anno meminit. Circa tertium vero capitulum (inquit acta) notandum, &c. Pergunt de Philippi conjugiis petito primo rei exordio narrationem exponere, legatum Apostolicum Divione concilium coegisse, ut ecclesiastica se veritate insanis irretitum amoribus percelleret, ac Philippum urente conscientia, meritamque sibi pœnam præsagiente, ad sedem Apostolicam, ut legati sententiam eluderet, provocasse: illum vero, cum tuto in Philippi ditione tantam rem agitari non posse pertimesceret, Viennam se contulisse, indictoq[ue] alio concilio interdicti sententia Gallias percussisse.

In quam sententiam ita Rigordus hujus temporis scriptor: Eodem anno (hoc ipso scilicet) mense decembri, in festo S. Nicolai convocatum est concilium apud Divionem a Petro prædicto Cardinali, omnium episcoporum, abbatum, & priorum totius regni. Sed quia contra Regem Franciæ regnum ipsius sub interdicto ponere moliebatur, a nuntiis Regis ad Romanam sedem est appellatum, tamen ipse Cardinalis appellationi non deferens, (id ipsum namque jusserrat Pontifex, ut ejus perhibent acta) in eodem loco astantibus episcopis universis sententiam protulit, sed usque ad 20. dies post nativitatem Domini non esse publicandam precepit; haec ipse. Quæ S. Antoninus (c) exscriptis videtur, & Jacobus Meyerius, (d) qui paulo post Rigordum floruit, ista adiicit: MCXCIX. Philippus comes Namurcensis Balduni frater, circumventus Gallorum infidlis, prope Lutosam capitulam una cum viris altis nobilibus duodecim, in quibus, & Petrus fædis Apostolica legatus, patria Duacensis, Cardinalis tituli sanctæ Mariæ in Viatata, qui non diu post dimissus e custodia, Divione oppido Burgundiae coegit episcoporum conventum, in quo Philippo Regi sa-

(e) S. Ant.
2. par.
3. it. 27.
6. ult.
(d) Jacob.
Meyer. an.
Flandr.
l. 7.
Legatus
captus a
Francis
ac mox
liberatus.

cris interdixit, propterea quod Ingeburgæ justæ uxori Mariam superduxerat filiam ducis Moraviæ. Cur autem scilicet Divionensis synodi uterque mentionem fecerit, ea fortasse non incongrue ratio reddi possit: quod Viennensis, de qua acta, cœpti Divionensis complementum, potius quam novum concilium videri potuerit. Quid vero in ea synodo ad colligenda pro bello sacro pecuniarum subsidia actum sit, inferius dicetur. Quod vero ad Philippum Namurensem comitem, aliosque captos attinet, de quibus Meyerius Comes Namurcensis a Gallis caput.

Eximia
pœnitentis
contritio.

Belvac.
episc. li-
beratus.

Peccata
scripto
divinitus
deleta.

I. 44.

XLVI.
Innoc.
cura pro
restituendio Gau-
frido ep.
(e) Lib.
2. ep. 55.

Gaudemus autem, quod tu sicut princeps catholicus Apostolicæ sedis privilegium recognoscens, venerabilem fratrem nostrum Maguntinum archiepiscopum, episcopum Sabiniensem unum ex septem episcopis, qui nobis in Ecclesia Romana collaterales existunt, benigne, ac hilariter receperisti, & non solum per eum institutis salutaribus os instructus, quibus juxta continentiam literarum tuarum totum regnum tuum licet amplissimum desideres informari, & universos Armenos ad Ecclesia Romanae gremium revocare, sed ad honorem, & gloriam Apostolicæ sedis, quam constitutam esse novisti super gentes, & regna diadema regni recipisti de manibus ejus, & eum curasti devote ac humiliter honorare, & nos per ipsum, & literas tuas ad orientalis terra subcidium invitasti. Post hæc tradunt acta: Rex quendam militem cum literis suis ad summum Pontificem destinavit, rogans, & postulans, ut eum super injuriis quas super successionem principatus Antiochiae comes Tripolitanus cum hospitalariis cuidam nepoti suo Rupino nomine irrogaverat, ad sedem Apostolicam appellasset, faceret ei justitiae plenitudinem exhiberi. Emerserat vero ingens ea discordia ex immatura Rupini majoris natu filii Remundi Antiochiae principis morte: is enim suscepito ex Aliza uxore Leonis Armeniæ Regis nepte filio, in extremis vita confinis patrem obsecravit, ut principatum Antiochenum, qui naturæ jure in se transfundendus erat, si superstes foret, in filium, eundemque ipsius nepotem transmitteret. Sublato in ipso ætatis flore Rupino, tristis pater, filio justis persolutis, nepotem suum, qui filium ipsi redivivum referebat, Antiocheno principatu ornavit, atque ut heredi legitimo nobiles, populumque sacramento adegit; rem tutit graviter Tripolitanus comes defuncti frater, atque ad invadendum principatum Hospitalarii, ac Templarii fultus se comparavit; subornatis civibus Antiochiam occupavit: eosque priori sacramento abjurato, novo alio sibi devinxit: quo facto non modo Remundo parenti, verum etiam Leoni Armeniæ Regi, cuius neptis filius patria hereditate exuebatur, gravissimam injuriam intulit. Armenus igitur Templarii atque Hospitalarii paulo post Tripolitanum deserentibus ejectum a filio restituit atque Innocentium rogarvit, ut Apostolicam in tanta re auctoritatem adhiberet, ac jura Rupini defuncti filii avumque a Tripolitani conatibus assereret ac vindicaret: cui Innocentius ut melius dubia explicarentur, & æqua ferrari posset sententia, legatos in orientem se missurum respondit.

LXVIII. *Habes lector eandem Innocentii epistolam (a) inter alias hoc anno datas typis Ann. Eccl. Tom. XX.*

VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

cus: ubi etiam recitat illa, quam ab ipso Rege accepérat. (b) Pergunt gesta: (b) In. l. Per eundem militem misit ei D. Papa ve- 2. ep. 244. zillum, quod postulaverut ab eodem. De (c) In. l. 2. quo Innocentius hæc ad eundem Regem ep. 247. (c) Nos igitur de tuae devotionis sinceritate confisi, ad petitionem dilecti filii Roberti de Margat militis, nuncii tui, in vexillum B. Petri. B. Petri tuae serenitati dirigimus, quo in hostes crucis dumtaxat utaris, & eorum studeas contumaciam cum Dei auxilio, suffragantibus Apostolorum Principis meritis refranare. Datum Laterani XVI. Kal. Jan. Quo item die ad Paganum, & Aroronem comites, universosque Armeniæ optimates, milites ac populum scribens, (d) eadem de vexillo habet, cohortaturque eos adstrenue in Sarracenos cum Rege, uti cooperant, dñicandum.

Monuit (e) præterea, hortatusque est Innocentius Regem, ut castrum Halton nuncupatum, quod cum Sarracenis metu principum, qui jam ante in transmarinas regiones copias trajecerant, dimisum fuisset, ipse detinebat, Templarii omnino restitueret, qui antequam ab illis occuparetur, ut Pontifex accepérat, pacifice ipsum possederant: demumque addit, si quid in hac re proponere volueret, liberum ipsi fore coram se vel legatis in orientales partes quamplurimum profecturis jus experiri. Quid vero Rex ad Innocentium, alibi videndum.

Flagitaverat inter cetera oratorum opera ab Innocentio Armenus, ut crucifixus exercitus in orientem contra Saracenos submitteretur, cum rei bene gerendæ pulcherrima occasio affulgeret. Et quidem anno præterito Pontificem in tama pia expeditione instruenda sanctissime occupatum vidimus: ob id inter alia Petrum Cardinalem in Gallias miserat, Goffredum vero Venetas, quos insignierat cruce, ut exemplo ceteros allicerent: qui ambo hoc anno summo zelo operam suam explicuerunt; de Goffredo enim hæc acta: Misit Goffredum presbyterum Cardinalem ad ducem, & populum Venetorum, ad cuius exhortationem ipse dux, & multi de populo crucis characterem accepérunt, marchoque Montisferrati, episcopus Cremonensis, & abbas de Lucedio, multique alii nobiles de provincia Lombardia cum multitudo plebis innumera devoverunt se ad officium Crucifixi; de Petro vero hæc tradunt: Adeo divina gratia favente profecit, quod innumera tam militum, quam peditum multitudo ad verbum exhortationis ipsius signum crucis suscepit ad obscurum Crucifixi, cum quibus etiam quidam episcopi, & abbates, & alii multe clerici peregrinationis propositum accepérunt, inter quos principales fuerunt Theobaldus comes Trecensis, Ludovicus comes Bar-

Auct. vit.
Innoc.

CHRISTI
1199.INNOCENTII III. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

Barrensis, Balduinus comes Flandriæ & Hannoniæ, & comes de S. Paulo, Sueffonenensis, & Trecensis episcopi, & quidam ordinis Cisterciensis abbates. Atque eodem Cardinale in concilio Divionensi ab ipso indicto agente, aliqui præfules Galli trigesimam redditum partem pro alieno milite spoondere; alii solvendæ quadragesimæ, ut ab Innocentio imperatum erat, se astrinxerent: sed cum ii a promissis resilire vellent, Parisiensi, & Sueffonenensi episcopis, atque Vallis Sarnei, & S. Victoris abbatibus præcepit, ut eos, qui Petro trigesimam polliciti erant, ad quadragesimam saltem persolvendam incusa censurarum religione adigerent; pecuniarum pariter ex aliis regnis subsidia cogerentur, operam dedit, de quo ad Syracusanum episcopum, atque abbatem

(a) Inn. I.
2. ep. 50d.
(b) Id. ep.
260. &
Innoc.
vit. aust.
(c) Lib. 2.
ep. 18r.
LXX.
(d) Inn. I.
2. ep. 243.
Deinde bene copta studiosissime prosecutus, hoc ipso anno Francorum Regem vehementer hortatus est, (d) ut universos regni sui crucesignatos non solum admoneret, sed transficiare compelleret, atque insuper suis ipse impensis eodem copias quam citissime traiiciendas curaret, cumque ab Aymerico Jerosolymitano Regé operam atque auxilium flagitante legatos accepisset, ex iis unum ad Philippum ire jussit, quo plenius de orientalium catholicorum depressis rebus faceret certiorem. Cumque Constantinopolitanus Imperator ob Cypri regnum Jerosolymitanum Regi bellum minaretur (defecisse enim a Græcis Cypri Regem Germanis in Terram sanctam vela facientibus anno 1197, atque a cancellario Imperii corona redimitum tradit Lubecensis e) velle se ait, ut apud Imperatorem literis agat, ne cum totius Christiani populi detrimento bellum moveret, sed potius juvaret, atque in re Christiana promovenda operari explicaret. Eodem pariter exemplo ad Angliæ Regem scriptis, ut in regesto subditur, in quo habentur etiam pontificia literæ (f) ad universos catholici orbis episcopos, & clericos circa idem ne-

gotium missæ, ad hujus anni fidem datæ, quas pariter (g) Rogerius totidem verbis reddit: easdem, utpote Terræ sanctæ miserrimum statum, & tanti Pontificis studia exponentes, ex parte in medium proferendas arbitramur.

Innocentius, &c.

Graves orientalis terræ miseras, & necessitates urgentes, jam potius peccatis existentibus deflere cogimur, quam referre, cum ad eum statum (si status tamen dicendus est casus, quod dolentes dicimus) eadem terra devenerit, ut nisi citius ipsius fuerit necessitatibus succursum, & occursum conatus paganorum, pauci Christiani, qui se defensioni hereditatis Domini, & Crucifixi obsequiis devoverunt, hostiles sagittas sui sanguinis effusione inebriaturi credantur, & paganorum gladios suis jugulis placaturi, reliquiis desolationis illius terræ sine sye humani substdii perdendis totaliter, & ab hostibus occupandis, cum de partibus illis pene omnes jam redierint peregrini. Id autem hac tenus Dominus Jesus Christus, ut probaret adhuc fortius fidem nostram, & intelligeret plenus, qui sunt ejus misericorditer impedivit, manus eorum in ipsos convertens, & eos inter se multiformiter discordantes, permittens, ad invicem deservire, ut Christianis interim ad ipsius Terræ substdium excitatis facillor daretur facultas recuperandi perdita, & de hostibus triumphandi. Tum subdit egregiam rei gerendæ occasionem se præbere dissidentibus inter se, ut ex Aymerici Hierosolymorum, & Leonis Armenie Regum literis accepit, tum agit de quadragesima Ecclesiasticis impositi, & decima ad quam sc. & Cardinales astrinxit, de qua nos antea. Pergit ipse:

Ad hæc in singulis ecclesiis truncum, concavum ponit præcipimus, tribus clavis confixatum, prima penes episcopum, secunda penes ecclesiæ sacerdotem, tertia per aliquem religiosum laicum conservandis: & in ea fideles quilibet, juxta quod eorum mentibus Dominus inspiraverit, suas eleemosynas deponere, in remissionem suorum peccatorum moneantur, & in omnibus Ecclesiis, semel in hebdomada pro remissione peccatorum, & præseriū offerentium Missa publice decantetur. Et infra: Quia vero summa necessitas exigit, & communis requirit utilitas, ut populus Christianus non solum in rebus, sed etiam in personis contra paganos in succursum Terræ sanctæ sine dilatione succurrat, fraternitate vestrae per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ad exhortandos, & inducendos fideles, per vos ipsos, & alios viros idoneos prudenter, & diligenter instruis, ut qui sufficiens fuerint ad bellum Domini præliandum, in nomine Domini Sabaob signum Crucis assumant; alii vero juxta suarum sufficientiam facultatum,

pias

(g) Rog.
in annal.
Angl.Explica-
ta cruce-
signatis
indulgen-
tia.

pias eleemosynas largiantur; nos enim de Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, ex ilta quam nobis Deus (sicet indignus) ligandi & solvendi contulit potestatem, omnibus qui laborem bujus itineris in personis propriis subierint, & expensis, plenam peccatorum suorum de quibus cordis, & oris egerint pœnitentiam, veniam indulgimus, &c. Idem beneficium ad eos porrigit, qui partem bonorum belli sacri sumptibus adixerint, & cruce signatos, eorumque res in sedis Apostolica clientelam admittit. Audisti querentem, & deplorantem Innocentium, quod peregrini paucis ibi derelictis Sarracenorum crudelitati objectis reversi essent, de quo anno superiori questus fuerat; id vero etiam Albertus Stadensis (a), tum Arnoldi Lubecensis supra a nobis allato testimonio comprobatur. Addit præterea idem Stadensis hoc eodem anno reversum quoque archiepiscopum Hartvicum sacras B. Annæ reliquias, gladiumque Petri, quo Malco auriculam amputaverat, Bremam detulisse.

(a) Arn.
bill. Slav.
1. s. c.
ult.
Reliquæ
Bremam
ab oriente
detulisse.

LXXII.

Quo studio ad fideles illos defendendos incubuit Innocentius, ne in Sarracenorum servitutem abducerentur, vel eorum exponerentur furori, eodem fategit illos, qui in Mahometanorum servitutem ceciderant, ab ea vindicare; non enim modo institutum pium virorum, qui liberandis e Sarraceno jugo fidelibus, quorum fides in servitute periclitabatur, se suaque devoverant, collegium Apostolica auctoritate firmavit, verum ad barbaros Reges, ut ad permutandos captivos faciles se præberent, solicitavit, tum pro eo, quo incensus erat zelo, ad Redem-

(b) Inn. I.
2. ep. 90.LXXI.
Truncus
in eccl.
ele-
mosyna-
rius in id
expositus.CHRISTI
1199.INNOCENTII III. PAP.
2.VACAT. IMP. OCCID. 2.
ALEXII ANGELI IMP. 5.

Innocentius, &c.

*Viri quidam, de quorum existunt numen. Lit. In-
ro presentium portatores, nuper divinitus nec ad
inflammati, regulam, & ordinem inten- Miramon.
sunt; per cuius instituta tertiam partem olin
proventuum omnium, quos vel nunc habent
vel in futurum poterunt obtinere, in re-
demptionem debent expendere captivorum,
& ut melius valeant suum propositorum ad-
implere, cum saepe facilius per commuta-
tionem, quam per redemptionem de capti-
vitatis ergastulo valeant liberari, ut pag-
nos captivos a Christianis redimant, est
concessum quos pro liberandis Christianis de-
beant commutare. Ceterum quoniam ope-
ra que præmissum, & Christianis expe-
dient, & paganis, bujusmodi vobis duxi-
mus per Apostolicas literas intimanda. In-
spiret autem vobis ille, qui via veritas
est & vita, ut agnita veritate, quæ Chri-
stus est, ad eam venire quantocyan festi-
netis. Dat. Lat. 8. id. mar. Pontif. nostri
ann. 2.*

*Alterius etiam religiosæ familiæ, cui Calatrava nomen erat, instituta, ac piæ consuetudines confirmavit, (c) vitæque rationem definivit, ut una cum bellicæ Abbati Corbejen. usus an-
(c) Id. ib.
p. 31.
nuli da-
legium, quo idem Pontifex Fulconem tuus.
Corbejensem abbatem ornavit, usu an-
nuli ipsi impertito, cujus mysteria his ver-
bis aperit, atque illustrat (d): Inter caet. (d) Lib. 1.
ros siquidem sacramentales ornatus prælatis ep. 18.
ecclesiæ conceditur annulus, qui est si-
gnaculum fidei, juxta quod pater filio re-
vertenti dare annulum in manu præcepit,
ut videlicet ecclesiam sibi commissam præ-
latus ipsius intemerata fide custodiat, ut
quam fideliter observandam per visibilem
speciem fugiter admonetur.*

JESU CHRISTI
ANNUS
1200.

INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

I. **M**illesimus ducentesimus Redemptoris annus indictione tertia obsignatus, felix Ecclesiae alluxit, cum Innocentius Romanus Pontifex post ingentes ut vidimus, pro Ecclesia suscepitos impensosque labores, cui immerito congrue re possint illa Domini verba: (a) Scio opera tua, & labore, & patientium tuam; a patre misericordiarum, & totius consolationis Deo tandem erectus, recreatus que est. Ac primo quidem de profligatis Rom. Ecclesiae perduellibus, illius iuria iniquissime obterentibus, Marcualdo scilicet ac sectatoribus victrices Altissimo laudes cecinit. Qua vero ratione haec prospera successerint, jam enarrare aggrediamur. Traduxerat tyrannus savissimus in Siciliam, ut dictum est, exercitum, non alio consilio, quam ut regnum illud, Regi pueri e medio sublato, sibi vendicaret, idque sine dubio, ut ostendit eventus perfecisset, ni Pontifex vesanos ejus conatus elisisset; C.... tituli S. Laurentii in Lucina presbytero Cardinali, Apostolicae sedis legato, Anselmo Neapolitano, & Angelo Tarentino archiepiscopis, atque Jacobo consobrino suo, & marescallo cum militari manu in Siciliam, ut supra enarravimus, destinatis, quos Innocentius III. non februario scripsit ad Siculos literis, demisse, reverenterque excipi jubet, hortaturque eos populos, ut conjunctis cum illis copiis ad communem hostem arcendum, propulsandumque generose se se comparant. Cinxerat valida obsidione Panormum Marcualdus, ac Sarracenorum princeps Magadæo fortissimas cum eo copias coniunxit, & Monte Regali capto in spem capienda urbis efferebatur, cum legatus Apostolicus regio succinctus exercitu laboranti Panormo suppeditas tulit. Tum hostis pacem flagitare coepit, ut longiore mora copiae dissolverentur, iisque dissipatis perfidia postea vinceret, quos aperto bello superare non potuisset, sed a pontificis discussæ fraudes, atque eo anathemate percusso pax omnium consensu denegata, commissaque prælio, ingenti clade Marcualdus fusus & profligatus est; Magadæo cæsus, & magna Sarracenorum multitudo ferro deleta: quæ tanta victoria Jacobi consobrini Innocentii virtute potissimum parta est. Ut autem Marcualdi contusa superbia, quæ in dies præferocior, insolentiorque reddebat, ex Innocentii actis, atque ex epistolis ad ipsummet Pontificem tunc datis, rei gestæ veritatem continentibus audire præstat.

Interea Marcualdus attractis sibi Sarracenis Sicilia, multisque sibi nobilibus

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

sociatis, in tantum profecit, quod obtentis multis civitatibus, & castellis venit usque ad Panormum, & civitatem ipsam fortiter impugnabat, unde oportuit legatum, & marescallum summi Pontificis, qui Messana cum præfato cancellario morabatur, accelerare Panormum. Quid autem de ipsorum adventu provenerit, literæ Anselmi Neapolitani archiepiscopi ad D. Papam transmissæ testantur, quarum tenor est talis:

Innocentio, &c.

Bona quæ vestrarum orationum intervenientibus meritis operatus est Dominus his diebus, volui domino meo, sicut vidi propriis oculis, declarare, & infra: Factum est itaque, ut tum pro mandato vestro, tum quia totus exercitus, & populi Panormitani tumultus nimis crescebat, & murmur post diem quartum inter Panormum, & Montem Regalem, quem Marcualdus accepit, & tenebat, ab hora tertia usque fere nonam fuit hinc inde fortissime prælia tum, & tandem sicut Domino placuit, pro merentibus sanctis orationibus vestris, post multas partis adversæ strages, mutilationes, & cades, peregregii viri domini marescalli vestri subfidium, qui cum suis in extremo locatus castellum tenebat ipse, optatum habuimus de inimico triumphum: ut enim aliquantulum plenius loquar, primi nostri, qui erant in prima belli acie constituti, licet in primis viriliter fecerint, licet complures prostraverint, & occiderint, multitudinem tamen illorum, qui insimul in eos irruerunt, non valentes sustinere, bis terga dedisse coacti sunt, & benedictus a domino marescallus his eos recepit, & defendit incolumes, & dum nimis urgeret, & premeret Teutonicorum, & Agarenorum parsalia, benedictus a domino marescallus, & sui unanimiter, & * furiose congressi in hora * animose una, & puncto uno castra verterunt, fugaverunt, ceperunt, cæciderunt, occiderunt, sequentes, & persequentes, donec illi, qui gladium evaserunt, loca castrorum cum omnibus tentoriis, & rebus suis desererent, & se per aspera montium, per concava vallium, & defossa terrarum dispergerent, & in viam perditionis abirent. Quidam autem Pisani, ut dictum est, numero quingenti, & amplius, quibus quidam præerat nomine Benedictus, qui & ipse Pisanius Montis Regalis montana tenebat, & infinita Sarracenorum multitudo erat ibi cum eis, ad custodienda loca debilia constituta.

Sed cum primo nuntiatum esset bellum, pedites nostri cum comite Gentili, & comite Malgario, & quibusdam aliis militibus potenter ascenderunt, transcenderunt, & obtinuere montana, & omnes fere, quot ibi inventi sunt, in ore gladii posuerunt. Benedictus autem ille, qui præerat, cum pau-

Marcualdus Panormum obdidet.

Commis-
cum Ma-
cualdo
pugna.

cis dicitur evasisse, sed & quidam Saracenus nomine Magadæo, qui omnium erat magister, & dux, ibi quoque truncatus, & mortuus fuit; Marcualdus vero quo, & cum quo, aut quibus de suis aufugerit, adhuc nescitur. Scimus autem, quia illa nuper hominum, & diaboli mediator prædictus Rainierius de Manente captus est, & in carcere positus, & multi alii de majoribus, & melioribus, quorum nomina nescio de exercitu Marcualdi, quot autem, & qui sint occisi, nescimus. Scimus autem multos, & optimos fuisse. Spolia eorum multa, & pretiosa fuerunt, ita quod rotus ille dies vix ad exportandum sufficerit. Hæc est ergo domine dies, quam fecit Dominus, dies optatae redemptionis, & lætitia dies, in qua magnificatum, & benedictum est nomen vestrum, dies, inquam, quæ & nobis de hoste victoriam contulit, & viro egregio marescallo cum omnibus suis nomen acquisivit æternum; faciat Deus, ut ei respondeatur secundum meritum sua bona, immo præclara opera sua, vobis autem non commendo, quia opera sua valde bona eum apud vestram magnificantem recommendant. Hactenus Anselmus ad Innocentium Pontificem, qui de eadem victoria reportata, ut ejusdem verbis utar, faciente nobiscum Domino signum in bonum ad Apulos omnes scripsit. (a)

(a) Ib. l. 3.
ep. 21.
IV.
Collata a
Pontifice
in Mares-
callum
præmia.

Optabat Anselmus, ut egregia beneficia a Jacobo marescallo Siciliæ regno præstata paribus beneficis compensarentur, cujus votis ultro morem gessit Innocentius, atque amplissimo munere Jacobum ornavit.

Innocentius, &c.

Attendentes qualiter in te circa nos, & Romanam Ecclesiam sincere vigeat devotionis affectus, qualiter nostris te hactenus expoueris beneplacitis, & mandatis, de communis fratrum nostrorum cons. ecclesiam sanctorum Nerei, & Achillei, quæ inter titulos Urbis Cardinalatus gaudet honore, tue fraternitati concedimus, confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus, non quod sufficienter ex hoc nos credamus tuis meritis respondisse, sed ut in eo saltem ex aliqua parte dilectionis propositum, quod circa te gerimus, exprimamus, licet tale sit, quod concedimus, quod paucis unquam fuerit ab Apostolica sede concessum, immo sapientis multis, & magnis viris potentibus denegatum; hæc Innocentius.

Sed ad ejus acta redeamus, quæ addunt Marcualdum in hac turpi, atque infami fuga, omni supellectili exutum, reperturnque in Henrici Imp. scrinio testamentum, cuius ibidem fragmentum redditur, atque id suo loco in ejusdem scilicet principis obitu a Baronio recitatum sic consulto prætermisimus. Quodnam autem Jacobus Marescallus Innocentii Papæ con-

sobrinus virtutis præmium a Siculis tulerit, sic tradunt: In tantum autem præfati Marescalli strenuitas, & prudentia, non solum Regis familiaribus ejus, verum etiam universis comitibus, & baronibus, & omnibus tam indigenis, quam extraneis grata extitit, & accepta, ut communi consilio, & favore * comitatus Andriae donaretur, regali privilegio aurea bulla mundo super ipsum sibi concessione collato. Verum qui illi meritos honores decrevere, legitimos sumptus refundere denegarunt; ibidem namque adiicitur: Quia vero familiares Regis necessaria sibi, & suis denegabant expensas, & propter nimium æstatis ardorem milites sui jam cœperant graviter infirmari, compulsus est ad propria remeare, multamque pecuniam D. Papa fecit militibus elargiri, tum pro stipendiis, & munib; tum pro equis & armis, quoniam præter quasdam expensas, quas fecerant in Sicilia, nihil penitus a regis familiaribus exceperunt. Queritur Innocentius nuper citatis literis, (b) In. l. quod pro ingentibus sumptibus, quos in tuendo regno suppeditarat, nihil sibi penitus repensum esset (eadem reperit etiam ad Fridericum Siciliæ Regem scribens, ut sequenti anno constabit) deque marescalli reditum mentionem facit, ut paulo post aperietur, sed quanto cum sui, totiusque regni periculo regii ministri abire permiserint Jacobum, immo coegerint potius victui necessariis denegatis, rei existutis illustrabit. Nam Sicilia tanto destituta viro, animos, viresque redintegravit Marcualdus, ac nova in perniciem regni confiare, molirique cœpit. Omnium autem malorum auctor extitit Gualterius Trojanus episcopus, ac regius cancellarius, qui cuncta ad se, suosque per fas, & nefas derivabat; de quo acta:

Tum temporis defuncto Panormitano archiepiscopo, metropolitana Panormitana va- CANCEL-
larius Pa-
nermit.
archiep.
affectat.

cabat, ad quam præfatus cancellarius ve- blementer aspirans, usque adeo laboravit, quod fecit se in archiepiscopum postulare, eandemque postulationem per præfatum legatum admitti, summo Pontifice penitus inconsulto, & quamvis nondum pallium receperisset, necdum etiam postulasset, Panormitanum tamen archiepiscopum re, & nomine se gerebat. Quid cum ad summi Pontificis notitiam pervenisset, redarguit valde legatum, quod in tanto negotio circa talem personam processerat, antequam suum beneplacitum perquisivisset, ut tamen illi deferret, de multa benignitate concessit, ut idem cancellarius tam in spiritu libibus, quam in temporalibus procurationem ageret metropolitanae antedictæ, sic tamen ut se, sicut prius, Trojanum episcopum appellaret, & si vellet ecclesiæ Panormitane procuratorem, sive ministrum; sed ipse spiritu elationis inflatus, bujusmodi gra-

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

Pontificis
carpit.

tiam dignatus est acceptare, quin potius ad infamandum summum Pontificem de facto Brenensis comitis, nec linguam, nec calamum voluit cobibere. Quonam vero pacto summus Pontifex ejus improbitatem atque arrogantiam retuderit, sequenti anno narrabitur, cum etiam de aliis ab Innocentio reportatis in Italia victoriis dicetur. Quemadmodum enim opera Jacobi consobrini sui in Sicilia copias hostium fudit, & nequissimum tyrannum Marcualdum fregit, fugavitque, ita illius nequitiae ac tyrannidis participem ac socium Diupuldum virtute Gualterius strenui ducis in Campania auxilio cœlitus immiso vicit atque subegit; at de his suo loco, Interea pergunt gesta cœptam de Gualtero episcopo narrationem; Gualterius autem Trojanus episcopus, & regni Siciliae cancellarius, quasi totum sibi usurpavit inter familiares regios dominatum. Itaque tanquam Rex esset, conferebat, & auferebat comitatus, & baronijs instituebat, justitiarios & camerarios, secretarios, & stratigatos, vendebat & pignorabat dohanas, & baiulaciones accipiebat, & expendebat redditus, & proventus, quin etiam familiares instiebat regios, quos volebat immemor Apostolicæ iussionis, quam ipse cum aliis sibi fieri postulaverat, in hac verba:

Innocentius &c.

VI. Pontificis pro re-genda Si-cilia iusta, Prohibemus, ut dominum Regis nullatenus distrahitur, nec titulo quolibet oblitetur; nisi evidentissimi urgenti necessitate, utpote si exercitum terra, vel mari oporteat congregari, & tunc de redditibus propter hoc pignori obligatis accepta pecunia in obsequio regio per manus secretariorum expendatur. Præsentium quoque tenore duximus inbibendum, ut nullus vestrum qui Regi familiariter adberetis, nisi ex compuni omnium voluntate, vel ex majori saltem parte consilii senioris, aliquod arduum regni negotium audeat explicare, vel percipere quicquam de fisco præsumat. Regis quoque patrimonium minime * consumetur, nisi assensu nostro primius requisiتو. Præcipimus etiam, ut nullus secretiorum alicui personaliter de familiaribus Regis intendat, aut aliquid ei de fisco persolvat, nisi omnibus assentientibus, vel majori parte volente, per quas thesaurum nuper inventum jubemus studiosius custodiri. Gravat etiam nos modum, & perturbat, quod cum perfidus Marcualdus sit per vires nostras, & regias domino Deo faciente contritus, & ad nibilum fere redactus, quidam, ut audivimus, in dispendium Regis, & regni, contra nostri formam mandati pacem cum ipso moluntur, ut qui judicio jacet divino prostratus, haec dolosu pace resumptis viribus resurgat concitus ad nocendum, &c.

* consu-matur.

VII.

Addunt gesta de Gualtero episcopo

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

illum superbia elatum obtritis contemptu Apostolicis imperiis, res novas molitum, pacemque cum Marcualdo iniisse, atque affinitate nova confirmasse; sed cum Marcualdus eo modo viam sibi ad tyrannidem munire vellit; contra Gualterius Marcaldi potentia fratrem suum Gentilem fulcire niteretur, ut ipsum, si posset, ad regnum vel summas opes efficeret, pugnante invicem utriusque ambitione gravissimis discordiis dissensere; Ut autem idem cancellarius præconceptam malitiam posset liberius adimplere, callide procuravit, ut Apostolicæ sedis legatus rediret. Vocaverat autem idem cancellarius Gentilem fratrem suum comitem * Metrappelli, & familiarem regium constituerat, ad sublimationem ejus ardenter aspirans; cœpitque cum Marcualdo tractare de pace contra proprium juramentum, & Apostolicum interdictum, contradicentibus aliis dominis curia, nisi quos ipse creaverat, ut sibi faverent, & quanquam eundem Marcualdum sciret a domino Papa cum omnibus suis fautoribus excommunicatum & mandatum, quem & de ipse mandato Apostolicum omnibus suis fautoribus excommunicaverat, & maledixerat ore proprio, composuit tamen cum eo, in regiam cum familiaritatibus admittens, immo inter universos familiares majorum constituens, dividens sibi regnum cum illo, ut unus in Sicilia, & alter in Apulia Regis & regni negotia procuraret, mindans sub nomine regio universis, ut pacem illam reciperent, & secundum eam intenderent Marcualdo, etiam summo Pontifici displiceret. Verum etiæ uterque intenderet decipere reliquum, affinitatem tamen contrahere firmaverunt per conjugium inter nepotem unius, & neptem alterius. Porro cum uterque deprehendisset fraudem alterius, revelata sunt abscondita tenebrarum, quoniam Marcualdus pernuntios, & literas suas publicavit ubique per regnum, quod cancellarius machinabatur hoc & huiusmodi, ut comitem Gentilem fratrem suum ad regni solium promoveret: cancellarius autem contra, quod Marcualdus resumere vires, & crudelius solito debacchari; haec ibi.

Cæterum de initia a Gualtero contra pontificium interdictum cum Marcualdo pace, graviter expostulat Innocentius in Apulos supra citatis ad Apulos literis; (a) ubi in eandem sententiam urget ista:

Innocentius, &c.

Verum Marescallo ipso ad præsentiam nostram propter infirmitatem militum, & expensarum defectam victore reverso, cancellarius, ut accepimus, contra prohibitionem expressum et factam sub nomine nostro contradicentibus venerabilibus fratribus nostris Montis Regalis archiepiscopo, & episcopo Cephaluden. familiaribus regis, & aliis multis magnatibus, qui se, & mu-

IX.

Innocen-tius ab adultera Franc. Re-gem abdu-cere ag-greditur.

(a)

In l.

3. ep. 21.

Pontifex cum Mar-cuald. pa-cem ser-vare ve-tat.

(a)

In l.

3. ep. 21.

In l.

3. ep. 21.

claris triumphis finis impositus; qui namque feros tyrannos Marcualdum, ac Diupuldum opera invictorum ducum profiliavit, intolerandam refractarii Regis laiciviam ecclesiasticis censuris expugnavit. De his dicturi, videbimus primum, quid Galliae episcopi gesserint, post Divionense, ac Viennense concilia a Petro tituli sancte Mariæ in via lata diacono Cardinale, & Apostolicæ sedis legato sub anni superioris finem celebrata, quid libidinis agitatus stimulis Philippus pertinet, atque moliri ausus fuerit, memoria repetendum. Petrus Cardinalis legatus, ut ex Rigordo narravimus, de uni-

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

nitiones suas optime paraverunt, cum Marcualdo compositionem initivit, quam timemus in Regis pernicem, & regni periculum attentatam, nisi ei fortiter obvietur, & cum majora dicuntur eidem Marcualdo jam de bello fugato per hanc compositionem concessa, quam ipsemeter peteret ante fugam. Ne igitur idem perfidus Marcualdus qui per vires superare non potuit, immo qui nostris est viribus superatus, per fraudes valeat superare, sed magis in suis fraudibus superetur, monemus universitatem vestram, & exhortamur in Domino, & per apostolica vobis scripta tam ex parte nostra, quam Regis districte præcipientes, mandamus, quatenus eidem Marcualdo qui ad oppressionem vestram revertitur citra Pharam, non respondeatis in aliquo, sed sicut haec tenus potius, immo fortius, quam haec tenus potenter, & viriliter resistatis, quia si resistere volueritis, non poterit prævalere, cum virtus ejus sit penitus eneruata, nec moveamini ad literas, si quæ vobis fuerint sub sigillo, & nomine regio destinata, cum non Rex sit auctor earum, sed is potius, qui compositionem initivit. Nec credatis, quod ob utilitatem nostram ista scribamus, cum parati sint illi, si conseruire vellemus compositioni prædictæ, mandatis Apostolicis obedire. Sed ad ista movemur potius, ne fiant novissima vestra deteriora prioribus, & ad extraneos devenant domus vestrae, & vobis in exilium destinatis, vel variis cruciatibus interemptis, matres, & natæ vestrae, uxores pariter & sorores dehonestandæ tradantur in manibus exterorum, sique pejus iis, qui fuerint in regno relitti, tam turpiter vivere, quam exulare, vel mori. Noveritis autem, quod licet haec tenus pro regni defensione multas subierimus anxietates, sollicitudines, & expensas, exponentes pro ipso fratribus nostris, consanguineos, & fidèles, nunquam tamen circa defensionem ejus repescimus, sed sollicitius solito vigilamus, sicut in proximo dante Domino per experimentum operis sentieris. Datum Later.

Atque haec tenus de rebus Siculis ab Innocentio summa prudentia confessis.

Verum haud hic egregii Pontificis præclaris triumphis finis impositus; qui namque feros tyrannos Marcualdum, ac Diupuldum opera invictorum ducum profiliavit, intolerandam refractarii Regis laiciviam ecclesiasticis censuris expugnavit. De his dicturi, videbimus primum, quid Galliae episcopi gesserint, post Divionense, ac Viennense concilia a Petro tituli sancte Mariæ in via lata diacono Cardinale, & Apostolicæ sedis legato sub anni superioris finem celebrata, quid libidinis agitatus stimulis Philippus pertinet, atque moliri ausus fuerit, memoria repetendum. Petrus Cardinalis legatus, ut ex Rigordo narravimus, de uni-

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

Percusa
interdi-
cto Gal-
lia.

Exempti
ab inter-
dicto lato
cruce-si-
gnati.

X.

(a) Rig.
Phil. Aug.

in ges.

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAR.
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

Interdi-
gum tol-
li per
nuntios
postulat.

centii vitam revertamur: Sed cum plebs universa clamaret, Rex non valens tantum Ecclesie severitatis sustinere vigorem, nuntios suos quosdam, videlicet clericos, & quosdam milites ad summum Pontificem destinavit, conquerens multipliciter de dicto legato, sed tamen offerens per eosdem juratoriam cautionem, quod coram legatis, vel delegatis judicibus staret juri. Quibus ipse prudentissimus Papa respondit, quod distinguendum erat, utrum stare vellet juri dictato, aut juri dictando, si juri dictato, videlicet secundum jus, quod dictaverat, superinductam a suo removebat consilio, & Reginam acciperet antedictam, libenter recipere cautionem oblatam, immo sine cautione qualibet, si hoc faceret, relaxaret sententiam interdicti, dummodo prius episcopi, & clericorum destituti plenam fuisse restitutionem adepti. Si vero juri dictando, videlicet ut secundum jus, quod dictaret, affinitatis decideretur articulus, cautionem oblatam recipere ad cautelam, dummodo superinducta remota, Reginam prius recipere memoratam. De Philippis ad Innocentium legatione, deque ejus decernendae caula ait Rogerius (a) Philippum plures oratores, alios atque alios ad Innocentium misisse, ut interdicto amoto tempora Gallis restitueret, ac primo, iterumque repulsam passum, demum in eam concordiae speciem descendisse, ut Rex repudiata adultera Insburgem recipere, eamque regio more haberet, si vero de ea dimittenda experiri judicio vellet, id Regi Dñorum, atque aulæ pontificia signifikatum iri, ut ex utraque parte a viris prudentibus res discuti, atque ex equitate defini possit.

XI. Cæterum quæ post legatorum in Gallicam redditum Rex egerit, Innocentii vita scriptor exactissime exponit: Hoc autem cum per nuncios suos a sede Apostolica reverentes audisset, spiritus ejus cœpit multipliciter anxiri, quia nec illam nolebat recipere, quam habebat vehementer exosam, nec istam dimittere, quam habebat nimis acceptam; verum convocatis quibusdam principibus, tam ecclesiasticis, quam mundanis, cœpit deliberare cum illis, quid ei foret in hoc articulo faciendum, quibus unanimiter respondentibus, quod parendum erat Apostolicae sedis mandatis; quæsivit ab avunculo suo Rhemensi archiepiscopo, qui sententiam divorci promulgaverat, utrum verum esset quod dominus Papaus scriperat, videlicet quod illa non erat divorci dicenda sententia, sed iudiciorum fabula nominanda, qui cum respondisset verum esse, quod scriperat summus Pontifex (non enim audebat aliud respondere) statim Rex intulit dicens: Ergo tu es stultus & fatuus qui tales sententiam protulisti. Hæc auctor. Plane quidem illi stultitiae nota in-

A Philip-
po conve-
ntum in
Archiep.
Rhem.
jactum.

fames comperti, ut Philippus ipse lancinante criminis conscientia vel invitus fas-sus est, qui fœdissima perpetranti non modo non obsterint, verum indulserint, variisque coloribus, fucisque infame flagitium oblinire, ac subornare non erubuerint, ut jure in eos cadat illud propheticum: (b) Stulti principes Taneos, sa-pientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Nec plane alienum in hac re a Philippo Pharaonis nomen, ut qui in suscepito flagitio tamdiu perstaret, cuius in tantam pertinaciam cor ob-riguerat, ut in illud divinas iras detonantis Pontificis minæ hactenus penetrare non potuerint. Quare Rogerius de eodem Philippo sermonem instituens: Cum induratum esset (inquit) cor Philippi Regis Franciæ, nec blandis nec asperis posset emolliri, ut adulteram suam dimittet, &c. Verum quoniam spiritus ubi vult spirat, & obduratos peccatores ad poenitentiam inflicit, emollitum tandem Philippi cor pertinaciam posuit, & ad Romani Pontificis voluntatem sese infre-git, ut in eo illud Sapientis oraculum comprobetur (c): Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud. (c) Prov. 21.

Ut vero hæc evenerint, acta memorata prosequuntur, quæ post enarratam priniam Regis legationem, de altera tum ipsius, tum Innocentii hæc scriptis tradidere: Remissis igitur nunciis instabat, ut prius quod Philippus Pontifici paret.

(d) Rig. in ges. Philipp. Innocentii tertio datis arguitur, tum quod interdictum hoc ipso ineunte promulgatum octo menses tantummodo tenuerit; subiiciunt gesta, quas Innocentius leges legato dederit: Talem ei formam praefagens, ut ante omnia satisfactionem plenariam de dannis, & injuriis clericis irrogatis faceret exhiberi; ita quod hi, qui propter obedientiam & reverentiam Apostolicae sedis graves perpepsi fuerant contumelias, & jacturas, per Apostolicam sedem sibi sentirent, & gaudenter congrue satisfactum; deinde superinductam præciperebat a regio consilio tam localiter, quam carnaliter removeri, ut non solum a Regis amplexibus, verum etiam a regni finibus faceret illam excludi, & præfamat Reginam ab ipso Rege solemniter recipi, & regulariter pertractari, recepta publice jura-toria cautione, quod eam sine judicio Ecclesiæ non dimitteret & sic relaxaret sententiam interdicti.

Con-

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAR.
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

XII. Confirmant superiora literæ Apostoli-
(a) Lib. 3. sp. 10. ce (a) quibus Insburgi Reginæ signifi-cat Innocentius, Ostiensis episcopi legati opera Philippum priorem animum fre-gisse, sedis Apostolice excepisse imperia, & ad sarcina ecclesiæ illata damna, i-plasmque, ejecta inducta, ut Reginam & uxorem habendam paratum, seque ea-de re a legato, Parisiensi, Suectionensi, & Trecensi episcopis certiore factum.

I. Reginæ Francorum Illustri.

Intellexisse te credimus hactenus, & nunc plenius percepisse, quantam sollicitudinem, & diligentiam in negotio tuo curavimus exhibere, cum etsi Charissimum in Christo filium nostrum Philippum Francorum Re-gem illustrem ad receptionem tuam juxta juris ordinem prius curavimus per literas, & nuncios commonere, tandem vul-neribus fatis oleo vinum cum Samaritano duxerimus infundendum, in terram Regis ipsius interdicti sententiam proferentes, & licet Rex ipse lœsum se reputans, in clericos, & ecclesiæ manus suas duxerit ag-gravandas, nunc tamen faciente Domino signum in bonum, de mandato nostro per ministerium venerabilis fratris nostri Oct. Ostiensis episcopi Apostolice sedis legati, quem propter hoc specialiter in Regnum Francorum direximus, cor suum ad obe-diendum mandatis apostolicis inclinavit, ita quod tam clericis, quam ecclesiæ satis-

Ann. Eccl. Tom. XX.

faciens plene de injuriis, & dannis illa-tis, & superinducta remota, te velut uxori-rem suam & Reginam Francorum recepe-rit, & jurari fecerit in animam suam, quod regaliter te tractabit, & præter Ec-clesiæ judicium non dimittet, scut idem le-gatus, & venerabiles fratres nostri Par-i-sien. Suectionen. Trecen. & alii quidam epi-scopi, qui præsentes fuerunt, per suas no-bis literas intimarunt. Extant in pontifi-cio regesto ejusdem Octavianii legati literæ (b), quibus rei gestæ seriem enarrat Innocentio una cum aliis Suectionensis (c) episcopi, achiепiscopi (d) Rhemen-sis, Trecensis, Catalaunensis, & Carno-tensis episcoporum eo argumento exara-tis, quibus præfixæ aliae O... Parisiensis ecclesiæ sacerdotis, qui Innocentio Gal-licanæ ecclesiæ triumphum ob Philippi con-versum animum, receptam ab eo Regi-nam, atque damna ecclesiæ restaurata explicat. [1] Verum alieno adhuc a Re-gina animo erat Philippus, eamque pa-rum honorifice tractasse videtur, cum In-seburges querelarum plenas literas ad In-nocentium dederit, qui non sine admira-tione ob acceptas ab aliis contrarias lite-ras ita rescripsit:

Innocentius, &c.
Monemus serenitatem Regiam, & exbor-tamur in Domino quatenus apud cum qui secundum Psalmistam, refugium nostrum & vir-

NOTÆ [1] Iteræ Octavianæ hic indicatae fere integræ recitantur in Annalibus contractis.
Amantissimo patri ac reverendissimo domino Innocentio divina providentia summo pontifici, suus Octavianus Ostiensis episcopus commendationem & devotam in omnibus reverentiam.

Habito cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & aliis ecclesiæ prælatis diligenter tra-ctatu qualiter deberent nobis in facto Regis assistere, eos juxta mandatum vestrum, & volun-tatem nostram promptos invenimus & paratos: ipse vero rex cum in colloquio illustrium co-mitis Flandriæ, ac ducis Brabantæ apud Compendium moraretur, auditio adventu nostro cum velocitate, & latititia maxima Senonis nobis occurrens, devote & humiliter nos recepit, & cum honore tractavit, cumque familiarem, & diutinum habuissimus cum ipso tractatum, as su-per multis prout expedire videbatur eum suissimus studiose alloquuti, ultra opinionem omnium ita invenimus eum propitium & benignum, ut apud omnes qui animum ejus noverant divi-num miraculum videretur, qui utique post longam invectionem, qua ipsum fuimus constanter aggressi, tandem cum multa lacrymarum effusione, & humilitate cordis, mandatis nostris se submisit, ac nostris dispositionibus paritum promisit. (Nonnullis interjectis ut de injuriis, dannisque illatis presulibus, & clero fecerit satis, subdit.)

Cæterum volentes in cunctis rite procedere injunxiimus ei, ut superinductam a se tam car-naliter quam localiter separaret, quod & fecit, prout expedire melius videbatur, firmiterque in audiencia omnium repromisit, quod eam nec cognoscere debeat nec videre, donec fuerit re-gina negotium ad finem adductum. Inuncto autem sibi mandato, ut Insburgem reginam reci-peret, eam de loco, in quo olim eam statuerat præcepit adduci: Et infra: post familiare col-loquium (nimur regis, & regina, præsente legato) in consistorium exeunt, ubi erat in-finita cleri, & populi multitudo, reginam eamdem a tribus episcopis fecimus honorificientia re-gali deduci, factoque mandato, ut eam rex tanquam uxorem suam & Franciæ reginam accipe-ret, & honorifice pertractaret, recepit eam publice, & huic mandato, licet invitus, ac aliis omnibus mandatis vestris se paritum firmiter repromisit. His addit legatus sacerorum justitium sublatum maximo gaudio fuisse: ceterum regem adduci non potuisse, ut reginam resti-tueret thoro, utque conjugem retineret, sed ut controversia de illius conjugio discuteretur in-stitisse, ac se illi promissoe jus in ea causa ipse reddidit iri. Certiorum interea fecit rex misso-riatore Innocentium se apostolicis imperiis morem gesse, ac licet ab hostibus ecclesia solicitus fuisset, ut fœdus armorum adversus Romanam ecclesiam, a qua se acerbius babitum querebatur, cum ipsis coiret, nunquam tamen assentiri ipsi voluisse. Qua in re certe maximis laudibus fa-ferendus est; a cuius exemplo absit postea Henricus Anglia rex, qui ob pellicis amores, se, & innumeras animas in exitium traxit. Placuit autem divina providentia induxit a Philippo Ruci Moravia filiam e vita subducere, ac tumultuum occasionem ne recrudescerent, tollere. MANSI

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAP.
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

& virtus & in tribulationibus est adjutor, piis orationibus instare procures, ut idem Rex te in gratia retineat conjugali, & maritali affectione pertractet. Quis enim scit si petens accipias, invenias querens, & appetiatur pulsanti? Pete igitur, quere, ac pulsā, insta oportune, & importune, si forsū propter tuę petitionis instantiam necessitates, & lacrymas tuas recipiat Dominus miserator, & iādem Regi circa te pium inspiret affectum, & ipsum a suā dignetur duritū revocare. Apud charissimum quoque in Christo filium nostrum Ca. Regem Danorum illustrem fratrem tuum, cui etiam de novo nos super hoc scribimus, literis, & nunciis instare procures, ut ad defensionem causa tua cum advocatis, & testibus, & aliis, quæ visa fuerint expeditre sufficiētes dirigat responsales cum se per impotentiam excusare non possit, sicutque ipsi æque facile, vel facilius dummodo assertioni tuae veritas suffragetur, obstatum affinitatis objecta removere per suos, quam alteri parti, nisi propositioni eius veritas subdit, legitime comprobare. Noveris autem, & babeas pro constanti, quod nos dante Domino in tua tibi non deerimus ratione, licet Regi postulanti iustitiam non potuerimus, nec velimus audientiam dengare. Datum Lateran. xi. Kal. novemb. Eadem est literarum sententia, quas ad

(a) Ib. ep. 11.

(b) Ib. ep. 14.

XIV.

Danorum Regem (a) Inseburgis fratrem dedit, quem etiam forori opera non deesse jussit. Reginæ porro querelis excitatus legatum monuit (b) in restituenda pristinæ dignitati Regina operam navaret; rem tanti momenti sibi videri, ut pro ea causa sanguinem lubentissime profunderet. Regique Francorum significanti se Apostolicis imperiis obsequutum, & querenti a legato se asperius habitum, respondit, ne exulceraret animos, sed ad justa illius æquissima se se inflecteret.

Implorante eodem tempore sedis Apostolicæ misericordiam Altissiodoreni episcopo, qui fulminatum a Petro Capuano Apostolicæ sedis legato in Gallias interdictum non servarat modo, sed auctor una cum ceteris fuerat, ut contem-

ptu obtineretur, Innocentius severitatem clementia temperandam censuit: cum enim ad Senonensem archiepiscopatum postulatus esset, ad eam dignitatem ob præteritum facinus non admisit, indulxit (c) tamen ut episcopali munere, a quo (c) Lib. 3. obeundo submotus legati sententia erat, ep. 18.

fungeretur. Ceterum placuit divinæ providentie inductam a Philippo ducis Moraviae filiam, ob quam tanti tumultus in Galliis commoti fuerant, ex hac vita subducere, ne illius causa Galliarum regnum diutius affligeretur. [1] Antequam vero ex interdicti publica calamitate Gallia emerget, novo gaudio illius luctum permulfit. Philippus enim & Joannes Anglie Rex post iterata colloquia pacem, ac fœdus xi. Kal. junias inter se pepigere,

ac postridie ejus diei Blanca filia Adelphoni Castellæ, ejusdem Joannis Regis neptis, quam Alieónora Regina Joannis mater in Hispanias profecta receperat, Ludovico Philippi Regini filio apud Purmör in Nortmannia ab Helia Burdegalensi archiepiscopo matrimonio juncta est; qui cum aliis ipsam fuerat comitatus, adstante celebri episcoporum ac virorum principum corona, qui regias nuptias co-honestarunt. Hæc fusius Rogerius, (d) (d) Rog. in Annal. Ang.

qui pacis conditiones recenset, eadem que de fœdere ac nuptiis Robertus (e)

de monte, Matthæus Parisius (f) Rigor-

dus, & alii. Porro hanc Regis Castellæ

filiam a Ludovico ductam Parisius Bla-

cam, Rigordus (g) Blanchiam nominat,

Robertus vero Blandam corpore mori-

busque honestissimam virginem appellat.

Quod ad Ludovicum attinet, Philippus

Rex, ut Innocentii acta testantur, ex pri-

ma uxore, filia Balduini comitis Hanno-

niae, comitisque Flandriæ nepte unicum

sulceperat, qua postea defuncta, prædi-

ctam Inseburgem Canuti Danorum Regis

sororem in matrimonium accepit. De

Philippo item addit Rogerius, Judæis

quos ipso sui principatus initio regno ejec-

cerat, redeundi, commorandique liberam

fecisse potestatem. [2]

Hoc

NOTÆ

[1] Bitum Mariæ seu Agnetis, quam Philippus Galliæ rex repudiata uxore sua duxerat, Raynaldus hoc anno recitat; sed anno tantum sequenti assignatum apud diligentissimos horum temporum scriptores reperio. Albericus Monachus trium fontium in Chronicō, quod cum anno 1241. quo & florebat, absolvit, ad annum MCCI. scribit, Eodem anno mater eorum (Philippi scilicet, & Mariæ, quos Philippus Galliæ rex ex Agneta genuerat) superintendit moritur & juxta Meduntum in Ecclesia S. Corentii sepelitur, ubi rex fecit Abbatiam centum & viginti monialium. Guillelmus de Nangis, qui Chronicō suum eam saeculo claudit ad eundem annum, rebus Concilii Sueffionensis narratis subdit: Reginæ vero Maria quam Philippus rex superinduxerat, auditis divortiis sui rumoribus, dolore annexa apud Possiniacum moritur. MANSI

[2] In fine hujus parraphi hæc addunt Annales contrafacti: In Narbonensi porro Gallia hoc tempore ecclesiastica res maxime collapsa est, itaut magnates templa invaderent, eaque in castrorum formam redigerent ac praesidiariis militibus munirent. Tum heresis adeo impune graxata, ut christianam religionem & omnia sacra, ut deridicula temneret, ut queritur

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAP.
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

Hoc etiam anno Joannes Angliae Rex soluto priore conjugio cum Hauvista, quam tertio consanguinitatis gradu attingebat, Isabellam filiam Ailmari comitis Engolismensis despontam Comiti Marchiæ uxorem duxit, ut tradit Rogerius. [1] De quibus nuptiis etiam Robertus de monte, Matthæus Parisius, & alii, qui post ipsos scripsere. Addit Rogerius Joannem Nortmannicis confessis negotiis, in Angliam octobris mense cum nova sponsa perrexisse, ibique apud Westmonasterium Londini ambos ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo regiis insignibus decoratus.

Eborac. archiep. a Rege fratre diven- xatur.

Hoc interim spatio, quomodo Gaufridus Eboracensis archiepiscopus iussu Regis fratri omnibus episcopatus bonis spoliatus in Jacobum Eboraci vicecomitem, ejusque ministros, qui ecclesiasticas possessiones invaserant, atque in illos, qui Regis animum contra se commoverant, anathematis sententiam tulerit, totamque Eboracensem provinciam ecclesiastico interdicto supposuerit, ac demum quomodo Joannes, proborum consilio, ablata bona fratri restitui jussit, iidem qui supra Rogerius & Parisius pluribus tradunt. Crebra vero leguntur inter Regem atque archiepiscopum exorta dissidia, quæ ramen haud difficile negotio composita & conciliata fuerunt.

XVI.

Quod ad Hubertum pertinet Cantuarien. archiepiscopum, quem Anglorum Regi atque Reginæ coronam imposuisse vidi- mus, Rogerius post enarratam concordiam per judices ab Innocentio constitutos inter ipsum initam, atque Cantuarienses ecclesiæ S. Trinitatis monachos, post recensitas amicitia conciliatae leges, quarum præcipue fuere, ut archiepiscopo sacram ædem Lameheensem, eodem quo antea loco, novis tamen iactis fundamentis ædificari liceret, & ne secularres canonicos ibidem constituere posset, sed regulares dumtaxat, eosque Præmonstratensis ordinis, ac tredecim minimum, vel ut maxime viginti, demum ait eundem archiepiscopum Londoniis apud Westmonasterium hoc anno generale episcoporum

Conci- lium Lon- dinense.

NOTÆ

ritur Innocentius bisez verbis: Innoc. libr. 4. epistol. 22. Accedit ad hoc damnata & damnanda diversarum hærescon pravitas, quæ Deum & ministrum Domini Moysem ore poluto blasphemans, damnat tam novum testamentum quam vetus, & ecclesiastica sacramenta contemnens ea prædicat esse sacrilega, & quidquid fidei religionis & divini cultus in Ecclesia solemniter agitur & fideliter observatur inutile ac ridiculosum affirmat. Et infra: II dicunt bonum malum & malum bonum, vocant tenebras lucem & lucem tenebras, in dulce amarum, & amarum in dulce convertunt, nec Deum timent, nec Deum reverentur, dogmata evangelica prava interpretatione pervertunt. Tantorum malorum causam tribuit Innocentius præfulum imperitia & avaritia, qui sacerdotia indignis & pueris conferrent, & leges canonicas confundent. Cumque archiepiscopus Narbonensis magna eorum criminum invidia laboraret, cardinalis S. Prisca legatus in eum inquirere jussus est. MANSI

[1] Joannes rex Londonum veniens cum nova uxore, ceremoniam iteratæ coronationis & consecrationis ejusdem reginæ, quæ quasi duodenis videbatur, ait Radulphus Abbas de Coggeshale in Chronicō Anglicano peregit prima Dominica post festum S. Michaelis, idest ipsis Kalendis Octobris, quæ dies anno illo in Dominicam incidebat. MANSI

concilium celebrasse; illud enim ita appellabant olim majores, quod ex provinciis uni primati antistiti subjectis cogebatur, ut Cardinalis Baronius demonstravit (a). (a) An. Quatuordecim porro canones enumerat 347. n. 8. auctor, quos in eo archiepiscopus Hubertus promulgavit, decrevitque, ut pie inviolateque a sibi subjectis servarentur, idque jure optimo, cum maximi sint ponderis atque momenti.

Atque in primis ut divino cultui manipati præcipua qua decet reverentia, & animi devotione suum munus obeant, huicmodi profertur decretum:

Salubri provisione consilii prospexit, ut a quolibet sacerdote celebrante verba can- modi ce- lebranda missa.

Salubri provisione consilii prospexit, ut a quolibet sacerdote celebrante verba can- modi ce- lebranda missa.

Observatione etiam dignissimus alter can. mis- isti proximus, ubi de missarum celebratio- fa bis in ne, deque sacratissimo Eucharistia mysterio habentur: Non liceat presbytero eod. sine necessitate in die celebrare, nisi necessitate urgen- te, & tunc idem cum in die bis celebrat, celeban- post primam celebrationem, & sanguinis sumptionem, nil infundatur calici. Sane post

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

post primam celebrationem diligentissime absurbeantur stillulae de calice, & digitii sanguantur, vel lingua lambantur, & laveruntur, reservata lotura in vaso mundo, ad id specialiter deputato, quæ lotura sumatur post secundam celebrationem. Hæc ita se habeant, nisi in prima celebratione adsit diaconus, vel alius minister honestus, qui loturam sumere possit. His adiicimus, ut reponatur Eucharistia in pyxide mundæ & honesta, & in pyxide munda & honesta deferatur ad ægrum linteo mundo superposito, & lucerna præcedente ac cruce, nisi æger valde remotus fuerit. Renovetur quoque hostia ipsa singulis dominicis diebus.

XVII.
De baptis.
Quod ad tertium attinet, ubi de baptismatis & confirmationis agitur sacramentis, isthæc inter alia leguntur: Non liceat diaconibus baptizare, vel pœnitentias dare, nisi duplicitate, videlicet quia sacerdos non potest vel absens, vel stulte non vult, & mors imminet puer vel ægro. Ita patres. Id vero de pœnitentiis non de pœnitentia sacramento, cuius legitimum ministrum solum sacerdotem esse Ecclesia catholica profitetur; sed de publicis, quæ publice peccantibus ex ejusdem Ecclesiæ præscripto iungebantur. Si vero (pergit synodus) in necessitate puer baptizatur a laico, quod fieri potest a patre vel a matre absque matrimonii præjudicio; sequentia immersio, non præcedentia (que scilicet peracta sint) per sacerdotem expleantur. Ex his vides, lector, in Anglia illum morem vixisse, ut infantes, qui baptismate initiantur, in undas sacras, quod antiquitus siebat, immergerentur.

(a) Can. 4.
De confessionis sacram.

* qualita-
tem.

Cæterum de confessionis sacramento subdit (a): Cum pœnitentia, quæ est secunda tabula post naufragium, tanto major adhibenda sit circumspectio, quanto magis est necessaria post lapsum reparatio, nos sacerorum canonum statuta sequentes, præcipimus, ut sacerdotes in pœnitentia diligenter attendant circumstantias, * quantitatem scilicet personæ & quantitatem delicti, tempus, locum, causam, moram in peccato factam, devotionem animi pœnitentis; & ut pœnitentia talis injungatur uxori, unde non reddatur marito suo suspecta de aliquo occulto & enormi peccato: idem in marito conservetur. Nullus etiam sacerdos post lapsum, antequam confiteatur, ad altare præsumat accedere celebraturus. Id adiicimus ad sacerdotum cupiditatem, resecandam, ut missæ non injungantur in pœnitentia bis, qui non fuerint sacerdotes. Sacrosanctum missæ sacrificium, utpote præstantissimum religionis actum, maxime idoneum ad id accommodatumque esse in dubium revocari nequit. Attamen ut eorum, qui juxta Apostolicum dictum, quæ sua sunt querunt, non quæ Jesu Chri-

sti, coercentur aviditas, id jure inhibetur.

Consultum est insuper (b) ex Lateranensis concilii præscripto, ne episcopi aliquique ecclesiastici Christiano populo graviores forent, in quam sententiam hæc inter alia: Nos ipsius (nempe modo dicti concilii) instituta humiliter & devote sequentes, decernimus, ut archiepiscopus parochias visitans, quadragesimum vel quinquagesimum electionis numerum, episcopos vicecum vel tricesimum nequaquam excedant, archidiaconus vero quinque aut septem, decani constituti sub episcopis duobus equis contenti existant. Nec cum canibus venatoriis aut avibus profiscantur, &c. Ex eadem insuper Lateranensi synodo prohibetur: ne quis (c) sine certo titulo ad diaconatus vel presbyteratus ordinis promoveatur (d): ne ante canonicam commonitionem præmissam anthematis, aut suspensionis sententia feratur (e); neve quidquam pro sacramentorum administratione exigatur.

Adhæc patres alia sanxere de decimis monio. (f) solvendis, de clericorum continencia atque honestate (g), ac de matrimonio, de quo statuere (b): Nec contrahatur aliquod matrimonium sine tria denuntiatione publica in ecclesia, neque si fuerint persone incognitæ. Sed nec copulentur aliquæ persone matrimonio, nisi publice in facie ecclesie & præsente sacerdote, & si factum fuerit, non admittantur alicubi * ecclesia, nisi speciali au- * in storitate episcopi. His addidere (i), quod (i) C. 12. publici criminis infamia inustis, ut confiteantur ac faciant satis semel atque iterum & tertio commonitis confessum canonica purgatio indicatur. Præterea ejusdem concilii Lateranensis institutione suffulti, leprosis (k) facillum & coemetarium permittunt. Postremo vetant, ne quisquam a laicis (quod jam sèpissime statutum fuerat) sacerdotia sine episcopi auctoritate recipiat. (l) Atque hanc nus de Londoniensi concilio.

His enarratis Rogerius accuratissimus scriptor S. Hugonis episcopi Lincolnensis obitum refert; eodem anno contigisse non solum Matthæus Parisius, sed ipsius vita acta testantur. In primis enim afferunt inter Galliæ Angliæ Reges pacem ipsius opera conciliatam, quam hujus anni mense majo confectam certissime constat, id affirmantibus hujus temporis auctoribus, quos supra memoravimus, Rogerio, Roberto de Monte, nec non Rigordo, Matthæoque Parisio, qui eodem sæculo scripsit, cumque præterea Rogerius oculatus testis afferat, S. Hugonem Lincolnensem episcopum creatum anno post Christum natum millesimo centesimo octogesimo sexto, addant vero acta eum annos quindecim, & quinquaginta octo dies.

De non
gravantis
laicis.
(b) Can. 3.

CHRISTI
1200.
INNOCENTII III. PAP.
3.

dies sedisse, non ante hunc annum obiisse necesse est. Licet mendum in hujusmodi annorum numero in acta irreplisse ex modo allatis auctorum testimoniis dicendum videatur, atque affirmandum potius, sanctum antistitem sedem Lincolnensem annis quatuordecim (quod Matthæus Parisius (a) afferit) ac dies octo supra quinquaginta ornasse. Tradunt enim acta beatum virum die festo S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ sacræ episcopalibus initiatum, ac 15. Kal. decembris e vivis erectum fuisse. Hæc præterire nolimus, quibus infrascriptus error exploditur, cum post res gestas D. Hugonis hæc leguntur: Porro anno Christi millesimo ducentesimo octogesimo, qui fuit a beati viri obitu fere octogesimus sextus, octobris sexto die, sacerum ejus corpus elevatum atque translatum est. Qua ratione ejus obitus ad annum millesimum centesimum nonagesimum quartum referendus esset. Igitur ne foedissime vitæ scriptor errasse, secumque pugnare dicatur, affirmandum est, ista de translatione corporis ab alio adjecta, quod ex ipso contextu orationis satis perspicitur. His de tempore stabilitis firmatisque, præclara tanti præsul's funera celebratur, quemadmodum superioribus annis plura ex Anonymo ejus vita scriptore a Baronio nostro reditta acceptimus, ita ex eodem aliisque delibabimus.

Cum jam tempus (inquit acta) advenaret transitus ejus ad patriam, acri febre corripitur (modo laudati auctores quartana eum laborasse affirmant). Morbo autem ingravescente, sèpius orando hæc verba repetebat: O pie Deus requiem praesta nobis, bone Domine, Deusque verax dona tandem nobis requiem. Quod quidam de astribus audiens, quasi pro consolatione dixit ei: Jam domine quiesces. At ille: O vere, inquit, beatos illos, quibus vel in extremo judicis die requies inconcusa donabitur. Dicente rursus eo ipso, illum diem ei futurum, Deo volente, judicii diem, quo esset e vita discessurus, cum magna fiducia dixit: Non recte sentis; non enim judicii, sed gratiae, & misericordiae dies erit, quo ego defungar. Cum abduc esset in columis, & mentio fieret de mortis horrore, dicere consueverat: Male profecto nobiscum ageretur, si nunquam mori deberemus; hec de morbo, sanctique viri fiducia, cuius etiam egregium exemplum præbuit, dum a præcipuo amico de datis ab ipso judiciis compellatus est: Quandoquidem (inquit) domine multo tempore, tum ordinarius, tum etiam delegatus permulitorum judex fuisti, diligenter oro, studeas ne dum generatim, sed etiam speciatim confiteri, quos & quot privato amore, vel odio aut promoveris, aut depressis parum juste; respondit ille: Odio seu amore, sed nec spe quidem vel timore

Mori cu-
pit.

CHRISTI
1200.
INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

personæ, vel rei cujuscunque a veritate jucundi me unquam exorbitasse penitus memor illius ænon sum; si autem de recto deflexi, hoc quitas. vel propria ignorantia, aut certe assiden- tium culpa accidit. Hæc ipse. Enimvero Romanos Pontifices totius provincie negotia Hugoni committere, ipsumque sancta æquitate difficultimas controversias, jure consultissimis mirantibus, dirimere consuevit fidem faciunt acta, que subdunt: Ad verba nūque sua tantam adhibebat cautionem, ne quid contra veritatem proferret, ut nedum in dubiis, sed etiam in certissimis frequenter hanc adiiceret appendicem: Sic modo nobis occurrit. Eadem per omnia cautela in literis sigillo ipsius munis endis ille veritatis amator semper utebatur. Almonitus etiam, ut testamentum pro more ficeret: Tædet me, inquit, bujus consuetudinis jam p̄ssim in Ecclesiam Heredem ecclesiam instituit.

quod non sit ecclesia, quam regendam suscepit. Attamen ne fiscus rapiat, pauperibus tribuatur totum, quod videor possidere. Vigebat namque adhuc perversus ille atque sacrilegus mos, Romanis Pontificibus frustra reclamantibus, ut defunctis episcopis ecclesiastica bona fiscus invaderet, atque expilaret. Addunt his Rogerius & Matthæus Parisius tum Joannem Angliæ Regem ad sanctum virum officii causa aduentem ipsius testamentum confirmasse, & in Domino (ut iidem ajunt) pollicitum, quod deinceps Præsulum testamenta rationi consentanea, rata habiturus foret.

Ut vero ingraevescente morbo morte que imminente fæse orationi dediderit, obitumque, tum ingentia, quæ Angliæ ac maxime clero imminebant mala, ob quæ lubenter se e vita discedere ajebat, ac propheticō afflatus spiritu præsagierit, enarrat vitæ ejus auctor: Cum jam autem ille, quem diximus, novembribus dies propinquasset, lachrymanibus sibi dixit, ut funeri necessaria præpararent. Facto denique in se spiritu Dei, mala grandia futura prædictit & Regi & regno, in primis autem clero. Dicebat proinde libenter se velle mori, ne tanta cerneret dissidia: & hæc quidem omnia mox ab ejus obitu sicut prædicterat, evenerunt; in quo sicut & in aliis multis apertissime videre licet cum prophetice spiritum habuisse. Decimo-septimo novembribus die, cum sentiret vires sibi magis magisque deficere, jussit accensiri monachos, & clericos in obsequium funeralis sui, & quia episcoporum nullus interesse poterat, ordine instruxit eos, quemadmodum funus ipsum curare deberent. Jussit quoque, ut non Londoniæ, ubi ægrotare cœpit humaretur, sed ut Lincolniam translatum eum in primaria ade sepelirent. Concilium namque universale totius regni Lincolnie celebrabatur, ad quod episcopi omnes convenerant. Ipse autem interrogatus

Imminen-
tia Angli-
mala præ-
dicat.

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

num interesse vellet, respondit, etiam; id vero quomodo accipi voluerit, ex sequentibus patebit. Advesperante ergo die virius & misericors sciens, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad patrem totius consolationis, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos; cernensque ubertim flentes charifimos filios, suavissimis eos sermonibus consolari nitebatur, dextram etiam capitibus singulorum diutius imponens, Deo & verbo gratiae ejus eos omnes commendavit. Demum de extremo ejus vita adū: Deinde (nimirum postquam amantissimis verbis suos in lacrymas solutos dexteraeorum capiti imposita solatus esset) deficiente voce cum rogarent eum, ut Dominum pro idoneo pastore deprecaretur, tandem respondit: Deus id faciat; quo dicto pavimentum coram eo nudatur; & cinere benedicto in crucis formam sparsō, completorii preces inchoaverunt, cum autem versum illum audisset: Clamat ad me, & ego exaudiā eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, imponi se cineri poscit (is mos a sanctis olim religiosissime servabatur, ut in cinere strati, quo poenitentiae sacrae magis indulgerent, emorerentur) psalgentibus illis festinans, vultu placidissimo spiritum sensim colligebat, quem tunc in manus conditoris tradidit, cum illud Simeonis canticum inciperetur: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Obiit circa annum Domini 1200. cum jam sexagenarius esset, deinceps in sabbato pacis aeternae quieturus. Tenuit cathedram episcopalem annis quindecim, & quinquaginta, & octo diebus. Hactenus gestorum scriptor.

In cinere
feliciter
animam
efflat.

XX.
S. corpus
lacte can-
didius,
vitroque
pelluci-
dus vi-
sum.

Recenser postea divinitus ostensa de ejus gloria prodigia, cuius mirabile quoddam vestigium in sacro corpore impressum effulsi: Cum lavarent capellani videlicet, corpus exanime, lacte candidius foris apparuit: intus vero vitro purius cernebatur. Jam vero egregium illius funus, vel potius insignem latitudinemque triumphum spectemus; subdunt gesta sacris vestibus adornato corpore incredibilem hominum multitudinem concurrisse, ut feretro gestando collum submitterent (Londonio enim, ubi dum post tractatam inter Anglos & Francos pacem rediens ex morbo obierat, Lincolniam transferebatur) atque inter alios Joannem Angliae & Willelmum Scotie Reges innumera presulum procerumque corona stipatos id officium sancto corpori praestare sibi gloriae & triumpho duxisse. De iis agunt etiam Rogerius & Parisius, quorum prior trium archiepiscoporum, episcoporum plurium aliorumque nomina percenget, afferens, quod ad archiepiscopos attinet, fuisse Hubertum Cantuariensem, Joannem Du-

blinensem (hujus loco habet Parisius Gaufridum Eboracensem) & Bernardum Raguensem.

Sic sic placuit (loquuntur acta) remuneratori omnium bonorum glorificare servum suum fidem, qui toties erga sepulturam aliorum solicitus fuerat; eademque Parisius. Contigit vero saepius, ut divinum numen servum suum in eo pietatis genere occupatum ita adamaret, ut factorem putridis corporibus halantem percipere non permetteret. Addunt acta: Cum audisset aliquando quandam ex persecutoribus ejus defunctum, statim præparavit se, ut illo pergeret, hominemque se veliret. Occurrentibus vero famulis & dientibus, certissime comparatas esse infidias juxta viam. Tum demum, inquit ille, justē excusabimur, si pedes compedibus constringantur, & incedendi facultas erecta sit. Quo dicto, relatis aliis, cum duobus tantum eo se contulit, ac funus honorifice curavit. Sed coepit sacram funeris historia in proseguamur.

Quod ad sepulturam spectat, Rogerius & Parisius sacrum corpus in ecclesia, quam ipse in Deiparæ honorem construxerat, juxta altare S. Joannis Baptiste a prædictis archiepiscopis & episcopis tumulo mandatum esse tradunt. Porro non modo templum illud aedificandum curaverat, verum in clementario etiam opere tantus presul inservire ac desudare voluerat, ac propriis humeris lapides gestare, nec a dignitate Episcopali alienum putabat vilissimum laborem suscipere, quo divina gloria augeretur. Quantu vero apud Deum meriti is labor esset, ingenti miraculo illustratum est, cum æger accepto in humeros corbe, quo sanctus utebatur, pristinam valetudinem, ut testatur Parisius (a), est adeptus.

Pluribus autem signis veluti quibusdam gloriae trophæis ejus feretur & sepulcrum Deus illustravit: ad gestorum namque calcem legitur toto sex dierum itinere, & post exequias ipsius divinum numen plura miracula sancti sui meritis patrasse, inter quæ illud stupore maximo omnes defixit, quod narrat etiam Parisius, accensas facies, quæ sacro corpori præferebantur, licet vento & pluvia asperaretur coelum, nunquam diebus quatuor ita extintas fuisse, quin semper ex iis aliqua arderet. Hæc, aliaque de S. episcopo miracula enarrant acta, quibus adiicienda arbitror, quæ Rogerius scriptis de eo commendavit, virum sanctum, dum in humanis versaretur, dicere solitum, maximum illud sibi videri miraculum, si quis alicujus sancti precibus ex hac vita eriperetur, ut ex illius periculis in coelum evolaret: quod miraculum ait in eo contigisse, qui cum ad feretrum sancti preces fudisset, ut ex hac vita, ad Christum intuendum di-

Illius
charitas
erga ini-
micum.

(a) Par.
bif. Ang.

discederet, sequenti nocte animam pie efflavit; addunt etiam infra decimum quintum ab obitu diem D. Hugonem de cano ecclesiæ Lincolnensis videndum se obtulisse, monuisseque sibi a Christo concessum, ut e canonorum collegio unus brevi in coelum demigraret, proinde imperaret omnibus, ut se ad mortem compararent, quæ sors in Robertum felicissime cecidit, cujus corpus asperrimo cilicio sub ueste candida horrere repertum est. Sed ad acta redeamus, quæ coepit de rebus admirandis narrationem ita prosequuntur: Mulier quædam cœca ad primum corporis contactum oculorum lumen recipit. Fur quidam cum crumenam pecunia referiat abstulisset a latere cuiusdam feminæ orantis ad corpus S. Hugonis, miraculose protinus cœcatus est. Sentiens ergo divinam ultiorem, seipsum publice accusavit, crumenam reddidit, & visum recuperavit. Rogerius autem & Parisius aijunt furem fuisse dæmone corruptum, verum utrumque contigisse potuit. Miles quidam, cujus brachium cancer plane corroserat, ad corpus S. Hugonis sanatus est. Puer quidam vita functus meritis illius revixit. Vir quidam languidus a medicis desperatus, ad sanctum beati viri sepulcrum venit, moxque sanus & incolmis surrexit. Denique non longo temporis spatio a sepultura pretiose thesauri, intra paucos dies ad monumentum ejus sex paralyticæ sanitatis beneficium adepti, tres cœci illuminati, muti duo loquendi facultatem receperunt; duo quoque contracti priſtinæ sunt firmitati restituti, & hydropica femina ejus meritis curata est. Mulier quædam cum quatuor fecisset abortus, admonita est ab ancilla sua, ut puerulum cereum S. Hugoni offerret, quod ubi fecit, non abortivit unquam, sed sex incolumes pueros enimixa est. Sunt & alia permulta illustria miracula, quibus sanctum suum Dominus mirificavit. Hæc pauca interim brevitas studio commemorasse sufficiat in laudem & gloriam præpotentis Dei, qui vivit & regnat in infinita sæcula seculorum amen.

(a) Rom.
Mirt. co-
die ubi
Bar. lit. f.

Huc usque res gestæ S. Hugonis Lincolnensis episcopi, cuius innumera miracula prætermittimus silentio, illius vero memoria, quo e vita discessit die, nimirum xv. Kal. decemb. a catholica Ecclesia colli consuevit. (a)

Nec taciti prætermittere debemus, quæ admiratione digna de Eustachio abbatte, Rogerius (b) refert illum viri sanctissimi Fulconis, de quo anno 1198. mentionem edidimus, in convertendis populis laboris socium in Angliam trajecisse, atque sacris concionibus Anglos magna felicitate & Christi gloria instruere cœpisse, effulisse miraculis, atque inter alia apud Wili non longe a Cantuaria quendam fontem sacrassæ, cuius beneficio postea cœcis o-

Ann. Eccl. Tom. XX.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

INNOCENTII III. PAP.
1200.

3.

culturum lumen, auditus surdis, mutis vox; debilitatis incessus hausta ex illo aqua fuerint restituta, adiicisque prodigium in muliere arreptitia, quæ pariter hausta aqua dæmones evomuit: tuni de alio fonte divinitus ejusdem viri S. opera scatuliente tradit populi laborantis aquæ inopia apud Rumenel precibus flexum, a Deo obtinuisse, ut in loci ecclesia e rupe percussa perennes aquæ exilirent, quæ multis morbis præsens remedium attulere; tum plura pie ab ipso gesta subiicit.

Eadem Parisius (c), qui prodigia coelitus ostensa adjungit, ac lunas quinque cœlo emicare visas historiæ prodiit: Pau- Quinque lo ante nativitatem Dominicam apparuerunt de nocte quinque luna in cœlo, circa lunæ de nocte vi- primam vigiliam noctis: prima apparuit in sc. aquilone, secunda in meridie, tercia in occidente, quarta in oriente, quinta appa- ruit in medio illarum quatuor lunarum. habens secum stellas multis, quæ cum stellis suis circuibat quinques, vel amplius prefatas quatuor lunas. Hæc autem apparito multis videntibus, & admirantibus quasi per spatium unius horæ facta est. Atque hæc de rebus Angliæ dixisse sufficerit.

Jam ad Innocentium Romanum Pon- In Ger- tificem redeamus, cui in causis non so- mania de lum Galliæ, Angliæque Regum, sed Imperio Germanorum etiam principum, inter se fessidum. de Imperio certantium, plurimum elab- orandum fuit. Cum enim singulorum jura ac merita quam diligentissime perpendisset, rejectis Philippo Suevo regni invasore, & Friderico Siciliæ Rege, quo- rum alter anathemate percussus, alter Othonis vero ob ætatem tanto muneri impar erat, partes fo- Othoni operam suam studiumque porre- xit. Quomodo autem hæc se habuerint, nunc discutiendum, ac præcipue super ea re ex epistolis ab eodem Pontifice hoc anno datis atque acceptis. Primum inter eas locum obtinent Othonis literæ (d) (d) Lib. quibus post uberrimas relatas gratias de Vat. ex collatis in se a Pontifice officiis ait inter regest. In- inferiores superioresque principes circa noc. de ne- Rhenum incolentes, quorum pars altera got. Rom. Maguntini archiepiscopi opera ad B. Mar- Imp. si- gnatus n. 415. ep. 20.

tini festum inducias initas esse, secus au- tem inter Saxonæ principes, in quam provinciam decreverat provolare, ut Da- corum Regi, sororio suo, auxiliares copias adducenti occurreret, eique se se con- jungeret. Addit insuper Maguntino archiepiscopo elaborante principes suos monitis Pontificis consensisse, ut proxime post B. Jacobi Apostoli solemne festum, inter Andernacum & Confluentiam in collo- quium descenderet, cui ex parte qui- dem sua Colonensis archiepiscopus, Mo- nasteriensis, Leodiensis, Traiectensis, ac Paderbornensis episcopi, Corbejensis ab- bas

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

bas, Brabantiae dux, & Flandrie comes interessent; ex parte vero Sueviae ducis Salisburgensis, ac Treverensis archiepiscopi, Frisingensis, Argentinensis, Basilensis episcopi, Moraviae dux, Conradus Marchio de Landisbergo, B.... Cerigia dux, Maguntinus vero internuntii partes obiret, quo de summa rerum decidere, atque omnibus dissidiis finem imponerent, adeo ut quidquid eorum pars major de Imperio decerneret, ab ipsi sc̄erisque Germaniae principibus integre inviolateque servaretur. Quam obrem Otho idem, qui Ecclesiae patrocinium, auxilium atque auctoritatem in omnibus, ut ait, rebus suis optabat Innocentium supplicibus verbis orat, ut praeditis principibus, ecclesiasticis &que a laicis, aliisque, si quos colloquio interesse contigisset, praecepit, ut sibi adhaeserent, ac praefecto essent.

XXIII. Rogatus igitur ab Othoni Pontifex ad universos Germaniae principes hanc dedit epistolam. (a)

Universis tam ecclesiasticis, quam saecularibus principibus Alemanniæ.

Cum de discordia, quæ diebus nostris, peccatis exigentibus, super Imperio est suborta, vehementius doleamus, quia non, ut aliqui mentiendo configunt, ad depressionem ejus intendimus, sed ad exaltationem potius aspiramus, cogitavimus saepius infra nos ipsos, deliberavimus quoque frequenter cum fratribus nostris, & cum aliis viris prudentibus & discretis, non semel tantum tractavimus, qualiter ad sopia-
dam diffensionem bujusmodi possemus impendi-
re operam efficacem, fuerunt autem quamplures, qui nobis suggererent, ut cum duobus fuissent per discordiam in Reges electi, de studiis diligentium, & meritis electorum inquireremus solicite veritatem, quatenus intelligeremus plenius, cui esset favor Apostolicus impendendus; dicebatur enim de altero, quod receptus esset a pluribus, & insignia Imperialia obtineret, sed opponeretur protinus contra eum, quod nec ab eo, qui potuit, ubi debuit, fuerit coronatus, cum Tarantensis archiepiscopus tanquam extraneus, & ad quem id minime pertinet, evocatus, ei regni presumperit imponere diadema. Præterea obiectatur eidem, quod contra proprium jura-
mentum, super quo nec consilium a se Apostolica requisierat, regnum sibi presumperat usurpare, cum super illo jura-
mento sedes Apostolica prius consuli debuisse, sicut etiam quidam consulere prudenter, apud quam ex institutione divina plenitudo resideret potestatis.

Addebatur etiam contra ipsum, quod cum bonæ memoriae C.... Papa prædecessor obi-
ster ipsum pro temeritate sua excommuni-
cationis sententia publice innodasset, & nuntiis nostri, quos pro liberatione venera-

bilis fruoris nostri Salernitani ar-
chiepiscopi quondam in Teutonium misera-
mus, datam sibi formam a nobis in absolu-
tione ipsius, qui jam in Regem se fecerat nominari, minime servauissent, contra quam nihil agere poterant, idem profecto excommunicatus electus fuerat in Regem, & adhuc excommunicationis sententia te-
nebatur iustitus. Unde juxta sanctorum Patrum canonicas sanctiones ei, qui talis existit, non obstante juramento fidelitatis, est obsequium subtrahendum. Proponit etiam eum adhuc anathematis vinculis irretitum cum electus esset, tum subdit: Hot quoque contra eundem non modicum facere proponebant, quod contra libertatem Imperii re-
gnum sibi jure nitebatur hereditario usurpare. Unde si prout olim frater patri suc-
cesserat, si nunc succederet frater fratri, libertas principum depireret, cum non per eorum electionem, sed per successionem potius regnum videtur adeptus. Ut cætera benignius taceamus, quæ contra genus ip-
suis, super oppressionem tam ecclesiarum, quam principum opponuntur, ne ipsum per-
sequi videamur. Hæc in Philippum, quæ indignum Imperio reddebant: unde gravi-
ter redurgaendi, qui Philippo plus aequo studentes, justissimum Pontificem in crimen vocare ausi sunt, quod illum rejicerit (b), (b) Urs. ut taceamus perditissimos novatores (c), & Na-
quibus soleme est cuncta a Romanis Pon-
tificibus gesta dente maledico carpere, ac
infra nos ipsos, deliberavimus quoque fre-
quenter cum fratribus nostris, & cum aliis
viris prudentibus & discretis, non semel
tantum tractavimus, qualiter ad sopia-
dam diffensionem bujusmodi possemus impendi-
re operam efficacem, fuerunt autem quamplures, qui nobis suggererent, ut cum duobus
fuissent per discordiam in Reges electi, de
studiosis diligentium, & meritis electorum in-
quireremus solicite veritatem, quatenus in-
telligeremus plenius, cui esset favor Apo-
stolicus impendendus; dicebatur enim de
altero, quod receptus esset a pluribus, &
in signia Imperialia obtineret, sed opponeretur
protinus contra eum, quod nec ab
eo, qui potuit, ubi debuit, fuerit corona-
tus, cum Tarantensis archiepiscopus tanquam
extraneus, & ad quem id minime per-
tinet, evocatus, ei regni presumperit im-
ponere diadema. Præterea obiectatur
eidem, quod contra proprium jura-
mentum, super quo nec consilium a se
Apostolica requisierat, regnum sibi pre-
sumperat usurpare, cum super illo jura-
mento sedes Apostolica prius consuli debuisse,
sicut etiam quidam consulere pru-
denter, apud quam ex institutione divina
plenitudo resideret potestatis.

Ceterum proponebatur pro altero, quod ab eo qui potuit, & ubi debuit, fuerit corona-
tus, cum a venerabili fratre nostro Colonensi archiepiscopo, ad quem id per-
tinet, apud Aquisgranum in folio Augu-
stali fuerit inunctus & coronatus in Regem, sed oponebatur eidem, quod pauciores cum
principes sequerentur. Hactenus Pontifex de eorum meritis, quod inter summi hono-
ris, celerrimæque dignitatis certamen erat. Quid vero in tanta re egerit, his docet:
Licet autem nobis fuissent talia saepe sug-
gesta, & ut sic procederemus, consilium &
viris prudentibus, & discretis, volentes
tamen honori vestro deferre, universali-
tatem vestram paterno communimus dilec-
tionis affectu, & per Apostolica vobis
scripta mandavimus, ut Dei timorem ha-
bentes per oculis, & honorem zelantes Im-
perii, ne annularetur dignitas ejus, & de Imp.
libertas etiam depireret, melius intendere
tis ad provisionem ipsius, nedium forseretis
discordiam, ne per vos destrueretur Imperi-
alis soliditas, quæ per vestrum erat stu-
dium conservanda. Alioquin quia mota pe-
rículum ad se graviter trahebat, nos quod ex-
pedire solumus, sollicitate procurando, &
curare mas favorem Apostolicum imperti-
ri, quem cederemus majoribus studiis,
& meritis adiuvari. Gaudemus autem, quod

Pontifex
hortatur
principes
de Imp.
libertas
consen-
tiant.

li.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

lacet monita nostra distuleritis hactenus ex-
audire, nunc tamen redeentes ad cor, &
quid potius expediat attendentes, juxta
commonitionem nostram proposuisti, ut as-
cepimus, de Imperii pace tractare. Mo-
nemus igitur universitatem vestram, & ex-
hortamur in Domino, & per Apostolica
scripta mandamus, in remissionem vobis
peccatum in jungentes, quatenus iis, quæ
præmissimus, diligenti meditatione pensatis,
ad eum vestrae dirigatis considerationis in-
tuitum, qui merito strenuatis, & probi-
tatis ad regendum Imperium est idoneus;
quod quasi præcipuum in hoc negotio pro-
curare debitis, cum prædictum hoc tempo-
re non solum Imperium probum, & strenuum
exigit habere rectorem, sed & Ecclesia
non possit, nec velit diutius justo, &
provido defensore carere, quem nos possimus,
& debeamus merito coronare, ab eo pen-
itus animam removentes, cui propter impe-
dimenta patentia favorem non debeamus
Apostolicum impetriri.

Alioquin unde crederetis discordiam vos
sopire, inde contingere vos majus scandala-
lum suscitare, quoniam præter id quod,
se fieret forte contrarium, Urbi, & pene
penitus toti displacebat Italia, Ecclesia quo-
que id ferret graviter, & molestie, nec se
dubitaret pro justitia & veritate potenter
opponere, quæ Deo desiderat potius, quam
hominibus complacere. Esetis etiam perdi-
tionis occasi Terra sanctæ, ad cuius recu-
perationem totis viribus aspiramus. Hæc
autem vobis prædicimus, non ut libertatis,
dignitatis, potestatis vestrae privilegio de-
rogare velimus, sed ut diffensionis, &
scandali materiam amputemus, cum is sit a
vobis assumendum in Regem, quoniam nos in
Imperatorem possimus, & debeamus merito
coronare; ne si secus accideret, fieret er-
ror novissimus peior priore. Si vero salu-
bribus monitis nostris, que de corde puro,
& conscientia bona, & fide non ficta pro-
cedunt, prudenter ac reverenter curaveri-
tis acquiescere; nos cum eo pariter, &
pro eo, qui rite sic fuerit promotus in prin-
cipem, ad honorem, & exaltationem Imperi-
i efficaciter intendimus, cum & ipse no-
bisum pariter, & pro nobis ad honorem,
& exaltationem Ecclesie intendere debeat,
ut speramus, ita quod eo faciente, qui est
Rex regum, & Dominus dominantium,
sacerdos in æternum secundum ordinem
Melchisedech, regnum & sacerdotium die-
bus nostris mutuis subsiditis optatum recipi-
ent incrementum. Super juramentis etiam
illud auctoritate Apostolica statuimus, quod
ad purgandum eo famam & conscientiam
redundabit, unde non permittatis vos ali-
quo modo seduci sub specie pietatis ab iis,
qui non communem, sed speciale utilita-
tem inquirunt, quod ad hoc specialiter de-
bet principis electio procurari, non ut pro-
videatur certæ persone, sed ut reipublicæ

Ann. Eccl. Tom. XX.

consulatur. Quod utique fieri non potest &
nisi persona principis provida sit, & ju-
sta, strenua, & honesta. Cum is sit a vo-
bis assumendum in Regem, quem nos in Im-
peratorem possimus & debeamus merito co-
ronare. Ac postremo de nuntio, quem eis
mittebat, adiicit: Ut autem de nostro be-
neplacito, & consilio reddumini certiores,
dilectum filium Eacolytum nostrum, virum
providum & discretum nobis & fratri-
bus nostris merito sue probitatis acceptum,
de cuius plane fidelitate confidimus, ad
vos duximus destinandum, cui ea quæ vobis
ex parte nostra proponet, indubitate fide-
credatis. Rursumque ad ipsos scribens (a) (a) Ib. T.
eis qui in Regis electione Apostolicis mo-
ritis parerent, maximam a se gratiam
inituros pollicetur.

XXVI. Alianæ præterea Conrado Maguntino archiepiscopo epistolam (b) dedit, ubi Lit. In-
in primis valde se mirari ait, quod de Maganti-
no Imperii rebus nec literis, nec nuntiis ab episcop.
(b) Ib. ep.

Innocentius, &c.
Miramur non modicum, quod cum publi-
ce nobis, coram fratribus, promiseris vi-
ua voce, quod nibil prius finaliter de Im-
perii ordinatione tractares, quam per li-
teras & nuntios tuos nostræ consuleres be-
neplacitum voluntatis, nuper in colloquio
quod fuit inter Andernacum, & Confluen-
tiæ te procurante, sicut pro certo didici-
mus celebratum, aliquid diceris quasi fi-
naliter tractatusse, cum facta compromis-
sione, in quosdam principes tam Ecclesia-
sticos, quam etiam saeculares, quod illi de-
creverint in colloquio, quod in proximo est
inter, & Philip-
pum tra-
tatus.
XXVII. Irritus de-
pace O-
thonem
in Annata
(c) Godef.
colloquium se contulerunt Coloniensis archie-
piscopus, & Hermannus Monasteriensis,
& Trevirensis, & alii quam plures, sed
quod consiliati sunt, processum non habuit.
Verum ad Innocentii redeamus epistolam,
qui paucis interjectis verbis Conradum ur-
get precibus, ut diligentissime pro Ec-
clesiae atque Imperii consulendis rebus na-
vet operam, consiliaque sibi, dum in au-
la pontificia versaretur, patefacta in o-
pus adduceret, ut extremus illius vitæ
actus primo consentiret, nec partam in-
juventute ob explicitum erga Ecclesiam
studium gloriam senex corrumperet, pos-
setque cum Apostolo exclamare: Bonum
(d) certamen certavi, cursum consumma-
vi, fidem servavi, ideoque reposita est 4.
mibi corona justitia, quam reddet mihi
Dominus in illa die justus judex. Datum
Lateran.

Aliæ præterea extant Innocentii lite-
(e) eidem Conrado hoc anno missi.
cod. Vat.
cum enim Otho Rex de Thuringia Lan-
ep. 27.
gra-

CHRISTY
1200.

INNOCENTII III. PAP.

3.

VACAT: IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

gravio apud Apostolicam sedem conque-
stus esset, illum licet juramento devinctum
haud fidem sibi servare, Pontifex ipsi
Maguntino archiepiscopo, cuius infidus
princeps nepteni duxerat, in mandatis
dedit, ut ad reddenda saltem, quæ ab
Othono acceperat, illum hortaretur, &
induceret. Post has vero atque alias e-
pistolas, quarum infra mentionem facie-
mus, de tribus ad Imperium electis In-
nocentii consilium atque decretum recen-
setur, quod adducendum a nobis, di-
gnitas argumenti expostulare videtur. Ti-
tulus atque exordium hujusmodi est :

Deliberatio domini Papæ super factō Imperii de tribus electis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Interest (a) Apostol:æ sedis diligenter, & prudenter de Imperii Romani provisione tractare, cum Imperium noscitur ad eam principaliter & finaliter pertinere, principaliter, cum per ipsum, & propter ipsam de Græcia sit translatum, per ipsam translationis auctricem, propter

Probatur eam deliberationem ad Pontificem pertinere. *ipsum melius defendendam; finaliter quoniam Imperator a summo Pontifice finalem, sive ultimam manus impositionem promotionis propriæ accipit, dum ab eo benedicitur, coronatur & de Imperio investitur, quod Henricus optime recognoscens, a bonæ memoriæ Cœlestino Papa prædecessore nostro, post suscepit ab eo coronam cum aliquantulum abscessisset, rediens tandem ad se ab ipso de Imperio per pallam auream petiit investiri. Sicut autem * Imperato-*

Quid iu-
flum quid
decorum ,
quid ,
velle at-
tendit .
*res sunt in Reges electi , puer (nempe
Fridericus Siciliae Rex) Philippus , & O-
tho , sic tria sunt circa singulos attenden-
da , quid liceat , quid deceat , quid expe-
diat . Circum puerum quidem filium Impera-
toris Henrici , facie prima videtur , quod
non liceat contra ejus electionem venire ,
qua iuramento est principium rebonitatis . Nisi*

Friderici
-
jus ad Im-
perium
pondera-
tur.

*extortum, non est tamen ideo non servan-
dum, cum licet juramentum, quod Gabu-
onitis præstiterunt filii Israel, fuerit per
fraudem subreptum, illud tamen nihilomi-
nus decreverint observandum. Præterea,
et si a principio fuerit sit extortum, post-
modum tamen pater ejus intelligens se per-
peram processijè, juramentum relaxavit
principibus, & literas super electione re-
misit, qui postmodum puerum ipsum, pa-
tre absente, sponte ac concorditer elegerunt,
fidelitatem ei pene penitus omnes, & qui-
dam hominum exhibentes, unde non vide-
tur contra licita juramenta venire. De
jurejurando hoc, de quo Innocentius, sic
ait Godefridus: *Cui (id est Friderico) in*
Regem electo, vivente adhuc patre, prin-
cipes Imperii fidem & sacramenta fecerant.
Hoc idem alii. Pergit Pontifex de Fri-
derico: *Videtur etiam non decere, ut cum*
*ipse Apostolice sedis sit tutela commissus,**

& sub ejus protectione receptus, per eam
privetur Imperio, per quam in jure suo
fuerat confoverendus; maxime cum sit scri-
ptum: Pupillo tu eris adjutor. Quod non
expeditat contra ipsum venire, illa præser-
tim ratione videtur, quod cum idem puer
ad annos discretionis perveniens intellexe-
rit per Romanam Ecclesiam Imperii se bo-
nore privatum, non tantum non exhibebit
ei reverentiam consuetam, sed ipsum potius
modis, quibus poterit, impugnabit, & re-
gnum Siciliae retrahet a devotione ipsius,
& negabit ei obsequium consuctum. Hæc
Innocentius, nec falsus vates, postea e-
nim Ecclesia Romana Fridericum ætate
auctum infensissimum hostem, ut videbi-
mus, sensit.

Verum (addit Pontifex) contrarium est contra videtur, quod liceat videlicet, debeat & expediat venire contra electionem ipsius. Quod liceat, videtur ex eo, quod juramenta illa fuerunt illicita, & electio indiscreta. Elegerunt enim personam non idoneam, nec non solum Imperio, sed nec alicui officio congruentem, puerum videlicet vix duorum annorum, & nondum sacram baptismatis unda renatum; unde non videntur tam illicita, & indiscreta juramenta servanda. Nec obest, quod de Gabonitis obiicitur, cum juramentum illud potuerit sine Israelitici populi lesione servari, haec autem servari nequeant absque gravi jactura non unius gentis, sed Ecclesiae damno, & dispendio populi Christiani. Nec obstat, quod opponitur juramenta illa licita secundum intentionem jurantium extitisse: intelligebant enim, quod eis eum tunc in Imperatorem eligerent, non tamen ut tunc imperaret, sed postquam ad legitimam perveniret etatem. Sed qualiter de ipsis idoneitate poterant judicare? nonne potuisset esse stultus, vel usque adeo improvidus, ut esset indignus minori etiam dignitate? Sed pone illos intellectissime, ut tandem imperaret, cum esset idoneus ad Imperium gubernandum, interim autem patre reipublicae provideret. Casus postmodum intervenit, propter quem non potest, nec debet juramentum hujusmodi observari, de quo nullatenus principes cogitabant, scilicet patris decessus. Unde cum per procuratorem non possit Imperium procurari, nec Imperator debeat fieri temporaliter, nec possit, aut velit Ecclesia Imperatore carere, videtur quod liceat Imperio in alio providere. Quod non deceat ipsum imperare, patet omnibus manifeste: nunquid enim regeret alios, qui regimine indiget aliorum? nunquid tueretur populum Christianum, qui est alienæ tutelæ commissus? Sed nec obstat, quod obiicitur ipsum esse tutelæ nostræ commissum, cum non sit nobis commissus, ut ei obiineamus Imperium, sed regnum Siciliæ potius defendamus. Patet enim illud idem ex verbo scripturae

XVIII.

XXIX.
Prætensa
ad Impo
rium
Philippi
Suevi j

XXX.
Rationes
quæ Phi-
lippum a
l'imperio
exclu-
dant.

3

dicuntis: *Væ terræ, cuius Rex puer est, cuius principes mane comedunt.* Quod non expeditat ipsum Imperium obtinere, patet ex eo, quod per hoc Regnum Siciliae uniretur Imperio, & ex ipsa unione confundetur Ecclesia. Nam ut cætera pericula taceamus, ipse propter dignitatem Imperii nollet Ecclesia de regno Siciliae fidelitatem, & hominum exhibere, sicut noluit pater ejus. Nec viles, quod opponitur, quod non expeditat venire contra electionem ipsius, ne postmodum molestet Ecclesiam, per quam Imperium se cognoverit amississe. Nunquam enim vere dicere poterit, quod Ecclesia Imperiale ei abstulit dignitatem, cum potius paterus ejus non solum Imperium, sed & paternam hereditatem invaserit, & maternam possessionem occupare per suos satellites machinetur, ad cuius defensionem Ecclesia Romana non sine multis laboribus, & expensis prudenter, & potenter intendit?

Quod vero ad ejus patrum attinet : De Philippo (inquit) videtur similiter , quod non liceat contra ejus electionem venire : cum enim in electionibus circa electores zelus , dignitas , & numerus attendatur , & de zelo non sit facile judicare , cum ipse a pluribus & dignioribus sit electus , & adhuc plures & digniores principes sequantur eundem , juste videtur electus , unde contra justam & legitimam electionem non videtur licere venire . Quid non deceat , videtur similiter , ne videlicet videremur nostrarum injuriarum ultores si , quia pater & frater ejus fuerunt Ecclesiam persecuti ; cum persecuti nos vellemus , & aliorum culpam in poenam ejus praeter officii nostri debitum immutare , cum potius præcipiatur a Domino : Diligitis inimicos vestros , benefacite iis , qui oderunt vos , & orate pro persequentiibus , & calumniantibus vos . Quod non expedit , patenter apparet : cum enim potens sit tame terra , quam opibus , & personis , non videtur expedire , ut contra torrentem brachia dirigamus , tam potenti nos taliter opponentes , ut eum reddamus nobis , & Ecclesiae inimicum , & ne majorem videremur discordiam fuscitare , fieretque novissimus error pejor priore , cum nos potius pacem inquirere & persequi , & evangelizare alicuius debeamus , quæ fovendo illum posset defaciли provenire .

Verum e contra videtur, quod licet nos ei opponere: fuit enim iuste, ac solemniter per prædecessorem nostrum excommunicationis sententia inmodatus; iuste quia beati Petri patrimonium partim per violentiam occuparat, partim damnificarat incendiis & rapinis, & super hoc communitus semel, & iterum per fratres nostros satisfacere non curarat; solemniter, quam in celebratione missarum in ecclesia beati Petri in festivitate von parva, quod.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

85

- XXXI -

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

tredidisse juramentum illud fuisse servandum, & ex eo quod venit taliter contra illum, ejus esse conscientiam vulneratam. Sic ergo videtur, quod licet nos excommunicato, & perjuro debeamus opponere, & ejus conatibus obviare. Quod ei nos opponere debeat, manifeste videtur ex eo quod si prout olim patri filius, sic nunc immediate succederet frater fratri, videtur Imperium non ex electione ei conferri, sed ex successione deberi, & sic efficeretur hereditarium, quod debet esse gratuitum, praesertim cum non solum Federicus substituerit sibi filium, sed Henricus etiam filium sibi voluerit subrogare, & per hoc forsitan in posterum abuso traheretur in usum.

XXXII. Quod autem expedit opponere nos Philippo, liquet omnibus manifeste: cum enim persecutor sit, & de genere persecutorum fuerit oriundus, si non opponderemus nos ei, videtur contra nos armare furentem & ei gladium in capita nostra dare, &c. Ostendit quantum ex ea stirpe propagati principes Imperium consecuti Ecclesiae Romanae summisque Pontificibus adversi infensique extiterint. Nempe Henricus IV. Fridericus, & Henricus V. ejus filius (de quibus singulis fuse Baronius) Henricus enim, qui primus Imperium de genere hoc accepit, persecutionem gravissimam in Ecclesiam suscitavit, & bona memoria Paschalem PP. qui eum coronavit, cum episcopis, Cardinalibus & multis nobilibus Romanorum cepit per violentiam, & perfidiam, & tandem tenere presumpsit, donec pro liberatione non sua, sed eorum, qui fuerunt capti secum, quos minabatur mutilare tyrannus, privilegium quodcumque voluit, et fecit, cumque postmodum idem Paschalis detentionis sua vinculis liberatus, predictum privilegium, quod dicendum erat potius pravilegium, revocasset, dictus Henricus preter Cardinalium electionem heresarchas quosdam dati sibi privilegii occasione creavit & Idolum contra Ecclesiam Romanam erexit, & ex tunc schisma usque ad Calixtum tempore longo duravit. Huic de eodem genere successit in Imperium Fridericus, qui cum Tyburtinos tunc rebelles post coronationem suam promisisset ad subjectionem Ecclesie revocare, eos sibi postmodum vindicavit, dicens quod civitatem ipsam vellet in speciale Imperium cameram retinere, & sic eos contra ecclesiam Romanam armavit. Qui etiam cum bona memoria Alexander predecessor noster, tunc Ecclesiae Romanae cancellarius ad eum a felicis recordationis Adriano Papa, qui eum coronaverat, destinatus fuisse, letis literis, in quibus continebatur, quod Imperator deberet Ecclesiae Romanae deferre, cum ipsa ei coronae beneficium contulisset dicitur cum furore, & iracundia respondisse: Nisi essemus in Ecclesia, jam

Suevi
principes
ob Eccle-
siam ex-
agitata-
infames.

scirent qualiter Theutonicorum enses incidunt, & protinus eum infecto negotio, quo iherat, terram suam jussit exire, & eundem Adrianum moliebatur, sed frustra cum quibusdam deponere, opponens ei quod esset filius sacerdotis. Ipse idem postmodum contra eundem Alexandrum longo tempore schisma fecit, & quoscunque potuit, contra eum conjurare coegit in juramento apponens, quod nullo tempore pœnitentiam recipierent de bujusmodi juramento, & ipse idem sub eadem forma juravit. Ipse quoque cum Venetiis terram Cavalcacomitis, quam occupaverat, & alia quædam Ecclesiae Romanae restituere per juramenta principum permisisset, ipsam postmodum fortius occupavit, & bone memoria Lucio predecessori nostro accedenti in Lombardiam satris fraudulenter illusit, ipsum & successorem ipsius apud Veronam quasi obsessos tenens.

XXXIII. Henricus autem filius, & successor ipsius in Ecclesie persecutionem sue dominationis execravit primicias, cum beati Petri patrimonium violenter ingressus, illud multipliciter devastavit, qui etiam quosdam familiares fratrum nostrorum naso fecit in injuriam Ecclesiae militari. Ipse occisores bona memoria A. Leodiensis episcopi, quem ipse coegerat exulare, post interfectionem ipsius, in multa familiaritate recepit, & publice participavit eisdem, & beneficia postmodum majora concessit. Ipse venerabilem fratrem nostrum Auximanum episcopum, quia confessus est coram eo, quod episcopatum per sedem Apostolicam obtinaret, alapis in presentia sua cædi fecit, & de barba ejus pilis avulsis ipsum inboneste tractari. Conradus Musca in cerebro venerabilem fratrem nostrum Ostiensem episcopum cepit, & in vinculis posuit, & inboneste tractavit de mandato ipsius, sicut idem Conradus publice testabatur, & sicut melius apparuit ex postfacto, cum non solum non fuerit evitatus, aut punitus ab ipso, sed honoribus & possessionibus dilatus. Ipse postmodum Siciliæ regnum adeptus, publice proponi fecit edictum, ut nullus vel clericus, vel laicus ad Ecclesiam Romanam accederet. Nec ad eam aliquis appellaret.

XXXIV. De Philippo isto Henrici V. fratre subiicit: Ab Ecclesiae persecutione incepit, & abduc in ea persistit: olim enim patrimonium Ecclesiae sibi usurpare contendens, ducem Tuscæ & Campanæ se scribebat, afferens, quod usque ad portas Urbis accepérat potestatem, & etiam illa pars Urbis, quæ trans Tyberim dicitur, ejus erat jurisdictio concessa. Nunc etiam per Marchandum, Diupuldum & fautores eorum nos & Ecclesiam Romanam persequitur, & regnum Siciliæ nobis auferre conatur. Si ergo id facit in arido, in viridi quid faceret, & si abduc aridus & exanguis, ut-

pote

CHRISTI
1200.
INNOCENTII III. PAP.
3.

pote eius adhuc missis sit in berba, non & Ecclesiam Romanam persequitur. Quid faceret, si quod absit, Imperium obtinet? inde videtur non irrationaliter expedire, ut prius nos ejus violentie opponamus, quam amplius invalescat, quod autem etiam in Regibus filii pro patribus sint puniti, divina pagina protestatur. Quædam congerit & sacra Scriptura de prompta exempla, quæ dicta illustrant.

Nonne propter peccatum Sauli dictum est a Domino per Samualem: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi? Quod si non egisses, jam nunc præparabat Dominus regnum tuum super Israhel in sempiternum, sed nequam regnum tuum ultra consurget. Salomon quoque legitur a Domino esse dictum: Quia non custodisti pactum meum, & præcepta, quæ mandavi tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud servo tuo; veruntamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum, de manu filii tui scindam illud. De Jeroboam similiiter dictum fuit a Domino per Achiam: Ecce ego inducam mala super domum Jeroboam & percutiam de Jeroboam minorem ad paritem. Et ibidem legitur, quod interfecit Baasa, Nadab, filium Jeroboam, & percussit omnem domum Jeroboam, non dimisit nec unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eam propter peccata Jeroboam, quæ peccaverat, & quibus peccare fecerat Israhel, & propter delictum, quo irritaverat Dominum Deum Israhel. De Baasa quoque scribitur dixisse Dominus: quia ambulasti in via Jeroboam, & peccare fecisti populum meum Israhel, ecce ego demeram posteriora Baasa, & posteriora domus ejus. Achab etiam dictum invenitur a Domino per Eliam: Ecce ego inducam super te malum, & demeram posteriora tua, & interficiam de Achab minorem ad paritem. Nam & Dominus dicit: Ego sum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam progeniem in his, qui oderunt me, id est, in his, qui circa me paternum odium imitantur.

XXXV. Postremo pro Othonis causa subdit: Ad respondeendum Othonem rationes ad examen adductæ.

Pro Othoni ad imperium efferendo concluditur. Speciat Imperatoris electio, in eum consenserit noscantur, quot in alterum consenserunt, cum non minus idoneitas, seu dignitas electæ personæ, quam eligentium numerus sit in talibus attendendus, nec tantum pluralitas quoad numerum, sed salubritas quoad consilium, in eligentibus re-

CHRISTI
1200.
INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXI ANGELI IMP. 6.

quiratur, & Otto magis sit idoneus ad regendum Imperium, quam Philippus, cum Dominus etiam puniat peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam progeniem in his, qui oderunt eum, id est, in his, qui patrum peccata sequuntur, & Philippus progenitorum suorum peccata in Ecclesie persecutione sequatur, cum eti non debeamus reddere mala pro malis, sed bene facere mala facientibus nobis, non tam debemus honorem pro injurya in his, qui in solita perseverant malitia compensare, aut contra nos armare furentes, cum Dominus ut confunderet fortia, humilia elegisse legatur, utpote qui David in Regem de post fœtantes accepit, videtur, quod & liceat, deceat, & expediatur ipsi favorem Apostolicum exhibere. Absit enim ut deferas homini contra Deum, aut timeamus vultum potensis, cum secundum Apostolum non solum a malo, sed ab omni specie mala nos oporteat abstinere; scriptum est enim: Maledictus qui confidit in hor mine, & qui ponit carnem brachium suum.

XXXVI. Nos igitur ex predictis causis pro parte non credimus insistendum, ut ad praesens debeat Imperium obtinere: personam vero Philippi propter impedimenta patentia penitus reprobamus, & obstante ei dicimus, ne Imperium valeat usurpare. De cetero vero agendum per legatum nostrum apud principes, ut vel convenienter in persona idoneam, vel se judicio, aut arbitrio nostro committant: quod si neutrum elegerint, cum diu expectaverimus, cum monuerimus eos ad concordiam, cum inservierimus eos per literas, & nuncium nostrum, & consilium nostrum eis duxerimus exponendum, ne fovere eorum discordiam videamur, & dicere cum Ezechia: Sit pars & veritas in diebus nostris, ne si seculis fuerimus a longe, ut videamus finem cum Petro, tandem veritatem, quæ Christus est, negare cogamur, cum negotium istud dilationem non capiat, cum Otto & per se devotus existat Ecclesiae, & ex utraque parte trahat originem ex genere devotorum, ex parte matris de domo Regum Anglie, ex parte patris de prosapia ducum Saxonie, qui omnes Ecclesiae fuere devoti, & specialiter Lottharius Imperator proavus eius, qui bis pro Apostolicæ sedis honore Apuliam est ingressus, & in obsequio Ecclesiae Romanae decessit, * ei manifeste favendum, & ipsum recipiendum in Regem, mus. & præmissis omnibus, quæ pro honorificencia Ecclesiae Romanae debent præmitti, ad coronam Imperii evocandum.

Hadenus Innocentius, qui hoc anno ad Treverensem etiam archiepiscopum pro Othono scripsisse reperitur. Cum enim Adolphus Colonensis archiepiscopus Othoni eidem studens, apud Apostolicam sedem expostulasset, quod Treverensis um se pro Rege habiturum interposito jura-

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAP. I
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

juramento spopondisset, quem ipse recipet, idque ut plenius præstare posset, Colonensis ecclesiæ thesaurum pignori a se accepisset, nec tamen sacramento staret, nec thesaurum redderet, Innocentius data (a) epistola promissa completere accepisset, sed etiam hoc non fecerat; (b) Adhæc, quæ pro Othono Anglorum Regi Joanni ejus avunculo præcipit, ab ipso auscultemus. (b)

Innocentius, &c.

Sane quid egeris circa charissimum in Christo filium nostrum Othonem nepotem tuum, tua te conscientia conveniat & acceperit, & utinam ita satagas super hoc tuum errorem corrigere, ut infamiam abolreas, & jacturam: quia vero quantumcumque tibi deferre velimus, postulantibus justitiam nolumus denegare, cum secundum Apostolum sapientibus simus, & insipientibus debitores, ad gravem prænominati nepotis tui querelam paternum respectum habentes, serenitatem tuam monemus attentius & exhortamur in Domino, per Apostolica scripta mandantes, quatenus pecuniam, quam inclytæ recordationis Riccardus Rex frater tuus ei testamento legavit, ad cuius solutionem juramento diceris obligatus, ipse solvere non omittas, ut sua saltē illi restituas, qui de tuis ei debueras subvenire. Alioquin nos in sua sibi justitia nulla deerimus ratione, quo minus secundum officii nostri debitum procedamus. Atque his de rebus ad Cantuariensem archiepiscopum scripsit.

Cæterum Pontifex gravissima illa verba: Sane quid egeris, &c. quibus hortatur, suadetque, ut errorem corrigere, atque infamiam abolere, & resarcire jacturam studeat, ideo mea sententia inculcat; quoniam Joannes cum in Normannia agens in Philippi Regis, post anni superioris natalem Domini diem, congreßum, colloquiumque descendisset. Juravit, inquit Rogerius, quod nullum auxilium faceret Othoni nepoti suo, neque de pecunia, neque de hominibus ad Imperium Romanum adipiscendum. Quæ postea Pontifex ipsi exprobavit (c) subditque eodem anno, hoc scilicet, Othonem Imperatorem designatum fratres suos Henricum Saxonie ducem, Willelmumque Wintoniensem Joanni Anglie Regi avunculo misisse, ab eoque Eboracensem, ac Pictaviensem comitatus sibi a Riccardo olim traditos, duasque partes thesauri ab illo item sibi relietas postulasse, Joannem vero ob iusjurandum datum abnusse. Ea de causa Innocentius Papa ad Ostiensem episcopum Apostolicæ sedis legatum ista etiam hoc anno scripsisse (d) videtur: Per Apostolica scripta mandantes

(a) Cod. sup. cit. ep. 26.

xxxvii.

(b) Cit. cod. ep.

28.

Innoc. li- teræ ad Engl. Reg. in gratiam Othonis.

(e) Inn. I. 3. ep. 160.

(d) Cod. sup. cit. ep. 25.

quatenus si qua forsan inter se vel cum aliis obligatione tenentur illicita (Philippus videlicet Francorum, & Joannes Anglorum Reges) eum secure dissolvat, cum secundum Prophetam dissolvere debeamus colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes, illam enim colligationem censemus illicitam, quæ regiae devotionis obsequium erga sedem Apostolicam impediret, præsertim in illo negotio, quod super Imperii Romani ordinatione versatur. Porro iurandum a Joanne alisque præstitum, ab Innocentio rescissum proximo anno dicetur.

Nec illustris Othonis victoria silentio obscuranda, quam Rogerius historia sua Otho complexus est, eodem anno paulo ante præfatum S. Petri ad vincula Othonem cum potitur. Philippo apud Branesavvichum acies commisso, ac multis adversæ partis captis nobilibus victoriam retulisse. De Philippo vero tradit Conradus Urspergenensis (e) Urf. abbas hujus temporis scriptor, Philippum perg. in Alsatiā vastavisse, & quasdam arces chron. expugnasse; eadem post illum alii, additique (f) fragmenti historiæ incertus auctor, Othonem comitem ejusdem Philippi fratrem diutina ægritudine confectum, in bona confessione (ut ait) defunctum esse.

Eodem quoque anno e vita migravit Conradi Conradus (de quo supra frequens mentio) archiepiscopus Maguntinus ac S. R. E. Cardinalis episcopus Sabinensis, id testantibus tum Conrado episcopo, qui de eo in pervertusto Maguntino chronico hæc prodidit: Gravi ægritudine fatigatus, & cum de die in diem sè convalescere speraret, subito & insperata morte præventus Deo spiritum reddidit MCC. tum Alberto abbate (g) Stadensi, Henrico Sterone (g) Stade. (b) Godefrido (i) monacho, & aliis, in chron. quos (k) inter Rogerius (l) ita loquitur: Eodem anno obiit Maguntinus archiepiscopus, qui in civitate Maguntia receperat Philippum ducem Sueviæ in dominum, & eundem ibidem in Regem coronaverat. Verum sicut Rogerio omnes Germanicarum rerum ejus temporis scriptores de Conradi morte, quod in hunc annum cederit, ut modo vidimus, assentiuntur, ita quod Conradus Philippum corona exornaverit, altum silentium omnes tenuere. Profecto Conradum pro componenda inter Othonem, & Philippum pace auctoritatem suam interposuisse, ac plurimum elaborasse, tum ipsius Othonis supra redditæ literæ (m) tum ex citatis auctoribus aliqui affirmant. Ast omnium instar unus sit Innocentius Romanus Pontifex, ad Colonensem archiepiscopum, qui sub anni sequentis initium hæc scribit (n): Postmodum vero auditio, quod per solicitudinem bone memorie Conradi neg. Imp. archiepiscopi Maguntini, a nostra præsen-

(m) In reg. supr. cit. op. 26.

(n) Innoc. ep. 20. cod. Vatio. de per.

88

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAP. I
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

tia redeuntis, dispositi sunt principes ad colloquium convenire, super ordinazione Imperii tractaturi, ne quid ex contingentibus omittere videremur, literas nostras ad eum per proprium nuncium duximus destinandas, consilium nostrum eidem fideliter exponentes. Cæterum cum nec sic hæc tenus inter eos bonum concordia potuerit provebare, &c. in quam sententiam præcitatius Conradus Maguntini chronicus scriptor episcopus deplorat, ardentissimis votis, dum abesset in oriente, Conradum expectatum, ut laceratae civilibus bellis Germaniae pacem inferret, remque perfecturum fuisse, ni cœptos conatus mors nimium suis funesta elisisset. Porro inde Rogerio errandi oblatam occasionem existimamus, quod Philippus jam ab electionis sue exordio Maguntiæ, ut Albertus Stadensis, atque Innocentii gesta testantur, corona redimitus fuerat; quam tamen non Conradus archiepiscopus (quippe qui longe gentium aberat) sed (quod Innocentius papa ad illum scribens (a) & ejus res gestæ confirmant) Tarantasiensis episcopus imposuit, atque hæc tenus de laudatissimo Conrado.

Reliquum est ut eorum, quæ ejus obitum subsecuta sunt, aliqua proferamus in medium. Refert laudatus auctor (b) extinto Maguntino archiepiscopo, ducem Bavariae ipsius e fratre nepotem Maguntiam advolasse, atque omnes illius opes, & sacram gazam, quam pretiosissimam habebat, atque ecclesiæ Maguntine reliquerat, diripuisse, nec facinus impune tulisse; paulo post enim cæsum turpissime non perceptis sacramentis interierisse. Verum adeo grave facinus perleve existimari potest, si secutæ clades spectentur: exortum namque continuo schisma ecclesiæ illam annis pluribus concussum, & ingentia mala invexit. De his Conradus (c) Maguntinensis archiepiscopus: O altitudo, & profunditas iudiciorum justi judicis Dei, terribilis in consiliis super omnes filios hominum. Imperator obierat, & surgunt duo Reges pro Imperio litigantes, non est qui a malis imminentibus se abscondat. Maguntinensis archiepiscopus non est, & duo pro eo, quis eorum fiat major, decertant, ex utraque parte amici, & fautores promissionibus, & munericibus acquiruntur; & turpe est dice-

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAP. I
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

re, ipsi clerici electores simonia vitio maculantur, & multiplicantur mala super terram, & scinditur ecclesia Maguntinensis, qui uni adhærent, cum eo recedunt, alii remanent cum altero, una pars, quæ remanserat canonorum cum suo electo excommunicatur; sed ipsi hanc excommunicationem se simulantes ignorare, divina celebrazione non omittunt. Duravit hæc contumacia annis octo. At suboscura auctoris verba ex Godefridi narratione illustranda sunt, qui ait (d) gravissimos tumultus Maguntiæ incanduisse, dum a. d. Phi- in annal. lippo annidente Lupoldum Wormatiensem in archiepiscopum poposcere, alii Siffridum præpositum elegere, atque ex urbe egressi Bingam se contulere, ubi electionem confirmarunt, eoque audito Lupoldum auxiliis Philippi cinctum, Siffridum sociosque Binga depulisse, hunc vero configuisse ad Othonem; qui mox Bingam cum exercitu advolavit, & Lupoldianos gravi clade affectit. Demum quod ad Maguntinas res attinet, addit Dodechinus ejus civitatis moenia hoc anno refecta, instaurataque; atque his ad Marianum Scotum appendici finem imponit.

Antequam vero e Germania revocetur oratio, dicendum remanet, quid Innocentius Papa in alterum Conradum Hildegemensem quondam episcopum refractarium egerit: [1] contra vero quam benignè resipiscerent postea exceperit, atque amplexatus fuerit; extat ejus ad Bambergensem episcopum, atque ad Maguntinum scholasticum hoc anno VII. Kalendas februarii data epistola (e), ubi postquam ostendit, et si cuiquam fortasse vi- (e) Innoc. l. 2. ep. 268. c. li- cet extr. de trans. episc.

XL. Conradus Hilde- mensis ob contumaciam censuris perculsus. Reliquum est ut eorum, quæ ejus obitum subsecuta sunt, aliqua proferamus in medium. Refert laudatus auctor (b) extinto Maguntino archiepiscopo, ducem Bavariae ipsius e fratre nepotem Maguntiam advolasse, atque omnes illius opes, & sacram gazam, quam pretiosissimam habebat, atque ecclesiæ Maguntine reliquerat, diripuisse, nec facinus impune tulisse; paulo post enim cæsum turpissime non perceptis sacramentis interierisse. Verum adeo grave facinus perleve existimari potest, si secutæ clades spectentur: exortum namque continuo schisma ecclesiæ illam annis pluribus concussum, & ingentia mala invexit. De his Conradus (c) Maguntinensis archiepiscopus: O altitudo, & profunditas iudiciorum justi judicis Dei, terribilis in consiliis super omnes filios hominum. Imperator obierat, & surgunt duo Reges pro Imperio litigantes, non est qui a malis imminentibus se abscondat. Maguntinensis archiepiscopus non est, & duo pro eo, quis eorum fiat major, decertant, ex utraque parte amici, & fautores promissionibus, & munericibus acquiruntur; & turpe est dice-

M sum-

NOTÆ [1] J oannes Fridericus Schannat in suis Vindemiis literariis editis anno 1723. ex Moguntino codice vulgavit bullam Innocentii III. datam Literanis V. Idus aprilis pontificatus e- jus anno tertio, idest hoc anno, in qua pontifex capitulo Hildesheimensi exponit omnia, quæ in causa Conradi gesserat, additque illam supplicem accessisse ad sedem apostolicam, veniam de commissis postulaturum, quam & obtinuisse; ita tamen, ut episcopatum utrumque Hildesheimensem & Heribolensem penitus dimitteret; quare capitulum monet Pontifex, ut Heriberto ab eodem capitulo in locum amoti Conradi suffecto adhæreat, addens le pariter copiam fieri Heribolensi capitulo, ut de novo episcopo sibi provideret. MANSI

CHRISTI
1200.INNOCENTII III. PAR.
3.VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

^{(a) Ep. 278.} *sumpserit Hildesemensem episcopum nominare, & electum ipsum, & ejus ecclesiam per suos fecerit multipliciter molestari. Habentur ejus literae (a), quæ paucis interiectis diebus, i.e. videlicet nonas februario, Padburnensi episcopo, alisque misit, mandans, ut H. Hildesemensi electo, adversus Conradi jam coetu fidelium moti atque exuctorati fautores auxilio essent: Apostolicæ sedis injuriam dissimilare nolentes, ipsum in festo principis Apostolorum, presentibus nunciis ejus inter missarum solemnia excommunicatum publice nunciavimus, mandantes sententiam latam a nobis per Teutoniam publicari. Quoniam vero Ecclesia Dei sponsi sui vestigii insitit, de quo scriptum est (b): Percuit (superbos nempe, & contumaces) & manus ejus fundabunt; dum scilicet qua par est animi demissione obtemperent, Innocentius ejusdem Ecclesiæ post Christum caput addidit, ut literis sedem Apostolicam facerent certiorem, an imperia pontificia respueret, ut gravioribus penis illum percelleret, an pareret, atque ab utraque eccl. Herbipolensi, & Hildesemensi abstineret, ut clementiam, dum non ecclesiastica disciplina enervaretur, in eum explicaret.*

Conradi pœnitentia. (c) Inn. vit. aust. Hildesem. episc. pœnitentia. At Conradus facti pœnitens cum pertinaciam fregisset, ab Apostolica sede, veniam, dignitatemque episcopalem est affecitus: quæ Innocentii res gestæ (c) exactissime describunt: Qui (nimurum Conradus) cum ab omnibus vitaretur, tentavit multoties per honorabiles nuncios, si forsan intercessione principum, aut oblatione munera ejus posset animum inclinare, quod cum nullo modo proficeret, proprium tandem recognoscens excussum, primo coram Magdeburgensi archiepiscopo, & multis principibus, ac secundo coram Magnatino archiepiscopo, & multis aliis magnatibus juramento firmavit, quod mandatis Apostolicis obediret, & exinde nec viarum evitans discrimina, nec incommoda temporis impetrati ad Apostolicam sedem accessit, in multa contritione cordis, & magna humilitate corporis beneficium absolutionis implorans, qui cum fuisset juramento rursus praestito absolutus, depositis calceamentis, & pallio eum corrigia in collo, Apostolico se conspectui presentavit, & profierens se totum in terram in modum crucis manus expandit, cum grandi fletu postulans indulgientiam, proprium confitendo peccatum. Commoda autem sunt viscera summi Pontificis super eum, sed ne disolveret nervos ecclesiasticæ disciplinæ, post deliberationem multiplicem in summo consistorio præcepit eidem sub debito præfati juramenti, ut tam Hildesemensem, quam Herbipolensem ecclesiastas omnino dimitteret, qui quamvis omnino confusus obedivit, faciens de necessitate virtutem, misitque munera quedam ipsi

*domino Papæ, videlicet argentea pulchra visu, qui animo hæsit paupisper, hæsiens utrum deberet illa recipere, an potius refutare, sed ne ille de gratia sua penitus desperaret, recepit oblata, & ne putaret, quod munerum possit donatione corrupti, misit ei per honorabilem nuntium unam cuppam auream pretiosam, majoris quam illa essent vasa argentea universa valoris. Etenim summa prudentia justitiaque prædictus Innocentius, memor divini oraculi ab accipiendis muneribus, quæ etiam excoecant (d) prudentes, & iubertunt verba iustorum, prorsus abnortuit: paterna vero charitate nonnihil accipere compulsa, majori relato munere cunctis jus dicentibus ad imitandum pulcherrimum exemplum dedit. Volens autem oleum infundere super vinum, cum præcepisset, ut Hildesemensis ecclesia idoneum sibi Pontificem per electionem canonicanam prævideret, ordinationem duxit Herbipolensi ecclesiæ deferendum, ut si forsan eadem ecclesia iterato postularet eundem, humiliatum * eligeret, quæ dejecterat exaltatum * erigetur. sicque post annum factum est, ut prævidit; ita acta, quæ de Salisburgeni archiepisc. in eandem sententiam subdunt:*

(d) Exod. 23.

Ne autem ex aliqua parte suum judicium claudicaret, similem pene modum adversus Salisburgensem archiepiscopum obseruavit, qui cum esset Brixinenis episcopus, quoniam ad archiepiscopatum Salisburgensem electus, absque licentia summi Pontificis ad metropolitanam ecclesiam transire præsumpsit, electionem ipsius omnino casuavit, & præcepit eidem, ut ad primam ecclesiam secunda relictæ rediret, cassans quicquid egerat apud illam; unde Burgensem electum a Burgeni episcopatu removit, quoniam in eum ab ipso fuerat institutus; ipse vero alterius exemplo perterritus humiliatur obediens; cumque postmodum fuisse electus, electionem recipere non præsumpsit, sed cum electoribus suis ad Apostolicum sedem accessit, dispensationis gratium obtenturus, & quidem obtinuit, ut experimento cognosceret, quod in archa fæderis & virga continetur, & manna. Hoc namque anno vi. idus aprilis defuncto Adalberto Salisburgeni archiepiscopo, Eberharduni Brixinensem episcopum in illius locum subrogatum, tum Henricus Stero (e) tum Salisburgense, & Augustense (e) Stero chronica testantur; addit vero Salisburgense: (f) Perbatoldus præpositus ejusdem ecclesiæ Romanum pro pallio ab ipso destinatus, infecto negocio Romæ mortuus est: ipse vero episcopus per se vadens Romanum, multo labore, & sudore tandem ab Innocentio Papa pallio honoratur; postquam scilicet imperanti Pontifici paruit, ut ex recitatis Innocentii vita actis accepimus. Interim funesta, ac perniciosa exardescente discordia inter Bavariæ ducem, & Ra-

Pontificis benignitas erga dejectum Hildesemensem.

XLI.

Aventini in Rom. Pont. diæterium confutatum.

XLII.

(a) Aven. in bistor. Bojar. l.

7.

XLIII.

(b) Ap-

pend. ad

vit S. E-

dward.

Sur. 10. 3.

apud Bar.

1161. n.

1.

vinas floccifacere videantur, magno reli-

gioñis supercilio Chunegundem August. albo

superum adscribunt. Hæc ipse. Sed nun-

c. 7. apud

Bar. an.

1164. n.

50.

(d) Saxo

Gra. 1. 14.

apud eun-

dem loc.

cit.

(e) Alex.

3. vit. &

ep. 92. 93.

apud Bar.

an. 1173.

(e) Stero

in annal.

apud Ca-

nisi. an-

tig. id.

tom. 2. p.

242.

(f) Salisb.

chron. a-

pud cund.

to. 6. pag.

13.

(g) Caleft.

diplom.

ex arch.

Eug. apud

eund.

1192. n.

1.

2.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAR.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

ludem & Apostolicam benedictionem.

Cum secundum evangelicam veritatem, &c. Nonnulla præfatus, quæ brevitatis ergo prætermittimus subdit: Nos itaque cognoscentes, quod hoc revera judicium sublimius est inter cætera judicia judicandum, in ipsius examinatione plenariam volumus adhibere cautelam, & ideo prenominatos jurisjurandi religione confrinximus, ut puram nobis super hoc dicerent veritatem. Qui jurati dixerunt, quod, sicut ex celebri fama, & solemini scriptura novarunt. B. Chuneundis S. Henrico Imperatori fuit matrimonialiter copulata, sed ab eo non extiit carnaliter cognita. Unde cum dominus Imperator ageret in extremis, principibus & parentibus inquit de illa: Qualem mibi eam assignabis, talem vobis eam resigno; virginem eam dedisis, & virginem redéo. Suam ergo virginitatem Domino consecravit, & servavit intactam: ita quod, cum aliquando, instigante humani generis inimico, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta, ipsa, ut suam innocentiam demonstraret, super ignitos uomeres nudis p'antis incessit, & processit illæsa.

Henric. Imp. testimoniū de virginitate S. Chuneundis. Comprobatur miraculo.

Eius pia opera. Item S. Imperator Henricus, & hæc Imperatricia egregia Chuneundis de propriis facultatibus Babenbergensem fundaverunt Ecclesiam, & doraverunt: quam cum suis omnibus pertinentiis ex fervore devotionis, quam ad Apostolicam sedem habebant, B. Petro Apostolorum principi obtulerunt, annum ei censum ad indicium, quod juris fit Ecclesia Romana, solventem. Sed & alia plurima beneficia p'is locis, & venerabilibus ecclesiis contulerunt, Christum sibi facientes heredem.

XLV. Miracula edita. Hæc & alia retulere de meritis, de miraculis afferentes, quod eis præsentibus & videntibus, ad memoriam hujus virginis cœci visum, claudi gressum, muti verbum, & surdi recuperaverunt auditum, aliisque languoribus impediti frequenter & evidenter plenam consecuti sunt sanitatem, & quod est mirabilis notitatis, & novi miraculi, pulvis de tumulo ejus assumptus s'pe conversus est in frumentum. Nos ergo de meritis, & miraculis ejus multis & magnis, non solum testimonis, sed & testibus certiores effecti, cum secundum Prophetam laudandus sit Deus in sanctis (a) suis, de fratribus nostrorum consilio, & pontificum multorum apud sedem Apostolicam existentium, ipsum beatam virginem Chuneundem catalogo sanctorum adscriptum, ejusque memoriam inter sanctos decrevimus celebrandam.

(a) Ps. 150. Quapropter universitatē vestram monemus, & bortamur in Domino, per Apostolica scripta mandantes, quatenus quod nos solemniter & caute statuimus, vos humiliter, & devote servetis, ut meritis ejus & precibus apud misericordissimum judicem

indulgentiam consequamur. Collectam autem & alias orationes in commemoratione ejus dicendas edidimus, quas in hac pagina duximus subscribendas, &c. Datum Lateran. 3. nonas aprilis Pont. nostri anno tertio. Hactenus Innocentii diploma a memorato Jacobo, sed a novatoribus (b) ante typis mandatum. Hi tamen impie sanctorum cultum, cœlumque blasphemis impetentes, solemnies hujusmodi albi sanctorum adjectiones, adauictam idolatriam dicitant. Cæterum de Chuneundis ab Innocentio in cœlitum catalogo reposita meminere quoque fragmenti historici incertus auctor (c) Salisburgensis chronici scriptor (d) Stero (e) (qui etiam sacrarum ejus reliquiarum translationem multis præsentibus episcopis factam tradunt) Siffridus (f) presbyter aliique; porro ita in eodem fragmento legitur: Offa S. Henrici & S. Chuneundis levaverunt, sicut ab Innocentio Papa canonizati fuerant. Verum S. Henricus non ab Innocentio, sed ab Eugenio sanctis annumeratus fuit.

Antequam vero e Germania discedamus, ad Ungaricas paululum res divertere Pontificia literæ nos impellunt. Hoc enim anno cum audisset Innocentius, Culnum Banum magna conspicuum dignitate virum, Patarenos hereticos a Spalatensi archiepiscopo pulsos exceperisse, ac fovere, Hemmerado Ungarorum Regi præcepit, ut Banum ipsum, ni resipisceret, cum ipsis hereticis proscribendum curaret: quas litteras cum vigilantissimi pastoris a Dominico grege lupos arcentis, atque insectantis solicitudinem præ se ferant, hic redendas existimamus.

Accepimus (g) quod cum nuper venerabilis frater noster Spalaten. archiepiscopus Patarenos non paucos de Spalaten. & Truguriens. civitatibus effugasset, nobilis vir Culinus Banus Boissinus iniquitati eorum non solum tutum latibulum, sed & præsidium contulit manifestum & perver- sūtati eorumdem terram suam, & se ipsum exponens, ipsos pro catholicis, immo ultra catholicos honoravit, vocans eos Antoniasse Christianos. Ne igitur hujusmodi morbus, si ejus non obstatur principis, vicina corrumpat, & in regnum (quod absit) Ungariæ defluat labes ejus, jeren- nitatem regiam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatenus ad vindicandam tantam Christi, & Christianorum injuriam potenter, & regaliter accingaris, & nisi Banus prædictus universos hereticos de terra sua potestati subjic- tā proscripterit, bonis eorum omnibus confiscatis, tu ipsum & hereticos ipsos non solum de terra ejus, sed de toto Ungariæ regno proscribas, & bona talium, ubicunque per terram tuam poterunt inveniri, confisces, nec parcat oculus tuus Bano præ-

(b) Cent. 13. c. 7. ex hist. Bamberg.

(c) Frig. hist. auct. an. 1199.

(d) Chron. Salisbur. an. 1209.

(e) Ste. apud Ca- nis. ant. lett. to. i. p. 243.

(f) Siffrid. epist. l. 2. an. 1201.

XLVI. Innoc. diligenter in hæret. perse- quendis.

(g) Lib. 3. ep. 2. Innoc. litt. ad Ung. Reg. pro hæ- ret. pel. lendif. 9.

(b) Lib. 3. ep. 35. Poena e- pis. falsa- rio ini- ciata.

di-

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAR.
3.

dicto, quin contra eum jurisdictionem exercetas temporalem, si alias ad viam restringendam non poterit revocari. Nicolaum quoque quondam Faren. episcopum, qui non solum præter auctoritatem nostram, sed etiam contra prohibitionem expressam Jaderinam metropolim, quam præsumpsit invadere, detinere præsumit; unde suspensus a nobis anathematizari mandatur, ut a suo resipiscat errore, tradita tibi potestate compellas, ne juxta canonicas functiones non careas scrupulo societatis occultæ, si manifesto facinori desinas obviare. Dat. Lat. v. id. octob. Hactenus Innocentius, cuius pro catholica fide monita, ac jussa utinam ab Ungaro Rege, cæterisque Christianis principibus nunquam oblivioni traderentur.

XLVII. Innoc. in rere Innocentius studuit, quamlibet imminentis schismatis occasionem removere summopere contendit. Quapropter ad Consanum archiepiscopum scripsit, ut cum duobus aliis episcopis ad certa loca se conferret, in quibus Græci sacris a Latinis sacerdotibus peractis, & vicissim Latini Græcorum divinis officiis interesse respuebant, atque ad utrosque conciliandos, quæ e re divina fore videbantur, constitueret.

Non solum autem Nicolaum, de quo paulo ante audisti, sed & alios delinquentes præfules coercet: etenim præter ea quæ de Gallicanis, Germanisque episcopis ante recensuimus, Pennensem (a) episcopum acriter objurgat, ex Cisterciensi abbate creatum episcopum laxioris vite genus instituisse, tum maxime sub B. Laureti, & Cupersanensis comitis fide & clientela se futurum spopondisse, falso afferentem hac de re ab Apostolica sede literas se accepisse. Quia præterea ratione animadverterit in Dominicum, qui Suacensi episcopatu cum se abdicasset, suppressis Apostolicis, atque adulterinis adhibitis literis eandem iterum sibi vindicarat dignitatem, ipse significat (b).

Innocentius, &c. Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus, si forte occasione literarum illarum in aliquo processisti, irritum denuncians penitus, & inane, jam dictum Dominicanum si denuo venire ad partes illas præsumperit, omni dilationis occasione & appellatio- ne postposta, in aliquo facias monasterio districti ordinis ad agendam penitentiam arcte retrudi. Prænominatum autem G. episcopum, si præmissis veritas suffragatur, in loco suo, & dignitate sublatu contradicitionis & appellationis obstatu restituas, & facias in episcopatu suo pacifice permanere, illos Ecclesiastica districione compescens, qui se tibi duxerunt temeritate qua-

libet opponendos. Dat. Later. Non. decemb. Pont. nostri ann. 3.

Quemadmodum contra prævaricatores XLVIII. antistites insurgit, ita eorum, quos injuria lacertos, & oppressos cernit, innocentes ob centiam tuendam defendendamque sufficiunt. Quamobrem cum Novarienses episcopum suum inquisisse deturbassen, non præmissa late epistola hac increpit:

Consilibus, & Populo Novariensi.

Non (c) duritiae nostræ, sed vestris est (c) Lib. 3. excessibus imputandum, quod Apostolica su- ep. 30.

lutionis alloquim nos vobis cogitis de- negare: vos enim tamquam ingratitudinis filii, immo velut hostes iniqui insurge- non erubescitis in parentes, in patrem exilium, & in matrem excidium, & multi-

plex in Romanam Ecclesiam opprobrium operati, matrem ancillare volentes, & ejecto patre hereditatem vobis paternam vindicare in quo tyrannidem etiam exceditis vice- riarum, quæ alterius tantum parentum per- niciem operantur, in alterum nihil penitus marbinantes. Ecce etenim Novariensem ecclesiam matrem vestram, in qua lava-

cro estis regenerationis abluti, hostiliter perseguentes, eam redigere nitimini sub tributo, & venerabilem fratrem nostrum Novariensem episcopum patrem vestrum,

quia sponsæ suæ injuriam non poterat & quanquam sustinere, de vestris coegisti finibus exulare. Et paulo post aberrantes oves ad caulam revocare satagens sub- dit:

Licet autem propter hoc jam pridem fueritis excommunicationis vinculo innodiati; volentes tamen plenius experiri, an adhuc in vobis alicuius devotionis scintilla remanserit, an in corde vestro dicatis cum insipientibus: Non est Deus; univer- sitati vestrae per Apostolica scripta man- damus, & sub divini judicii intermina- tione præcipimus, quatenus redeuntes ad eorū, & quod perperam egeritis attenden- tes prædicto episcopo, & ecclesæ Nova- riensi super ablatis omnibus, & injuriis ir- rogatis satisfactionem plenariam impenda- tis. Deinde gravissimas in refractarios, pertinacesque minas fulminat, adiicitque:

Alioquin præter id, quod vos per ve- nerabilem fratrem nostrum Mediolanensem archiepiscopum & suffraganeos ejus singu- laris diebus dominicis, & festivis pulsatis campanis, & candelis accensis excommuni- catos mandamus, publice nuntiari, & civitatem vestram, & terras, quæ vobis responderint, suppositas interdicto. Nove- ritatis nos capitulo, abbatibus, prioribus, universo clero Novariensi per Apostolica

scripta in virtute obedientie districte præ- cipiendo mandasse, ut nisi infra mensem post susceptionem præsentium mandatum fu- eritis Apostolicum executi, ex tunc in te- stimoniū vestrae perverstatis excutentes va-

XLIX. Censuræ in eos ful- minat.

CHRISTI
1200.

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

variensem egredi non posponant, & sicut ethnicos, & publicanos vestrae vos iniquitatem relinquant. Extat hujusmodi epistola (a) Lib. 3. p. 6. ubi haec inter alia: Nec minus tenemini de civitate in civitatem effugere, persequentes, ut eos fugiendo fugare possitis, vel potius ab suo praeceptio revocare. Sic ipse. Nova plane bella elegit Dominus: duce etenim Christo, fuga plerumque franguntur, fundunturque hostes, deque eorum iniquitate prostrata clarissima trophae statuuntur. Postremo pergunt minaces ad Novariensem populum literæ: Quod si nec sic ad viam potueritis restitudinis revocari, eidem archiepiscopo dabimus in mandatis, ut de civitate vestra in locum idoneum cathedralm transferat pastoralem, vel Novariensem diocesim auctoritate fretus Apostolica dividat, & divisam episcopis vicinis assignet, sive sitis in fabulam, & opprobrium saeculorum, & pena vestra causa metus universis effecta deterreat a similibus praesentes pariter & futuror. Nos quoque rectoribus Lombardiae sub intermissione anathematis dabisimus in mandatis, ut vos tam in colloquis, quam aliis tanquam excommunicatos evident, & per universa regna, in quibus nomen colitur Christianum, bona mercatorum vestrorum mandabimus usque ad satisfactionem congruam detineri. Dat. Later. 16. Kal. novemb.

Sardinia R. E. obnoxia. Quoniam vero de Innocentii in sceleribus persequendis zelo flagrantissimo pluribus egimus, silentio prætereundum non est, ipsum hoc eodem anno in nefaria Calaritani judicis facinora acriter inventum,

(b) Inn. I. ut data ad eum epistola (b) ostendit; ubi 3. ep. 33. habetur etiam Sardiniam peculiari quodam, ac legitimo jure ad Apostolicam se dem pertinere. Eodem anno Firmanis scripsit (c) Innocentius, ut cum aliis Piceni

civitatibus inducias, ac pacem coeant, ut nondum conceptum fidei jurandum Apostolice sedis legato deferant, utque per totam diocesim annum censum Romanæ Ecclesiæ pendendum imponerent; quemadmodum ipsa eorum civitas constituitisset, eodemve fere arguento Anconitanis, & Auximanis scripsit. (d)

L. Fanensem præterea populum, ejusque consules in fidem protectionemque suscipiens ad eos epistolam dedit, quam in medium adducere operæ pretium ducimus, ut inde intelligatur, quam demisse populi erga Apostolicam fidem regerent, & quanta ipsa eos benignitate, benevolentiaque complectenteretur.

Innocentius, &c. (e) Lib. 3. op. 27. Cum (e) dilectus filius Joannes Rustici nuncius vester, & procurator cum literis vestris de rato ad nostram præsentiam accessisset, nobis ex parte vestra promisisti, quod tam vos, quam omnes, qui sunt de vestro districtu nobis & successoribus no-

stris, & Ecclesia Romanae fidelitatem curabitis universaliter exhibere, expeditiōnem, parlamentum, pacem, & guerram ad mandatum nostrum, & legatorum, ac nunciorum nostrorum per totam Marchiam bona fide juxta proprias facultates vestris expensis facere sine fraude, appellationibus ad nos, vel legatos, aut nuncios nostros legitime factis, debita veneratione deferre; procurationes idoneas nobis, legatis, & nunciis nostris impendere; pro annuo quoque censu quinquaginta libras usualis monetæ persolvere annuatim, medietatem videlicet pro ipsa civitate, & medietatem pro ejus districtu, vel, si mallemus, novem denarios pro unoquoque fumante, ut more vestro loquamur, exceptis clericis, militibus, iudicibus, advocatis, tabellionibus, & iis, qui nullas possessiones habere noscuntur, qui non consueverunt affictum præstare, quem videlicet censum vestris expensis nostræ Cameræ inferetis, postulans humiliter, & implorans, ut vobis consulatum cum sua jurisdictione confirmare auctoritate Apostolica dignaremur; salvis universis demaniis, quæ libere semper in nostra, & successorum nostrorum dispositione consistant. Licet autem longe majora consueveritis aliis exhibere, ut tamen sentiatis, & gaudeatis vos ad illud dominium rediße, quod de se vere dicere potest: Jugum meum suave est, & onus meum leve; promissionem, & oblationem ipsius factam nobis ex parte vestra de fratrum nostrorum consilio duximus acceptandam, &c. Hancenius Pontifex, qui in eandem etiam sententiam ad Eginum populum, atque Pesaurienses consules scripsit. (f)

Hoc anno ex hac vita migrasse traditur S. Raymundus Placentinus, cuius res gestas breviter percurrentas duximus, quod præsertim non ita pervulgatae videantur. Cruce igitur ab episcopo, benedictione que percepta Hierosolymam profectus, loca sancta summa religione, animique voluptate perlustravit, reversusque postmodum in patriam, uxorem suadentibus propinquis cum duxisset, consueta pietatis opera non prætermisit, & quæcumque lucraretur, tum in domeis sumptibus tolerandis, tum in levandis elegantibus, jejuniis & orationibus assidue intentus, consumebat. Cumque divini verbi semen, cuius excipiendi audivimus erat, in ejus pectore veluti in nitido, subactoque solo, radices alte egisset, ingentes patientiae fructus attulit, quæ in filiorum ferenda morte uxorisque diuturniore infirmitate ad miraculum effulgit. Defunctaque uxore rursus ad sanctum Jacobum in Compostella peregrinationem instituit, tum lumina Apostolorum, aliaque sacra loca, virtu eleemosynis quæsito, religiosissime internis deliciis delibutus invisit. Romæ cum ageret, atque inde sanctam civitatem

(f) Reg. post cand. ep.

II.

(c) Ann. 1199.

NOTÆ

tem Hierusalem cogitaret, divino monitu Placentiam rediit, ubi nosocomium instituit, ingentique virtutis exemplo administravit. Quare ab ægrotis, egenisque patris & patronis loco habebatur. Tandem lethali febri correptus decubuit, divinisque sacramentis communitus anno salutis MCC. ætatis vero LX. quinto Kal. augusti felicem animam in celum efflavit. Cujus postea sepulcrum ingentibus Deus miraculis illustravit. Haec pluribus in perpetuâ Placentinæ ecclesiæ breviarii lectiōibus, quarum veritatis splendidissimo nitoris conscriptarum exemplum in biblioteca nostra asservatur.

(a) Nacl. Chromer. Pol. ta. (b) Robert. in sp. ad Sigeb. Pro subsi- Terra reddi- quadra- gesima de- creta.

Hæc inter Christianorum res cum in oriente, ut tradunt a), in deteriori laborerentur, dominus Papa Innocentius inquit Robertus de monte (b) quadragesimum nummum redditum ad subsidium terræ Hierosolymitanæ petiit. [1] Quæ præterea confirmantur ex literis ab Innocentio vita scriptore recitatis, quas hoc anno datas in dubium revocari non potest, cum in iis & de synodo a Petro tit. S. Marcelli presbytero Cardinali tunc Apostolice sedis legato apud Divionem coacta, & de interdicto, cui adhuc Philippi regnum suppositum erat, mentio fiat. Divionem autem synodus præcipitante superiori anno Petrus celebravit, interdicti vero sententia ex ejus præscripto promulgata est sub hujus anni initium atque per octo menses Francorum regnum sub ecclesiasticis censuris ingemuit, ut ex Innocentii gestis vidimus; hæc de tempore dicta sint.

Quod vero ad literas pertinet, earum exordium est hujusmodi: Verendum est nobis, & vobis, &c. quæ cum prolixiores sint, atque ejusdem argumenti cum iis, quas supra reddidimus (c) ne lectori fastidium ingeramus, hæc dumtaxat affer-

re nobis sufficerit: Certa die, quam tandem sacerdos prænunciat populo, missa publicæ decantetur, singulique diebus inter pro eo missarum solemnia, Deus venerunt gentes preces. in hereditatem tuam, campanis pulsantibus cum oratione confusa dicatur. Et infra: Quia vero his, qui divinæ se mancipant obsequiis servitutis, & abstinendum ab illicitis, & licitiis parcus est utendum, ne licitum fiat illicitum, si lascive vel illi center agatur, volumus & mandamus, ut eos ex parte nostra monere diligentius, & inducere procureatis, ne diebus illis, quibus carnis vesti debent, aut etiam jejuniorum diebus præter pulmenta pluribus ferculis, quam duobus, & eis etiam moderatis utantur, nisi forsitan comitibus, baronibus, & aliis nobilibus tertium ferculum, quod vulgo dicitur intermissum, ultra id quod exhibetur familiæ, apponatur; nec de cætero votum peregrinationis adimplant, herminis varis, seu grisis induantur: ad quorum utrumque iam clericos quam laicos, & mulieres, & quæ vel transfretare teneantur ex voto, vel secuturæ sunt in peregrinationis itinere viros suos. Similiter voluimus commoneri armigeros, & crucis luctu pro- hibitus.

Blachi Thraciam vastant. Cruci- gnatis luctu pro- hibitus.

Ad hæc etiam tempora spectare videntur, quæ de Rossorum religione ac fortitudine Niceta Choniata memorie mandavit, ipsos Christianorum misertos, quos in servitutem infideles populi abducebant, cum Blachi Cumanis conjuncti excursiones in Thraciam gravissimas sæpiissime imprimenter, episcoporum hortatu in arma procurrise, gentemque efferam edomuisse; quibus clarissimis religionis nostræ tropheis huic anno feliciter finem impo- nimus.

Du-

[1] V' Ecclig istud de quadragesima omnium ecclesiasticorum proventuum in subsidium rerum Orientalium solvenda, ante hunc annum indictum fuisse colligo ex authore gestorum Innocentii, qui impositum antea narrat quan aggreditur historiam legationis Petri Capuani in Galliam. Nec Raynaldi argumentum contra nostram sententiam urget, licet enim literæ, quas Innocentius ad Gallos dedit pro multa hac exigenda ante annum 1200. dari non potuerint, cum interdicti anno illo in Galliam inflati meminerint; ex illis tamen non inepte deduci posset vestigial ante annum illum indictum fuisse, sed ejus solutionem ad id usque distulisse Gallos, inerito proinde redargutos in ea a Pontifice verbis illis: Nec manus vestras ad mandatum nostrum sapienter voluisti battenus aperire. Inferius vero subdit: Plures vestrum non solum quadragesimam juxta mandati nostri tenorem, sed tricesimam factam in Divionensi Concilio in tam prius opus convertere tenentur. Ex quibus verbis innui suspicor vestigial illud ante celebrationem Divionensi Concilii anno 1199. habiti, imperatum fuisse. Posteriora equidem fuisse literas hafce indicioni quadragesimæ demonstrat etiam author gestorum Innocentii, qui cum ante legationem Petri inductionem quadragesimæ, narrasset literas ad Gallos non nisi relatis iis, quæ ad annum 1200. pertinent, recitat. Demum in literis, quas Innocentius ad episcopos per Europam dedit ad indicendam quadragesimam, interdicti in Gallo-las lati non meminit; unde argumentum Raynaldi deductum ex interdicti hujus commemoratione ad eruendum annum constituti census corruit. Postremo tandem in literis datis anno 1198. apud Raynaldum ibid. num. 85. Innocentius misisse se Venetias Cardinales ablegatos suos ad scribendos in sacram expeditionem milites afferit. Eo autem missum Soffridum Presbyterum Cardinalem Messana reducem, quo contulerat pecuniam ex quadragesima collectam discimus ex aucto- pontificatus exordiis indictum fuisse. MANSI

INNOCENTII III. PAP.
3.

VACAT. IMP. OCCID. 3.
ALEXII ANGELI IMP. 6.

JESU CHRISTI
ANNUS
1201.

INNOCENTII PAP. III. VACAT. IMP. OCCID. 4.
ANNUS ALEXII ANGELI IMP. 7.
4

Ducentesimus primus supra millesimum inductione iv. cum novo saeculo exoritur annus, quo & vi. id. januarii quartus Innocentii Papae inchoatur: cum vigilantissimus Pontifex de Romano mirum in modum sollicitus Imperio, in Germaniam legatione missa, & Philippo Suevo repudiato, Othoni, confirmato ipsi regno, Imperatoriam coronam pollicetur; quæ ut se habuerint, supracitato codice Vaticano uberrimam scribendi materiem suggerente epistolarem jam narrationem aggrediemur. In primis igitur Innocentius Coloniensi archiepiscopo, ac suffraganeis illius, ejusdemque provinciae principibus literas misit, quæ cum ardens ejus studium reducendæ, firmandæque concordia, & Christianæ religionis, ac publicæ utilitatis maximam curam, & in legatis mittendis prudens consilium præ se ferant, adducendæ videntur.

Innoc. littera ad Germanos Praefules. (a) Libell. Vat. ep. 30.

Nec vos (a) nec alios credimus dubitare quin Imperii Romani proiectio principaliiter, & finaliter nos contingat; principaliter, quoniam per Romanam Ecclesiam de Graecia fuit specialiter pro Ecclesiæ defensione translatum; finaliter, quia etiæ alibi coronum regni recipiat, ab Apostolica tamen sede ultimam manus impositionem, & coronam Imperii recipit Imperator. Unde auditio quondam, quod vota principum in Imperatoris fuissent electione divisa, tanto magis sumus de ipsorum divisione turbati, quanto bonus status Imperii ex causis prædictis specialius ad nos spectat, & pro multis, & magnis necessitatibus populi Christiani non solum Ecclesia devotum habere desiderat defensorem, sed & Imperium totum indigere cognoscitur idoneo proximore. Verum quantumcunque grave nobis existaret, & molestum, quod Imperii proximo videbatur in commune religionis Christianæ dispendium ex tali divisione differri, ne tamen principum dignitatem ignorare, vel laedere videremur, expectavimus aliquandiu, si forsan ipsi usi consilio saniori, vel per se ipsos, si fieri posset, dissensioni suæ finem imponerent, vel super hoc saltem nostrum consilium implorarent, ut per eorum studium nobis medianibus discordia malum bono concordia purgaretur, & rugum schismatis unitatis simplicitas aboleret. Cum autem expectatio nostra nec nobis nec vobis, immo nec Imperio ipsi profidet, sed obesse potius videretur, ne dissimulando videremur hujusmodi fovere discordiam, ad concordiam vos curavimus per literas Apostolicas invitare, quas ad multos principum novimus pervenisse. Postmo-

dum vero auditio, quod per sollicitudinem bonæ memoriae C. archiepiscopi Maguntini a nostra praesentia redeuntis, dispositi sunt principes ad colloquium venire super ordinatione Imperii tractaturi, ne quid ex contingentibus omittere videremur, literas nostras ad eos per proprium nuncium duximus destinandas, consilium nostrum eisdem fideliter exponentes.

Cæterum cum nec sic hactenus inter eos bonum concordia potuerit provenire, aut utiliter Imperio provideri, deliberavimus in Germaniam cum fratribus nostris, quid esset agendum, & qualiter posset malis imminentibus obviari. Tandem vero in hoc resedit consilium, ut venerabilem fratrem nostrum Prænestinum episcopum Apostolicae sedis legatum, religione conspicuum, præditum honestate, magnum Ecclesiæ Dei membrum, quem inter ceteros fratres nostros specialis dilectionis brachiis amplexamur, & cum eo dilectum filium magistrum Phil. notarium nostrum, virum providum & discreturn, nobis & fratribus nostris merito suæ probitatis acceptum, ad partes Germaniarum ex nostro latere mitteremus. Quia vero quanto negotium istud magis est arduum, tanto majores, & maturiores exigit tractatores, venerabili fratri nostro Oc. Ostiensi episcopo Apostolicae sedis legato, qui post nos in Ecclesia Romana obtinet primum locum, dedimus in mandatis, ut si a negotiis illis, quibus intendit in regno Francorum, se poterit expedire, cum ipsis pariter & per ipsos nuper a nostro latere venientes instructus plenus ad partes vestras accedat, & ambo episcopi simul, vel alter eorum, si ambo non poterint interesse, cum eodem notario vestrum consilium audiant, & vobis beneplacitum nostræ voluntatis exponant; ideoque universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum ab eis, vel eorum altero fueritis evocati, ad presentiam evocantium, aut evocantis accedere non tardetis. Datum Laterani nonis januarii. In eundem modum (b) ad Maguntinæ ecclesiæ capitulum, itidemque ad Salisburgensem, Bremensem, & Tre-

virens archiepiscopos, & suffraganeos episcopos, atque singularum earundem provinciarum principes scripsit. Quo ceterum die, nonis nempe januarii, ejusdem argumenti ad universos tam ecclesiasticos, quam laicos Germaniae principes epistolam (c) dedit, ad cuius calcem legatos eis commendans hæc addit: Monemus igitur universitatem vestram, & exhortamur in Domino, & per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus legatos ipsos, vel eorum alterum in Theutoniensem accedentem, & eundem notarium recipiat.

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.
4.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXXI ANGELI IMP. 7.

tis biliter, & sicut decet, honorifice, pertractetis, ipsorum monita, & consilia recipientes humiliter, & intuolabiliter observantes. Nos enim eis dedimus in mandatis, ut ad concordiam vestram, & utillem ordinationem Imperii prudenter & diligenter intendant. Datum, &c.

III. Innocent. Othoni Imperium confirmat. Illustri Regi Othoni in Romanum Imp.

(a) b. ep. electo.

32. (b) b. ep.

33.

Duobus fere elapsis exinde mensibus Kalandis videlicet martiis, Othoni regnum confirmavit, atque Imperii insignia pollicitus, hæc inter alia adjectit. (a). Illustri Regi Othoni in Romanum Imp.

Ann. Eccl. Tom. XX.

bibuerint se devotos, qualiter etiam Anglica donus, ex qua ex parte matris es orsus, in devotione sedis Apostolica fere semper persistit, & perfectat, & ei tempore grandis persecutionis obsequium impenderit opportunitum. In te igitur progenitorum tuorum devotionem suscitare plenius, & abundantius remunerare volentes, credimus, & quasi pro certo tenemus, quod non solum in ea te verum ostendes heredem eorum, & legitimum successorem, sed tanto ipsis in hoc præcedes amplius, quanto te a nobis magis intelliges honoratum. Inspiret autem cordi tuo is, qui corda principum babet in manu sua, & per quem Reges regnant, & principes detinent principatum, ut affectum nostrum penses plenius per effectum, quam nostro tibi explicemus, vel explicare possumus affatu, & ea que acta sunt hactenus, & aguntur, & adhuc dante Domino per nos circa te agentur in posterum, sed deliter in tuo corde reponas, & ita memoriæ recommends, ut nec oblivious videri valeas, vel ingratus, sed ad Apostolicae sedis exaltationem, & honorem potenter intendas, & ejus plene benevolentiam recognoscas, quia cum defecissent fere penitus vires tuae, in tua dilectione non repuit, nec te deseruit in adversis, sed tamdiu fortis donec iuxta tuum te desiderium exalauerit.

IV. Utinam Otho sapientissimi patris saluberrima monita memoria semper coluisset, nec tot tantisque ab Apostolica se de acceptis beneficiis ingratum sele prebuisset. Verum quamvis gratiam postea non retulerit, haud tamen Pontifex redarguendus, Othonem elegisse, cum hujus electio ex prudentia præscripto peracta sit: ille enim optimi hactenus principis specimen dederat, atque erga Romanam Ecclesiam obsequentissimum se demonstrarat. Consilia enim, non exitus insipi, laudarique debent: quis enim diuinæ Saulis electioni vir sanæ mentis detraxerit, quamvis ille in perditissimum principem desciverit? Sed rursus ad epistolam.

Nos enim serenitatem tuam in eodem consilio fratrum nostrorum honorare volentes, ultra quod in sæculo secularis princeps nequeat honorari, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro collata, te in regem receipimus, & regalem tibi præcepimus de cetero reverentiam, & obedientiam exhiberi, præmissaque omnibus, quæ de jure sunt, & consuetudine præmittenda, regiam magnificentiam ad suscipiendam Imperium Romanum coronam vocabimus, & eam coronam tibi dante Domino humiliatis nostræ haec promisimus solemniter conferemus. Monemus igitur celstudinem regiam, & exhortamur in Domino, quatenus spem tuam ponas in ihlo, qui reprobat Saulus David delegit in Regem, & talem te studeas exhibere, ut de te quoque dicere valeat: Inveni virum secundum.

N.

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.
4.

VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7.

V. cundum eorū meū. Huc usque Innocentius. Præterea ipsiā etiam Kalendis martii ad universos Germanos principes his de rebus longiorem epistolam scribens, ea recensuit, quæ ad tollenda dissidia, Imperiumque stabiliendum per literas, legationesque peregerat.

Universis tam ecclesiasticis, quam sacerdotalibus principibus Alemanniæ.

(a) Libell. Vat. ep. 33. Innoc. Literæ ad German. princeps pro O-
bione. Et si (a) quondam Imperatores Romanam Ecclesiam in multis afflixerunt, multi tamen in pluribus honorarunt, ita quod per devotionem, & liberalitatem ipsorum magnifica beneficia novimus Ecclesiae provenisse. Unde non est aliquo modo credendum, quod, sicut pestilentes aliqui mentiuntur, volentes inter Ecclesiam, & Imperium immortalis discordia materiam suscitare, ad depressionem intendamus Imperii, per quod si bene fuerit ordinatum, Ecclesiam non solum defendi credimus, sed etiam exaltari. Novimus etenim, & vos nostis, quod ejus provisio principaliter, & finaliter vos contingit; principaliter quidem, quia per Ecclesiam de Græcia pro ipsius specialiter fuit defensione translatum; finaliter autem, quoniam, et si alibi coronam regni recipiat, a nobis tamen Imperator Imperii recipit diametra in plenitudinem potestatis. Attendentes autem olim quantum dispendium ex defensoris defectu pateretur Ecclesia, quantumque detrimentum ex Imperatoris carentia sentiret religio Christiana, licet expectaverimus expectantes, si forte vos ipsi seniori usi consilio tantis malis finem imponebere curaretis, vel ad divinum, & nostrum saltem recurreretis auxilium, ut per Deum & nos vestro studio mediante tanta dissensio sopiretur, quia vos super hoc negligentes invenimus & remissos, ut nostrum exequorem officium, vos per literas nostras paterna curavimus sollicitudine commonere, ut timorem Domini habentes præ oculis, & Imperii zelantes honorem, ne vel annularetur dignitas ejus, vel libertas deperiret ipsius, ad provisionem ipsius melius intendere curaretis. Alioquin quia mora trahebat periculum ad se grave, nos quod expedire sciremus, utiliter procurantes curaremus ei apostolicum impetriri favorem, quem crederemus majoribus studiis, & meritis adjuvari. Cum autem nobis ad literas, quas ad multos vestrum novimus pervenisse, nec verbo fuisse, nec facto responsum, expectavimus iterum donec audiavimus, quod per studium, & sollicitudinem bona memoria C... archiepiscopi Maguntiani a nostra praesentia redeunis fuerat procuratum, ut quidam vestrum ad commune colloquium convenirent, de provisione Imperii tractaturi: unde ne videremur ab incepto desistere, literas nostras ad vos per proprium nuncium duximus destinandas, consilium nostrum vobis exponentes fideliter & super iis, quæ necessaria videbantur, diligenter instruentes.

Cæterum cum nec per expectationem diutinam, nec exhortationem honestam, nec instructionem plenariam fuit discordia prioris incommodum sequentis concordia communitate purgatum, ne quid ex contingentibus omittere videremur, venerabilem fratrem nostrum Prænestinensem episcopum Apostolice sedis legatum, virum religione conspicuum, præditum honestate, magnum Ecclesiae Dei membrum, quem inter ceteros fratres nostros specialis dilectionis brachiis amplexamur, & cum eo dilectum filium magistrum Philippum notarium nostrum virum providum, & discretum, nobis, & fratribus nostris merito suæ probitatis charum admodum & acceptum, ad partes vestras duximus destinandos, qui cum venerabili fratre nostro O. Ostiensi episcopo Apostolice sedis legato primum locum post nos in Ecclesia Romana tenente, ut tam ipse a negotiis illis, quibus tenebatur in regno Francorum, se posset utiliter expedire, ad vos simul accederent, & ex parte nostra monerent filiubriter, & inducerent diligenter, ut per vos ipsos, cum eorum, si necesse foret, consilio, & præsidio ad concordiam intendere curarentis, vel si forte per vos desiderata non posset concordia provenire, nostro vos committeretis arbitrio, vel consilio, sua in omnibus tam libertate vestra, quam Imperii dignitate, cum neminem magis, quam Romanum Pontificem mediatorem in hoc vos habere deceret, qui voluntatibus & rationibus intellectis provideret, quod esset justum, & utile, vosque per autoritatem cœlitus sibi datam super juramentis exhibitis, quoad famam, & conscientiam liberaret, & ad quem negotium Imperii ex causis superioris assignatis non est dubium pertinere. Cæterum quoniam hactenus nec expectationis nostræ modestia, nec exhortationis studium, nec consilii maturitas, nec instructionis discretio vos commovit, nec legatorum nostrorum usque adeo sollicitudo profecit, ut vel per vos ipsos sepulta discordia, sicut vos sape monuimus, concorditer ad provisionem intenderetis Imperii, vel consilio, aut arbitrio nostro committere vos velletis, cum dispendium Ecclesiae, que diutius nec vult, nec debet idoneo defensore carere, sustinere nolimus ulterius, vel dissimilare jacturam populi Christiani, cum alteri de vestris electis favorem impendere non possimus, propter excommunicationem publicam, perjurium manifestum, & vulgatam persecutionem, quam progenitores ejus, & ipse in Apostolicam sedem, & ecclesias exercere nulla lippus retinuerunt. Propter insolentiam eorum, quam exercuerunt in principes, & alios sibi subjectos, & ne libertas principum in Imperatoris electione vilescat, si non per electionem, sed successionem transferri a patribus in filios, & in fratres a

fra-

VI.

VII.

fratribus Imperium videatur, consentire in alterum nos oportet.

Fuit enim nobilis vir Philippus dux Sueviae a bonæ memoria Celestino Papa predecessore nostro propter invasionem, & devastationem patrimonii beati Petri communione secundo præmissa publice, ac solemniter excommunicationis sententia innovatus, cum in Tuscia moraretur, quod ipse postmodum recognovit, dum per nuncium suum ab ipso predecessore nostro absolutionis beneficium postulavit, & postmodum a tunc Sutriensi episcopo, quem cum abbate sancti Anastasi pro liberatione venerabilis fratris nostri . . . Salernitanii archiepiscopi miseramus, contra formam mandati nostri defacto solummodo, quia de jure non potuit, post suum electionem apud Vormatiam occulte se fecit absolvī, unde patet, quod fuit excommunicatus electus, & videtur non immerito, quod adhuc sit ex eadem causa excommunicationis sententia innovatus, cum prædictus episcopus eum auctoritate sua non posset absolvere, auctoritate vero nostræ delegationis, nec plus, nec aliter liceret hoc ipsi, quam quod ei fuerat ab Apostolica sede concessum; ex eo etiam excommunicationis sententia subiacere creditur manifeste, quod cum perfidus Mancaldus, Dei & Ecclesiae inimicus, cum universis fautoribus tam Theutonicis, quam Latinis excommunicationis vulgatae vinculis sue iniurias meritis sit astrictus, sicut jam vobis per literas nostras directas per prædictum Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse, ipse nihilominus, quamvis id non tantum ex relatione ipsius judicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicato non solum communicat, sed eum in malitia sua forvet, & per nuncios, & literas suas exacuit furorem ipsius, ut charissimum in Christo filium nostrum Philippum Siciliæ regem illustrem nepotem suum, quem jam bereditate paterna privatuit, adhuc privet possessione materna.

Idem etiam contra proprium juramentum, super quo nec consilium a sede Apostolica requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare præsumpsit, non alium causâ necessitatis in Regem eligere, quod utunque tolerabilius videretur, cum super illo juramento sedes Apostolica prius consuli debuisse, sicut & eam quidem consulere prudenter, apud quam ex institutione divina plenitudo residet potestatis. Nec valet ad plenam executionem ipsius, si juramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisse, quam contra ipsum propria temeritate venire, illo præsertim exemplo, quod cum Gabaonita a filiis Israel per fraudem subripuerint juramentum, ipsi tamen cognita fraude no-

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.
4.

VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7.

luerunt contra illud sua temeritate venire.

Quod autem de genere persecutorum existat, vos non credimus dubitare, cum Henricus, qui primus Imperium de genere hoc accepisset, bonæ memorie Paschalem Papam predecessorem nostrum cum episcopis, Cardinalibus, & multis nobilibus Romanorum præsumpsit captivare: Fridericus autem pater ipsius Philippi contra felicis recordationis Alexandrum predecessorem nostrum longo tempore schisma fecit; Henricus frater ipsius Philippi qualiter se haberit circa interfectorum sanctæ memorie A. Leodiensis episcopi, quem ipse prius coegerat exulare, ac Conradus, qui prædictum Ostiensem episcopum ceperat, satis nostis: qui etiam qualiter venerabilem fratrem nostrum Auximanum episcopum cœdi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari cum in pluribus inbone, qualiter quoque quosdam familiares Ecclesiae Romane nati fecerit militari, qualiter prædictum Salernitanum archiepiscopum captivari, & quosdam viros ecclesiasticos flammis torri fecerit, quosdam vero viros in mare submergi, ad vestram credimus audientiam pervenisse. Haec sunt paucæ de multis injuriis personales, quas Apostolica sedi circa viros ecclesiasticos irrogarunt. Regales autem injurias subtrahimus, quas ei circa possessiones ecclesiasticas intulerunt, ne cui posset perverse intelligenti videri, quod pro jure, ac honore Imperii defendendo, injurias hujusmodi perpetrarent, cum nos jus, & honorem Imperii conservare velimus per omnia illibatum. Quod idem Philippus Ecclesiae persecutor extiterit, & existat, ex iis, quæ præmisimus, satis patet. Quod pater, & frater ejus vobis imposuerint grave jugum, vos ipsi perhibete testimonium veritatis. Nam ut cetera taceamus, hoc solum quod vobis in substitutione Imperatoris eligendi voluerunt adimere facultatem, libertati, & bonori vestro non modicum derogarunt. Unde si sicut olim patri filius, sic nunc immediate succederet frater fratri, videretur Imperium ei non ex electione conferri, sed ex successione deberi. Plura de Philippi anathemate, & flagitiis ingerit, quæ ex ipso Innocentio præterito anno attigimus.

Nos igitur quoniam duobus ad habendum simul Imperium favere nec possumus, nec debemus, nec credimus persone in Imperio, sed Imperio in persona potius providendum, quia etiam ad hoc dignior reputatur, quæ magis idoneus reperitur ex causis prædictis, non amaritudinis, sed rectitudinis zelo, sicut is novit, qui renum est scrutator, & cordium, personam Philippi tanquam indignam quoad Imperium, præseruit hoc tempore, obtinendum penitus reprobamus; & juramenta, quæ ratione regni sunt ei præstita decernimus non servanda,

N 2 non

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7

nor tam propter paternos, vel fraternos excessus, quam propriamejus culpm; quamvis non ignoremus dictum a Domino: Ego sum Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam progeniem in iis, qui oderunt me, id est, in iis, qui contra me paternum odium imitantur. Hæc de rejecto Philippo; de Othona subicit:

IX. Cum autem charissimus in Christo filius noster Otho vir sit industrios, prouidus, & discretus, fortis, & constans, & per se devotus existat Ecclesia, & descendat ex utraque parte de genere devotorum, cum etiam electus in Regem, ubi debuit, & a quo debuit, fuerit coronatus, & ipse suæ serenitatis, & probitatis meritis ad regendum, & exaltandum Imperium idoneus esse nullatenus dubitetur, nos auctoritate B. Petri & nostræ cum in Regem recipimus, & regalem & præcipimus honorificentiam exhiberi, ipsumque ad coronam Imperii, sicut decet, vocare curabimus, & eam ipsi solemniter, & honorifice ministerio nostro, Domino concedente, conferre. Monemus igitur universitatem vestram, & exhortamur in Domino, & in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus ei de cætero sicur Regi vestro in Romanorum Imperatorem electo reverenter, & humiliter deferatis, regalem ei honorificentiam, & obedientiam impendentes, &c. Ex iis autem amplius confirmatur, quod dicebamus, Othonem scilicet cum ad regnum evectus est, dignum prorsus corona Impexii extitisse; demum additur in fine: Si enim salubribus monitis, & consiliis nostris, que de corde puro, & conscientia bona, & fide non facta procedunt, prudenter ac reverenter curaveritis acquiescere, nos cum eodem, & pro eodem Rege ad honorem, & exaltationem Imperii efficienter intendemus, cum & ipse nobiscum pariter, & pro nobis ad honorem, & exaltationem Ecclesia intendere debeat, ut speramus, ita quod eo faciente, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech regnum, & sacerdotium diebus nostris mutuis subsidiis optatum recipient incrementum. Super primis etiam juramentis illud auctoritate Apostolica statuimus, quod ad purgandam & sanam, & conscientiam redundabit: ris autem, qui super hoc monitis, consiliis, & mandatis nostris humiliter acquieverint, super honoribus, dignitatibus, & possessionibus suis apud prædictum Regem, & suos curabimus utiliter providere. Quod si etiam idem nobilis vir Philippus de plano acquiescere vellet, ac Deo, & Ecclesia satisfacere, competenter paterna eum curaremus solitudine confovere, & ad honorem, & præfectum ejus intendere diligenter. Datum Laterani Kalend. martii.

Quo pariter die Hildesemensi episcopo præcipit, (a) ut Othoni Regi suo in Romanorum Imperatorem electo honorem & reverentiam impenderet, atque ad hoc ipsum quoscunque posset, inducere nitetur: quod etiam Salisburgensi & Coloniensi, plurimisque aliis Germaniae archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, ac nobilibus viris injungit. (b) Scriptis præterea ad Aquilejensem patriarcham, eumque plurimum commendat, (c) in illa altercatione Imperii Apostolicum jussum attendantem, in alteram partem deserto Phillipo deflexisse.

Bohemæ quoque ducem admonuit, (d) faveret Othoni, ac redarguit, ab eo sibi regium diadema imponi poposcisse, qui legitime regiam dignitatem nondum esset 43.

Etsi commendabilis videaris in eo, quod ad honoris tui profectum, & augmentum intendis, reprehensibilis tamen apparet ex illo, quod ab eo imponi tibi petisti regium diadema, qui nondum legitime dignitatem regiam est adeptus. Qualiter enim posset nobilis vir Philippus dux Suevæ conferre alii, quod nondum ipse accepisset, cum non colligantur de spinis uræ, nec de tribulis fiscis, nec sit facile sugere mel de petra, vel oilum de saxo durissimo, tua nobilitas futis intelligit per se ipsam. Quamobrem his subditis hortatur, ut ab Othono postulet regia insignia dignitatis. Cum autem Apostolica sedes post fundamentum, de quo inquit Apostolus: Fundamentum positum est, præter quod aliud ponit non potest, quod est Christus Jesus, fundamentum totius Christianitatis existat, juxta illud Evangelii: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, nos qui licet insufficientibus meritis ad ejus sumus regimen evocati, procurabimus ex collata nobis plenitudine potestatis, ut quod factum fuerit, etiam posteriorum tuorum temporibus obtinat firmitatem: eundemque Regem per venerabilem fratrem nostrum Prænestinum episcopum Apostolicae sedis legatum, virum scientia præditum, conspicuum honestate, religione laudandum, quem inter cæteros fratres nostros specialis dilectionis brachiis amplexamus, & dilectum filium magistrum Philippum notarium nostrum virum providum, & discretum, nobis, & fratribus nostris acceptum duximus commonendum, ut se tibi facilem, & benevolum studeat exhibere, quod ex quanta benignitate procedat, industria tua relinquisimus discernendum. Ita Innocentius.

Non solum autem apud Germanos principes, sed apud alios etiam Reges, ut designato Imperatori præsidio essent, laboravit. Ac primum datis ad Philippum Francorum Regem multa humanitate, verbisque officiorum aspersis literis (e), (e) ib. ep. ostendit ipsius magis rem agi, si Othoni 46.

po-

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII ANGELI IMP. 7.

potius, quam Philippo Suevo Imperium decerneretur. At præstat Pontificem ita Regem compellantem audire: Ne vel levem maculam in gloria tua poneres, si super ordinatione Imperii Romani, quod ad nos principaliter, & finaliter noscitur pertinere, ne dixerimus nostræ dispositioni resisteres, sed nostræ non sequeris beneplacitum voluntatis, & sic cum Apostolica sede regnum Francia non sentiret, cui super arduis negotiis semper adhæsit, licet multa & magna nobis, & nostris fuerint utrimque promissa, nec ad munera tamen flecti potuimus, nec ad preces induci, ut alterutram partem præter conscientiam tuam vellemus assumere, cum velimus tecum favere alteri, & cum eodem tecum pariter prævalere. Ut ergo serenitati tuae nostræ pateat dispositionis arcanum, noveris quod examinantes merita personarum, invenimus quod alterius promotio, præter alias rationes sufficientes, & validas, quibus ejus debet promoto impedi, & quas venerabilis frater noster O. Ostiensis episc. Apostolicae sedis legatus tibi poterit plenus explicare, nec nobis, nec tibi, nec regno tuo etiam expediret, cum si, quod abst, Imperium obtineret, saltum occasione nepotis ad regnum Siciliae ardentius aspiraret, cum ad illud jam manifestis indicis ardenter asperret. Quod autem hujusmodi unio, vel confusio potius non expedit regno tuo, satis intelligit regia serenitas per se ipsam. Promotionem autem alterius ad honorem, & commodum regni tui credimus pertinere, cum inter eum, & charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum filium tuum affinitatis vinculum sit contentum, & inter te, & charissimum in Christo filium nostrum Joannem Anglorum Regem illustrem, per Dei gratiam plene pacis concordia reformata. Quibus amplius comprobantur, quæ superiori anno enarravimus de composita pace inter Philippum Francorum, & Joannem Anglorum Reges, deque nuptiis Ludovici ipsius Philippi filii cum Blanca Castellæ Regis filia, ejusdemque Joannis nepte. Ad postremum vero Innocentius Regem magnopere adhortatur, ut iis, quæ prædictus Apostolicae sedis legatus honori ejus, atque utilitati consilens proponeret, faciles aures daret.

XII.(a) Lib.
Vat. ib.
ep. 47.

Ut vero Octaviano Card. legato omnia explorata essent, hujusmodi epistolæ exemplum transmisit, ac post laudatam ipsius prudentiam hæc jussit: (a) Monemus fraternalitatem tuam, & exhortamur attentius, & per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus apud Regem ipsum interponas efficaciter partes tuas, ut super hoc monitis nostris, & consiliis acquiescat, cum sufficienter velimus ejus indemnitatii caveri, & dispositionem nostram ad honorem, præfatum, & gloriam ejus pertinere credamus. Octaviagus enim Innocentio signi-

ficarat, licet Philippum, utpote ab Anglicanis Regibus nultas sibi illatas injurias recolentem, in Imperii causa sibi adversantem reperisset, pontificiis tamen consiliis paritum sperare, modo ejus indemnitatii ab ipso Pontifice prospiceretur. Denique eidem legato mandat Innocentius, ut si res in Galliis ex sententia cederet, in Germaniam proficeretur, quo una cum Prænestino episcopo Apostolicæ sedis legato, ex suarum præscripto literarum res Imperii statueret, conficeretque. Insuper Joannem Anglorum Regem horatus est, (b) ut ad Imperium consequendum nepoti sororio faveret, ac pecuniam, quam inclytæ recordationis Riccardus e- jus frater testamento reliquerat, ejusdem pro Othone nativa ope- ra.

(b) Ibid.
ep. 48.
Inn. apud
Ang. Reg.
pro O-
thone na-
vata ope-
ra.
(c) Ib. post
eand. ep.
XIII.

Hæc inter quid sedis Apostolicæ legati egerint, refert ab eorum epistolis accipere, quæ gravioris momenti cum sint, eas prætermittere non possumus, ne officio deesse videamur. Extant igitur tam Cardinalis Prænestini episcopi, quam Philosophi Apostolicæ sedis notarii, quos ab Innocentio in Germaniam missos dicebamus, accurate literæ continuationem seriemque rerum hactenus ab ipsis gestarum exactissime continent, ac primum sibi vendicant locum, quas Prænestinus episcopus in hæc verba ad Pontificem scripsit: (d)

(d) Id. ep.

Innocentio Pontifici, &c.
50
Legati ad
Inn. lit.
Grecas, periculorum eventus, & marium
dispendia fere ubique passi, venerabilem
fratrem nostrum Ostiensem episcopum, &
magistrum Aegidium acolytum vestrum ibi-
dem nos contigit invenisse, quibus communi-
catis omnibus, quæ a vobis suscepimus
in mandatis, de communi consilio magister
Philippus & magister Aegidius cum ve-
stris, & nostris literis processerunt locuturi
cum Rege pro facto Ecclesia, quod novi-
stis, & principibus ad certum locum, &
terminum evocandis. Nos vero cum in Gal-
lie partibus expectandum duceremus, do-
mino Ostiensi similiter ad expediendum sue
legationis officium secedente, donec a vobis
& ab antedictis sociis nostris responsum
acciperemus, propter saepissimas inculca-
tiones nunciorum Romiane Ecclesia, ne Galli-
cis quoque nos essemus oneri, coacti su-
mus versus Leodium festinare, ubi tri-
duo commorantes, nuncios domini Regis
Othonis, & prædictorum socrorum nostro-
rum accepimus, nos literis pariter, &
precibus urgentissime solicitantes, ut quia
negotium nullam ulterius capiebat dilata-
tionem, & mora irreparabiliter appare-
bat damosa, cum omni festinatione ac-

Trecas

XI.

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.
4

VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7

celerare deberemus. Ceterum quia dominus Ostiensis huic negotio maxime necessarius erat, directis ad eum tam Regis, quam nostris, & sociorum nostrorum literis, ut veniret, nos accepto itinere Aquasgrani Regi obviavimus, congratulanti nimis de adventu nostro, & cum devotione plurima se nobis offerenti: cum quo ingressi Coloniam principes quosdam, ibidem die ipsis praefixa receperimus; ad quosdam enim mandatum nostrum pervenire non potuit, quidam suscepit etiam mandato penitus accedere nequiverunt, & quidam venire noluerunt, & hoc eos noluisse deprehendimus, quia ne nostros reciperent nuncios, civitates, & domos suas clausisse feruntur, Maguntinus præcipue, Spirensis, Vormatiensis: quidam præterea nuncii super eodem negotio a quibusdam principibus directi, suspendio perierunt. Hoc etiam sanctitatem vestram latere non volumus, quod si negotium dilatum fuisset, quorundam corda principum sic immutata videbantur, quod in odium Romanæ Ecclesiæ tertium procreassent, nec nobis hoc in principio ita patere potuit, sicut postea ipsorum intentio est plenius per assiduum familiaritatem comperta, etiam accepto consilio ab his, qui honorem Ecclesiæ, ac vestrum diligunt, in conspectu omnium, qui conveniebant, literas vestrae sanctitatis Regi, & de ipsis receptione, & approbatione cunctis exhibuimus, & eum de cetero auctoritate vestra publice denunciavimus Regem Romanorum, & semper Augustum, excommunicatis omnibus, qui se ei ducerent opponendo, quod utique tota, quæ aderat, universitas gratanter accepit, & super eo Deo, & providentiae vestrae benedictionem, & gratiarum vota persolvit.

Oto a
legato
Pontificis
Rex Rom.
declara-
tus.

XIV.

Sane quia factum hoc necesse erat melius solidari, aliud colloquium apud Corbejam indiximus, quo ad taxatum terminum, accedentes coram iis, qui ibidem convenierunt, eodem modo processimus, eos vero, qui se absque rationabili causa jam tertio citati absentaverant, sub pena suspensio- nis, & excommunicationis iterum duximus evocandos, quos si non venerint, aut mandato nostro non obediverint, secundum quod vobis placere novimus, auctore Domino puniemus. Ea propter ad factum hoc laudabiliter consummandum, cuius gloriofus finis eternam gloriam pariet Ecclesia, nonque vestrum continuabit in ætum, supplicamus celsitudini vestrae, & quantum possumus, suademos, quatenus ad stabiliendum id, quod factum est, & feliciter expedendum, quod restat, secundum quod providentiae vestrae melius visum fuerit, & præsentium latores, de quorum discre- tione confidimus, Fr. Quil. monachus Ci- sterciensis. Fr. F. canonicus Mortariensis nuncii nostri suggererunt, qui quod in li- teris minus est, verbo supplere poterunt,

manum consilii, & auxilii apponatis, & propositionibus adversæ partis, si accesserit, intendere non * dignemini, istud pro * dedito certo scientes, quia si soli Ecclesiæ principes, domino Regi Othoni fideliter adbæsisserint, vel adhuc eidem vellent viribus, & animis adbarere, nulla vel modica es- set difficultas, in ipsius progressu negotii, finisque desideratis vestris principiis, & nostris laboribus arrideret. Hoc præterea certum sit paternitati vestre dominum Regem expositum esse, fecisseque liberaliter omnia, quæ imperasti, & facturum liben- ter singula, quæ vita sua comite sibi du- xeritis imperanda. Ita Cardinalis legatus. Hic vero opportune reddetur, quæ de his breviter tradit in annalibus Godefri- dus (a): Venit etiam Coloniam circa fe- (a) Godf- stum Apostolorum Petri & Pauli Guido an. 1201. Cardinalis Prænestinus episcopus, a sede missus Apostolica, Philippum & quoslibet eius fautores excommunicatos pronuncians, & ad determinatum diem ad colloquium omnes episcopos invitans regni Teutonici ve- nientes, ut obdiren Othoni, ex auctoritate præcipiens Apostolica; noientes autem obdire excommunicans. Hæc auctor, eodemque ex ipso, ut videtur, Joannes Trithemius in suo Hirsaugensi (b) chro- (b) Chron. Hirsaug. ead. anno & alii.

nico; confirmantur hæc nuncupati ab O- thone nunciis Apostolicis sacramenti for- ma, qua ille ad servanda Romanæ Ec- clesiæ jura, petendos armis illius hostes, atque judicio Pontificis in causa foederatorum Hetruriæ, & Longobardæ acquie- turum, pacemque cum Francorum Rege conciliaturum sese astrinxit: quam nos formam ex libello Vaticanæ bibliothecæ tum Romanæ Ecclesiæ jura pia- Pontificis adducendæ publicæ pacis con- cilia illustranda, ac secuturam Othonis perfidiam, ob quam postea Imperio de- jectus est, in luce collocandam deprom- psimus.

Juramentum Othonis Regis illustris in- Imperatorem Romanorum electi.

Ego Otho (c) Dei gratia Romanorum XV. Rex & semper Augustus, tibi domino meo (c) Libell. Innocentio Papa, tuisque successoribus & vat. post Ecclesiæ Romanæ spondeo, polliceor, pro- ep. 75. mitto, & juro, quod omnes possessiones, Jusjurandum dum quo te Otho Rom. Pont. ob- strinxit.

* in

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.
4

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII ANGELI IMP. 7

thildis, comitatus Brittenorum cum aliis adjacentibus terris, expressis in multis pri- vilegiis Imperatorum a tempore Ludovici. Has omnes pro posse meo restituam, & quiete dimittam cum omni jurisdictione, distri- ctu, & honore suo: verumtamen cum ad recipiendam coronam Imperii, vel pro ne- cessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica sede vo- catus accessero, de mandato summe Ponti- ficis acipiam procurations ab illis. Adju- tor etiam ero ad retinendum & defenden- dum Ecclesiæ Romanæ regnum Siciliae. Ti- bi etiam domino meo Innocentio Pape, & successoribus tuis omnem obedientiam & ho- norificientiam exhibebo, quam devoti & ca- tholicci Imperatores confauerunt sedi Apo- stolice exhibere. Stabo etiam ad consilium & arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis & exhibendis, & de negotio societatis Tuscæ, ac Lombardæ: similiiter etiam consilio tuo, & man- dato parebo de pace, vel concordia facien- da inter me & Philippum Regem Fran- corum, & si propter negotium meum Ro- manam Ecclesiæ oportuerit incurrire guer- ram, subveniam ei, sicut necessitas postu- laverit, in expensis. Omnia vero prædi- ta, tam juramento, quam scripto firmabo, cum Imperii fuero coronam adeptus.

Actum Nuxia in Coloniensi diœcesi an- no incarnationis Verbi 1201. vi. idus junii, in præsencia Philippi notarii, Aegidii aco- lyti & scriptoris præfati domini Papæ. Hacenus solenne Othonis exactum redi- ditumque juramentum.

Quidnam vero post promulgatam Coloniæ Othonis confirmationem apud Traje- stum eodem super negotio gestum atque transactum sit, Philippus Innocentium. certiore faciens, sic enarrat: (a) Post pronunciationem excellentissimi domini O- thonis, Dei & vestra gratia illustrissimi Romanorum Regis semper Augusti Coloniæ in multorum præsencia solemniter celebra- tam, quia & nobis, & domino Coloniensi episcopo, & aliis, qui de consilio nostro e- rant, videbatar quasi modicum profecisse, nisi matrimonii negotium, quod inter eum Regem illustrem, & nobilem virum- ducem Brabantæ olim initiatum fuerat, per vigiliam nostram & solicitudinem completeretur; accessimus & dominus Præne- stinus, & ego apud Trajectum super Mo- sam; ubi multorum principum, comitum, baronum, & nobilium ex remotis partibus multitudine congregata, pronunciatio illa, que Colonia solemniter facta fuerat, ibi- dem fuit fere solemnius repetita, & dispensa- tionem præmissa, per juramentum nobilium ex utraque parte matrimonii fuit negotium confirmatum. Ex tunc autem præfatus dux, qui cum domino Rege non æquis passibus ambulabat, ita per gratiam Dei & merita vestra fuit in dilectione ipsius, & be- nevolentia solidatus, ut & * filium suum

Regem ipsum assumpserit, & negotium Im- perii apud quoslibet esse proprium, sub vo- ce præconis protestetur dicens: Quicunque me diligit, & meus esse voluerit consan- guineus & amicus, in hujus mihi totis vi- ribus articulo necessitatis assistat, ita quod ex hoc Delos & Gebren. comites viri nobis- lissimi, & potentes, qui nobis se manife- stissime opponebant, & parsim Suevi totis viribus tuebantur, incontinenti, ubi eis in- notuit de hoc verbo, ad mandatum domi- ni Regis, & beneplacitum sunt reverse.

Fecit etiam præfatus dux edictum gene- Dux Bra- rale per totam terram suæ jurisdictionis sub- jectam, in quacunque domo duo, tres, partes O- thonis se- confert.

suos & consanguineos invitavit ad bellum, in quod, sicut publice dicitur, dominus Rex tam cum duce, quam cum domino Co- loniensi & comite Palatino fratre suo, qui in omnibus potior pars consili Regis, & consili nostri semper existit, & aliis epi- scopis, comitibus, & magnatibus terræ in expeditione producit centum millia arma- torum, nec creditur quod eis aliquis resi- stero valeat, sed dumaxat omnipotens De- us, a quo factum est istud, quod in oculis omnium est mirabile Egyptiorum illorum, Suevorum videlicet, castra respiciat, & ea deiciat in profundum, & partis dex- teræ justitiam, causam scilicet sacrofan- tæ Romanae Ecclesiæ tucatur. Nam de Suevo, ut verum fatcar, sicut testis est De- us, mentio non habetur, nisi quod aliquan- do adscitis aliquibus episcopis, quos potest difficulter habere, Vormatiensi videlicet, Spirensi & cancellario suo, Langravio etiam & quibusdam comitibus, qui cum eo non ambulant recto corde. Nam dux Bo- hemie potior pars auxiliis sui, & dominus Argentinensis, ac plures de superioribus defecit.

Dux Bo- hemie ad Ottoneum defecit.

Trajecti eadem confirma- tio simili pompa re- petita.

Ceterum dominus Prænestinus, & ego cum magistro Aegidio in itinere sumus, Bingam, quæ ci- vitas est prope Maguntiam accedendi, ubi credimus Maguntium, Vormatiensem, multos comites, & barones ad mandatum sacrosanctæ Romanae Ecclesiæ, & vestrum, & ad domini Regis servitium facile per amicos nostros inducere, nec laborare des- stimus, nec etiam desistimus, donec nego- tium

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7

tium Ecclesiae & Imperii, Deo propitio, feliciter consummetur. Quidquid autem proficerimus apud ipsis, processum etiam hujus negotii per ordinem cito per alias literas vobis intimare curabo. Vestrum igitur est in Lombardiam honorabiles nuncios, & literas destinare, ut sicut in Alemannia, ita & ibi negotium Ecclesie, & Imperii procuretur. Huc usque Philippi legati epistola. At non solum illi tum ad Innocentium scripsere, sed Otho quoque Rex hasce literas omnibus officiis & obsequiis significacionibus respersas eidem Pontifici misit (a).

(a) Ib. ep. 520. Reverendissimo in Christo patri & domino charissimo Innocentio Dei gratia summo Pontifici, & universali Pape, Otho eadem gratia Romanorum Rex, & semper Augustus debitam devotionem, & fidelem subjectionem.

XVII. Primitias nostrae promotionis & beneficia paternitatis vestrae mentis solicita relitera ad colentes, & attribuentes benignitatis vestrae beneficio totum, quod dignitati aut viribus accredit, vel in posterum accrescere poterit, tam devotas quam uberes sanctitati vestrae gratiarum referimus actiones, quia in boni principii proposito perseverare dignati es & illud per venerabilem patrem nostrum Prænestium episcopum laudabiliter consummare; quod ad Deum tantum, & ad prosecutionem mandatovi, suo respectu habito, ita prudenter & circumspecte in iis, que legationis sua ministerio expedienda erant, se gessit, quod licet factum nostrum nimis implicitum in suo ingressu repererit, Deo & orationum vestrarum suffragio sic per opera studiorum suorum efficit, quod promotionem nostram ex parte maxima solidavit. Siffridum deinde Maguntinum, & Haug. Leodiensem electos ipsi commendat, quod pro Cameracensi proximis literis præstítit (b)

(b) Ib. ep. 530. ista ad calcem addendo: Nec miretur sanctitas vestra, si totam seriem facti præsentii pagina non inseruimus; in proximo enim concedente Domino, qui vos plene super omnes intruant, solemnes nuncios ad pedes vestrorum duximus destinando. Ceterum de Othonis nuncios ad Apostolicam sedem missis meminit Innocentius ad eundem.

(c) Ib. ep. 540. Othonem postea haec scribens (c): Ut autem (inquit) celstudini tuae plenus pateat Apostolica constantia firmitatis, & de ipso non possis in posterum aliquatenus dubitare, quid nuper apud nos, & a nobis sit gestum, qualiter responsum quorundam principum nuncios, serenitati tuae venerabilis frater noster archiepiscopus Maguntinus, & nuncii tui plentius intimabunt.

XVIII. Igitur acceptis Othonis literis Innocentius episcopo Prænestino Apostolicae sedis legato, & magistro Philipo notario, & acolyto suo primum rescribens, (d) eos laudibus ornat, tum quia nec rebus

parcendo, nec personis, ut ait, indulgendo, injuncto sibi muneri diligenter incumberent, & quia, ne cui forent oneri, cum Apostolo & abundare scirent, & penuriam pati. Quid autem eis precepit, ipsum refert Pontificem audire: Cum ad publicationem super eodem negotio faciendum slemniter processeritis, distrite vobis per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus efficaciter insistentes incepto principes, qui Regi favent, eidem in dilectione, ac devotione ipsius fortius radicetis, & ad idem alios prudenter, & efficaciter inducatis. Ut autem os iniqua loquentium penitus obstruatur, nec prævaleant maledicta quorundam, qui nos afferunt libertatem electionis adimere principibus voluisse, in auribus omnium verbis, & scriptis saepius inculcetis, quod libertati eorum in hoc facto detulimus, & illam eam duximus observandam. Non enim nos personim elegimus, sed electo ab eorum parte majori, qui vocem habere in Imperatoris electione noscuntur, & ubi debuit, & a quo debuit, coronato favorem præstimus, & præstamus, cum Apostolica sedes illum in Imperatorem debeat coronare, qui rite fuerit coronatus in Regem. In eo quoque statim pro principum libertate, quod ei favorem penitus denegamus, qui sibi iure successionis Imperium institutum vindicare: videretur enim Imperium non ex principum electione conferri, sed sanguinis successione deberi, si prout olim patri filius, sic nunc fratri frater, vel natus patri nullo succederet mediante. Frustra ergo bene factu depravant, quæ falso nos invulgare configuerunt, * quæ defendimus * quia potius libertatem, sicut facti evidentia manifestat. Et infra: In ferendis autem sententiis, præsertim excommunicationis, & depositionis in magnas personas cum non deceat, nec expedit totam distinctionem ecclesiastican pariter exercere, vos volvamus, & mandamus cum multa procedere gravitate non ut ipsu[m] rebellium contumaciam dimittatis, sed ut quod ligandum fuit, tanto ligetur fortius, quanto nervus ad hoc fuit fortior exquisitus.

Deinde de Maguntino archiepiscopo pauca ista subiicit: Quod autem de venerabili fratre nostro archiepiscopo Maguntino, tu frater episcope secundum formam mandati nostri fecisti, gratum & ratum nos noveris habuisse. Illustrantur haec subobscuriora iis, quæ Otho ad Pontificem ipsum scripsit. (e) Ait enim Prænestinum episcop. Siffrido electo Maguntine ecclesiæ administrationem concessisse; verum non solum administratione illum auxit Cardinalis legatus, sed primo presbyterum, deinde archiepiscopum consecravit, ut bon. mem. ext. de e- lect. (f) Inn. l. 5. ep. 14. qua etiam habetur C. (g) God. in annal. anno

com- 1201.

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7

commendatitiis Cardinalis, Othonisque literis Romam profectum, accepto a Pontifice pallio confirmatum esse, quod in Hirsaugensi (a) etiam chronicò afferitur; at de pallio infra. De ipsis autem in urbem adventu quid Innocentius dicat, paulo ante audivimus; sed ut eo revoetur, unde deflexit oratio, eadem epistola Innocentius de victoriis a comite Brenensi de Diupuldo, cæterisque Marcualdi fautoribus reportatis legatos certiores facit, cujus verba infra reddemus, ac postrem subicit: De urbe quoque scire vos volumus, quod eam per Dei gratiam ad beneplacitum nostrum habemus, &c. Datum Anagni.

Ubi scripta etiam epistola, quam ad Othonem reddidit hoc titulum insignitam: Illustri Regi Othoni in Romanorum Imperatorem electo. Ipsum itaque adhortatur, ut spem maxime in eo constituat, qui deponit de sede potentes, & humiles exaltat, divinam opem, quam expertus erat haec tenus, sibi defutram ne minimum quidem dubitaret, monet ne temere felse periculis offerat: Cæterum licet in te strenuitatis virtutem plurimum commende mus, quia tamen audacia nonnunquam in principe solet esse damno, si personam suam exponat improvide periculis & fortune, sicut nuper fuisse expertus, nisi tibi manus Domini astisset, personæ tuae solicite studeas præcavere. Ita Innocentius; sed quoniam fuerit ejusmodi Othonis periculum, non prodit; fortasse esse potuit, quod Albertus Stadensis abbas notat, (b) inquiens Philippum, & Othonem vires suas hoc anno circa Mosellam contulisse. Anagniæ præterea dum moraretur Innocentius, Colonensem archiepiscopum, ne ab Othono descisceret, (c) impense cohortatus est, quod & sequenti anno iterum, (d) ac tertio (e) præstítit. Adolphus defectionem quasi præsagiens prudensissimus Pontifex, eam rationibus, consiliis, ac monitis occupare, atque antevertere nitus est; verum quod infra dicetur, actum egit. (f) Hæc pro Othono tunc temporis gesta.

XX. Verum haud defuere principes, qui a Philippo starent, ac non solum in Germania armis, quæ prætermittimus, sed & literis etiam atque officiis, querelis ac legationibus graviter admodum, vehementerque apud Romanum Pontificem agerent: id primum Germani quidam episcopi, & principes præsterunt, quorum nunc inscriptiones literarum audies; ignoscere lector, si in iis diutius moramur, neque enim pars silentio res tantas dissimilare. Extant ergo Germanorum quorundam principum liberiores, atque ardentes ad Innocentium datæ literæ, quibus Philippum de Imperio dejectum falso conqueruntur.

Ann. Eccl. Tom. XX.

Sanctissimo (g) patri, & domino Innocentio sacro sanctæ Romanæ sedis summo Pontifici universalis Dei gratia Magdeburgensis, Plurimijs, Bremenensis archiepiscopi Vormatiensis, principijs, Pataviensis, Ratisponensis, Constantiensis, Germania ad Augustensis, Ekstadiensis, Havelbergenensis, Pont. Vi-

Brandeburgensis, Misnensis, Nuembergenensis, Philippensis episcopi, Babenbergenensis electus Fuldenensis, Suevi græsis, Herseveldensis, Campidonensis abbatiam.

Extimare non valet ratio, nec rudis simplicitas hoc potest credere, ut inde juris cuiusque surgat turbatio, ubi juris soliditas permanet haec tenus inconvenit, quis tam duri etiam, tamque perverse sensus extinet, ut inde emanet superstitione, ubi quiete debet sanctitas, divina etiam ordinatione, non humano iudicio pie, & salubriter est provisum, ut in urbe Romana, ubi olim erat caput superstitionis, illic quiesceret caput sanctitatis, & suppliciter est omnibus orandum, ut ad extremitatem non attrahatur principium, ne Omega dicatur revolasse ad Alpha. Non ergo sacro sanctæ Romanæ sedis sanctitas, & cuncta pie foveans paternitas hoc sentire ullo modo vos permittit, ea, quæ juri diffona, & honestati contraria a Domino Prænestino vestrae sanctitatis, ut ipse afferit, legato, in Romanorum Regis electione sunt indecenter nimium perpetrata, ut de vestra mira prudentia prodierint conscientia, nec sanctissimam sancti coetus Cardinalium credimus hoc conniventiam accessisse. Quis enim huic similem audiret audaciam? quis verus accedere potest testis, fore haec tenus sic presumptum, cum nec hoc testetur fabula, nec affirmet res gesta, nec cuiusque hoc codicis asseveret series? Quamvis acerbo, infensoque forent animo, Romanum tamen Pontificem, atque Apostolicam sedem consuetis gloriæ titulis ornarunt: eos namque prætermittere apud catholicos religio fuit; id autem annotare voluimus, quo impudens, ac blasphemæ recentioris politici Romanæ Ecclesiæ infensissimi hostis audacia retundatur. Unus enim ex iis, de quibus scriptum est: Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiit in terra; quemadmodum divini spiritus opera blasphemæ ore, ita Christi vicarii dignitatem laceravit.

Verum ad principum literas, unde ab erravit oratio, revertamur: Ubinam ab his, o summi Pontifices, ubi auditissimis sancti patres totius Ecclesiae Cardinales antecessores vestros, vel eorum missos Roma-

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7.(a) Baron.
so. 11. an.
1104.XXII.
Querela
fautorum
Philippi
adversus
Pontif.

orum Regum se electionibus immisuisse, sic ut vel electorum personam gererent, vel cognitores electionis vires trutinarent? respondendi instantiam vos credimus non habere. Quid ad hæc Innocentius, paulo post audiens; addunt: *In Romanorum enim electione Pontificum hoc erat Imperiali diademati reservatum, ut eum Romanorum Imperatoris auctoritate non accomodata ullatenus fieri non licet.* Verum, ut Cardinalis Baronius pluribus ostendit, tyrannice id sibi principes, Ecclesia Dei in servitatem redacta, arrogant, quam postea S. Henricus primus æqui amantis simus Imperator in pristinam libertatem vindicavit, constitutione edita, de qua Germani principes dicere pergunt: *Imperialis vero magnificentia, quæ cultum Dei semper ampliare studuit, & ejus Ecclesiam privilegiorum specialitate decorare curavit, hunc honoris titulum Dei Ecclesiae reverenter remisit (quoniam restituit) quod constitutio primi Henrici evidenter explanat, cuius series hæc est, ut nullas misericordias nostrorum cuiuscunque impeditio nis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino probibemus.* Exstant hæc verba in privilegio, quod idem princeps Romanæ Ecclesiae confirmavit, & Baronius (a) ex autographo in arce S. Angeli affermato typis commisit. Sed rursus ad epistolam.

Si laicalis simplicitas bonum, quod de jure habuit, reverenter contempset, sanctitas pontificalis ad bonum, quod nunquam habuit, quomodo manum ponit? sed cum vestre sanctæ curie tanquam pia matris nos tangat opprobrium, cum ad Romanii Imperii simus astrikti titulum, ejus injuriam cogimus non tacere. Vobis ergo superscriptorum principum cum dolore aperit universitas, quod Prænestinus episcopus in Romani Regis electione contra omnem iuris ordinem se ingessit, nec videre possumus, cuius personam inculpabiliter gerat: gerit enim vel personam electoris, vel personam cognitoris. Si electoris, quomodo quæsivit opportunitatem, qualiter arbitris absentibus mendacio veritatem, & crimine virtutem mutaret? quomodo enim ea pars principum, quam numerus ampliat, quam dignitas effert, injuste nimis est contempta? Et si cognitoris; banc gestare non potuit: Romanorum enim Regis electio se in se scissa fuerit, non est superior iudex, cuius ipsa sententia integranda, sed eligentium voluntate spontanea contuenda; mediator enim Dei, & hominum homo Christus Jesus actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, ut & Deo militans minime se negotiis implicaret secularibus, ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videatur, qui esset negotiis secularibus implicatus. (Si hi principes superioribus verbis

inquire velint summum Pontificem certis iustis occasionibus ab uno principe in alium Imperia, ac regna traducere non posse, eos pluribus locis Baronius, tum Perroni, aliquæ confutarunt.) Sed si vos judicem confiteamini, factum hoc excusationem habere non potest: vestrum enim in vos possumus exercere gladium, quia absente alia parte, sententia a judice dicta nullam habeat firmitatem. Quid ergo prædicti Prænestini sententiam in Othonem firmare potuit, cum nihil ante in eo factum sit? nam quid erit, aut quas vires habere poterit, quod ab iis fit, quos tenuor compescit numerus, quo minor comitatur auctoritas, quod partis alterius reddit absentia uitiosum? Contra eum ergo, qui talia operatus est minus decentia, vester se rigor exerceat, sit in eum tantum pietas viens disciplina. Vobis enim pater sanctissime insinuare decreverimus, quia electionis nostra vota in serenissimum dominum nostrum Philippum Romanorum Regem, & semper Augustum una voce, uno consensu contulimus: hoc spondentes, hoc firmiter promittentes, quod a vestra, & Romanae sedis obedientia non recedet, & eum Deo, & vobis sua devotio reddet acceptum, & filialis eum timor imbuat, & defensoris eum strenuas commendabit. Unde petimus, ut veniente tempore, & loco, sicut nostri officii est, unctionis ipsi beneficium non negetis.

Hæc asperiore animo Philippi fautores ad Innocentium Pontificem, qui inania ejusmodi argumenta validissimis rationibus refellit, data ad Zaringie ducem gravissima epistola, cuius pars inferitur juri canonico, extra de electionibus. (b)

Nobili viro duci Zaringie.

Venerabilem fratrem nostrum Saltzburgensem archiepiscopum, & dilectum filium abbatem de Salen, (c) & nobilem virum marchionem orientalem quorumdam principum nuncios ad sedem Apostolicam destinatos benigne receperimus, & eis benevolam du-

(b) C. ve-
nerabilem
extr. de
elect.

(c) Inn. ee-
od. sod. ep.
61.

xiximus audienciam indulgendam. Eberhardum ex Brixensi episcopo Salisburgensem electum archiepiscopum. Romam venisse Salisburgense, ut vidimus, testatur chronicus. Literas quoque, quas per eos quidam nobis principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ contingebantur, in eis notavimus universa: inter cetera vero, quæ dicti principes per eisdem nobis literas intimarunt, bac præcipue objectione sunt usi dicentes, quod venerabilis frater noster Prænestinus episcopus, Germano-Apostolicæ sedis legatus, aut electoris generalis, aut cognitoris personam. Si electoris in alienam mestem misergit falcam suam, & faveant electioni se ingereus, principum derogaverunt dignitati. Si cognitoris, absente altera partiagi videtur perperam processisse, cum citata non fuerit, & ideo non debuit con-

*contem-
ptis

contumax judicari. Verum nos qui secundum Apostolicæ servitutis officium, sumus singulis in justitia debitores, sicut justitiam nostram ab aliis nolumus usurpari, sic jus principum nobis nolumus vendicare, unde illis principibus jus, & potestatem eligen- di Regem in Imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure, ac antiqua consuetudine no- scitur pertinere; præsertim cum ad eos jus & potestis hujusmodi ab Apostolica sede provenerit, que Romanum Imperium in personam magnifici Caroli a Græcis transfluit in Germanos, sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt, quod jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendi eam ad Imperium ad nos spectat, qui eam inungimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter, & generaliter observatum, ut ad cum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim, si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque, vel excommunicatum in Regem, tyram, vel factum hereticum eligerent, aut paganum, nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi debemus? abit omnino. Objectioni ergo principum respondentes asserimus, & adiudicimus, quod legatus noster episcopus Prænestinus, nec electoris gesit personam, juxta quod nobis per literas suas, quidam principum opponebant, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, & sic electioni se nequaquam ingessit; nec cognitoris personam exhibuit, cum neutrius electionem, quoad factum eligentium, confirmandam duxerit, aut etiam infirmam, & sic jus sibi principum nullatenus usurparit, aut tenerit contra illud. Exercuit autem denunciatoris officium, quid personam ducis ejusdem denunciavit indignam, & personam regis ipsius denunciavit idoneam, quod Imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum, quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum, de jure, ac consuetudine obtinent potestatem consenserit: dicantur in ipsum Regem Othonem, & ex eo quod fautores Ph. absentibus aliis, & *contentis ipsi eligere præsumperunt, patet eos perperam processisse, cum explorati sit juris, quod electione plus consensus unus, quam contradicton multorum obstat. Unde quia privilegium meruerunt amittere, qui permisæ sibi abusi sunt potestate, videri non immixto potest, quod injuria hujusmodi non obstante ceteri uti potuerunt jure suo, & quoniam dux prædictus nec ubi debuit, nec a quo debuit coronam, & unctionem accepit, memoratus vero Rex, & ubi debuit, videretur Imperium non ex electione sed ex successione deberi. Praeterea cum multi principum ex Imperio æque sint nobiles, & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de domo ducum Sue-

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7.

XXIV.

rabili fratre nostro Colonensi archiepisco po recepit utrumque, nos utique, non Philippum, sed Othonem reputamus, & nominamus Regem, justitia exigente, in reprobatione vero præfati Philippi ducis Sueviae propter manifesta impedimenta personæ, non accusatione, sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed condamnatione indigent manifesta.

Quod autem in electione vota principum dividuntur, post admonitionem, & expectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam a nobis unctio, & consecratio, & coronatio postulantur, sicut ultraque pars a nobis multoties postulavit, ex jure patet pariter, & exemplo. Nunquid enim si principes admoniti & expectati, vel si non potuerint, vel noluerint convenire, Apostolica sedes advocato, & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Scunt autem principes, & tua nobilitas non ignorat, quod cum Lotharius, & Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & Imperium obtinuit coronatus eodem Conrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte. Nos ergo per nuncios principum memoratorum eos duximus commoendos, ut sicut nos a juris ipsorum cessa mus injurya, sic ipsi contra jus nostrum se nequaquam injuriosos ostendant, sed a duce præfato, justo quidem a nobis judicio reprobato recedant, & præfato Regi Othoni non abnuant adhaerere, nisi tunc demum contra personam, vel factum legitimum quid ab eis objectum fuerit, & offensum: sunt enim notoria impedimenta ducis Sueviae, scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum, & persecutio divulgata, quam progenitores ejus, & ipse præsumperunt in Apostolicam sedem, & alias ecclesiæ exercere. Repetit, quæ in hanc sententiam ex eodem Pontifice recitavimus; deinde sic pergit: Uirum vero dictum jurementum licitum fuit, an illicitum, & ideo servandum, an non servandum existerit, nemus sanæ mentis ignorat ad nostrum jurementum pertinere. Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, principes non credimus dubitare, cum Henricus, &c. graves principum Suevorum in Ecclesiam persecutiones recenseret, quas omnibus notas esse ait; addit infra: Insuper si supradictus dux, quod abit, Imperium obtineret, libertas principum in electione periret, & Imperii obtinendi de cetero ceteris filiula tolleretur. Nam si prout olim Fridericus Conrado, & Henricus postmodum Friderico, sic nunc, vel Fridericus Philippo, vel Philippus Henrico succederet, videretur Imperium non ex electione sed ex successione deberi. Praeterea cum multi principum ex Imperio æque sint nobiles, & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de domo ducum Sue-

O 2 viæ

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7

rie videretur aliquis ad Imperium assumentus. Cum ergo nos flecti a nostro proposito nulla penitus occasione possimus, sed in eo potius firmissime persistamus, & tu nobis saepe per literas tuas duxeris suggerendum, ut eidem duci nullatenus favere mus, nobilitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino, & per Apostolica scripta mandamus, quatenus sicut de gratia nostra confidis, & nos de tua devotione speramus de cetero, a praefato duce Philippo recedas omnino, non obstante jura mento, si quod ei ratione regni fecisti, cum eo quantum ad Imperium obtinendum reprobato juramentum bujusmodi non debeat observari. Praedicto vero Regi Othoni, quem nos, concedente Domino, ad coronam Imperii disponimus evocare, patenter adhæreas, & potenter, ut cum ei ad commonitionem nostram adhæseris, inter primos gratiam, & benevolentiam ejus obtinere præcipue merearis, ad quod nos pro tua nobilitatis amore dabimus operam efficacem. Datum Laterani. Huc usque Innocentius Papa, deque his omnibus Othonem (*a*) fecit certiorem. Adversabatur etiam Othoni Francorum Rex, cum quo iniurias gerebat, sibi quis imminens periculum disicere studebat. Quare Suevum in gratiam Innocentii adducere conabatur, deque Pontifice, quod etiam ante vidimus, ob defensas, auctasque Othonis partes querebatur.

Sanctissimo patri, & domino Dei gratia summo Pontifici Philippus eadem gratia Francorum Rex salutem, & tam debitam, quam devotam in Christo reverentiam.

*Miramur plurimum ex eo, quod vos Regem Othonem, (*b*) qui sicut vestra novit paternitas, minus legitime electus est, tam per nuncios, quam per legatos vestros modis omnibus in Imperatorem nitimini promovere, praesertim cum ipse, & omne genus suum regno Francorum manifesti semper extiterint inimici. Præterea mirandum est, quod cum plures nobis per literas vestras mandaveritis, quod vos & honorem nostrum, necnon & regni nostri proficuum plurimum affectetis, vos hominem, & ejus sequaces nobis, & nostro regno inimicos super caput nostrum nitimini imponere, & in Imperium promovere, quamvis regnum Francorum id erga sanctitatem vestram, vel Ecclesiam Romanam nunquam meruerit. Veruntamen vestra noscat sanctitas, quod bujusmodi promotio, quam non considerata ratione intenditis facere, non tantum in injuriam regni Francorum; verum etiam in omnium Regum catholicorum ignominiam noscitur redundare. Præterea gravamina, quae vos nobis irrogastis, æquanimiter sustinimus; ista vero, quae ad detrimentum nostri, & regni nostri exhereditationem manifeste imminere videamus, nullatenus pate-*

(*a*) Ib. ep.
64.

XXV.
(*b*) Ib. ep.
62.

remur. Quod si in bujusmodi proposito vestro volueritis perseverare, nos ad id competens consilium pro loco, & tempore conabimur adhibere. Insuper multo ies vobis mandavimus, & adduc mandamus, quod si forte de Rege Philippo timetis, ne aliquid contra Romanam Ecclesiam velit in posterum machinari, si ipsum in Imperatorem contigerit promoveri, sciatis, quod nos de nobis, & de ipso, & pro ipso vobis competentem cautionem super istis parati sumus præstare, quod si nostro consilio super istis nollet acquiescere, auxilium nostrum, & consilium eidem Philippo penitus denegaremus; immo potius ei nocumentum inferremus. Super praedictis autem charissimo consanguineo nostro marchioni Montisferrati ex parte nostra indubitanter credatis. Gallias enim in periculum adduci permiscebant.

Graves erant Francorum Regis queræ, utque eventus docuit, justissimæ, ingruenti vero malo mederi se arbitrabatur Innocentius, si utrumque principem arctiori amicitiae foedere conjungeret, atque odia diligentia sua extingueret: quare ab Othoni, antequam ipsius electionem approbaret, legatorum opera exegit, ut jurejurando se devinciret ex consilio, ac sententia Pontificis pacem cum Francorum Rege initurum, redditisque Phillipo Franco literis, (*c*) quid pro Galliarum fovenda pace egisset cum O-

63. (*c*) Ib. ep.
63.

XXVI.

mnibus manifesta, & nulla possint tergiversatione celari, videlicet excommunicatio publica, porjurium manifestum, & persecutio divulga, quam progenitores ejus, & ipse presumperunt in Apostolicam sedem & alias ecclesiastis exercere: fuit enim, &c. In eundem modum, ut in ea, quæ scribitur duci Zaringæ usque pervenisse. (Perpendant Christiani principes, quantam rebus suis perniciem afferant, qui Ecclesiæ violent majestatem, dum se iis honoribus indignos exhibent, qui a Pontificum auctoritate pendent.) Ipse quoque Philippus degenerare se credens, si minus perperam ageret, quam egerant patres ejus, & ejus mensuram in malitia non impleret, in Apostolica sedis persecutione sua promotionis primitias execravit dum terra illa, quam pater ejus, & frater occupaverant, non contentus, ad aliud patrimonium beati Petri, quod pacifice praedecessores nostri possederant, manus violentas extendit, & ducem Suevæ, ac Campaniæ scribere se presumpsit, afferens, quod usque ad portas Urbis ita quod in trans Tyberim, etiam ducatus accepérat potestatem: unde propter hoc a praedicto praedecessore nostro post frequentem commonitionem fuit excommunicationis sententia insodatus. Qualiter igitur Ecclesiam Romanam defendenter, qui in ejus delecttatur offensa? qualiter eam tueretur ab aliis, qui a seipso eam noluit esse tutam?

Præterea si dux ipse, quod absit, Imperium obtineret, &c. In eundem modum, ut duci Zaringæ usque assumendus. Cæterum regiæ celsitudinis literæ continebant, quod ne quid contra Romanam Ecclesiam Philippus machinaretur, in posterum de te pariter, & de ipso, & pro ipso nobis paratus eras competenti cautione cavere: sed qualiter illius possemus credere cautioni, qui eorum tam moribus, quam sanguine se exhibet successorem, qui cautiones per seipso interdum, & per principes suos praedecessoribus nostris aliquando praestitæ non servarunt, nisi forte cum opportunitatem non habuere nocendi. Quod autem eidem Regi Othoni favorem nostrum, & Apostolicae sedis gratiam praestitimus, & praestamus, ea præcipue factum noveris ratione, quod cum duo simul Imperatores esse non possint, & reprobato praedicto duce Suevæ, per nos creare tertium non possemus, personam Regis ejusdem ad reprimendam reprobati malitiæ nos oportuit approbare, tutius reputantes ante tempus occurtere, quam remedium post causam querere vulneratam. In approbatione vero, immo ante approbationem Regis ipius, tam regiæ serenitatem, quam regni Francorum memor nos noveris extitisse, cum ab eo tam per scripturam suam, quam per proprium juramentum sufficientem recuperimus cautionem, ut super facto tuo consiliis nostris, & monitis acquiescat. Præterea cum cha-

XXVIII.

INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII ANGELI IMP. 7.

rissimo in Christo filio nostro Ludovico primogenito tuo qui in regnum tibi, Dominino facient, succedit, proxima affinitatis vinculo sit astrictus, & multis principibus tam consanguineis, quam affinibus tuis, tum consanguinitate, tum affinitate conjunctus existat, promotionem ejus regno Francorum credimus expedire. Nec est de facili presumendum, quod pro charissimo in Christo filio nostro Joanne Rege Anglorum illustri celsitudini regiæ aliquando se opponat, cum in suis necessitatibus eum sibi non senserit adjutorem, quare teneatur eum contra celsitudinem tuam in suis negotiis adjuvare, praesertim ex favore tuo senserit se juvari. Verum præter alias cautiones, quas poteris ab illo recipere, Ecclesia Romana tam te, quam regnum tuum semper faciet ab ipso securum, & ei, si (quod non credimus) malignari forte presumperit, juxta officii nostri debitum se opponet, usque adeo enim regni Francorum diligimus libertatem, ut non solummodo contra eum, sed contra omnem hominem, qui illud molestare presumeret, pro ejus immunitate staremus, & ejus defenderemus pro viribus dignitatem.

Sunt aliae rationes, quæ serenitatem tuam a favore Philippi retrahere satis debent, & ad Regis Othonis auxilium invitare. Nostri enim, quod si Philippus, quod absit, Imperium obtineret, saltem occasione nepotis, cuius curam sibi vellet ratione sanguinis vendicare, regnum Siciliæ occuparet, quod nunc quoque per satellites suos invadere, sed in vacuum, machinatur; quod si super hoc compleret, quod avertat Dominus, votum suum, cum Imperium ei virorum vires, regnum autem divitiarum copiam ministraret, in superbiam jam elatus aliud cogitaret, & regnum Francorum si disponeret subjugare, sicut olim obtento regno praedicto disposuerat frater ejus Imperator Henricus, affirmans, quod te de cetero ad fidelitatem sibi compelleret exhibendam. Ad audientiam quoque tuam credimus pervenisse, quod serenitati tuae in Lombardia paravit infidias de ultramarienis partibus redeunti. Cum ergo Dominus te de manu querentis tuam animam liberavit, debes totis viribus præcavere, ne te in priorem necessitatem inducas, neve frustra coneris reddere tigridem mansuetam: unde tutius credimus, ut cum cadere patiaris qui si staret, statui tuo proposito fratrum non immemor invidenter, & alieno eum ictu prostreras, vel saltē prostrerni permittas, quem, si subficeret, & Imperii monarchiam obtineret, non posses sine multo gravamine sustinere.

Potes autem per Regem Othonem, & hostem illum deicere, & ab eo nunc talia, obtinere, que non posses ab ipso, postquam plenius invaleceret, impetrare. Unde fectione credimus opus esse, cum ad pro-

mor-

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXI ANGELI IMP. 7.

motionem ejus via sit paratissima, & aperata. Ad hoc serenitatem tuam nolumus ignorare, quod super imperii Romani negotio quicquid nobiscum fecerit & pro nobis, ratum permanebit, & firmum: si quid autem faceret, & maxime contra nos quam utilitatem, & stabilitatem posset habere, circumspectio regalis advertat. Præterea sicut damnum reputares & grave, si Romanus Pontifex contra regnum Francorum cuique & maxime Imperatori faveret; ita grave nobis existimat, & molestum, si Rex Francorum cuique contra Romanam Ecclesiam præsentim super imperio Romano favaret. Absit igitur, ut vel regnum Francorum deserat unquam Romanam Ecclesiam, vel Ecclesia Romana deſit unquam regno Francorum, &c Dat. Lateran.

Pie erant ac prudentissime agitata Pontificis consilia, quæ Otho postea perfidia sua confudit, cum non modo cum Philippo pacem, uti jurarat, colore respuit, sed etiam alia quoque sacramenta Innocentio data infregit. Reliqua ad Philippum Francorum Regem spectantia prosequuntur. Coactum esse Suectionis celebrarium episcoporum ac doctissimorum virorum concilium, [r] cui Octavianus Ostiensis episcopus Apostolicæ sedis legatus præerat, tradit Rigordus (a), atque diebus quindecim præsente Philippo Francorum Rege de ipsius matrimonio vel dissolvendo, confirmando magna animorum contentione agitatum, eaque longiore mora tædio affectum Philippum, insalutatis patribus Inseburgem Reginam secum abduxisse, & concilio rei novitate admodum stupore defixo denunciasse, ne amplius tantos excitarent clamores, se Inseburgem propriam uxorem agnoscere, nec jam ab ea divelli ulla tenus velle. Recenset idem auctor Philippum excepisse magnificissime Parisiis Joannem Anglorum Regem, quod etiam tradit Parisius, (b) additque Francorum Regem palatio suo

(a) Rigord. in reb. gest. Philip.

(b) Par. bift. An. gl.

Anglo reliquo in alias ædes demigrasse, atque arctissimum, ut videbatur, foedus astrinxisse; cæteris enim legibus eam addidere, ut si Francorum Rex Angli laefferet bello, nobiles viri ad Angulum deficerent; si Anglus Francum peteret, Angliae proceres ad Francum transvolarent: sed ea concordia parum diu, ut sequenti anno videbimus, tenuit.

Percusserat antea aliud foederis genus cum Philippo Joannes Anglorum Rex, se Othonem nepotem nulla in re, ut Imperium sibi affereret, adjuturum (male enim sibi Philippus ab Othon, ut diximus, metuebat) nec invitus illud Joannes pepigerat, cum reliqua testamento a Riccardo fratre Othoni, colore aliquo justitiae negare posse arbitraretur. Sed Innocentius, qui Othonis partes contra Philippum Suevum attollebat, Othonis aequitatem defendendam suscepit, ac primum precibus apud eum egit, (c) ut nepotem tueretur & reliqua a Riccardo largiretur: de quo ad Cantuariensem etiam archiepiscopum literas, (d) dedit, ut Joannem ad id, quod maxime Anglorum gloriæ vertebar, adduceret: postea vero cum eo sacramento Joannem alligatum accepisset, illud ut iniquum rescidit, convulsitque.

Cum charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris non potuerit te absolvere a debito, quo teneris inclito Regi Othoni nepoti tuo in Romanorum Imperatorem electo, quemadmodum nec ipse Rex Otho te posset absolvere a debito, quo teneris præfato Regi Francorum; & ratio dicit & natura depositat, ut avunculus debeat subvenire nepoti, profecto juramentum, quod eidem Regi Francorum diceris præstissem, ne videlicet subvenires prænominate Regi nepoti tuo, debet illicitum judicari. Nos igitur & tuæ saluti, & suæ utilitati paterna volentes solicitudine providere, quia secundum Propheta-

XXXI.

phetam debemus dissolvere colligationes impietas & fasciculos deprimentes, iugementum hujusmodi quantum ad hunc spectat articulum, tam a te, quam ab iis, qui per te taliter juraverunt, decrevimus non servandum serenitati tuae per Apostolica scripta mandantes, quatenus eo penitus non obstante debitum illi subsidium & favorem impendas.

Sed qui parum de electione nepotis sui ad Imperium vocati laborabat, electionibus episcoporum impudenter se ingerebat, atque Angliam ea de causa permiscere coepit: tradit enim Rogerius ipsum Lincolniam se contulisse pro deligendo illius ecclesiæ episcopo, atque electionis libertatem canonici adimere voluisse, ex quo plura dissidia emersere.

Nec solum inter Regem, ac Lincolniensis ecclesiæ clerum post sanctissimi sacerdotis excessum, sed etiam inter Regem ipsum, & Gaufridum fratrem ipsius Eboracensem archiepiscopum exorta dissidia, quod auctor idem refert, additque Honorium Richmunda archidiaconum ob sibi illatas ab eodem archiepiscopo injurias ad Innocentium Papam configuisse, qui ad archiepiscopum scriptis literis sic eum increpat, ac redarguit: Quia tantæ præsumptionis excessum incorrectum nec volumus, nec debemus relinquere, tuæ fraternitati per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quod taliter, quæ prædicta sunt, corrigas per te ipsum, quod aduersum te nos non cogas durius commoperi, qui toleravimus hactenus temeritatem tuam in multis, alioquin noveris nos venerabili fratri Eleni episcopo, & dilecto filio abbati de Baltham per scripta nostra præcipiendo mandasse, ut predictas excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias taliter a te illatas nullas esse denunciant, & te ad restitutionem eorum, quæ vel a clericis vel ab ecclesiis archidiaconatus ejusdem, post appellationem ad nos legitime interpositam, extoristi, & recompensationem damnorum per censuram ecclasiasticam appellatione remota compellere.

Hanc pluresque alias in Honori causa Innocentii epistolas recitat (a) Rogerius. Cæterum ejusmodi dissensiones initia fuere malorum, quæ sanctissimus Hugo Lincolniensis episcopus morti proximus divino afflatus spiritu, Anglorum Regi, regno, & clero prænunciaverat: coepit autem judicium (b) a domo Dei. Tradit Rogerius eodem anno populos graviori metu, quasi imminentे extremo iudicii die, perfusos cohorruisse, quem terrorum publicum auxere pii magis, quam prudentes sacri oratores, qui D. Joannis oracula: Ego Joannes vidi Angelum descendente de caelo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem antiquum, qui est dia-

(a) Rog. hoc anno. (b) Autor ejus vita apud Sur. tom. 6. die 17. nov. super ann. cit. XXXIII. Diem iudicii imminere concionatores promulgant.

Tradit Rogerius eodem anno populos graviori metu, quasi imminentē extremo iudicii die, perfusos cohorruisse, quem terrorum publicum auxere pii magis, quam prudentes sacri oratores, qui D. Joannis oracula: Ego Joannes vidi Angelum descendente de caelo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem antiquum, qui est dia-

NOTÆ [1] De mense, ac die, quo Suectionense istud concilium cœptum fuit, dissidium est in speciem aliquod inter Scriptores, cum Rigordus aprilii, Rogerius vero, & Monachus Aquicinctinus martio mense habitum ferant. Sed re ipsa martio mense, eodemque media sui parte evoluto, ut habet Aquicinctinus incepit, cum illud in quadragesima coactum tradat Rogerius; anno vero illo pascha in diem XXV. martii incidit. Utraque autem hæc sententia facile ex eo conciliatur, quod concilium, mediante mense martio cœptum, toto aprilii usque ad maium mensem, teste Monacho Aquicinctino, duravit. Adeoque Rigordus recte affirmavit habitum illud fuisse aprilii mense. Quod autem addit ex Rigordo Raynaldus, concilium illud diebus XV. durasse, cum testimonio Aquicinctini non pugnat. Nam convocati Suectionis episcopi toto Aprili adventum Joannis de S. Paulo presbyteri Card. tit. S. Priscæ judicis destinati in causa divorci Philippi regis expectarunt, quo demum ineunte majo superveniente, tunc per dies XV. de causa disceptatum fuit.

Spondanus ad hunc annum num. I. persuasum habuisse videtur in eodem Suectionensi concilio ex pontificis autoritate legitimos declaratos fuisse liberos, quos ex Agneta Philippus genuerat, ea scilicet ratione, quod conjugium illud episcopi quidam ratum habuerint. Sed licet concessio illa a pontifice facta est in bulla data hoc anno die IV. novembri, licet, inquam, concessio illa publicata fuit Senonis ab Odone Episcopo Parisiensi; id tamen non nisi anno sequenti januario mense præstitum docent ejusdem Odonis literæ, eodem mense signatae, in quibus Odo bullam illam Pontificis legisse se perhibet. Extant literæ illæ in appendice ad opera Petri Bleensis excusa Parisiis. MANSI

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4.VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXI ANGELI IMP. 7.

bolus, & satanas, & religavit eum per annos milles, & misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super eum, ut non educat amplius gentes, donec consummetur milles anni, & post haec oportet eum solvi modico tempore; in eum sensum detorquent, ut dicent, jam eos milles annos effluxisse, atque argumenta alia ex Christi domini verbis depromebant, quibus inter cætera impendentis mundi finis signa, ingentibus bellis arsurum orbem, ac terræmotibus concurriendum prædictum, quorum plura accidisse expaverant: quod enim ad bella attinet, iis orbis pene universus conflagrabat: quod vero ad signa, quinque lunæ in cœlo noctu fulserant pluribus stellis circumfusæ, de quibus anno superiori diximus: quod ad terræmotus pertinet, maximos hoc ipso anno extitisse antiqui auctores testantur: de iis enim Longinus (c) superiori anno hæc habet: (c) Hist. Pol. ann. 1200. Chromer. eod. ann. Terra- motus in qua res raro in Polonia contingens, velut prodigiosa, & apud plerosque in religione versa videbatur. Et Fossenovæ chro- nicon (d): Terræmotus grandis. Consonat Rogerius: (e) Quinto idus januarii auditus est terræmotus magnus in Auglia apud Eboracum, & in finibus ejus. Similia Henricus Stero: (f) Terræmotus multis terrarum locis factus est magnus, ita ut multas urbes, & ecclesiæ destrueret, (f) Stero & mortes hominum fierent: coepit autem apud Ca- idem terræmotus quarto nonas maii. Hoc ipsum totidem verbis in Augustensi chro- nico traditur; præterea Matthæus Pari- sius (g) hoc literis prodidit: Hoc anno horrendæ tempestates, tonitrua, corusca- tiones, grandines, & pluviarum inunda- tiones, mentes hominum concusserunt, & damna multa in locis plurimis intulerunt. His igitur, atque id genus aliis illi do- ctores fortasse permoti, supremum judi- ciū diem instare, atque imminere denun- ciarunt; nec ideo exprobrandi, cum san- ctissimi æque ac doctissimi Ecclesiæ pa- tres ex ejusmodi signis idem inferre, præ- nunciareque consueverint.

Quoniam vero de signis, ac prodigiis

XXXIV.

agimus, videamus quæ de Eustachio ab- bate de Flay, (cujus supra (h) memi- nimus) deque admirandis ejus rebus e- super.

narrat Rogerius. Recenset ergo virum illum pietate, & miraculis conspicuum pro sacra concione promulgasse populis delapsam e cœlo epistolam, inventamque in altari S. Simeonis in monte Golgotha, lectamque magna religione a patriarcha adstante populo Christiano, qua ob non servatum ab hora nona sabbati diem dominicum omnia mala, quibus attriti fu- erant,

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.

4

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXXI ANGELI IMP. 7.

erant, ulciscente numine, in eos redundasse ferebatur, ac longe graviorum terror, ni resipuissem, incutiebatur; hanc nos prætermittimus, cum apud Rogerium facile, qui velit, consulere ipsam possit; nullum porro argumentum auctor attulit, quo eam e coelo potius missam, quam ab aliquo inepto præstigiatore in altari illo ad iniiciendam credulis religionem, collocatam argueretur: quam sane cum ego discussissem, nec enim cui libet affirmanti illico fides adhibenda est,

(a) Eel. 19.
(b) 1. Thes. 5.
Fictitia illa epistola aperatae fraudis argumentum.

monente divina sapientia (a): *Qui credit cito, levis corde est;* atque Apostolo proclamante (b): *Omnia autem probate, quod bonum est, tenete; fictitiam illam, & ab aliquo impostore subornatam, compositamque existimo.* In primis igitur dominici diei observandi modus præscriptus latentis fraudis suspicionem movet. *Volo iterum, ut nemo ab hora nona sabbati usque ad solem surgentem diei lunæ aliquid operetur, nisi quod bonum est.* Insuetum prorsus, & post hominum memoriam inauditum, ut per literas e cœlo missas Christus Ecclesiam instruat: vicarium namque suum in ea constituit, qui vel ex cathedra, vel consultis episcopis in conciliis servanda decernat. Ipse præterea modus aliis ab illo est, quem Christi fidelibus universalis Ecclesia injungit, cui solempne semper fuit Domini, sponsisque sui præcepta non modo vel leviter non negligere, verum etiam quam diligentissime custodire; cunctisque adhæc suspicionem iniicit insolita, ac in sacris paginis inaudita isthæc jurisjurandi formula, qua præsertim paucissimis verbis tot, & tanta juramenta complectatur: *Juro vobis per sedem meam, & thronum meum, & Cherubim, qui custodiunt sanctam sedem meam.* Et infra: *Juro vobis per dexteram meam.* Quid de malis intentatis? *Mittam vobis bestias habentes capita leonum, capillos mulierum, caudas camelorum;* hæc enim argumento sunt, illusorem aliquem simpliciorum piaæ credulitati imposuisse. Plura alia congeremus, nisi lectori molestiam exhibere, vereremur.

XXXV. Addit Matthæus Parisius, qui etiam has literas historie inseruit: *Cum autem patriarcha, & cleris omnis terræ sanctæ bunc epistolæ tenorem diligenter examinassem, communi omnium deliberatione decreatum est, ut epistola ad judicium Romani Pontificis transmitteretur, quatenus quidquid ipse agendum decreverit, placeat universis: cumque tandem epistola ad domini Papæ notitiam pervenisset, continuo prædicatores ordinavit, qui per diversas mundi partes profecti prædicaverunt ubique epistolæ tenorem, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, inter quos abbas de Flay nomine Eusta-*

chius, &c. Sed ita facilis negotio rei posse videntur, tum ob ea, quæ paulo ante adduximus, tum quia nullus, quod viderimus, horum temporum scriptor de iis ne verbum quidem fecerit, cum tamen tantum prodigium jure merito omnium stylo celebrari debuisset. Hæc namque ipsa, quæ affert Parisius, ipsam suspicionem augent. Dolemus hujus anni Innocentii regestum, ad quod veluti ad lydium lapidem revocanda forent, non reperi.

Id fortasse suspicatus etiam Rogerius, haud firmiter asseverat, quod postea Parisius, epistolam e cœlo missam, sed ut audisti, caute, & prudenter ait: *Dicebat enim (Eustachius scilicet) quod hoc mandatum subscriptum de observatione diei dominici venit de cœlo.* Post illud vero recitatum subiicit de Eustachio (quem bona fide id promulgasse non inficias eo) egregiam operam pro erudiendo populo Eboraci collocaſſe, ad quam urbem Joannem Salernitanum tit. S. Stephani in monte Cœlio presbyt. Card. A. S. in Scotia, Hibernia insulisque adjacentibus legatum accessisse, eumque illum fuisse, qui Cœlestino extinto electus cum Lothario suæ electioni renuntiarat, licet decem Cardd. ipsum elegissent. *Prædictus vero Joannes (inquit Rogerius c) non manducavit carnem, vinum, & ciceram non bibit, nec aliquid quo inebriari potuit, sed bis.* (c) Rog. aurum, & argentum sitivit. Deploranda Angl.

plane est complurium ecclesiasticorum conditio, qui reliquis superatis vitiis, avaritiae fôrdibus perliti, insanæ pecuniae cupiditati summo aliorum scandalo, suæque animæ detrimento turpissime succumbunt.

At longe gravius, atque execrabilius XXXVI crimen scientia inflati hominis quod novo divinitus repressa est exemplo, ut tradit Matthæus Parisius. Is erat Simon Chur-nai literis expolitissimus, qui scientiae suæ opinione adeo omnes imbuerat, ut certatim ad eum audiendum concurreretur: cum aliquando de rebus theologicis dissereret, ac sententiarum, quas protulerat, majestate omnes stupore defixisset, rogantibus, ut tam eleganter dicta scriptis mandaret, subjecit se tam facile quæ de Christi gloria atruxisset, contrariis argumentis si vellet eversurum, ac mox divina ultione percussus, in amentiam incidit; auctoris enim verba sunt: *Accesserunt quidam ipsius familiariores, & ad discendum avidiores, postulantes a magistro ut eo dictante quæstiones literis commendarent: dixerunt namque indignum esse, & jacturam irreparabilem, si memoria tantæ scientie deperiret; quibus ipse elatus, & major sibi se, ait oculis sublevatis, remere solitus in eachinum: O Jesu, Jesu, quantum in hac quæstione con-*

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAP.

4

confirmari legem tuam, & exaltari, profecto si malignando, & adversando vellem fortioribus rationibus & argumentis, sci-rem illam infirmare, & reprimendo improbare, & hoc dicto elinguis penitus obmutuit, non tantum mutus, sed idiota, & ridiculoſe infatuatus, nec postea legit, vel determinavit, & factus est in fibulum, & derisum omnibus, qui hoc audie-rant. Vir igitur intra biennium didicit literas cognoscere, & ultione aliquantulum mitigata, a filio suo quodam diligenter edocente vix potuit pater noster, & sym-bolum discere, retinere, & balbutiendo pronunciare. Hoc igitur miraculum multorum scholarium suppressit arrogantiā, & jactantiam refrænavit. Hæc vidit magister Nicolaus de Fulii vir magne auctoritatis, qui postea episcopus Dunelmensis factus fuit, ex cuius relatu, & certo testimonio hæc literis commendavi, ne vetustas tantum miraculum aboleret, eodem episcopo suadente, & est sermo omni acceptance dignissimus.

His enarratis ad Innocentium Romanum Pontificem redeamus, & quam supra leviter attigimus, de Diupuldo Ecclesiæ perduelli geminam relatam victoriā spectemus. Primum vero, quæ ad rationem temporis pertinent, diligenter investiganda. Sane utramque uno, eodemque anno contigisse expresse testatur Fossænovæ chronicon, hujus temporis auctor infra afferendus, idemque satis indicant recitanda Innocentii verba. Quod autem altera victoria non ante hunc annum reportata fit, docent ejusdem Pontificis gesta, dum post datas literas quinto nonas julii, pontificatus anno quarto recensent, ac statuunt acta; quod vero hoc anno redditia ostendit ab eodem Pon-

tifice epistola Prænestino episcopo S. R. E. Cardinali, & Apostolicæ sedis in Germaniæ partibus legato, ejusque sociis, postquam illi de confirmatione Othonis, & aliis, quæ ibi gesserant, ipsum hoc item anno certiore fecere: si autem superiori anno obtigissent, non suberat ratio cur de iis eos admoneret Innocentius, cum enim hoc anno, ut vidimus, sint in Germaniam missi, tanta hæc, ipsos minime latere antea potuissent. Memoria igitur lapsus videtur Fossænovæ chronici auctor, qui hujus anni gesta ad superiorem præposuerit, frequens in scriptoribus error, & tolerabilis, si interdum apud quantunvis accuratos reperiatur, cum facillimi- sit labilem mortalium memoriam in habenda annorum ratione quandoque hallucinari; atque hactenus de tempore; jam optatissimam narrationem aggrediamur. Recenset igitur auctor Gualterium comitem Brenensem collectis exiguis quidem, sed strenuissimis turmis Gallis transiliisse in Italiam, ac temerarium a pleris-

Ann. Eccl. Tom. XX.

VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXXI ANGELI IMP. 7.

que existimat, Innocentium vero misertum ejus inopiae, quingentas auri uncias contulisse, ut milites cogeret, cum hostes arcis munitissimas tenerent, ac litteras ad Siculos dedisse, ut ipsum exciperent, illumque iis succinctum copiis, quamvis Diupuldus maximum, ut ipsi se opponeret, exercitum comparasset, intrepide regnum ingressum, receptum a Theanensibus, & circa Capuam venientem Diupuldum numerosissimo stipatum, exercitu profligasse, cui Ricardus (a) (a) Ric-hard. in chron. hoc ann.

consentit, additque Cælani comitem vir-tutis illius admiratione percussum cum eo foedus pepigisse. Subiungit Innocentii gestorum auctor de incusso hostibus metu: *Cecidit terror ejus in omnes, qui suam, & suorum virtutem, & fortitudinem au-diebant; compressisque Theutonicis, qui ante adventum ipsius per regnum libere di-scurrebant, descendit pacificus in Apuliam, & redditæ sunt ei quædam civitates, & villa pertinentes ad principatum Tarenti-num; videlicet Mathera, & Hydruntum, Brundusium, aliæque quamplures; obtinuit etiam Melfiam, Borolum, Montem Pilosum, & quasdam alias civitates, quæ sue se custodiæ commiserunt, cœptique pugnare contra Monopolitanos, & Tarentinos, & quosdam alios, qui dominationem ejus recipere noluerunt. Castellanum quoque Liciæ potenter obtinuit, multaque magnalia po-tenter exercuit, quæ longum esset per sin-gula enarrare. Hactenus de prima vi-toria.*

De secunda vero dicturi afferenda sunt XXXVIII. primum, ut temporis exigit ratio, quæ Cancella-in rebus gestis Innocentii enarrantur, de riis Sici-liæ ob

Gualterio Trojano episcopo, ac Siculo regni cancellario, adversus quem Pon-tifici non parum fuit elaborandum; cum enim arrogans & contumax homo A-sacris ejus postolicæ sedis admonitiones, commina-tio[n]esque contemneret, Innocentius Pe-tri exerens gladium, graviter in ipsum animadvertit, ejusque intolerandam ani-mi elationem, ut prosequuntur acta, de-jicit. Exhaustis ille ac dissipatis Siciliæ opibus in Calabriam & Apuliam traje-rat, atque ad conflandas pecunias spo-liavit ecclesiæ omni auro, argentoque, five in calicibus, crucibus, thuribulis, vel iconibus constaret, nec minori feri-tate pecunias a populis corraserat, quæ omnia postea inanibus largitionibus con-sumpsit, nec destitit vocare in odium Pontificem, adversus Gualterium conju-rationes inire. Quem ita obfirmatum in scelere, cum malum impunitate cresceret, Innocentius perculit anathemate, a Pa-normitana & Trojana ecclesia submo-vit, atque omnes, ut a perfido cavere jussit: mox illum ab omnibus contem-pum, qui adeo sui terrorem omnibus in-jeccerat, ait auctor, cumque odio &

P. in-

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXII ANGELI IMP. 7Innoe. li-
ter. ad
Frid. ex
gestis.

invidiæ publicæ pateret, se Diupuldo ac sequacibus conjunxit, eoque viso Siculi Regis familiares ipsius sceleris conscientios Friderici nomine Innocentium rogassem, ut cancellarium in gratiam admitteret; cui Pontifex has literas reddidit:

Utinam puerilibus annis virilem animum Dominus inspiraret, & etati adhuc tenebrae illam sensus infunderet gravitatem, per quam inter fas & nefas discernens, inter fidem & perfidiam judicares, nec fideles damnares pro perfidis, nec perfidos pro fidelibus exaltares, utinam non experientia disceres, sed doctrina, quod in Evangelio legitur: Inimici hominis domestici ejus, & quod sapiens protestatur:

Nulla pessis afflictior ad nocendum, quam familiaris inimicus existit. Utinam intelligeres quod in etate quondam & nunc etiam tenera constitutum, & utriusque parentis destitutum solamine, protegendum sedes Apostolica te recepit, & ut manus servorum, qui contra te conjuraverint in regno, confringeret extra regnum, radicem pestiferæ arboris vix fuerit amputare, ut venenosi rivi poculum exsiccaret in fonte, nec in regno etiam tibi deficit manus nostras, immo nos per fratres & milites nostros cohibus impetus Marcualdi furens, qui in fideles tuos barbara feritate deserviens non regni balium, ut adulatores tibi aliqui mentiuntur, sed regni dominium nitiebat sibi per violentiam occupare, te Henrici quondam Imperatoris, & inclite recordationis Constantie Imperatricis matris tuae filium esse negans, ut hac occasione tam hos, quam alios a tuo subsidio revocaret. Exponit quantos labores pro ipsis tuenda salute adiverit; deinde valde queritur de regiis ipsis domesticis, qui privatæ dumtaxat reistudentes prædicto Jacobo Marecallo sine remuneratione dimisso, sub specie pacis, quæ, ut rei monstravit eventus, proditio potius dicenda erat, Marcualdum anathematis sententia damnatum, jamque dejectum ad Regis exitium exercent, pluraque addit pro Gualtero comite, eumque de regno optime meritum ostendit. Dat. Laterani quinto nono juli Pontificatus anno 4.

XXXIX.
Missus le-
gatus in
Apuliam
contra
Diupul-
dum.

Misit igitur (pergunt gesta) dominus Papa Petrus Portuensem episcopum legatum in Apuliam & terram laboris, præcipientis comitibus & baronibus, castellanis & civibus, ut ad mandatum legati cum dicto comite, contra Diupuldum & cancellarium exurgerent universi qui cum in Apuliam pervenisset, miser ille solo nomine cancellarius ad presentiam ejus accessit, reconciliari postulans Ecclesiæ unitati, & præstito corporaliter juramento, quod pareret universis mandatis Papæ, absolutus est a legato: sed cum mandaret et, ut

non opponeret se comiti Brenensi, respondit, Cancellarius quod si Petrus Apostolus hoc ei præcepserit, rii perficit, missus ab ipso Christo, mandato budiæ.

Iusmodi non pareret, etiam si sciret, quod propter hoc deberet in inferno damnari, & ponens os suum in cœlum, cum linguam traheret super terram publice coram omnibus summum Pontificem blasphemabat præsente legato; abiitque ad Diupuldum, & congregatis universis, quos poterant congregare, ad pugnandum contra Brenensem comitem juxta Barolum processerunt. Hæc novus Sennacherib, alterque Rabsaces, qui cum illis pariter, ut mox audiens, magno miraculo prostratus ac depresso est: nam subdit gestorum auctor alteram victoriam describens:

*Ipse vero comes erat ibi cum paucis, nam de fidelibus Regis pene nullos secum habebat ibi: Barolitani quoque licet præcedente die legato jurassent, cum aspicerent multitudinem esse cum illis, & paucitatem cum ipsis, non permisérunt ipsis intrare. Videns itaque comes se constitutum in arce, cœpit multipliciter anxiari, maxime propter legatum, cui tanquam formidoloso plurimum metuebat. Sed confortatus in Domino profiliit ad arma cum suis, & benedictione & remissione a legato accepta, cum idem legatus maledixisset hostibus in nomine Domini, comes alta voce S. Petrum invocans adjutorem processit ad pugnam, & cum acriter dimicare cœpissent, adversarii terga verterunt, & in fugam conversti singuli, prout poterant, declinabant, ex quibus multi sunt capti, plures sunt cœsi, plurimi etiam in stagnis, & paludibus suffocati. Videbant enim plerique crucem auream splendidissimam ante comitem Ante pulchritudine deferri, fuitque tanta victoria, gnatam ut prima quasi nulla videretur respectu aurea crux ferri secundæ. Nam inter alios captus est Sifredus frater Diupaldi, & Oddo de Laviano, qui sanctæ memorie Albertum Leodiensem episcopum interfecerant, Petrus de Venere sororius cancellarii, & magister Gerardus Salernitanus intrusus, multique alii nobiles, & potentes. Magnificatus est ergo comes & clarificatus in regno, hostes autem humiliati sunt & oppressi, comes vero Gentilis recepta pecunia, sicut publice dicebatur, turrem ad mare tradidit Marcualdo, abiitque Messanam. Haec tenacitate Innocentii scriptor. Similia Fossæ novæ chronici auctor, qui cum afferat Gualtero & Rogerium Apulie Cardinalem cum Gualtero Diupuldum fuisse aggressos, affirmandum videtur duos eidem duci astitisse S. R. E. Cardinales, nisi ipsum auctorem hic etiam hallucinatum affirmemus. Immo dictum etiam Ricardum abbatem Cagliensem legationis vnu cum Petro * Gallioze Portuensi episcopo obiisse affirmat Ricardus (a) tandem vi-*

* Galone
(a) Ric-
hardus no-
tar. in
chron. an.
cto. seq.

CHRISTI
1201.INNOCENTII III. PAP.
4

ctoriam prosecutus: quamvis in sequentem annum coniiciat.

*De utraque demum Victoria Innocentius Papa ad prædictum Cardinalem in Germanos literæ de relata vi- reperitur: (a) Pro certo neveritis, quod anno Anagniæ cum esset, ita scripsisse. (a) Innoc. nobilis vir * Vulterus comes Brenensis cum sup. cit. aliis fidelibus nostris de perfido Diupuldo cod. ep. 55. & Marcualdo fautoribus jam secundo mi- * Gualte- rabiliter faciente Domino triumphavit. Pri-*

mo in terra laboris, & in Apulia consequenter, & præter strages hominum, ho- stium spolia, & recuperationes terrarum, multos cepit, & magnos tam Theutonicos, quam Latinos, ex quibus duos, quos te- net, exprimit nominat, Siffridum vi- delicit Diupaldi germanum, & Oddonem de Laviano, qui sanctæ memorie Al. Leodiensem episcopum interfecit. Et cum jam quasi totum regnum circa Pharum nostræ pareat voluntati, comes ipse de mandato nostro contra Marcualdum triumphatus auctore Domino in Siciliam transfretabit. Eadem repetit in epistola sequenti anno

(b) Id. lib. ad Siculos data (b). Denique de Gual- 5. ep. 38. terio adjiciunt Pontificis gelta: Ut autem dominus Papa majorem impenderet comiti Brenensi favorem, nobilem virum Jacobum consobrinum, & marescallum suum in Apuliam destinaverat, constituiens eos pariter magistros justitiarios Apulie, ac terra laboris, sicutque illi castrum Baroli ad custodiam assignari, & reddi montem.

Pilosum, qui ad comitatum Andria perti- nebat, regia liberalitate concessum, præcipiens comiti memorato, ut ad obtinendum comitatum prædictum impenderet ei auxilium, & favorem, cum autem multa a- gerent prudenter & potenter, &c. reliqua infra. Quod vero pertinet ad Marcualdum omnium turbarum auctoren, Philippo Suevo impulsore, ac fauore, cun- etis jam animi tum corporis viribus enitebatur, ut Siciliæ regno potiretur, injecissetque in regem cruentas manus, nisi Gualterium comitem, quod testantur acta, reformidasset. Quamobrem de Philippo queritur Innocentius, data ad Germanos principes epistola (c), cuius su- pra meminimus: Eadem, inquit, excom- municato (nimirum Marcualdo, de quo ipsi sermo) non solum communicat, sed eum in malitia sua fovet, & per nuncios, & literas suas exacutum furorem ipsius, ut charissimum in Christo filium nostrum Fredericum Sicilia Regem illustrem nepotem suum, quem jam hereditate paterna privavit, adhuc privet possessione materna. Quomo- do autem Marcualdo tyranno e medio sublatu Italiae pax postliminio redi- erit, proximo anno dicetur. Hoc inter- rim spatio cæteras hujus anni Innocentii res gestas prosequamur. Igitur non so- lum tranquillitati regni Siculi studuit, sed

*(c) Inn. cit. cod. ep. 33. Inn. que- relæ ad- versus Philipp. Suevum. * Galone
(a) Ric-
hardus no-
tar. in
chron. an.
cto. seq.*

Ann. Eccl. Tom. XX.

INNOCENTII III. PAP.
4VACAT. IMP. OCCID. 4.
ALEXII ANGELI IMP. 7.

quietem etiam aliis Italæ regionibus conciliare sategit. Quapropter data ad Picenates clericos, laicosque universos epistola (d), graviter increpuit, quod postquam in Ecclesiæ ditionem adducti essent, adeo exitialis rixas exercent, cumque Senogalli, Faventini, & Camertes oppida quedam, & bona ad Romanam Ecclesiæ spectantia occupassent, minacibus literis, (e) ut fraudata restituerent, imperavit.

Verum nil magis Innocentio cordi fuit, quam ut res Terre sancte promoveret, & laborantibus Christi fidelibus opem afferret, nullumque ob id studium, operam, aut industriam prætermitteret; ex tant ejus literæ (f) nonis februarii La- terani datæ, quibus mandat, ut quinquaginta, quam pro hujusmodi subsidio Præmonstratensi ordini, omnibusque Galiliarum abbatis imperaverat, Templariis transmittatur, quod ad alias plures abates scriptis (g) in eandem porro sententiam hæc breviter Parisius: (b) Circa dies istos ad instantiam Innocentii Pa- pæ data est quadragesima pars reddituum

(g) Reg. ibid. post ep. 44. (b) Par. bis. Angl. omnitum ecclesiæ ad subveniendum ter- ræ promissionis. Duæ hac de re ejus epistole recitantur a Rogerio hoc eodem anno, qui breviter prefatur: Interim Innocentius Papa super afflictos pia genitrix ad id in- viscera, in hac forma scriptis ecclesiæ prælati.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, archiepisco- pis, & episcopis per regnum Angliae con- stitutis salutem, & Apostolicum benedi- ctionem.

Voluit Dominus in occupatione Hierosolymitanae provinciæ punire sic nostros exhortatores, ut passionis sue quadammodo mysterium innovando, & penitentia januam Angl. lit. proficisci illi ferendo.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, archiepisco- pis, & episcopis per regnum Angl. lit. proficisci illi ferendo.

P 2 at.

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAR.

4

VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXI ANGELI IMP. 7

atque instruere compellerent.

XLII. Quod autem spectat ad Campanie comitem, quem una cum Flandrensi, & Blesensi comitibus cruce insignitum in predicta epistola Pontifex meminit; Theobaldus is erat Campanus, & Trecensis comes dictus, quem hoc ipso anno defunctum testantur Rogerius, (a) Rigordus, ann. Angl. (b) aliique; (c) de ejus obitu, ac successore fit etiam mentio in actis Innocentii, dum de bellico apparatu in Terræ sanctæ subsidium agitur: [1] Cum de subventione Hierosolymitanæ provinciæ tam in Italia, quam in Gallia ingens fieret apparatus, comites Galliarum cruce signati miscerunt nuncios suos in Italiam ad ducem, & populum Venetorum, ut ab eis sibi conducerent navigia opportuna. Tractatum est igitur inter eos de societate pariter invenient, & postquam sub certis passionibus convenerunt, & communiter est propositum, ut aliquot in Syriam destinatis, ceteri tenderent in Ægyptum, ut caperent Alexandriam, & finitimas regiones, sicut Terræ sanctæ liberaretur facilius de manibus paganorum: ubi ergo Franci, & Veneti societatem hujusmodi firmaverunt, utrique simul ad sedem Apostolicam nuncios destinarunt petentes, ut summus Pontifex pæctiones inter se factas pro subtilio Terræ sanctæ auctoritate Apostolica confirmaret. Ipse vero quod futurum erat praesagiens, caute respondit, quod conventiones illas ita duceret confirmandas, ut videlicet ipsi Christianos non laderent, nisi forsitan iter eorum nequiter impedirent, aut aliqua causa justa, vel necessaria forsan occurseret, propter quam aliud agere possent, Apostolicæ sedis legati consilio attentes.

Campa- Veneti autem confirmationem super hoc tecum nore recipere voluerunt, unde pro certo in appa- convincitur, quilis fuerit eorum intentio randa ex per effectum operis postea declarata. Con- tigit inierim, quod Theobaldus comes Trecensis qui se ad iter peregrinationis magnifice præparauit, debitum carnis exovit. Unde ceteri comites, & barones consilio Regis Franciæ vocaverunt Bonifacium Marchionem Montisferrati, & eum sibi ducem Christiani exercitus præfecerunt, tradita ei majori ex parte pecunia, quam sibi pro subtilio Terræ sanctæ comes memoratus congregaverat.

NOTÆ [1] Theobaldum Trecensem comitem hoc anno obiisse, affirmant quotquot vidi omnes. Sed menseri aequa omnes silent, præter unum, quem norim, Albericum, qui ad hunc annum notat: *Morbus est in Campania circa Pentecostem Theobaldus Comes.* Pentecostes anno illo in diem XII. Maii incidit.

Hoc pariter anno diem clausit extremum Joachimus Florensis abbas cuius celebre nomen est inter eorum temporum scriptores. Nec vita sanctimonia minus quam scriptis claruit; quanquam enim in eo, quem scriptis, adversus Magistri sententiarum doctrinam de Trinitate libello reprehendendum aliquid damnandumque Innocentius III. coactumque sub eo Lateranense concilium iudicavit; nihil tamen de sinceritate doctrinæ morumque viri sanctimonia ex ea damnatione detractum est, ut scite animadvertis Albericus ad hunc annum, & Pagius in Critica Baronii ad A. 1188. 21. ex illo Alberici aliorumque testimonio demonstrat. MANSI

CHRISTI
1201.

INNOCENTII III. PAR.

4

VACAT. IMP. OCCID. 4
ALEXI ANGELI IMP. 7

quidam fame necati per loca silvestria mirative reperiuntur vermis, & avibus comedendi.

Nos igitur in Domino ponentes spem nostram qui quando vult, præliis finem ponit, speramus, quod populo Christiano dat initium miserendi, cum ipsorum conterit inimicos. Datur etiam gentibus materies admirandi, quod quidam Sarracenus aetate juvenis, origine vilis, inter pastores a pueritia simpliciter nutritus, de novo sic omnibus peritus apparebat, ut omnes sapientiam ejus admirarentur, & nomen Jesu Christi publice prædicat: ita quod ipsi jam duo millia paganorum, & eo amplius concordantes ejus exhortationibus fidem nostram suscepunt, & fonte sacri baptismatis sunt renati, & circumcisionis sua condolent se sustinuisse dolorem; immenso tandem inimici nostri exultant gaudio, quia nos paucos sciunt, & pecunia pauperes, & armatorum copia sentiunt derelictos, &c. Subiicit, in maximum discrimen adductæ Terræ sanctæ opem afferat. Si enim ab

Adolescentes Saracenus plures populares ad Christiana diuinatus convertit.

(d) Extant apud Rog. hoc ann. Saphadinus & Babylonie nepotem eis. B.

Euphrate exar- scente Ba- bylonii fame pressi.

JESU CHRISTE
ANNUS
1202.

INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
5.

VACAT. IMP. OCCID.
ALEXI ANGELI IMP. 8.

Millesimus ducentesimus secundus Redemptoris annus exoritur, indicatio quinta notatus, quo merito divinum illud Sapientiae oraculum occini potest: Bonorum laborum gloriōsus est fructus (a); etenim post immensos ab Innocentio Romano Pontifice ad Marcualdi impetus propulsandos exantatos labores, maximo Romanae Ecclesiae, atque Italie commodo nefandissimus, infensiſſimusque tyrannus divina ultione e medio tollitur: cuius antequam infelicem interitum recensemus, de iis Innocentii laboribus dīcendum, quos suisse gravissimos ejus epistolæ declarant. In primis enim ad Pisanios rescribit (b) quarto non. martii, sinceram fidem ab ipsis per literas ostensam, verum haud sibi integre fecisse satis, qui suos e Sicilia non revocassent, ne Marcualdo opitularentur: quapropter imperat, ut eos inde avocent, ne ultra ratione tyranno faverent. Præterea ad universos Siculos missis literis præcepit, ut comiti Brenensi Gualterio, quem in Marcualdum (c) eo destinarat, fidem, dexteramque porrigerent. At præstat Pontificem ipsum hæc, aliaque prudentissime decernentem audire.

Innocentius &c.

Recepimus ab eodem comite super crucem, & evangelia publice juramentum, quod nec per se, nec per alium quicquam contra personam, vel coronam regiam attentabit, sed potius hostes Regis, & regni, nominatum autem Marcualdum, Diubulidum, & fratrem ipsius Oddonem de Lavian. & ejus germanum viriliter impugnabit, quod ipse fideliter executus bis, concedente Domino, mirabiliter obtinuit de Diubulo triumphum, & prostratis multis ex fautoribus ejus Oddon. de Laviana, & Sa. Diupuli germanum cum quibusdam aliis adhuc detinet vinculis alligatos. Volentes igitur per eum Regi, & regno plenus subvenire, ipsum contra Marcualdum in Siciliam destinamus, sperantes in Domino, quod desideratam de ipso victoriam citius assequetur. Licet autem usque adeo in obsequio Regis, & regni jam eluceat fides ejus, ut de puritate intentionis ipsius nullus penitus debeat dubitare, ut tamen omnis penitus suspicio speriatur, dilectum filium R. tituli sanctorum Marcellini, & Petri presbyterum Cardinalem Apostolicae sedis legatum, & nobilem virum Jacobum consobrinum, & marescallum nostrum in Siciliam duximus dirigendos, concessa eis plenaria potestate, ut gerant in illis partibus vices nostras, & personam regiam, si de Marcualdi manu fuerit liberata, faciant per familiares regios fideliter custodiri. Comiti etiam dedimus in mandatis, ut proce-

dat juxta dispositionem eorum, & ipsorum statutis humiliter acquiescat, &c. Dat. Lat.

Hactenus Innocentii literæ, quas post alias mense maio das exhibit hujus anni regestum, quæ vero his adnectuntur, (d) ad Petrum episcopum regium familiarem, ac Panormitanum archiepiscopum 39. designatum scriptæ sunt, ubi Innocentius commendata ejus fide, & opera, quam strenue in Sicili regni causa expliquerat, adeo ut exilium defectioni prætulisset, Gualterii comitis accessu consolatur, atque Saracenis ex ipsius sententia se scripsisse affirmat. Deinde vero 13. Kal. octobris Vellitris cum esset, Gualterio comiti, & Apuliae, Campaniæque præsidi hanc epistolam misit: (e)

Innocentius, &c.

Hoc est consilium, & beneplacitum nostrum, quod tibi sub obtentu gratiæ nostræ mandamus, ut quia tibi locus offertur, & tempus, & tam urgens necessitas, quam evidens utilitas hoc requirit, omni excusatione cessante, festines in Siciliam proficiendi contra perfidum Marcualdum, qui procul dubio te non expectabit in campo, sed in aliquo recludetur castello, sive de facili totam terram tibi faventem inveneres, & tam in expensis, quam aliis tibi, & tuis sufficienter poteris providere, tantumque bonum inde proveniet, quantum nec possumus, nec volumus literis explicare. Quod si forte non ires, tantum inde malum accideret, quantum omnipotens Deus accidere non permittat. Dum ergo te fama præcedit, & succedit fortuna, res non solum difficiles, sed pene impossibilis aggredi non formides. Et infra:

In tua præterea ponimus voluntate, utrum velis dilectum filium nobilem virum Jacobum consobrinum, & marescallum nostrum tecum venire, an ad custodiam terræ in Apuliam remunere (hoc ipsum eadem die Jacobo præcepit f). Apud comites etiam, & barones, aliosque fideles, & præcipue nobiles viros Rogerium Theatinum, & Jacobum Tricaricen. comites quibusunque modis potuimus studebis pro curare, ut Diubuldum impedian, & impugnat, ne terram tuam possit offendere, vel intrare, tuque per treguas, & alias conventiones placabiles componere studebas cum adjacentibus, & vicinis, nec timebas pro terra, quam personaliter deseres, quia si oporteret te damnum incurrire ex hac parte, tanto majus erit commodum, quod consequeris ex illa, ut damnum equanimiter sit commodo postponendum, &c. Datum Vellitri 18. Kal. octob.

Verum, ut scriptum est (g): Manus Domini pugnabunt pro eo, & adjutor ilius contra adversarios ejus erit. Dum enim

(g) Deut. 33.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.
5.

FIG

etiam ab Innocentio Papa hæc decernuntur, pro eo Deus, sævo, ac formidoloso Ecclesiæ, Siciliæque hoste prostrato, pugnam confecit, & Marcualdum non conflatis in eum copiis, non armorum terore intentato, sed exiguo lapillo permitit, sic enim habent ipsius Pontificis vitæ acta: Marcualdus vero Panormum obtinuit, & tam palatum, quam Regem in suam potestatem recepit, universum penne Siciliam preter Messinam sue subjugans ditioni, miseretque manum in puerum, & usurpasset sibi coronam, nisi præfatum comitem timuisset (nimurum Gualterium de quo paulo ante dicebamus) ad quem Regem defuncto regnum hereditario jure, ratione conjugis (erat enim Tancredi olim Regis filia) pervenisset, ideoque multifariam, multisque modis, & apud eum dominum Papam, & apud eundem dominum comitem cœpit agere, ut accepta pecunia regnum exiret: quod cum obtinebat non posset, tempus opportunitus observabat. Verum ille, qui non dimittit virginem peccatorum super fortē justorum, incipit per se ipsum, ne daret gloriam suam alteri, per fidem graviter flagellare, quidcum jam dudum calculosus fuisset, cœpit ex tunc de vita lapidis tam vehementer affligi, ut præ nimis doloribus ingenes clamores emittens, irremediabilibus cruciis torqueretur, & cum non posset aliter vehementiam ægritudinis sustinere, secari, vel incidi se fecit: sed subito miseram animam exhibavit. Hactenus gesta.

Marcuald.
Siciliam
Regem
que in
suam po-
tentiam
redigit.

Cur Re-
gem e me-
dio non
fuitulerit.

Marcual.
in ipsa
vesicæ ob-
calculum
sectione
moritur.

Hoc vero inter beneficia maxima cœlitus sibi concessa cum recenseret Innocentius, debitas Deo gratias laetus retulit, atque Montis Regalis archiepiscopo, & Petro episcopo Panormitano Antistiti renuntiato Regis familiaribus triumphales literas dedit.

Innocentius, &c.

Benedictus Deus (a), & pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui post nubilum fecit serenum, & post lacrymatiōnem & fletum, gaudium & exultationem induxit, qui non dereliquit virginem peccatoris super fortē justorum, sed causam vestram discrevit a gente non sancta, & eripuit vos ab homine iniquo pariter & doloso, qui non posuit Deum adjutorem sibi, sed in sua prævaluit vanitate: ut omnipotens Deus vos, aliosque fideles tanquam aurum in fornace probaret, quatenus probatio vestra fidei multo preciosior esset auro, quod per ignem probatur, similis grano lypnis, quod quanto plus tunditur, tanto fortius inardescit, unde flagellato tandem miserabiliter pestilentia viro, qui justo iudicio dies suos finivit in malum, nunc super hoc fuerint consummata. Ideoque discretioni tuae per Apostolica scripta man- damus, quatenus familiaribus ipsis studeat

pus propter nubis objectum solis radius non illuxerit, ex quo tamen nubes evanuit, splendor ipsius gratius elucescat: & vos, qui non curvatis genua vestra coram Baal, postquam nefandæ memoriae Marcualdus interivit, quæ vestre circa nos voluntatis impediebat effectum, ea tam vigili studio, quam studiositatem vigilantis studebitis operari, qua ad Apostolicae sedis honorem, & regia persona salutem, totiusque regni commodum magnifice redundabunt, &c. Dat. Velletri VIII. Kal. octob.

Idem de interitu Marcualdi hoc eodem anno ad Colonensem archiepiscopum litteris infra ex parte reddendis significavit. Marcualdo extinto Guillelmus, ait vitæ Innocentii anonymous scriptor, Panormum, palatum ac Regem in sua potestate recepit, & ex tunc se Regis custodem, & magistrum capitaneum Siciliæ appellavit: quidam vero de complicibus nefandæ memoriae Marcualdi hoc indigne ferentes, se in partem alteram statuerunt. Cancellarius autem (Gualterius scilicet Trojanus olim episcopus) opportunum sibi tempus advenisse existimans, per juratoriam cautionem, quod mandatis Apostolicis per omnia obediret, absolutionis beneficium impetravit, hoc quoque testantur Innocentii ad ipsum literæ (b) proximo anno afferendæ, regressusque in Siciliam, & adjungens se alteri parti adversus Capparonem agebat, miseretque nuncios & literas domino Papæ, ut legatum in Siciliam destinaret, &c. Sed de legatione illuc a Pontifice missa infra suo loco post sequentem annum dicetur.

(b) Lib. I.
6. ep. 71.

Interim antequam Sicilis rebus finem VI. imponamus, haud taciti prætermitemus, Aragonie Innocentium ab Aragoniæ Rege, ejus nuptiis Frideric ad nuptias inter ejusdem Regis sororem, cum inter & Fridericum Siculum Regem ineundas: soror enim Innocentius ad Jacobum consobrinum suum per literas testatur (c), que suam concilian- dis agit. (c) Inn. I.
5. ep. 51.

Per Apostolica scripta mandavimus, ut super hoc tam intra se, quam tecum, & cum dilecto filio Rofrido tituli sanctorum Marcellini & Petri presbyt. Card. Cassinen. abbate Apostolicae sedis legato consilium communicent, & quod ad consummationem hujus negotii statuerint, nobis significare prociunt, idoneos nuncios super predictis omnibus sufficienter instructis per sedem Apostolicam destinantes, ut cum nuncio nostro, quem propter hoc destinare ponimus ad Regem, & Reginam Aragonen. accedant, & sponsalia contrahere non postponant, ceteraque perficiant, quæ super hoc fuerint consummata. Ideoque discretioni tuae per Apostolica scripta man- damus, quatenus familiaribus ipsis studeat

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

sudere, uti ad hujus negotii consummationem intendant, & tu ipse ad id des operam efficacem. Dat. Lateran. non. iunii. Ut vero ejusmodi sint firmata sponfalia, ab eodem Pontifice infra audiimus.

VII. *Sed qui tot curas pro tuendo puerum regio suæ fidei a matre commisso consumebat, longe maiores pro Ecclesia suæ a Christo solitudini commendata probe regenda, restituendoque illius splendore collocabat. Cum ergo religiosam disciplinam plerisque in locis defloruisse summo dolore intueretur, revocare illum fategit: contulit etiam se ad Sublacense monasterium, ut religiosis salubres & pias leges diceret, ut primum sanctitatis florem recuperarent, (a) inter quas ea est: Quod si proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod B. Gregorius in dialogo narrat se fecisse. Qua lege rei habendæ cupiditatem, quæ evertere monasteria consuevit, funditus sustulit, ac post multa adjicit: Nec aestimet abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Cum vero ex his postremis Innocentii verbis: Quid abdicatio &c. maxima illa controversia inter autores (b) cum theologos, tum canonistas exorta, num solemine castitatis votum per religionis professionem emisum relaxari possit, placet communior sententia, qua asseritur, Romanum Pontificem id posse, cum nulla ratio affertur, quæ contrarium convincat, sine sufficienti autem ratione aliquid auctoritati Ecclesiæ derogare integrum non videtur. Loquitur autem hoc loco Innocentius de monacho, qui in communis & regularis vita observantia triplici voto obstrictus maneat. Ceterum potest quis ex tali monacho, ut ajunt, non monachus evadere, & tum ad nuptias ei convolare licebit. Cum vero plurimi abbates, priores atque aliis vitam effrenatam ac sceleratam ducerent, atque episcopis eos corrigere annitentibus, ad sedem Apostolicam provocassent, Innocentius tum A... S. R. E. Cardinali (c) Veronensi episcopo, tum episcopo Wigorniensi, (d) ut posthabitum ejusmodi appellatioibus, in eos disciplinæ rigorem exercerent, provinciam commisit. Cumque improbus ille mos induceretur, ut & filii parentibus extinctis in vacantes eorum obitu ecclesias sese nequissime inferrent atque intruderent, & (quod deterius est) sacerdotia doris loco filiabus quandoque tribuerentur, vigilantissimus Pontifex O-*

(a) Ib. ep.
32. Habo-
tur e.
Cum ad
de statu
monach.

(b) Theol.
in 4. dif.
38. D.
Tho. &
alii 2. 2.
q. 88. art.
xi. Cano-
nist. c. de
bst. mo-
nac.
& sum-
misæ
verb.
votum.

(c) Inn.
1.5. ep. 33.
(d) Ib. ep.
32.

xoniensi episcopo (e) ac Romaricensibus abbatissæ (f) & monialibus, ut tantus abusus omnino tolleretur, in mandatis dedit. Præterea Bisuntino archiepiscopo præcepit, ut laicos, qui clericos ad sacerdularia judicia trahere conabantur, coercendos curaret. Elenchi itidem episcopo aliisque in Eboracensem archiepiscopum Anglorum Regis germanum fratrem mulorum criminum postulatum inquirendi onus injungit: (g) quarto vero idus maii Bituricensi archiepiscopo, aliisque munus imposuerat, (h) ut de quibusdam civibus hæreticæ pravitatis insimulatis inquisitionem exerceant.

Sub ejusdem anni exitu Spalatensi archiepiscopo, atque Joanni capellano suo præcepit, ut Culini Bani una cum asselis suis hæresis infamia laborantis, regionem lustraret, (i) eorumque mores, ac fidem diligenter perquirerent, seque ad Henricum Ungarie Regem ea de re numeri scripsisse, quid vero ab eo respondeat. (j) Ep. 110.

Venerabilis in Christo patri Innocentio Dei gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici N.... eadem gratia Hung. Dalmat. Ram. Serviæque Rex salutem, & filiale in omnibus reverentiam.

Licet (l) universi, qui Christianæ fidei (l) L. 6. religione consentur sacrosanctam Romanam ep. 212. Ecclesiam tanquam piam matrem venerari, ac plurimum diligere teneantur, nos tamen quos inter devotos filios eadem Ecclesiæ spiritualius fovet, & amplectitur, ipsius honori, & utilitati præ ceteris potius, ac devotius pro posse nostro cupimus intendere. Hinc est, quod cum humiliis, ac fidelis sanctitatis vestræ capellanus Joannes ad presentiam nostram accedens, duos principes ex his, qui in terra Culini Bani, prout serebatur, damnatam hæreticorum sectam *, secum duxisset, nos in * fove spectis orthodoxæ fidei articulis, quos ad bant ipsius Joannis exhortationem illi, ad quos missus fuerat, jam suscepserant, eadem capitula sub sigillo nostro contenta domino illius terræ, filio scilicet memorati Culini, qui tunc apud nos erat, dedimus distictæ præcipientes, ut ea & alia, si qua Romana sedes eis de cetero secundum Deum transmittere decreverit, ab omnibus in terra sua faciat, inviolabiliter observari. Idem etiam cum hoc juxta voluntatem nostram admisisset, se in manu nostra, ac I... archiepiscopi Colocen. subsequenter obligavit, quod si de cetero suos prædictos, vel altos homines in hæresi scienter manutenere, vel defendere in terra sua præsumperit, mille marchas argenti persolvet, quarum medietas vobis, altera vero fisco nostro medietas obveniet. Illi præterea duo priores, qui cum præfato capellano vestro Joanne venerunt, tam pro se, quam

Quibus poenis Ba-
prudicos, vel altos homines in hæresi sci-
entier manutenere, vel defendere in terra sua
præsumperit, mille marchas argenti per-
solvet, quarum medietas vobis, altera ve-
ro fisco nostro medietas obveniet. Illi præ-
terea duo priores, qui cum præfato capel-
lano vestro Joanne venerunt, tam pro se,
quam

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.

quam pro fratribus suis, a quibus missi fuerant, in praesentia nostra juraverunt, quod constitutiones a jam dicto fideli te-gato vestro promulgatas, & sibi traditas firmiter obserbavunt in perpetuum.

IX. Extant præterea Innocentii geminæ ad ipsum Henricum Ungarorum Regem hoc anno datæ epistolæ. Cum enim ille Pontifici per nuncium significasset, Megani-pani terras in ditionem suam feliciter re-degisse, Innocentius earum altera (a) ep. 18. ei gratulatur additque: Monemus igitur magnificientiam tuam, & exhortamur in Domino, quia sicut nos tibi, & regno tuo in hac parte detulimus, sic celstudo regalis curet nobis, & Apostolicæ sedi deferre, institutiones Ecclesiæ Romanae in terra ipsa servari præcipiens, & cum plenius ad obedientiam nostram reducens, ut fiat unum ovile, & unus pastor, cum hoc ipsum tibi, & regno tuo videatur plurimum expedire. Datum Lateran. Id plane principibus plurimum expedit: cum enim reipublicæ fundamentum sit religio, hac pessumdata, omnia prostrandi necesse est; quod innumeris experimentis semper compertum fuit. Porro altera, (b) ex memoratis epistolis legatos se ab eo acceptissime ait, quibus Apostolicam sedem consulebat, num ex voto jam antea nunciato in Terram sanctam sibi traiciendum foret, an vero ob regni turbas id differendum videretur, eumque voti fidem solvere jubet.

X. Nec minus ad alia delenda scelera, quam hæresim expugnandam diligentiae afferebat, & quidem modo, ut ferebat occasio, benignum se in aperiendo paterno sinu pœnitentibus impertiebatur, ut Messanensem archiepiscopum admissum flagitium lugentem sacris restituit, justisque, ut regno defendendo incumberet; modo se asperiorem præferebat, ne disciplinam enervaret, & corrumperet, ac majoribus sceleribus majores pœnas infligebat. Ita cum quidam laicus ad sœnum, sacrilegumque facinus ab aliis impulsus, Catenensi episcopo linguam amputasset, postea vero facti pœnitens ad Apostolicam sedem accessisset, hæc statuit Innocentius, que ab ipso ad Orchaden. arch. scripta refert audire. (c)

Innocentius &c.

Ex literis tue fraternitatis acceperimus, quod Lumberd. laicus lator præsentium cum comite suo Catenensem in expeditione perrexit, ubi castello ab exercitu comitis expugnato, & imperfectis pene omnibus, qui erant in ipso, captus est episcopus Catane-sæ, cuius ut linguam abscederet, a quibusdam, ut dicit, de exercitu comitis est coactus. Quia vero gravis est, & grandis excessus, nos ei secundum formam Ecclesiæ absoluto talem & ad satisfactionem suam, & ad terrorem aliorum injunximus

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.

pœnitentiam, ut cum festinatione revertentes in patriam, discalceatus, & nudus præter tia publi-brachas, & laneum vestimentum, curtum, ca injuncta & fine manicis, lingua subtili funiculo re-lata illi qui ligata, & paulisper extracta, ut promi-linguam neat extra labia summitibus ejusdem fu-præscide-

niculi nexis in collo cum virgis in manu rat. quindecim diebus continuis per terram su-am, unde ipse est oriundus, & terram il-lam, unde erat episcopus mutilatus, ac circumpositam regionem, videntibus uni-versis manifeste procedat, veniensque ad ingressum ecclesiæ, sed nequaquam ingre-diens, prostratum in terram disciplinari se faciat cum virgis, quas in manu gesta-bit, siveque in silentio, & jejunio usque post vesperam diem ducat, & tunc ad susten-tationem naturæ pane tantum reficiatur, & aqua. Illis vero quindecim diebus peractis præparet se, ut infra mensem incipiat Hiero-solymitanam provinciam proficiere, ubi per triennium desudet in obsequio crucifixi, ar-ma de cetero contra Christianos minime as-sumpturus, & per undecim annos omnibus, sextis feris in pane, & aqua jejunet, nisi forte per indulgentiam alijus discre-ti pontificis, vel propter debilitatem cor-poris, vel propter fervorem aest. tis hæc abstinentia temperetur. Tu ergo redeun-tem hoc modo recipias, & injunctam sibi pœnitentiam eum facias obserbare. Datum apud monasterium Sublacum.

Parem severitatem in uxoricidam in-felicissimum distinxit; qui cum una cum filia, & uxore a Sarracenis in servitatem abductus fuisset, in summa annonæ inopia imperio principis occisæ filiæ carni-bus famem paverat, & crudeli alio Sar-racenorum edicto coactus uxorem inter-fecerat, cujus tamen carnes nimio hor-rore perfusus non degustarat, funesta tan-dem illa servitute liberatus multis lacry-mis sedis Apostolicæ misericordiam imploravit, cui Innocentius subjectæ pœnitentiæ asperrium genus imposuit.

Innocentius, &c.

Ad (d) Apostolicæ sedis clementiam la-tor præsentium Robertus accedens, pecca-tum suum grande quidem, & grave lacry-mabiliter est confessus, qui cum captus a Sarracenis cum uxore detineretur, & filia, mandatum exiit a principe terræ, quem ipsi nominant Admiratum, ut quia famis invalescerat inedia, quicunque captivus prolem haberet, illam occideret, cuius occa-sione mandati miser ipse, cum eum famis angustia perurgeret, occidit filiam, & co-medit. Cumque aliud exisset editum, pro-priam interficit uxorem, sed de carnis tia infla-egus gustare non potuit, cum ad vescendum et illi qui cottæ sibi fuissent oblatæ. Nos igitur tan-uxorem occiderat. nitentiæ duximus injungendam, ut nun-quam de cetero carnis pro quacunque necessitate vescatur, sed singulis sextis fe-

riis

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.
5.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

rius in pane, & aqua jejunet, similiter in secunda, & quarta feria quadragesimæ, quæ antecedit Natalem, & ejus quæ Pascha præcedit. Cæteris autem diebus utriusque quadragesimæ devote jejunans, uotantur sibi pulmento contentus, quod & in sanctorum vigilis diligenter obseruet. Discalceatus incedat cum tunica lanaea, brevissimo scapulari, pœnitentiale baculum ad mensuram unius cubiti gestans in manu, nibil amplius a quocunque recipiens, nisi quantum ad eum sibi sufficiat uno die, nec unquam per duas noctes in eodem loco moretur, nisi forte articulus necessitatis ingruerit, vel propter infirmitatem, vel hostilitatem, aut etiam intemperiem transire non possit; siveque sanctorum limina visitet per triennium, & cum venerit ad ecclesiam, prostratus non intret, nisi prius cum virga, vel corrigia suscepereit disciplinam: sine spe conjugii perpetuo perseveret, & publicis ludis nunquam interstet; orationem dominicam centum viciibus dicat in die, ac toties genuflectat. Peracto vero triennio cum literis istis ad sedem Apostolicam revertatur, misericordiam petiturus, & quod ab ea sibi fuerit injunctum, sataget obserware. Vos ergo fratres, filio misero misericordiam impendentes, in necessitatibus aperiatis ei viscera charitatis. Datum, ut supra tertio nonas sept. Ex his videre est ingenti quodam facinore patrato Romanum Pontificem ex diversis orbis terrarum regionibus consuli, eisque sententiam excipi consueuisse. Nec taciti prætermittimus aliam Innocentii epistolam de pœnitentiis, quæ clericis in gravi scelere deprehensi imponenda erant, codem anno ad Lugdunensem archiepiscopum datum, (a) ubi exauktoratos in monasterium detrudendos decernit.

(a) Inn. l.
5. ep. 101.
XII.
Dirempta de Sy-
pontino archiepi-
scopatu-
contro-
versia.

(b) Id. ib.
ep. 42.

(c) Id. ib.
ep. 96.

Nec igitur sanctorum Patrum nolentes institutionibus obviare, qui morbo epileptico laborantes a missarum solemnitiis arcendos esse decernunt, & præsertim bona memoria Gelasi Papæ predecessoris nostri,

qui edidit in simili casu canonicum institutum, quod est ultimum septimæ causæ capitulum in corpore decretorum, jam dictis Xantonen episcopo, & notario, & dilecto filio abbati de Corona nostris damus literis in mandatis, ut veritate diligentius inquisita, quæ secundum institutionem ejusdem Gelasi Papæ viderint facienda, Deum habentes pre oculis faciant auctoritate nostra suffulti, appellatione remora. Si vero propter præmissam occasionem, postulatio jam dicti Lectoren. episcopi juxta institutionem canonicam non fuerit admittenda, ea penitus non obstante, vobis eligendi pontificem auctoritate nostra tribuant facultatem.

Hoc eodem anno I. Lugdunensi olim archiepiscopo petente, Innocentius sacras In D. Ber. ho. preces ad S. Bernardi memoriam in missæ sacrificio recolendam dictavit, S. Bernardi collectam scilicet, ut vocant, secreta, ac post communionem sic ad ipsum rescribens:

Negare (d) nolumus, quod petere vobis, cum ex eo tam nobis, quam tibi ep. 61. fructus æternæ retributionis accrescat. Petisti namque rogatus a fratribus, ut ad honorem beati Bernardi primi Claraval. abbatis, quem Apostolica fides sanctorum ascriperat catalogo venerandum, nos ipsi collectam, & alias orationes ore proprio dictaremus, tum propter auctoritatem dictantis, tum propter stylum dictaminis, cum majori devotione dicendas. Et ecce sicut potuimus ad instantiam dilecti filii fratri Ranerii petitionem tuam curavimus exaudire.

Perfice quæsumus Domine pium in nobis sanctæ religionis effectum, ut ad obtinendam tuæ gratiæ largitatem beatus Bernardus abbas, & doctor egregius suis apud te semper pro nobis meritis, & precibus intercedat. Per Dominum nostrum, &c. Grata tibi sit Deus hujus oblatio Sacramenti, quod in memoriam dominicæ passionis, tuæ offerimus majestati. Per Dominum nostrum, &c. Suum in nobis omnipotens Deus cibus, quem sumpsimus, operetur effectum, ut incorporet sibi nos eus edentes, qui tecum, &c. Datum Lat. 4. idus junii. Postea vero eidem gravissimas quæstiones proponenti (e), sapientissime respondit (f), quæ extant in titulo de ep. 121. celebratione missarum, ac licet terantur manibus omnium, nos præter morem adducemus, tum ob rerum, quas continent majestatem, tum quia gratum plerisque erit literas pontificias integras legere, quas nonnulla sui parte mutilas canonistæ exscriperunt.

Innocentius, &c.

Cum Marthæ circa plarima satagit officia in cura regiminis pastoralis pro majori parte renuncians in domo Domini, quasi abjectus eligens habitare cum illis, qui partem optimam elegerunt, se

XIV.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.
5.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

des ad pedes Domini cum Maria, ut in ejus lege jugiter meditentur. Lippitudini Liæ, Rachelis pulchritudinem præferentes, eam in te credimus vigore intelligentiam scripturarum, ut non solum parvulis frangere possis panem, sed proiectis etiam cibum solidum ministrare, ac nodos solvere difficultem quæstionum. Verum quoniam in primatu Apostolorum principis Apostolicæ sedis magisterium recognoscens, ad eam creditis majores causas Ecclesiæ referendas, consultationibus tuis, quas non ob commodum utilitatis terrenæ, cum non civilem contineant quæstionem, sed animarum profectum, ut videlicet in lucem producent obscura scripturæ, novimus te movisse; libenter quod nobis inspirat Dominus, respondemus. Quæstisti siquidem, quæ sit forma verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus, & sanguinem suum transtubstantiavit panem, & vinum, cum illud in canone missæ, quo Ecclesia uitur generalis, adjicerit, quod nullus Evangelistarum legitur expressissime. Cum enim in Evangelio sic legatur: Accipiens calicem, gratias egit, benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum; in canone missæ sermo iste, videlicet mysterium fidei, verbis ipsis interpositis inventitur. Unde cum non Evangelista Christum Jesum dixisse testetur, moveris non modicum, & miraris, quod aliquis asseverare tentaverit, eum aliquid plus dixisse, quam Evangelistarum aliquis asseveret. Verum si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requiriuit, alia duo, videlicet, elevatis oculis in cælum, & æterni testamenti, poteris in ipso canone reperire, quæ in textu Evangelico non leguntur. Sane multa tam de verbis, quam factis dominicis invenimus ab Evangelistis omissa, quæ Apostoli vel supplevisse verbo, vel facto expressæ leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: Meminisse vos oportet verbi Domini Jesu, quod ipse dixit: Beatus est magis dare, quam accipere; hoc nullus quatuor Evangelistarum descripsit. Nullus etiam eorumdem expressit, quod Paulus ad Corinthios scribens, ait: Visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est & Jacobo; novissime autem tanquam abortivo visus est & mihi. Ipsa etiam Evangelista inter se mutuo supplevisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omessa. Unde cum tres Evangelistæ posuerint: Hoc est corpus meum solus Lucas adjecit: Quod pro vobis tradetur; & cum Matthæus, & Marcus dicant: Pro multis, Lucas dicit: Pro vobis. Matthæus autem in remissionem peccatorum adjungit.

Ann. Eccl. Tom. XX,

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

Ceterum ea, quæ adduntur in canone missæ, possunt ex aliis locis Evangelii comprehendari. Iohannes enim suscitationem Lazari descripturus, Jesum sursum oculos elevasse asserit, & dixisse: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Aliibi etiam dicit: Hæc locutus est Jesus, & sublevatis oculis in cælum dixit: Pater clarifica filium tuum. Si tunc igitur oculos in cælum levavit ad Patrem, cum ad corpus examine animam Lazari revocat, probabilius esse videtur, quod tunc oculos levaverit ad Patrem in cælum cum panem, & vinum in corpus, & sanguinem proprium commutavit. Ceterum sicut superius est expressum, cum in textu evangelico, novi testamenti ponatur, hic interponitur, & eterni. Nam vetus testamentum, quod bircorum, & vitulorum fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat: novum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æternam. Et ideo testamentum illud fuit vetus, & transitorum, hoc autem novum est, & æternum; vel ut utamur alia ratione, unde novum, id est ultimum esse describitur, æternum inde, id est perpetuum comprobatur. Novissimum etenim hominis testamentum immobile perseverat, quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod Apostolus testamentum in morte afferit confirmatum; alioquin non valeat, dum vixerit, qui testatur. Præterea non solum scripturæ, sed & promissio dicuntur testamentum, iuxta quod Apostolus ipse scribit: Ideo novi testamenti mediator est, ut re promissionem accipient, qui vocati sunt hereditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone repertur: Hic est sanguis meus novi, & æterni testamenti, novæ & æternæ promissionis scilicet confirmator, sicut Dominus reputat: Qui manducat, inquiens, carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. Ex eo autem verbo, de quo movit tua fraternitas quæstionem, videlicet mysterium fidei, monumentum erroris, quidam trahere putaverunt dicentes in Sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatem, sed imaginem tantum, & speciem, & figuram, pro eo, quod scriptura interdum commemoret id, quod in altari suscipitur, esse Sacramentum, & mysterium, & exemplum. Beringianos hereticos notat Innocentius, quorum imperitiam, simulque nostri temporis novatorum paucis refellens, & catholicam veritatem confirmans, adiicit: Sed tales ex eo laqueum erroris incurunt, quod nec auctoritates scripturæ convenienter intelligunt, nec Sacra menta Dei suspiciunt reverenter, scripturas, & virtutem Dei pariter nescientes. Si enim ideo quia figura est Sacramentum altaris, veritas esse negatur, ergo nec mors, nec resurrectio Christi, cum figura sit veritas, Q. 2 est

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.VACAT. IMP. OCCID.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

est credenda. Siquidem mortem, & resurrectionem Christi similitudinem, & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus, inquiens, mortuus est pro delictis nostris, & surrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum tamen princeps Petrus sic in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Sic ergo tam mors Christi, quam ejus resurrectio est exemplum, ut & nos peccato mortui iustitia jam vivamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuit Christus, nec vere a mortuis resurrexit: sed absit a fidelium cordibus error iste cum ipse Propheta de Christo testitur, quod vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam & aliud ibi creditur, quam cernatur, & aliud cernitur, quam creditur: cernitur enim species panis, & vini, & creditur veritas carnis, & sanguinis, ac virtus unitatis, & charitatis. Quod autem mysterium fidei dicitur in hoc loco, alibi secundum Joannem spiritus, & vita narratur. Nam spiritus est mysterium juxta illud: Litera occidit, spiritus autem vivificat; fides autem est vita, secundum quod legitur: Iesus meus ex fide vivit; proprie quod ipse Dominus dicit: Verba, quae locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quae sunt in hoc Sacramento discreta, videlicet forma visibilis, veritas corporis, & virtus spiritualis; forma panis & vini, veritas carnis, & sanguinis, virtus unitatis & charitatis. Primum est Sacramentum & non res; secundum est Sacramentum & res; tertium res, & non Sacramentum: sed primum est Sacramentum geminae rei, tertium vero gemini Sacramenti, secundum autem Sacramentum unius, & alterius res existit. Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum accepterunt successores; nam sicut superius est expressum, multa de verbis, & factis dominicis ab Evangelistis omisso & sermonibus supplererunt Apostoli, & operibus expresserunt. Haec de prima expositis questionibus; de altera vero:

XVII. Quæsisti etiam, utrum aqua cum vino in sanguinem convertatur: super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. A liquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo principia fluxerint Sacra menta, redēptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum, & aqua, quæ commiscerentur in calice, divina virtute mutantur, ut in hoc Sacramento plenæ sint veritas, & figura. Alii vero tenent, quod aqua cum vino transubstantiat in sanguinem, cum in vinum transseat mixta vino licet physici contrarium aſſe-

verent, qui aquam a vino per artificium posse afferunt separari. Præterea potest dici, quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit quod inde conicitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod sub eis latet, undique circumfunditur, non nadians circumfusum. Ipsa tamen accidentia vim appositum videtur afficere, quia si aqua pura fuerat apposita, vini saporem assumit. Contigit igitur accidentia permutare subjectum sicut & subjectum contigit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconveniens creditur, aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse creditur, cum legatur de ipsis latere processisse. Illud est autem nefarium opinari, quod quidam dicere præsumperunt, aquam videlicet in flegma converti: nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse, non attendentes, quod de latere Christi duo fluxerunt Sacra menta, & quod non baptizantur in flegmate, sed in aqua, juxta quod Dominus protestatur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Verum inter opiniones prædictas illa probabilitas videtur, quæ afferit aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressus elueat proprietas Sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi, juxta quod alibi legitur: Beati qui seminant super aquas, ideo vino aqua unitur, ut Christo populus adunetur: per hoc enim quod & suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu con jungimur, ut qui est unum cum Patre per ineffabilem unitatem, sit unum nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc ipsum communiter mediante cum Patre unum efficiemur. Pater inquit, sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos; non pro eis rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat, quia tu me misisti. Plura afferri possent, quæ cum doctissimus Cardinalis Baronius, aliquie fusilime retractarint, duximus prætermittenda, maxime cum uberrima nobis rerum gestarum missis ex reliquis Innocentii literis hoc anno datis suppeditetur: sed antequam ad illas convertamus stylum, videndum est quid ad tertium quæsum sit responderit.

XVIII. Tertio vero loco (ait) fraternitas tua requiravit, quis mutaverit, vel quando fuerit mutatum, aut quare, quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.VACAT. IMP. OCCID.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

codices continetur, sic videlicet: Annus nobis Domine, ut anime famuli tui Leonis haec proficit oblatio, cum in modernioribus sacramentariis habeatur: Annus nobis Domine quæsumus, ut intercessione beati Leonis nobis proficit oblatio; super quo tibi taliter respondemus, quod quis illud mutaverit, aut quando mutatum fuerit, ignoramus: scimus tamen, quia fuerit occasio ne mutatum, quia cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, quod injuriam facit martyri, qui orat pro martyre (verba sunt Augustini; Pontifex tamen sacræ scripturæ auctoritatem dicere ait, quod ex eadem scriptura infertur) idem est ratione consimili de sanctis altis sentiendum, qui orationibus nostris non indigent, pro eo quod cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos potius eorum orationibus indigemus, quos, cum miseri simus, undique mala multa perturbant. Unde quod in plerisque orationibus continetur, proficit videlicet, vel proficit huic sancto, vel illi talis oblatio ad gloriam, vel honorem, ita sine debet intelligi, ut ad hoc proficit, quod magis ac magis a filiis glorificetur in terris, aut etiam honoretur. Atque hæc est probata omnium theologorum sententia, nimurum sanctorum gloriam dumtaxat accidentaliter, ut ajunt, augeri. Licet plerique (subdit Pontifex) reputent non indignum, sanctorum gloriam usque ad judicium augmentari, & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Utrum tamen in hoc articulo locum habet illa distinctione, quæ docetur, quod defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt valde mali, alii mediocriter boni, & alii mediocriter mali: una suffragia quæ sunt a fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum, pro valde malis, consolations vivorum, expiations pro mediocriter bonis, & propitiations pro mediocriter malis, tua discretio investiget: de cetera tuis orationibus adjuvatu petimus apud Deum. Huc usque Innocentius.

XIX. Concessa multis privilegia.

(a) Innoc. l. 5. ep. 2. (a) Waltero præposito S. Petri de monte Sereno (b), ac

(b) Id. ib. Rogerio monasterii SS. Apostolorum Petri & Pauli, sanctique Augustini in Anglia, eorumque fratribus privilegia con-

(c) Id. ib. firmavit (c). Electo Ravennati archiepiscopo (d) indulget, ut ab Imolensi ecclesiæ ad archiepiscopatum illum traducatur, eique pallium per R. subdiaconum & capellani suum transmittit; impe-

ratque, ut intra anni curriculum Apostolico conspectui se sistat. P. tit. S. Marcelli presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato testandi potestatem facit (e). (e) Id. ib. Ad Dolensem abbatem & conventum scrip- (f) Id. ib. (g) Id. ib. (h) Id. ib. (i) Id. ib. (j) Inn. l. (k) Ep. 14. (l) Inn. l. (m) S. ep. 15. (n) Inn. l. (o) Reg. 134. (p) Inn. l. (q) Id. ib. (r) Id. ib. (s) Inn. l. (t) Id. ib. (u) Id. ib. (v) Id. ib. (w) Id. ib. (x) Id. ib. (y) Id. ib. (z) Id. ib. (aa) Id. ib. (bb) Id. ib. (cc) Id. ib. (dd) Id. ib. (ee) Id. ib. (ff) Id. ib. (gg) Id. ib. (hh) Id. ib. (ii) Id. ib. (jj) Id. ib. (kk) Id. ib. (ll) Id. ib. (mm) Id. ib. (nn) Id. ib. (oo) Id. ib. (pp) Id. ib. (qq) Id. ib. (rr) Id. ib. (ss) Id. ib. (tt) Id. ib. (uu) Id. ib. (vv) Id. ib. (ww) Id. ib. (xx) Id. ib. (yy) Id. ib. (zz) Id. ib.

Donationem a Viterbiensis F. Rainero Viterbiensi episcopo, ejusque ecclesie factam, ratam firmamque habet. (i) Sifridi Maguntini archiepiscopi ele- (j) Inn. l. (k) Ep. 14. (l) Inn. l. (m) S. ep. 15. (n) Inn. l. (o) Reg. 134. (p) Inn. l. (q) Id. ib. (r) Id. ib. (s) Inn. l. (t) Id. ib. (u) Id. ib. (v) Id. ib. (w) Id. ib. (x) Id. ib. (y) Id. ib. (z) Id. ib. (aa) Id. ib. (bb) Id. ib. (cc) Id. ib. (dd) Id. ib. (ee) Id. ib. (ff) Id. ib. (gg) Id. ib. (hh) Id. ib. (ii) Id. ib. (jj) Id. ib. (kk) Id. ib. (ll) Id. ib. (mm) Id. ib. (nn) Id. ib. (oo) Id. ib. (pp) Id. ib. (qq) Id. ib. (rr) Id. ib. (ss) Id. ib. (tt) Id. ib. (uu) Id. ib. (vv) Id. ib. (ww) Id. ib. (xx) Id. ib. (yy) Id. ib. (zz) Id. ib.

(i) Sifridi Maguntini archiepiscopatus compe- (j) Id. ib. (k) Ep. 14. (l) Inn. l. (m) S. ep. 15. (n) Inn. l. (o) Reg. 134. (p) Inn. l. (q) Id. ib. (r) Id. ib. (s) Inn. l. (t) Id. ib. (u) Id. ib. (v) Id. ib. (w) Id. ib. (x) Id. ib. (y) Id. ib. (z) Id. ib. (aa) Id. ib. (bb) Id. ib. (cc) Id. ib. (dd) Id. ib. (ee) Id. ib. (ff) Id. ib. (gg) Id. ib. (hh) Id. ib. (ii) Id. ib. (jj) Id. ib. (kk) Id. ib. (ll) Id. ib. (mm) Id. ib. (nn) Id. ib. (oo) Id. ib. (pp) Id. ib. (qq) Id. ib. (rr) Id. ib. (ss) Id. ib. (tt) Id. ib. (uu) Id. ib. (vv) Id. ib. (ww) Id. ib. (xx) Id. ib. (yy) Id. ib. (zz) Id. ib.

(i) Sifridi Maguntini archiepiscopatus compe- (j) Id. ib. (k) Ep. 14. (l) Inn. l. (m) S. ep. 15. (n) Inn. l. (o) Reg. 134. (p) Inn. l. (q) Id. ib. (r) Id. ib. (s) Inn. l. (t) Id. ib. (u) Id. ib. (v) Id. ib. (w) Id. ib. (x) Id. ib. (y) Id. ib. (z) Id. ib. (aa) Id. ib. (bb) Id. ib. (cc) Id. ib. (dd) Id. ib. (ee) Id. ib. (ff) Id. ib. (gg) Id. ib. (hh) Id. ib. (ii) Id. ib. (jj) Id. ib. (kk) Id. ib. (ll) Id. ib. (mm) Id. ib. (nn) Id. ib. (oo) Id. ib. (pp) Id. ib. (qq) Id. ib. (rr) Id. ib. (ss) Id. ib. (tt) Id. ib. (uu) Id. ib. (vv) Id. ib. (ww) Id. ib. (xx) Id. ib. (yy) Id. ib. (zz) Id. ib.

Qui autem Augustinum episcopum legitimorum natalium jure ornavit, roga- (i) Inn. l. (j) Id. ib. (k) Ep. 12. (l) Id. ib. (m) Id. ib. (n) Id. ib. (o) Id. ib. (p) Id. ib. (q) Id. ib. (r) Id. ib. (s) Inn. l. (t) Id. ib. (u) Id. ib. (v) Id. ib. (w) Id. ib. (x) Id. ib. (y) Id. ib. (z) Id. ib. (aa) Id. ib. (bb) Id. ib. (cc) Id. ib. (dd) Id. ib. (ee) Id. ib. (ff) Id. ib. (gg) Id. ib. (hh) Id. ib. (ii) Id. ib. (jj) Id. ib. (kk) Id. ib. (ll) Id. ib. (mm) Id. ib. (nn) Id. ib. (oo) Id. ib. (pp) Id. ib. (qq) Id. ib. (rr) Id. ib. (ss) Id. ib. (tt) Id. ib. (uu) Id. ib. (vv) Id. ib. (ww) Id. ib. (xx) Id. ib. (yy) Id. ib. (zz) Id. ib.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

reddita epistola, quam utpote gravioris momenti afferendam duximus. Flagitabat id beneficium a Pontifice, ut ditionem suam nulla ex legitima conjugie suscepta prole mascula, in naturalem filium transfunderet, atque Innocentio, ut eum fletet, Philippi Regis Francorum, cuius filios natalium dignitati afferuerat, exemplum afferebat: cui Pontifex disparem causam omnino esse respondit, tum quod Philippus Rhemensis archiepiscopi A. S. L. auctoritate uxorem deseruit, quod propinquitatē impedimenta uxori opponeret, quod jus illius repudii tunc anceps, & dubium foret, quod nulli principi obnoxius esset, ac sine alterius damno sedis Apostolicā subiicere se posset: ipsum vero nulla ratione, quam sola libidine in censum conculcatis sedis Apostolicā imperis repudiuni uxori impegisse, alterius principis esse beneficiarium, nec sine illius injuria, a cuius sceptro penderet, legitimorum natalium ipsius filii jus posse conferri.

Innocentius, &c.

(a) Lib. 5. Per (a) venerabilem fratrem nostrum Arelaten. archiepiscopum ad sedem Apostolicam accedentem tua nobis nobilitas supplicavit, ut filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis quo minus tibi succederent, natalium objectio non noceret. Quod autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatem, ex illo videtur, quod cum diversis causis inspectis cum quibusdam legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam dispensarit, sic ad actus spirituales ipsos legitimans, ut possent in episcopos promoveri, verisimilius creditur, & probabilius reputatur, ut eos ad actus legitimare valeat sacerulares, praesertim si præter Romanum Pontificem inter homines superiorem alium non agnoscunt, qui legitimandi habeat potestatem; quia cum major in spiritualibus tam prudentia, quam auctoritas, & idoneitas requiratur, quod in majori conceditur, licetum esse videtur etiam in minori. Per simile quoque idem videtur posse probari, cum eo ipso, quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis extollitur, eximitur a patria potestate. Præterea si etiam simplex episcopus scienter servum alterius in presbyterum ordinaret, licet ordinator satisfacere domino juxta formam canonicanam teneretur, ordinatus tamen jugum evaderet servitutis. Videretur sequi dem monstruosum, ut qui legitimus ad spirituelles fieret actiones, circa sacerulares actus illegitimus remaneret, unde cum quo in spiritualibus dispensatur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio B. Petri libere potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & supremi principis exequitur potestatem. Cum

(a) Lib. 5.
ep. 128.

ergo videatur ex his legitimandi auctoritas non tantum in spiritualibus, sed in temporalibus etiam penes Romanam Ecclesiam residere, ut super hoc filii tuis gratiam faceremus ob tua, & progenitorum tuorum merita, qui semper in devotione sedis Apostolicā persistissis, humiliter ex parte tua idem archiepiscopus requirebat. Videbatur autem ex eo trahere majorem audaciam postulandi, quod non longe petere cogebatur exemplum, sed in favorem petitionis hujusmodi, quod nos ipsos in causa simili fecisse dicebat, poterat allegare. Cum enim charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris charissimam in Christo filiam nostram I. Francorum Reginam illustrem dimiserit, & ex alia postmodum superducta puerum suscepit & puellam, & tu similiter exclusa legitima superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti, sicut cum filiis Regis ejusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate sedis Apostolicā dispensandum, praesertim cum major id necessitas suaderet, & tu nobis specialius sis subiectus. Siquidem Rex Francorum ex inclytæ recordationis Reginæ Francorum legitimum olim suscepit heredem, qui ei optatur, & creditur in regni solio successurus; (erat is Ludovicus, qui, ut antea diximus, Blancam Castellæ Regis filiam, & Joannis Regis Anglorum neptem in matrimonium duxerat.) Tu vero ex legitima conjugie masculum non habes heredem, qui tibi & in devotione nostra, & propria hereditate succedit. Insuper cum Rex ipse in spiritualibus nobis subjaceat, tu nobis etiam in temporalibus es subiectus cum partem terræ tue ab ecclesia Magalen. possideas, quam ipsa per sedem Apostolicam temporaliter recognoscit, quare Magalonen. ecclesia mediana, te nobis idem archiepiscopus asserebat temporaliter subjacere.

Verum si veritas diligenter inspicitur, res non similis, sed valde dissimilis inventur. Nam Rex ipse a prædicta Reginæ per bonæ memorie archiepiscopi Rhemen. Apostolica sedis legati fuit sententiam separatus: tu vero uxorem tuam a te, sicut dicitur, temeritate propria separasti. Ipse quoque prius, quam ad eum prohibito de non contrabendo cum altera perveniret, aliam superduxit, ex qua prolegaminam noscitur suscepisse: tu in contemptum Ecclesiae aliam superinducere attenasti, propter quod ipsa in te gladium exercuit ecclesiasticæ ultionis. Præterea Rex ipse prædictæ Reginæ contra patrimonium affinitatem objecit, & coram praefato archiepiscopo testes induxit, cuius sententia conquausta fuit solummodo propter judicium ordinem non servatum, non enim post restitutionem præfata Reginæ super hoc venerabilem fratrem nostrum Octav. Ostiensem episcopum, & dilectum filium

XXI.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

filium I... tituli sanctæ Priscae presbyterum Cardinalem cognitores duximus concedendos. Tu vero uxori tue nihil, quod divorzium induceret, sicut afferitur, objecisti, cum et si fides thori sit unum de tribus boni conjugii, non tamen ipsorum violatio conjugale vinculum violasset. De filiis quoque Regis ejusdem, utrum legitimi an illegitimi fuerint, quandiu pendet questio affinitatis objectæ, potest non immerito dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata, prædictum Reginam non esse Regis conjugem apparebit, & per consequens alia videbatur sibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperisse. De tuis vero, quod sint legitime nati, nec tu ipse proponis, nec ulla presumitur ratione. Insuper cum Rex ipse superiorem in temporalibus minime cognoscat, sine juris alterius lassone in eo se iuri dictioni nostræ subiicere potuit, & subjecit, in quo forsitan videtur aliquibus, quod per seipsum non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis potuerit dispensare. Tu autem aliis nosciri subjace, unde sine ipsorum forsan injuria, nisi præstarent assensum, nobis in hoc subdere te non posses, nec ejus auctoritatis existis, ut dispensandi super his habeas potestatem.

XXII. Rationibus igitur his inducti Regi gratiam fecimus requisiti, cautum tam ex veteri, quam novo testamento tenentes, quod non solum in Ecclesia patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem; verum etiam in aliis regionibus certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem causaliter exercemus, non quod alieno juri præjudicare velimus, vel potestatem indebitam usurpare, cum non ignoramus Christum in Evangelio respondisse: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, propter quod postulatus, ut hereditatem divideret inter duos: Quis, inquit, constituit me judicem super vos, sed quia sic in Deuteronomio continetur: Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspiceris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & non lepram, & judicum intra portas tuas verba videris variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ventensis que ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, querentes ab eis, qui judicabunt tibi judicii veritatem, & facies quocunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegit, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, vel ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministraverit Domino Deo tuo, decreto judicis morietur, & auferes malum de Israel, &c. (Excurrit ad illustrandam multis sacrae scripturæ textibus Romani Pontificis auctoritatem exercet, & supremi principis exequitur potestatem.) Licet igitur cum

XXIII.

Quod vero ad Regem Francorum attinet, de ipsis matrimonio loquuntur Pontificiæ literæ ad Rhemensem archiepiscopum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & Apostolica sedis legatum, hoc anno 3. nonas junias datæ, (a) quibus Inseburgi Reginæ consulendum ait, s. ep. 40. ne indefensa maneat, neve ejus causa a suspectis judicibus cognoscatur. Cum vero a Regis nunciis nuper ad se Romam missis Regem ipsum conqueri accepisset, a sede Apostolica severius secum, quam cum aliis principibus agi, ad eum pariter scribens, expostulationes istiusmodi haud æquas esse pluribus demonstrat:

Doloris (b) aculeus nostræ mentis intima penetravit, & cordi nostro mœror irruuit improvitus, cum in eo de nobis serenitas regia, sicut accepimus, conqueratur, super quo ab ipso & meruimus gratiarum, & expectavimus actiones. Proposuerunt enim dilecti filii magistri F... Au relianen. decanus, & VV... thesaurarius sancti Frambaldi nuncii tui ex parte regiae celstitudinis in audiencia nostra queritam firmius, ut eis injunctum fuerat, sicut credimus, afferentes, quod de te in causa matrimonii severius tractabamus, quam alii principes in simili casu consueverint pertractari. Nam olim inclytæ recordationis Ludovicus pater tuus, & Frider. quondam Imperator, & nuper charissimus in Christo filius noster Joannes Rex Anglorum illustris coram prælatis in terris propriis constitutis adversus eas, quas habere videbantur, uxores, servato juris ordine, & ecclesiastico ab eis fuerunt judicio separati, quod postmodum sedes Apostolica minime retrahavit. Cæterum si verum attendas, Imperator prædictus ab ea, quæ conjux dicebatur, segregatus, licet in regno Theutonico, fuit tamen per legatos sedis Apostolicae separatus, & nos in Regnum tuum legatos nostros destinare curavimus, ut dum matrimonii causam cognoscerent, & eam

(a) Inn. 1.

(b) Lib. 5.

ep. 50.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAR.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

& eam servato juris ordine terminarent: licet autem prædecessor Ludovicus quondam pater tuus, & præsens etiam Rex Anglorum ab his, quos sibi injunxerant prælatorum terræ suæ judicio fuerint separati, super diuertio tamen non fuit ad sedem Apostolicam querela delata; unde quod a prælatis ipsis factum fuerat, cum nullus penitus reclamaret, noluit revocare. Utrum autem Apostolica sedes dissimulare valeat querimonias oppressorum, & mulierum præcipue, que quanto infirmioris conditionis existunt, tanto sunt amplius in sua justitia confovendæ, utinam intelligeret regia serenitas plenus per seipsum, vel illi eam melius docuissent, qui consiliarii ejus, & familiares existunt, & in utroque sunt jure periti.

XXIV. Cum autem sententiam illam diuertii tanquam inordinate prolatam bonæ memorie Cœlestinus Papa prædecessor noster duxerit revocandam, nos ne, si causa tua maneret diutius in suspenso, cor regium sollicitudo nimis molestaret, per legatos nostros, quos in Regnum Francorum direximus, te voluimus expedire, qui hodie forsan negotium ipsum veritate comperta iuxta tuum desiderium terminassent, nisi eorum judicium declinasses. Per te namque recessum est a judicio, præterquam charifima in Christo filia nostra I... Regina Francorum illustris ab appellatione recessit. Novimus autem, & in hoc etiam tuæ serenitati compatimur, quod hujusmodi querimonia non ex ratione, sed sensualitate procedit, cum æquitatem severitatem appelles, & justitiam, quasi violentiam ægre feras. Ceterum potuisse Apostolica fides, si non tuo detulisset honori, non so-

lum prædictam retractare sententiam latam juris ordine non servato, sed in latorem ipsius ultiōem canonicam exercere, sicut bona memoria Nicolaus Papa prædecessor noster in Guntarium Colonien. & Teugald. Treviren. archiepiscopos in casu pene simili legitur processisse, qui & latam ab eis revocavit sententiam, & eosdem archiepiscopos depositi ab officio pastorali, immo etiam in Lotharium Regem, & superinductam excommunicationis sententiam promulgavit, quam idem Rex occasione sententiae ab eisdem archiepiscopis promulgatae, relicta Tebga, quam sibi legitimate copularat, Gualdradam, quam superduxerat in conjugem retinebat. Nos autem serenitati regia quantum cum Deo potuimus, deferre volentes, nec in eum, que sententiam tulerat, cum tibi sit consanguinitate conjunctus, processimus, nec in personam superinductæ, vel tuam sententiam aliquam duximus preferendam, sed terram tantum post frequentes communiones subjecimus interdicto. Cum ergo non secundum severitatem juris, sed æquitatem potius te duxerimus pertractandum, non demereri, sed promereri potius devotionem tuæ serenitatis credidimus, nec laidi te putavimus, si juste prosequeremur justitiam, sed juvari, &c. De his satis. Jam ab illius controversiæ, que Philippo cum Inseburge erat, contentione, ad difficultini belli, quod cum Joanne Regge suscepit, narrationem stylum convertamus.

XXV. Novæ hoc anno inter Anglorum, & Francorum Reges dissensiones exarsere, [1] quarum causam Parisius (a) in Philip- (a) Par. bift. Angl. an-

NOTÆ [1] Q uoad dissidium inter reges Galliæ, & Angliæ nonnulla tradit Nangius, frustra alio querenda, ait enim: Alienoride reginæ Anglia defuncta, cum rex Francia Philippus submonuisset Joannem regem Anglia filium ejus, ut Parisius venisset, sibi homagium facturus producat Aquitanie, & comitatu Pictaviensem & Andegavia, qui sibi post matris obitum obvernerant; & ipse ad diem prefatum minime veniret, nec responsalem sufficientem mitteret, rex Francia paratis expeditionibus Normanniam ingreditur &c. Alienoris filia Guillelmi IX. Aquitanie ducis ultimi Ludovico VII. Galliarum Regi nupserat, secumque Aquitanie Ducatum in regnum Galliæ invexit. Demum ab eo rege repudiata, quod sanguine sibi conjunctam esse jurando probasset, ab Henrico Normannia, & Andegavia comite, dein Angliæ rege adscita fuit in uxorem; ita tamen, ut Aquitanie ducatus Ludovico maneret teste eodem Nangio ad A. MCLII. Sed ex nuper adductis ejusdem Nangii verbis intelligimus, Ludovicum ita retinuisse Aquitanie ducatum ut Alienoridi tamen in feudum tradiderit. Quoad Pictaviensem, & Andegavensem comitatus forte eidem Alienoridi ex marito Henrico rege obvenerant. Post hæc subdit Nangius: Joannes rex Anglie Arturum Britanniæ comitem filium majoris fratris sui Girardi (comitis Britanniæ) defuncti, quem rex Francia Philippus miserat ad debellandum Aquitaniam, dum minus caute ageret apud Mirabellum cum pluribus cepit, quem, ut fertur, latenter peremit, super quo a baronibus Francia apud regem Francorum, cuius Vassallus erat, accusatus, cum comparere non vellet post multas citationes, per judicium parium exhibredatus sententiatur. (Hinc forte Joannes sine terris dictus) Arturo, itaque interfecto, & Alienoride sorore ejus in Angliam exilio relegata &c. Hæc Nangius, ex quo intelligimus, hallucinatos esse cum Raynaldo illos, qui ea, quæ de Alienoride sorore Arturi narranda erant, illi tribuant Alienoridi matri Joannis regis, quæ nec obsideri poterat in arce Mirabelli, nec in turre concludi, ac dein liberata in Angliam referri, cum ante bellum coepit obierit, & viçissim Alienoris Arturi soror ad Mirabellum capta, venit in potestatem Joannis, a quo, & in Angliam translata, & forte in turrim conjecta fuit. Hisce omnibus consona tradit Nicolaus Trivethus in chronicô, quod ad annum 1307. perduxit, quamquam obitum Arturi in sequentem

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAR.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

Dicor. dix inter
Angl. & Furoniæ, & Andegavia cederet, quod Franc. Reges. (a) Rig. in gest. Phil.

(b) Robert. in Appen. ad Sig. an. 1202.

anne habito ab ipso poposcerat, ut Arthuro Britanniæ comiti Normanniam, & Furoniæ, & Andegavia cederet, quod Joannes constanter se facturum negavit; (a) at Rigordus ait Philippum Joanni diem dixisse, ut objectis intra quindecim post Paschæ festum dies Parisis tanquam fiduciarius pro Andegavia, & Pictaviæ comitatibus, ac ducatu Aquitanie responderet, at Joanne imperia sibi facta responde in Anglorum Regis terras exercitum infudisse, nonnullasque arces cepisse; Arthurum porro fide ab eo accepta instructum non levibus copiis in Pictaviam missum, ut eam sibi subiiceret, Parisus, & Robertus (b) de monte consentiunt, eumque confluentibus nobilibus Pictavis, atq[ue] in ejus obsequium procumbentibus Alieonoram Reginam matrem Anglorum Regis apud Mirebellum obsidione cinxisse, atque oppido ad deditio[n]em compulso, ipsam in munitissima turri circumclusisse; interim Joannem discriminis, in quod mater adducta erat, certiore factum provolasse cum exercitu, atque obviam sibi venientes magna clade fudisse, atque inter ceteros ipsum nepotem Arthurum cepisse, ac matre liberata Turones, atque Andegavum in suam potestatem redigisse. Elapsò deinde aliquo tempore (inquit Parisius) Rex Joannes ad castrum Falesie veniens fecit sibi Arthurum nepotem suum presentari, qui cum esset coram eo adductus cepit eum Rex blandis alloqui verbis, & multos honores promittere, exhortans, ut a Rege Francorum recederet, & sibi ut domino, & avunculo fideliter adhaeret. Arthurus vero stulto usus consilio, Regi cum indignatione, & comminatione respondens, exegit, ut redderet sibi regnum Angliæ cum terris omnibus, quas Rex Ricardus habuit in possessione sua die qua decepsit, & quia hæc omnia sibi jure hereditario debebantur, affirmavit cum juramento, quod nisi celerius sibi jam dicta omnia restitueret, nunquam diuina pace frueretur. Audiens autem hæc Rex Joannes perturbatus est valde, præcepitque, ut Arthurus, apud Rothomagum mittereatur, & ibi in arce nova retrusus sub ar-

etiori custodia servaretur: sed non multo post idem Arthurus evanuit, modo fere omnibus ignorato, utinam non ut fama refert invida.

Audisti ex Parisio ut Anglorum regnum Arthuro deberetur, in quam sententiam Ricardus ipse, dum in orientem trajecurus Messinæ, illuc vi ventorum impulsum, subsisteret, publicis in tabulis, quas ad concordiam cum Tancredo Siciæ tunc imperante ineundam confecit, de Arthuro nepote suo, deque celebrandas inter illum, & Siculi Regis filiam nuptiis, hæc inter alia habet: *Pacis, & amicitiae fœdus auctiori adhuc vinculo Anglia astringentes, inter Arthorum egregium ducem Britannæ charissimum nepotem nondi debet strum & heredem (si nos decadere fine tæ prole contigerit) & illustrem filiam ejus matrimonium, volente Domino, duximus contrahendum, quod, Domino largiente debitam consummationem accipiet, cum illustris puella nubiles annos attigerit, aut prædicto domino Tancredo Regi placuerit, ut infra nubiles annos illa in uxorem nepoti nostro despontanda tradatur, nos ipsum nepotem nostrum hoc facturum concessimus, si sancta Romana Ecclesia decreverit similiter dispensare. Hæc apud Rogerium Riccardus Rex, qui etiam datis ad Clementem III. Romanum Pontificem literis, quas una cum prædictis tabulis recitat Rogerius (c) repetit confirmatque; sed ad Joannem Regem redeamus.*

Ille igitur Cantuariensi archiepiscopo admonente, & adhortante, peccata sua pœnitentia expiare, atque adeo mihi pœnitentes centum sumptibus suis in Terræ sanctæ subsidium mittere, eosque annum integrum ibidem alere, ac monasterium Cisterciensibus monachis construere decreverat: quod cum Innocentius accepisset, eidem de his per literas (d) gratulari (d) Inn. to s. ep. 20^o adhortarique, ut injunctam ab archiepiscopo pœnitentiam exequatur. Præterea Rothomagensi, (e) prædictoque Cantuariensi (f) archiepiscopis in Regis per ep. 31. duelles vindicandi, provinciam imposuit: (f) Reg. sed in illo plane cernere licuit, quod de post cand. dicitarum, ac solicitudinum spinis divini verbi semen suffocantibus monuit Domini verbi seminare.

R mi-

NOTÆ tem annum referre videtur, additque obiisse illum Rotomagi, & de morte ejus Joannem regem ab æmulis infamatum fuisse. Quoad Alienoridem sororem Arturi translatam afferit in Angliam, & in castro Bristolli honorifice exhibitam, ibidem confessuisse. Eadem denique de Alienoride confirmat chronicon Turonense ad hunc annum, cuius tamen chronici author, eadem tradit quæ Raynaldus hic quoad Alienoridem regis Johannis matrem, obsecum ab Arturo in arce Mirabelli, ibique eumdem Arturum captum a Johanne afferit in festo B. Petri ad Vincula. Cum autem author iste coœvus sit & iis, quæ agebantur vicini, ideo ejus assertioni fidem detrahere non audeo. Ex eo tamen emendandus est Raynaldus. Neque enim Alienoris mater regis unquam in Arturi manus incidisse potuit, cum puer ille obsidens adhuc Mirabellum in Joannis manus devenerit.

Hæc scripseram, cum forte incidi in breve chronicon Salmuriense, definens in annum 1236. In eo vero obitus Alienoridis reginæ Angliæ consignatur anno MCCIV. Quare Nangium errasse in iis, quæ supra retulimus, certum est. MANSI

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.

5.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

(a) *Luc. 8.* minus: (a) *Quod autem in spinas cecidit,*
redit ad *pristina* *sceleram.*

Joannes enim ex divino verbo non modo fructum non retulit, verum in deteriora etiam lapsus est. Quocirca cum ad Apostolicam sedem perlatum esset, Lemovicensem episcopum ab ipso injuriis laces- situm, spoliatum bonis, atque in exilium actum esse, valde his commotus Innocentius gravibus literis (b) imperavit, ut a

(b) *Inn. 1.* cœptis desisteret, atque episcopum in pristinum statum restitueret, alioqui se Bituricensi archiepiscopo ad eum compellendum munus demandaturum. Cumque Joannes, rogatus licet saepius ab Apostolica sede, & iussus, Othoni nepoti Imperatori renunciato legatum a Riccardo Rege defuncto relictum nondum sol- visset, aliis ad eum datis literis, (c) ut

(c) *Inn. 1.* quamprimum id praetaret, præcipit: *Moneamus igitur, inquit, serenitatem regiam & exhortamur attentius, quatenus manciis Regis ejusdem legatum ipsum cum integritate persolvatis, & cum nos ei jam publice favorem Apostolicum impendamus, tu quoque in ejus auxilium potenter, & regaliter accingaris: alioquin distinctionem, quam venerabilis frater noster Cantuarie- sis archiepiscopus propter hoc duxerit exerce- cendam, ratam haberi volumus, & præcipi- mus inviolabiter observari.* Datum Laterani 5. Kal. april. Quomodo autem Anglorum Rex foedus cum principe nepote suo sanxerit, paulo post ab ipso Othone audiemus.

XXVII. Quoniam vero in mentionem de Othone incidimus, videamus, quæ pro eo insuper gesserit Innocentius. Ex iis igitur, quæ e Germania reversus nuper E. acolitus suus de Adolfo Coloniensi archiepiscopo sibi retulerat, ut nutantem in officio contineret, ejus commendandi occasione arrepta post alia hæc subdit: (d) *Fraternitatem tuam monemus, & exhortamur attentius, & per Apostolica tibi scrip- ta mandamus, quatenus charissimo in Christo filio nostro illustri Regi Othoni in Romanum Imperatorem electo, quem ad regnum præcipue post Dominum tu vocasti, fideliter & potenter assistas, & quoscumque poteris ad devotionem & fidelitatem inducas.* Et paucis interiectis verbis: *Tu ergo cum aliis taliter te accinges, ut Regem ipsum nobis ut decet opportuno tempore represe- ntes, quod præmissis iis, quæ solent, & debent præmitti, nos eum in Romanorum Imperatorem, auctore Domino coronemus.* Datum Laterani nonis aprilis.

Post hæc cum ejusdem archiepiscopi ab Othone defectionem a pluribus accepis- set, ad illum hæc scripsit: (e) *Licet de fraternitate tua diversi nobis per literas, & nuncios suos diversa saepè significaverint,*

& adversa, quia tamen ex divina pagi- Inn. A.
nae didicimus lectione, quod non omni spi- dolphum
ritui est credendum, cum Angelus satanae Colon. a
se interdum in lucis Angelum transfiguret, defatio-
ne revo-
care niti-
tur.

(a) *Id. ib.* ep. 67. *etiam in ejusdem Trevirensis causa da-
ta, siquidem ad ipsum in primis scribens
nonis aprilis inculta anathematis religio-
ne imperat, (a) ut quemadmodum ju-
ratus ipso ponderat, Othoni faveret, at-
que adhæreret, eademque repetit aliis
ad ipsum datis literis, Laterani 6. idus
novemb. pont. ann. 5. Cumque idem ar-
chiepiscopus se ea dignitate abdicandi ab
Apostolica sede facultaten petiisset, Pon-
tifex Prænestino episcopo Apostolice se-
dis legato hæc mandavit: (b) *Si pro cer-
to cognoveris, quod talis ei valeat sine
divisione (Trevirensis scilicet ecclesiæ schi-
smatis) substitui, qui nostrum debeat ad-
implere propositum, & curam ecclesiæ Tre-
virensis utiliter exercere, tu nostra fretus
auctoritate liceniam sibi cedendi conce-
das, provisurus attentius, ut malum non
eveniat, quod timemus, & bonum prove-
niat, quod optamus. Datum Laterani 16.
Kal. decemb. anno 5. Paucis post diebus
quas paulo ante memoravimus ad Co-
lonensem archiepiscopum literas scripsit,
mandans, ut in Trevirensi diœcesi ob ar-
chiepiscopi, cæterorumque contumaciam
spiritualem jurisdictionem exerceat.**

XXVIII. Inn. Pa-
travien-
sem ep.
contumaciam
sibi
sistere ju-
bet.

Nec te, inquit, inducere illud debet, quod a quibusdam maliloquis in dispendium tue famæ configitur, videlicet quod labores, & expensas hujusmodi solus nequeus tolerare, cum pro tuenda Coloniensis ecclesiæ dignitate non solum terrenam erogare substan-
tiam, sed animam etiam ponere tene-
ris. Ad calcem vero epistole de rebus Italicis certiore illum faciens subdit:

Sane nosse te volumus, quod damnatae Hostes
memoriæ Marcualdus, qui nos magis frau- Eccl. ma-
dibus, quam viribus molestabat C. dux
olim Spoleti, qui ut in locum ejus succe- le pere-
deret, in Siciliam accedebat, Otho de
Barcisten, qui sanctæ memorie Leodiensem episcopum interfecit, & frater ipsius de-
xtera Domini faciente virtutem, misera-
biliter expraverint. Unde cum in eorum deceſſu pars ipsorum sit pene penitus an-
nullata, pro parte majori a sollicitudini-
nibus regni Siciliae liberati, super negotio Imperii plenius intendemus; nam etiam
charissimo in Christo filio nostro F. illus-
tri Regi Siciliae sror charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum est de mandato nostro, & assensu suorum familiarium deponſata, & nunc sunt mis-
si solemnies, qui non solum eam, sed & na-
trem deducunt, ut ipsa querum nutritat, &
puellam. Hactenus Innocentii epistola.

Hanc vero in codice alia præcedit eidem Adolfo in Trevirensi archiepiscopum missa. (g) Plures enim hoc anno ab In-

(g) *Inn. cit. cod.*
no. 77.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.

5.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

dis legatus) ad predictam diem coram se adiit; næc adversus contumaces Germaniæ episcopos Innocentius.

Præterea hoc itidem anno apud universos Germaniæ principes questus est (b), (b) *ib. ep.* 78. Queritur literas in-
telligit, quod nonnulli Ecclesiæ Impe-
rii exosi concordiam, quæ ipsi scripsi-
set, in pravas interpretationes detorque- que.

Præterea hoc itidem anno apud universos Germaniæ principes questus est (b), (b) *ib. ep.* 78. Queritur literas in-
telligit, quod nonnulli Ecclesiæ Impe-
rii exosi concordiam, quæ ipsi scripsi-
set, in pravas interpretationes detorque- que.

(i) *Cir. cod. Vat.* ep. 80.

Venerabilis in Christo patri, ac domino

Innocentio sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Otto Dei gratia, & sua Romanorum Rex, & semper Augustus, debitam subjectionem & reverentiam cum filiali dilectione.

Paternitati vestrae pater sancte signifi-
camus, quod Coloniensis ecclesia Coloniensem archiepiscopum ita nobis in fidelitate alligavit, quod ipsum nunquam firmorem aut stabilitatem habuimus, quam nunc ba-
bemus, quia si a compromissione facta re-
fliire vellet, non posset. At quam ipsum

refellerit opinio, non ita multo post exi-
tus demonstravit. Subdit idem princeps de Anglia Rege: *Sciatis præterea, quod nos cum chirissimo avunculo nostro Rege Angliae sumus confederati, ita quod con-
tra omnes homines in rebus & in pecunia nobis subvenire tenetur, una cum regno suo,*

*& nos ei fulvo honore & honestate Roma-
næ Ecclesiæ, cui nos, & ipse nunquam de-
rimus. Tenetur enim avunculus noster cum Rege Franciæ facere pacem, sicut & nos de mandato vestro tenemur; alioquin pa-
cem & concordiam cum ipso non feci-
mus, nisi vobis & Romanæ Ecclesiæ vide-
remus expedire. Nihil etiam teste legato*

*fecimus in præjudicium Regis Franciæ: in
spe sumus cujusdam magnæ nostræ promo-
tionis, de qua cum certisfici fuerimus,
quam Deo volente breviter sciemus, vobis
tanquam patri & domino nostro signifi-
cabis, & vos cum tota curia per Dei gra-
tiam gaudebitis. Sciatis insuper certissime,
quod omnem promotionem nostram post De-
um sanctitati vestrae recognoscimus. Nun-
cios nostros, vos ad certificandum de sta-
tu nostro, vobis saepius transmittimus; sed
si ad vos veniant, ignoramus. Nos enim*

*super omnia prosperum statum vestrum au-
dere desideramus. Ea que scripsisti pro
nobis in Theutonia, supplicamus idem fa-
ciatis in Italia. Quid ad hæc Innocentius,
quidve pro eo in Italia gesserit,
proximo anno videbimus.*

Porro inter tot offusas septentrioni dis-
missionum, prævaricationumque teneras

XXIX. Wil-

R 2 Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

Wilhelmi Roschilensis abbas, [1] qui hoc anno in Dania vinculis corporis solutus ad Deum evolavit, sanctitatis suæ multis miraculis illustratae splendore effulgit. Evocatus olim fuerat e Galliis in eam provinciam ab Absalone magni nominis viro, tum Roschilensem episcopo, ut collapsam in iis partibus regularem disciplinam restitueret pristinæ dignitati, ut ipsius Wilhelmi discipulus, qui ejus gesta summa fide historiæ tradidit (a atque ex ipso colligit Baronius) (b) qui post plurima & egregia ejusdem enarrata facinora, ista ad hujus anni periodum spectantia, æternaque memoria celebranda adiicit (post ostensum scilicet illi divinitus sui obitus diem:) Jam septimus volvebatur annus, & sacrum agebatur, quadraginta tempus a cunctis fidelibus sancta doctione observandum, eratque vir domini sedulo occupatus commemorandis novissimis suis, & quotidie cum summa contritione cordis & lacrymarum profusione, atque multa cum reverentia sacrificium missæ Domino offerebat, & corporis & sanguinis ejus sacrosancta communione se se ræmuniiebat: ea autem die, que Cenam Domini proxime antecedit, cum esset in cubiculo cum quibusdam fratribus, conquestrus est prior se illum noctem habuisse longe omnium molestissimam: ille contra affirmabat se nunquam potitum esse nocte latiori atque jucundiori: Vidi enim, inquit, D. Jesum, cui duo alii aderant, & ego tertius accessi, & ineffabili sum dilectione affectus. Respondit prior. Foritan pater sancte, Dominus Jesus te acceditum venit ad regnum suum, sicut pollicitus es, priusquam in hoc regnum te conferres. Tum abbas suspirans, & fletibus ora perfundiens: Fiat mibi, inquit, secundum verbum tuum, &c. In sabbato sancto fratres cum horabantur, ut sacram unctionem perciperet: at ille libenter se illius sacratissime noctis vigiliis interesse velle aiebat, mirabiliter fervore incensus erga cultum divinum: sed neque virium imbecillitas, neque fratres id ut faceret, permittebant. Designati autem sunt certi fratres, qui apud illum ea nocte permanerent: ex quibus u-

num & se accersens: Scis, inquit, fili, quia nova adeſt solemnitas Christianis omnibus veneranda. Itaque & nos debemus Illius novis vestibus indui, affer quæſo ad me nitentia vestem quam habes, ut illa induar; intellexit ille facile quam diceret vestem, attulitque ei novum cilicium, eoque, prius ablato veteri, eum induit. Rursus autem admonetur ab adjutantibus vir sanctus, ut sacrum unctionem admitteret; respondit ille: Praeſante Domino meo Iesu Christo lucem expectabo; jam aurora rutilante cum canerent in ecclesiis fratres, ut venientes ungerent Iesum, prior accedit aliquot fratribus chorum exiit, sacrum oleum secum ferens. Vir sanctus illo veniente tendebat ad extrema, atque hoc solum crebro repetebat: Cito, cito. Peracta inde sancta unctione depositus est super cinereum & cilicium: sic enim decere mori Christianum jam olim dixerat beatissimus Martinus Turorum episcopus, ibi tum feliciter emisit spiritum oētavo idus aprilis, anno Christi MCCII. etatis vero sue 98. a suscepto vero abbatis officio 40. Hæc de viri sanctissimi exitu auctor.

Postea sacrum ipsius funus enarrare pergit, ac plura miracula ipsius beneficio patrata; addit etiam duobus adolescentibus ipsius felicitatem divinitus demonstratam, alteri quidem pio admodum objectum esse Angelis stipatum in cœlum. concendere, ringentibus invidia dæmonibus, quod ipsi aditum intercludere non potuissent; alterum vero haud dispari visu ad meliorem vitam traductum: Alter ex his Nicolaus nomine a monasterio afferetur, & dabat operam literis Hildesii, quod est Saxonie oppidum. Is vidit personam quandam sibi ignotam in stola candida cœlum scandere, & intra albantes nubes ita recipi, ut tantum pedes, & extremeræ vestes cernerentur. Stetit igitur affixis cœlo oculis admirabundus, sed mox adeſt quidam sciscitans, quid ita miraretur? ac deinde subiungens: Hic homo, quem vidisti in cœlum recipi, abbas tuus est, qui multa patientia vicit seculi persecutiones: nunc autem coronatur, quid fideliter permanerit in mandatis Domini sui.

Ex-

Viri san-

cti ex-

quia.

Cœlesti
vifum de
illius felici-

itate.

Auxilia
Terra
sanctæ
submissa.

(b) In. 15.
ep. 26.
Literæ
Pontificis
de expedi-
tione
sacra.

Expergefactus Nicolaus ducitur pœnitentia, reditque ad suum monasterium, & recommendationi ſe offerens, hanc visionem omnibus enarravit. Atque hæc de Willermo quem postea Honorius III. Innocentii successor, ut ſuo loco dicetur, in sanctorum album retulit.

XXX.

Viro sancto alterius quoque sancti felicis obitum Fulconis presbyteri, quem miraculis, ac piis operibus coruscasse in Galliis vidimus, conjungimus. Is Innocentii imperiis prædicandæ cruci ſe devoverat, coactisque maximis copiis Venetas acceſſerat, ubi sanctissime e vita discessit: crucifixi vero plures cum trajectione arcerentur, partim obire, partim rediere, alli ſua conſumpſere. Afflictam porro, & concuſſam gravifimo terræmotu Syriam hoc anno die 30. maii tradit D. Antoninus;

(a) S. Ant.

2. par.

tit. 17. c.

9. §. 31.

Terræmo-

tus hor-

rendus in

dæquatam,

Tripolim

magna ex parte

everſam,

populi

magnum

partem

obru-

tam,

Antaradon

autem

illæſam

ſtetiffe,

in qua

B.

Petrus

Apoſtolus

primam

baſi-

licam

B.

Virgi-

ni exci-

tarat,

inde ſecutam

terre

ſterilitatem,

atque

epidemicos

mor-

bos

graſſatos

effeſt.

Afflictam ergo Terram S. ſolaturus Innocentius, ne ab hoſte consumeretur, auxiliares ei copias ſubmittere omni animi contentione ſategit, jamque expeditione egregie instruta legationem illuc decrevit, cujus obeundæ onus duo S. R. E. Cardinales ſuſcepereunt, de quibus praefat Pontificem iſum audi- re, ad transmarinos enim patriarchas, epiſcopos, abbates, priores, & universi clerum ſcribentem (b) habentur hujusmodi literæ poſt alias datas 8. Kal. maii) ubi quædam praefatus ait: Verum quia nec ciſmarini, nec ultramarini bæſtenus ſicut debuerant, Dominum placaverunt, quia ſi fruſtra prædeceſſores noſtri Romani Pontifices laborarunt, fruſtra laboravit etiam populus Christianus, niſi forſan quanplures etiſi Hierufalem terram recuperare nequierint, cœleſtem tamen, ut credimus, per palmam martyrii ſint adepti. Cum ergo nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiiſi inhabentes fidelium populos ad ſubſidium Terræ sanctæ duxerimus commonendos, & jam eo faciente, qui actiones noſtras aſpirando preuenit, & prosequitur adjuvando, multi nobiles, & potentes de regno Francorum; immo etiam multa de diversis partibus multitudine aſſumpſerint ſignum Crucis, & in ſubventionem veſtram viriliter accingantur, ne (quod abſt) inanis ſit labor eorum, ſi zizania inter eos ſuperſeminante homine inimico, Angelus, qui de iſorum medio colligat omnia ſcandalata, non

mittatur, dilectis filiis noſtris Sipriodo tituli ſanctæ Praxedis, & Petro tit. S. Marcelli preſb. Cardd. Apoſtolicæ ſedi legati vi-ris propria, & discretis tam in opere, quam ſermone potentibus labore peregrinationis injunxiimus, ut uterque, vel alter eorum exercitum Domini cum humilitate præcedat, & cum in concordia forent, & ad pacem revocent impacatos. Extat eisdem Pontificis ad prædictum G.... Cardinalem le- gatum datum diploma, (c) quo iſiusmo- (c) Id. ib. di in ultramarinas partes ampliſſimam. ep. 27. provinciam impertit.

Hic vero depellenda calumnia, refu- tandaque eſt, quam expeditionis hujus occaſione Matthæus Parisius pro more ſuo adverſus Pontifices, & curiam Ro- manam malevolentia ſuſſus optimo Pon- tifici inuincere hiſ maledicentia veneno per- litis verbis nititur (d): Eodem anno cum (d) Par- biſt. Angl. an. 1202. (a) ante Ascensionem Domini, auditam terribilem vocem, magnamque Acconenſis urbis partem cum regio palatio cor- ruſſe, Tyrum magna ex parte ſubverſam, Accam munitissimam arcem ſolo a- dæquatam, Tripolim magna ex parte eversam, populi magnam partem obru- tam, Antaradon autem illæſam ſtetiffe, in qua B. Petrus Apoſtolus primam baſilicam B. Virgi- ni excitarat, inde ſecutam terre ſterilitatem, atque epidemicos morbos graſſatos eſſe. Afflictam ergo Terram S. ſolaturus Innocentius, ne ab hoſte consumeretur, auxiliares ei copias ſubmittere omni animi contentione ſategit, jamque expeditione egregie instruta legationem illuc decrevit, cujus obeundæ onus duo S. R. E. Cardinales ſuſcepereunt, de quibus praefat Pontificem iſum audi- re, ad transmarinos enim patriarchas, epiſcopos, abbates, priores, & universi clerum ſcribentem (b) habentur hujusmodi literæ poſt alias datas 8. Kal. maii) ubi quædam praefatus ait: Verum quia nec ciſmarini, nec ultramarini bæſtenus ſicut debuerant, Dominum placaverunt, quia ſi fruſtra prædeceſſores noſtri Romani Pontifices laborarunt, fruſtra laboravit etiam populus Christianus, niſi forſan quanplures etiſi Hierufalem terram recuperare nequierint, cœleſtem tamen, ut credimus, per palmam martyrii ſint adepti. Cum ergo nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiiſi inhabentes fidelium populos ad ſubſidium Terræ sanctæ duxerimus commonendos, & jam eo faciente, qui actiones noſtras aſpirando preuenit, & prosequitur adjuvando, multi nobiles, & potentes de regno Francorum; immo etiam multa de diversis partibus multitudine aſſumpſerint ſignum Crucis, & in ſubventionem veſtram viriliter accingantur, ne (quod abſt) inanis ſit labor eorum, ſi zizania inter eos ſuperſeminante homine inimico, Angelus, qui de iſorum medio colligat omnia ſcandalata, non

mit-
tatur,
Refutatur
Parifiſi ca-
lumnia.

(d) Par-
biſt. Angl.
an. 1202.

(e) Bar.
an 1197.
n. 16. 17.
to 12.

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

NOTE [1] S. Wilhelmi Roschilensis abbatis obitus ad annum ſequente pertinet; quod ex ipſo ſtormo eius ſcriptore elicitur. Aſſerit enim deceſſe illum aurora diei paſcha- incidunt. Qui vero aſſerunt cum Baronio, & Pagio ſanctum illum virum anno 1161. e Gallia, in Daniam venisse, illi profeſio erroris ex eo arguantur, quod Alexander III. dum Senonis el- fet die XV. Kal. Septembris literas dedit ad abbates S. Victoris, & S. Germani Parifiſis, ut ad eum eodem Wilhelmo, tunc adhuc S. Genoviesæ Canonico, venirent Extant literæ il- lœ apud ſocios Bollandianos ad diem VI. Aprilis, ubi vitam ſancti hujus illuſtrant. Anno ve- ro 1164. Auguſto mense Alexander Senonis agebat. Eodem igitur anno Wilhelmus in Daniam trajecit; obiitque proinde tranſmigrationis hujus ſue anno 39. quem in gratiam nu- meri rotundi vitæ ejus ſcriptor in annum 40. transformavit. Ideo vero Author idem obiit virum ſanctum anno 1202. notat, quia cum novum annum a paſcha inciperet, noctem totam paſchali diei præcedentem eidem anno 1202. definiſſenti assignat. MANSI

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

Annonæ caritas. Cæterum hoc anno id Innocentium præstisse facile ostenditur, cum Fosse novæ chronici auctor magnam annonæ caritatem per universam Italiam incanduisse, atque adeo hunc famis annum ab omnibus appellatum testetur: [1] ne autem calumniator aliquis pontificiam ejusmodi liberalitatem cum hoc pariter anno extinxet arbitretur, cœptam de Innocentii beneficentia narrationem ejus gesta persequuntur:

XXXII. Ab initio promotionis suæ ad eleemosynas deputavit universos proventus ad se pertinentes de oblationibus basilicæ S. Petri. Præterea de cunctis proventibus suis faciebat integrum decimam in opus eleemosynæ separari, & de residuo licet occultas, sæpius tamen largas eleemosynas impendebat, universaque oblationes provenientes ad pedes ipsius secundum antiquam consuetudinem accipiēbat eleemosynarius erogandas; faciebat ergo famelicos refici, nudos vestiri, virgines pauperulas maritari, pueros expositos enutriri, subveniebat frequenter monachis, & monialibus indigentibus reclusis, & eremitis, domosque religiosas visitabat multoties, & a debitis liberabat, circuibat, & investigabat diligenter eleemosynarius ejus pauperes, & debiles, maxime nobiles, dubaque illis sigilla, ut per eos, qui ipsi referrent, singulis hebdomadibus pecuniam destinaret ad victimum, & sæpius talibus quindecim libras per hebdomadas impendebat, exceptis illis, qui quotidie recipiebant aut nummos, aut cibos, aut vestes. Permittebat etiam idem benignissimus Pontifex pauperulos puerulos ante mensam suam post finem refectionis venire ipsius, & de his, quæ coram eo remanserant, virtualia exhiberi. Sabbatis quoque faciebat mandatum, lavans, ac tergens, & osculans pedes duodecim pauperum, & singulis duodecim nummos impendens, faciens refectionem omnibus ministrari. Fecit etiam propriis sumptibus ad opus infirmorum, & pauperum hospitale S. Spiritus in Saxia apud S. Mariam in strata publica juxta Tiberim, ante basilicam S. Petri quod quantum ditaverit, & dotaverit aedificiis, possessionibus, & redditibus, thesauris, ornamenti, libris, & privilegiis, per se satis appareat, & ut religiosus cultus, & hospitalitatis gratia, quæ nunc vident, ibidem semper abundant. Instituit etiam apud hospitale prædictum stationem solemnem dominica prima post octavam Epiphaniae, in qua populus illic confluens Christianus ad videndum, & venerandum su-

darium Salvatoris, quod cum hymnis, canticis, & psalmis, & faculis a basilica S. Petri ad locum illum processionaliter deportatur, & ad audiendum, & intelligentem sermonem exhortatorium, quem ibi facere solet Romanus Pontifex de operibus pietatis, & ad promerendam, & obtinendam indulgentiam peccatorum, quam exercentibus se ad opera misericordiae pollicitur, ad quæ ut alios non solum verbo provocet, sed exemplis, egenis omnibus ad illas spirituales nuptias concurrentibus panes, carnes, & denarios constituit elargiri, quorum omnium rationem idem prudentissimus præfus exposuit in homilia quam super illius diei Evangelium exaravit. Quantum vero munificus, & studiosus extiterit circa cultum, & ornatum ecclesiasticum, sequentia manifestant. Multa addunt de innumeris, ingentibusque munibibus, quibus plures ecclesias, monasteria, aliaque sacra loca exornavit, sed ne illa fastidium lectori pariant, consulto omittimus, cum ea præsertim jam in lucem prodierint. Plura de Innocentii effusa liberalitate addi possent, quæ alibi jam dicta, & suo loco dicenda relinquimus. De objecto vero coelesti, quod a Parisio indicatur, cum idem videatur, quod Cæsarius tradit (a), opportunio- (a) Cf. lib. 7. c. 6.

Hoc anno magnorum principum literas, & legationes a remotioribus regionibus excepit, de quibus in ejusdem Pontificis vita exactissime agitur, cuius nos ordine servato a Bulgaricis rebus narrationem auspicemur. Meminerit lector vigilissimum pastorem totius dominici gregis curam gerente legationem cum literis (b) ad Calo Joannem Bulgarorum (b) An. Regem mississe. Joannes autem, inquit genitorum auctor, nuncios, ac literas dominice ni Papæ devote recipiens, rescripsit hoc modo:

Venerabili (c), & sanctissimo Patri summo pontifici, ego Calo Joannes Imperator Bulgarorum, & Blacorum gaudium, & suatum mando tibi.

Notum facimus sanctitati vestre, quod nos receperimus vestras sacrosanctas literas, quas nobis portavit religiosus archipresbyter Brundusinus, & nos repavimus eas charas super omne aurum, & quemlibet lapidem pretiosum. Unde multis egimus gratias omnipotenti Deo, qui visitavit nos servos suos indignos secundum suam ineffabilem bonitatem, & respexit humilitatem nostram, & reduxit nos ad me-

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

memoriam sanguinis, & patriæ nostra, a qua descendimus. Et nunc sancte pater, tanquam bonus pastor, & caput omnium fidelium Christianorum filios sanctæ catholicæ & apostolicæ sedis congregare volens in unum, requisihi nos remotos secundum corpus. Et infra: Sanctissime pater significasti nobis per sacras literas vestras, quod nos significaremus vobis, quid ab Ecclesia Romana petamus; hoc autem petit Imperium nostrum ab Apostolica sede, ut nos simus in Ecclesia Romana sicut matre filialitate firmati. In primis petimus ab Ecclesia Romana matre nostra coronam, & honorem tanquam dilectus filius, secundum, quod Imperatores nostri veteres habuerunt. Unus fuit Petrus, alius fuit Samuel, & alii, qui eos Imperio præcesserunt, sicut in libris nostris invenimus esse scriptum. Nunc autem, si placitum est sanctitati vestre nobis istud implere, quicquid Imperio nostro duxeritis injungendum, illud ad honorem Dei, & Ecclesiæ Romanae complebitur. Et infra: Verum se placet vobis sanctissime pater, mittite nobis magnos nuncios, de quibus nobis per vestras literas intimasti, & istum destinare cum eis, & tunc certificabimur de prima missione pariter & secunda. Det vobis Dominus multos annos. Hactenus ad Pontificem Bulgarorum Rex.

Basilus quoque archiepiscopus, subdunt acta, hujusmodi literas Papæ transmisit:

(a) Lib. 5. XXXIII. Bulgaria ad Eccl. ep. 117.

Honoratissimo, (a) & sanctissimo summo Pontifici Papæ, ego Basilus indignus archiepiscopus sanctitatis vestre, & pastor de Zagor salutem, gaudium, & ad orationem merito vobis tanquam patri nostro speciali. Quamvis non possimus vos corporaliter adorare, vos tamen spiritualiter adoramus, notificantes sanctitati vestre, &c. Omni officio, ac humanitate referre sunt, & in candem rationem, ac Regis literæ scriptæ. Recepis his literis, pergit gesta, dominus Papa transmisit ad eos Joannem capellanum suum cum Apostolicis scriptis habentibus hunc tenorem:

Innocentius, &c.

(b) Lib. 5. XXXIV. Petisti humiliiter, (b) ut coronam tibi Ecclesia Romana concederet, sicut illustri memorie Petro, Samueli, & aliis progenitoribus tuis legitur concessisse. Nos ergo,

ut super hoc maiorem certitudinem haberemus, regesta nostra perlegi fecimus diligenter, ex quibus evidenter comperimus, quod in terra tibi subjecta multis Reges fuerant coronati. Præterea continebatur in eis, quod tempore bona memoriae Nicolai Papæ prædecessoris nostri Rex Bulgarorum, ad quorum consulta sæpius respondebat, cum toto regno sibi commisso ad prædicacionem ejus fuerat baptizatus, & Rex ipse ab eo archiepiscopum postularat. Legatus quoque Michaelis Regis Bulgarici cum dominis regalibus Adriano Papæ prædecessori

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

nostro regias literas præsentarat, & postularat ab eo, ut aliquem ex Cardinalibus in archiepiscopum eligendum dirigeret, quem post approbationem eorum: ad sedem Apostolicam remeantem ipse postmodum conferaret. Cumque idem Adrianus illuc cum duobus episcopis quandam subdiaconum direxisset, Fulgari corrupti donis Græcorum, & promissiōibus circumventi, Romanis ejusdem Græcos presbyteros receperunt. Licet igitur tantæ memoria levitatis nos usque adeo induxerit ad cautelam, ut nullum ex fratribus nostris Cardinales, scilicet præsentialiter ad tuam præsentiam mitteremus; nihilominus tamen dilectum filium I.... capellanum, & familiarum nostrum Apostolicæ sedis legatum, virum providum, & discretum, quem nos, & fratres nostri suæ religionis, & probitatis obtentu inter ceteros capellanos nostros specialis in Domino brachiis dilectionis amplexamur, ad te duximus destinandum, cui etiam commisimus vices nostras, ut in tota terra tua quo: ad spiritualia corrigit, quæ corrindenda cognovit, & statuat, quæ secundum Deum fuerint statuenda &c. Hortatur, ut legatum benigne excipiat, ejusque salubria monita, & statuta servanda curet. Data est hæc Innocentii epistola 5. Kalend. decemb. ejusdemque argumenti literas (c) ad archiepiscopum de Zagora redidit.

(c) Ib. ep. 119.

Misit præterea insignem amoris notis epistolam (d) ad nobilem virum Bellonam principem, cuius etiam memorati dominici Brundusini archipresbyteri opera literas (e) acceperat, quibus Pontificis precibus egregius princeps impense commendabat; præfixus vero iis erat hic titulus: Ego Bellota (f): princeps nimis peccator adoro majorem sanctitatem vestram superexaltatam universo mundo. Hactenus ille. Cæterum quid egerit in Bulgaria partibus Joannes capellanus, & legatus, suo loco dicetur.

(d) Inn. l. 5. ep. 120.

(e) Ibid. ep. 118.

(f) Lib. 5. ep. 118.

Interea nunc a Constantinopolitano Imperatore missi ad Apostolicam sedem Alexius e carcere ad Innoc. confugit. Petisti humiliiter, (b) ut coronam tibi Ecclesia Romana concederet, sicut illustri memorie Petro, Samueli, & aliis progenitoribus tuis legitur concessisse. Nos ergo, ut super hoc maiorem certitudinem haberemus, regesta nostra perlegi fecimus diligenter, ex quibus evidenter comperimus, quod in terra tibi subjecta multis Reges fuerant coronati. Præterea continebatur in eis, quod tempore bona memoriae Nicolai Papæ prædecessoris nostri Rex Bulgarorum, ad quorum consulta sæpius respondebat, cum toto regno sibi commisso ad prædicacionem ejus fuerat baptizatus, & Rex ipse ab eo archiepiscopum postularat. Legatus quoque Michaelis Regis Bulgarici cum dominis regalibus Adriano Papæ prædecessori

NOTE [1] Annona caritas hoc anno non Italiam tantummodo, sed & Hispaniam & Gallias, & totum fere orbem affixit, ut notat Author coævus chronicus Turonensis ad hunc annum. MANSI

XXXV.

Alexius

e carcere

ad Innoc.

confugit.

Contra

postulans de eo justitiam exerceat: contra

Alexium

quem idem Imperator nuncios, & literas ad Pont.

Imper.

Constantinop.

literas mit-

tit.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.
5.

VACAT. IMP. OCCID. §.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

ei scripterat, respondet. Recitantur huiusmodi Apostolicæ literæ in iisdem gestis, sed mutilatae. Nos vero quoniam multa maximi ponderis amplectuntur, integras ex Innocentii regesto hic reddere operæ precium ducimus. (a)

(a) Inn.
1. 5. ep.
222.

Illustri Constantinopolitano Imperatori. Literas, & nuncios Imperatoriae dignitatis ea, quæ decuit, benignitate recipimus, & tam ea, quæ iisdem nuncii propone voluerunt, quam quæ in literis continebantur eisdem, intelleximus diligenter. Proposuerunt siquidem nobis dicti nuncii rui, & id etiam tuæ literæ continebant, quod cum Christianorum exercitus, qui venturus est in subsidium Terræ sanctæ, posuerit tuæ magnitudinis terram invadere, & contra Christianos arma movere, nostro conveniebat officio, ut eos a tali debemus proposito revocare, ne forte manus suas de Christianorum nece fendant, & Dei exinde offensam incurrerent, ac inimicos Christi debilitati non modicum non possent aliquatenus impugnare. Ex parte insuper tuæ celstudinis adfecerunt, quod Alexio filio Isachii Angelis quondam Imperatoris, qui ad Philippum ducem Sueviae accessit, ut Imperium contra te ipsius possit auxilio obtinere, favorem nullatenus praestaremus, quia Imperium non debet ad eum aliqua ratione devolvi, cum illud non per successionem, sed per electionem nobilium conferatur, nisi forte genitus esset post adeptum fastigium Imperatoriae dignitatis, quod umquam idem Alexius non poterat allegare, cum priusquam pater ejus esset in Imperatorem promotus, natus fuerit, & quia pater ejus tunc privata erat persona, in Imperio non poterat sibi jus aliquid vindicare. Id etiam ex parte tuæ celstudinis fuit propositum coram nobis, quod cum Fridericus Imperator multum offenderit Romanam Ecclesiam, & eam odio iniquo fuerit persecutus, & filii sui patris vestigiis inherentes eam non modicum aggravari, predicto duci Sueviae, ut regnum posset modo quolibet obtinere, non praestaremus subsidium, vel favorem. Ad quod efficiendum de facili debebamus induci, cum idem Philippus clericali fuerit charactere insignitus, & persona hujusmodi nec contrabere possint, nec militari cingulo decorari, vel dignitatem aliquam in populo obtinere, cum sint excommunicationis vinculo innodati.

XXXVI. *Nos autem Imperiali prudentiæ taliter du-
ximus respondentum, quod predictus Alexi-
us olim ad presentiam nostram accedens,
gravem in nostra & fratribus nostrorum pre-
sentia multis nobilium Romanorum adstantibus proposuit questionem, aferens, quod patrem ejus in iuste ceperis, & feceris etiam nequier excœcari, eos diu detinens carcera-
li custodiae mancipatos. Et quia ad supe-
riorem nobis non poterat habere recursum,*

*& nos juxta Apostolum eramus tam sapien-
tibus, quam insipientibus debitores, & ju-
stitiam facere tenebamus: cumque nos eidem dedissemus responsum, juxta quod vidimus expedire, recessit a nobis, & ad prædictum Philippum sororium suum concitus properavit, cum quo deliberato consilio sic effectit, quod idem Philippus nuncios suos ad principes exercitus Christiani sine qualibet dilatione transmisit, rogans eos, & petens, ut quia pater suus, & ipse fuerant jure suo, & Imperio nequier spoliati, cum eo Constantinopolitan. deberent regnum intra- re, ac ad illud recuperandum eidem præsta- rent consilium, & favorem, promittens eisdem, quod tam in subsidium Terræ sanctæ, quam in expensis, & donativis eis magnifice responderet, paratus etiam in omnibus, & per omnia nostris stare mandatis, & quod sacrosanctam Romanam Ecclesiam vellet juxta posse suum modis omnibus hono- rare, ac ea efficere, quæ nostra forent pla- cita voluntati. Ceterum dicti principes de- liberato consilio responderunt, quod cum in tam arduo negotio sine mandato, & au- toritate nostra non possent procedere, nec deberent, nos volebant consulere super his, ac exinde præsolari nostræ beneplacitum voluntatis, inducentes dilectum filium no- strum Petrum tituli sancti Marcelli pres- byterum Cardinalem, qui cum eis transfre- tare debebat, ut ad præsentiam nostram rediret, & super prædictis omnibus no- stram inquireret voluntatem. Verum idem Cardinalis ad præsentiam nostram accedens, omnia nobis curavit proponere diligenter, & cum nuncii tui ad nostram accesserunt præsentiam, super his cum fratribus nostris habebamus tractatum, & illud statuimus, quod tibi poterit merito complacere, quam- quam plures affererent, quod hujusmodi postulationi benignum deberemus præstare favorem, pro eo quod Græcorum ecclesia sit Apostolicae sedi minus obediens, & de- vota.*

Super eo autem, quod de juvando illo ad Romanum Imperium obtinendum, qui Romanam Ecclesiam deberet diligere, & nostris obsecundare mandatis, tua nos cel- studio voluit commonere: noveris, quod licet prædictus Philippus potens sit, & mul- tum abundet, tamen Rex Otho adeo no- stro studio, & diligentia mediante per Dei gratiam est promotus, quod contra eum ille hactenus non potuit prævalere, ad quod exequendum, quantum nobis subvenieris, li- cet multa fuerint nobis promissa. Imperialis excellentia non ignorat, quod utique tanto gratius deberes habere, quanto id te non pro- merente noscitur procuratum. Si enim idem Philippus obtinuerit Imper. multa tibi ex Imperio suo gravamina pervenissent, cum per terram charissimi in Christo filii no- stri Friderici illustris Regis Siciliae ne- potis sui in Imperium tuum insurges de-

Alexius a
Pontifice
ad Phil-
lippum
Suevum
se con-
fert.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAP.
5.

VACAT. IMP. OCCID. §.
ALEXII ANGELI IMP. 8.

facili potuisset, sicut Henricus olim Imperator frater suus per Siciliam tuum pro- posuerat Imperium occupare. Licit autem a tempore inclite memorie Manuels prædecessoris tui Constantinopolitanum Imperium non meruerit, ut talia efficere debe- remus, cum semper nobis, & prædecesso- ribus nostris per verba responsum fuerit, & nihil operibus demonstratum, in spiri- tu tamen lenitatis, & mansuetudinis du- ximus procedendum, credentes, ut inspe- cta gratia, quam tibi fecimus, emenda- re celeriter debeas quod tam a te, quam a prædecessoribus tuis minus provide ha- bētus est omisum, cum & secundum hu- manam industriam id deberes studiofissime procurare, ut ignem in remotis partibus extingueres, non nutrides, ne usque ad partes tuas posset aliquatenus pervenire. Rogamus igitur Imperiale excellentiam, monemus, consulimus, & bortamur, qua- tenus quicquid super his duxeris statuen- dum, operibus nobis, & non verbis dum- taxat studeas respondere, quia nos dile- ctionem, quam ad te habemus, in opere demonstrare curavimus & effectu. Dispo- suimus autem nostrum propter hoc nuncium destinare, qui si forte tardaverit, tu ta- men non tardes super hoc nobis, sicut ex- pedire cognoveris, respondere. Dat. Lat. 16. Kal. decemb.

XXXVIII. Quod vero ad Alexium spectat, qui jam ad Philippum advolarat, Innocentius hujusmodi profectionem confirmat, tum illius anno superiori meminit Godefridus

(a) Godef. (a) Urspergensis, (b) & Guntherus (c) in
in Annal. Constantinopolitana historia, sed præstat
an. 1201. Nicetam (d) hæc monumentis annalium
(b) Urs- mandantem audire: Alexius fratrem Ia-
perg. in chron. acutum Imperio dejectum excœcarat: sed cum
(c) Nicet. ejus custodia non prorsus negligenda esset,
annal. I. oblitus plerique inuri calamitates, nec de-
3. leri posse, & vindictam non perpetuo ster-
(d) Apud Canif. antiq. leff. tere, sed seris gaudere mutationibus, &
386. celzriter ingruentem tacito eos pede conse-
Iaacius a fratre oc- cœcatus carceri que in- clusus.

Deinde filius quoque ejus Alexius custo- dia eductus, libere quo libuit, ambula- vit, & ab Imperatore contra Protostrato- rem exituro, itineris comes est assumptus. Is vero de sententia patris cum Pisano quo- dam maxime rotunda navis domino consi- lio fugæ inito, navigandi opportunitatem

Ann. Eccl. Tom. XX.

*captabat, quæ cum contigisset, magis na- vigium plenis velts ad Helleponi Aulo- niam fertur: minus vero Athyræ Alexii recipiendi causa appulit: & quo id consi- lium lateret, nautæ arenam intulerunt, su- burrandi scilicet vacui navigii gratia, quo Alexium Damocrania eo projectus consen- so, ad magnam navem pervebitur. Fuga filius pro- Alexius
ejus cognita mittuntur ab Imperatore, qui fugus mu- tatis ve- turba magna obversus, inquisidores latuit, perductus in Siciliam sorori indicatur: quæ justo præsidio missa, fratrem amplexa, ma- ritum Philippum orat, ut patri suo pro vi- rili opem forat, simul & Imperio & lumi- ne privato: fratrem quoque juvet exulem & extorrem & errantium stellarum instar vagantem, neque quicquam ferentem secum præter corpus. Haecenus Niceta.*

Ceterum ut Philippus Suevus in Ale- xium se gesserit, in actis Innocentii tra- ditur: Ipse vero (nimirum Bonifacius Montisferrati marchio dux Christiani ex- exercitus) de Francia per Alemanniam trans- itum fecit, ubi cum Philippo duce Sue- viae, qui se Regem gerebat, dicebatur habuisse tractatum, ut Alexium sororium suum, filium videlicet Isachii quondam Constantinopolitani Imperatoris, cuius so- rorem ipse Philippus duxerat in uxorem, a fœdo captivitatis ergastulo fugientem re- duci faceret Constantinopolim ab exercitu Christiano ad obtinendum Imperium Roma- nia, de quo cum idem marchio ad sum- mun Pontificem accessisset, cœpit agere a a restitu- endo A- lexio ali- enus.

Pontifex
Regis Ar-
meniæ ad
Pontifi-
cem lega-
tio.

Reliquum nunc ut de tertia legatione dicamus, quam princeps alter, Arme- norum scilicet Rex post aliam anno mil- lesimo centesimo nonagesimo nono, ut fratre Ia- ciacius a littore sunt, libere vivere passus est, neque quemquam ad eum trahere vetuit. Erat igitur cuiusvis Iacacium adire: tum vero Latinorum, cum quibus arcana con- filia de ulciscendis injuriis, & evertendo fratre Alexio conferebat, literis ad Ireneum filiam missis, Philippi Alemannorum Regis conjugem, quibus eam ad opem sibi ferendam instigabat, atque inde literas recipiebat, quibus quid agendum esset, mo- nebat.

(e) Inn. I. tias Pontifici agit, tum quia nuncium su- ep. 43. um benigno & honorifice accepisset, tum apud Inn. etiam quia S. Petri vexillum quod petie- l. 2. ep. 209. rat, Regi, ut vidimus (f) per eum trans- mississet, quod semper ante se in crucis 1199. hostes ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ glo- riaram latum iri pollicetur, additque: Pre- cari autem & exhortari nos voluisti, ut contra conatus & violentias paganorum nos murum opponeremus ascendentibus ex aduerso, quod quidem qualiter hactenus fecerimus, vestræ prout credimus, non ex-

S tat

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAR.

5.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXI ANGELI IMP. 8.

rat incognitum paternitati, atque de cætero pro lege vestra, & defensione fidei Christiani mandati vestri gratia, fortitudinis nostræ clypeum in manu forti & brachio extenso contra barbaricas nationes opponemus, quoisque desideratum nobis nunciummittatis. Mandatis sœpe & sœpius, quod daremus pacem Antiochiae & comiti Tripolitano, quod amoris vestri gratia utrumque bene afferimus. Verum nulli veniat in dubium, quod per Dei gratiam bene non habeamus posse Antiochenorum repugnantiam, & audaciam refranare, &c. Queritur de comite Tripolitano & Antiocheno, missos fuisse ab illis oratores ad Homocodiuni crucis Christi hostem, ut perculo fœdere ipsum in Armeniam incitarent, multa & gravissima damna rei Christianæ inficta, se quoque plures labores tribus mensibus in Antiochenorum finibus tulisse, atque invitum ab expugnatione Saracenorum divulgsum: tum rogat, ut crucisignatorum exercitum mittat, egregiam enim ob mutua Saracenorum bella proferendæ Christianæ fidei spem atque occasionem explicari, & si in mutuam amicitiam coierint, eorum impetus Christianos non laturos; de Rupini vero controverbia hæc adiicit: Super hoc quod nobis scriptis de negotio Rupini nepotis nostri quod absente alia parte super re incerta non vultis, nec debetis judicium proferre, hoc exigit universale ius; verum pulsati sumus non modica lœtitia, eo quod causam nostram in manibus legatorum vestrorum commisstis, & literis & firmis mandatis non in manibus personarum nobis suspectarum, super quo sanctitati vestrae gratarum exolvimus actiones assiduas, & omnium conditori laudes referimus copiosas: adhuc piissimam paternitatem vestram exposcimus, & flexis genibus flagitamus, quod cum legatis vestris, de quibus non modicum confidimus, venerabilem archiepiscopum Maguntinum, ad succursum Terræ sanctæ futurum in eadem causa nostra judicem constituere dignemini, quia nihil est, de quo magis lœticari possimus (Conradum intelligit, a quo ut diximus (a) Ann. 1199. ex Apostolicæ sedis præscripto corona fuerat redimitus: cum enim has dedit literas, priori scilicet anno, de ejus morte nuncium minime acceperat) scriptis enim nobis, quod per literas vestras misistis comiti Tripolitano, ut de alieno jure se subtraheret, quod gratum ducimus & acceptum, & vobis universas gratiarum exolvimus actiones, sed sciat nibil nobis profuisse, quod insidiatur ut lupus in absconditis, & non cessat diu noctuque sibi, quos potest, Antiochenos & precios & precibus attrahere.

XL. Igitur sanctitatem vestram latere nolumus, quod mense julii exercitum nostrum congregavimus contra barbaricas nationes,

quas durius cum Dei auxilia lœdere sperabamus, propter discordiam inter eos emersem, in quo negotio misimus pro Templariis morantibus in regno nostro, de possessionibus valentibus viginti millia bisantiorum, ut venirent in auxilium nostrum ad honorem & defensionem Christianitatis, qui Antiochiam usque venerunt, nos in propria persona cum gaudio & exultatione usque ad fines Antiochiae obviam eis evimus. Ad hoc destinavit nobis literas magister Templi ex parte vestra directas, quas cum vidissimus, eo quo decuit honore suscepimus; quibus perfectis, per earum tenorem intelleximus vos nos precari, ut eis redderemus Gaston, (b) Inn. 1. & nos in momento pro magistro, & quibusdam fratribus suis misimus secundum preces vestras, causa loquendi cum eis, qui ad nos venientes tractaverunt nobiscum colloquia. Post multas verborum nebulas rogavimus magistrum Templi, ad supplendas preces nostras, ut ipse, & D. patriarcha Antiochenus & nos mitteremus nuncios nostros simul ad sedem Apostolicam, quia per manus vestras ipsum Gaston, sopia omni accusatione Templariis reddere volebamus, & Rupinum dilectum nepotem nostrum ad nutriendum & custodiendum bona fide, & sine malo ingenio in ipso castello eis tradere cupiebamus, & ut deberent semper esse auxiliantes praedicto pueru ad acquirendā jura sua, in quantum dignitas ordinis sui permitteret, & ut quodlibet damnum in regno nostro per ipsum castellum non contigisset, & donec nuncii nostri irent, & redirent precum vestrarum obtentu, quantum valebant redditus pertinentiarum ipsius castelli in corpore terræ nostræ Templariis restituere volebamus, &c. queritur Templarios oblatum foedus respuisse, cum Armenum Saracenico bello implicitum vindissent, atque rogatos, ut vires suas ad propulsandos infideles conjungerent, vel saltem Armeniam, dum ipse abesset, tuerentur, non modo respuisse preces, verum etiam regnum se absente infestasse: Præterea nos obedientiæ vinculis de cætero Apostolicæ sedi esse obligatos non dubitetis. Ea propter, si placet sanctitati vestrae, cuiilibet, alteri ecclesiæ Latini nec volumus, nec debemus alligari. Hinc est quod sanctitatem vestram humiliiter flagitamus, quatenus nobis literas apertas mittere dignemini, ut non teneamur, nec Latini de terra nostra de qualibet conditione, excepta sancta Romana Ecclesia, cuiilibet Ecclesiæ Latine; & quod non habeat potestatem, nos seu Latinos de terra nostra excommunicandi, vel sententiam in regno nostro proferendi super Latinos quælibet ecclesia, excepta, ut dictum est, sede Apostolica, &c.

Porro extat Pontificium hoc anno Kal. Iulias datum diploma, (c) quo Innocentius

(c) Extat
in vita
Inn.

CHRISTI
1202.

INNOCENTII III. PAR.

5.

Armenia sedi Ap. tantum obnoxia tius indulget, ut quemadmodum rogarat, Armeniæ regnum Romano Pontifici tantummodo obnoxium esset, utque tantum Regem de Christiana re bene meritum gratia prosequeretur, diploma edidit, quo a Romana tantum sede, ejusque legato omnes vel Latinos, vel alterius gentis, qui in eo regno versarentur, penderre jussit, vetuitque ne quis præter Romanum Pontificem in Armenos censuris ecclesiasticis animadvertere posset.

Volentes igitur, quantum cum Deo possumus, tuae serenitati deferre, & cum honestate nostra petitiones regias exaudire, tuis precibus inclinati auctoritate presentium inhibemus, ne quis in te, vel regnum tuum, aut homines regni tui cuiuscunq[ue] conditionis existant, qui mediantibus tantum ejusdem regni prælatis sedi Apostolicæ sunt subiecti, præter Romanum Pontificem, aut ejus legatum, vel de ejus speciali mandato distinctionem Apostolicam audeat exercere. Nulli ergo inhibitionis, &c.

XL.

Quanta Armenorum in Apostolicam sedem religio, ac pietas esset, ob quam ea prærogativa gaudere nuerunt, illustrant patriarchæ ipsorum literæ, quem Catholicum ajebant, quibus Romano Pontifici ob collatum Leoni regium honorem gratias egit amplissimas, rogavitque laborantibus, ac periculis undique ab Saracenis cinctis succurreret, quæ cum Romanæ Ecclesiæ dignitatem commendent, annalibus inferendæ fuerunt.

Literæ Catholicæ Armeniorum ad dominum Papam.

(a) Lib. 5. Ep. 45. Post Deum (a), qui est caput omnium bonorum, Apostolicam sedem tenenti, & summo capiti totius Ecclesiæ, & totius terrenæ sedis magno Christi confessori, prime domui hospitalitatis totius populi, & religionis, & successori beati Petri majoris nati post Christum principis, & patris totius mundi, sedenti secundum Deum, & portanti Christum in corpore suo, Innocentio Dei gratia summo Pontifici, & universalis Papæ summae sedis Romane Urbis, qui imperiali triumpho universum mundum suo subjugavit domino, & nostro in Christo patri spirituali tantæ civitatis gloria sublimato, Gregorius minimus, episcopus catholicus omnium Armenianorum peccator, & servus fidelium Christi, omnesque archiepiscopi, episcopi, abbates, sacerdotes, & clerici sub nostro regimine viventes, orationes in Domino assiduas.

Quia supra sedem dilecti discipuli Christi sedetis, universæque dominâmini Europæ, eo amplius vos de jure venerari debemus, & quia pater estis totius fidei Christianitatis, mandatum vestrum cum amore recepimus, & posuimus super oculos, & faciem nostram, & referimus laudes Creatori totius mundi, & benedicimus De-

Ann. Eccl. Tom. XX.

VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXI ANGELI IMP. 8.

um patrem nostrum, qui dignatus est in nos tantum amorem habere, ut ipse amor noster fieret. Et infra: In Christo igitur gavisi sumus, quia mater ecclesiarum, quæ totum orbem sua claritate irradia, voluit catholicam ecclesiam Armenianorum bono corde respicere, & consolari, eo namque quod ita nos respxit, gaudemus in Christo, nam oculi nostri nobis non dederunt malum exemplum ad instruendum fratres, & subiectos nostros, ut præcipitarentur, docente Christo, ne ostendamus gentibus malam consuetudinem. Nos vero, qui minimi sumus, certissime scimus, & per nos tota Armenica ecclesia novit vestrum apparet, & claram amorem, & immo clarius vestrum recognoscimus amorem, quia diligitis in Christo nostrum dilectum filium Leonem triumphantem Regem Armeniæ, & sic adimpletum est, quod per Apostolum Paulum dicitur: Honorate alterutrum; & Dominus dicit: Quod tibi vis fieri, alii facias.

De cætero ecclesia Armenianorum per me, XLII. Armenor. studium in Rom. Pont.

et per populum tam maiores, quam minores, qui sunt in montibus, & abbatis, simul manibus elevatis pacem a Deo exigimus, & gratiarum actiones vestrae exolvimus paternitati propter honorem, quem Rex noster triumphator a vobis semper recepit. Nostræ itaque parvitatis voluntas fuit, & est, & erit in perpetuum, quod quādiu Deo volente, hic dignitate fratii fuerimus, dilectum in Christo filium nostrum Regem, omnes barones, & fideles suos sub vestro dominio stare faciemus: hinc est, quod precibus assiduis vos precamur, ut non tradatis oblivioni ipsum Regem nostrum vobis devotum, neque orientalem plagam, neque domum Dei, immo succurrite oppressis, prout Deus vobis inspiravit, & gentibus, & ceteris necessariis. Et infra: Recepimus ex parte Dei, & vestra remissionem peccatorum, & idem mandatum augmentavimus auctoritate Dei & vestra omnibus sub sacerdotio nostro constitutis, & præconium non cessamus alta voce mittere, & prædicare sanitatem infirmis, & remissionem peccatorum, & Dominus dixit contrito: Remittuntur tibi peccata, & quia credidit, recepit sanitatem. Item dixit ei: Tolle grabatum tuum & ambula: quia qui plus diligit, plus accipit, & vos qui consilium Dei scitis, hoc, quod remittitis, remissum est. Idem habemus mandatum præcepto Dei, & vestro remittendi peccata omnibus, qui pro lege Dei fundunt sanguinem. Nam nostra vita alligata est filiis ancillæ Abrabæ, qui crescent sicut spinæ, nos volentes suffocare & sicut serpentes nos deglutire volentes, & propter inflammationem suam nocte, die que non cessant mordere creaturas Christi, nec permittunt eas quietem habere, sed semper exasperant, & infestant. Mane dici-

S 2 mus,

CHRISTI
1202.INNOCENTII III. PAP.
5.VACAT. IMP. OCCID. 5.
ALEXI ANGELI IMP. 8.

mus, quando veniet vesperum; & sero, quando veniet mane, cum dolore, & anxietate nunc usque sustinuimus, nec est, qui ad laetitiam nos protrahat, &c.

XLIII. Acceptis iis literis Innocentius eodem, quo ad Regem scriperat die officiosissimis verbis rescriptis (*a*) se Armenos arctissimo semper amore complexurum, omnibusque prosecuturum studiis, ac postquam brevi compendio recensuit, quæ ab eo acceperat, hæc adiicit: *Nos autem, qui diligere debemus proximos sicut nos ipsos, de tuae fidei puritate gaudemus in Christo, & te velut venerabilem fratrem nostrum, & magnum Ecclesiae Dei membrum gerimus in visceribus charitatis, ac charissimum in Christo filium nostrum L. Regem Armenorum illustrem honorare disponimus, & universam Armenorum Ecclesiam, utpote filiam sedis Apostolicæ specialem confovere.* At de subsidio hæc subdit: *Ne autem beres sit filius ancillæ (Agar scilicet a qua Agareni Christianorum infensissimi hostes) cum filio liberæ; in no ne ancille filius hereditati liberi amplius hereditatem usurpet, sed ancilla potius, & ejus filius expellatur, possumus signum Thau in frontibus gementium, & dolentium, ita quod per Dei gratiam crucisignatorum exercitus Venetas applicuit pro parte majori, unde in proximo naves ascendent in Terra sanctæ sub fidium transstulti.* Hæc Innocentius, qui longe antea Sicensi archiepiscopo cancellario Armeniae religiosissime commendarat, ut in adducendis ad Romanæ Ecclesiae obsequium Armenis operam collocaret; nec frustra ea monita dederat: is enim redditis summo Pontifici literis (*b*) in illius obsequium non humillime modo procubuit, verum etiam cæteros ad officium impulsurum spopondit, precibusque infinitis expetit, sibi mithram, & pallium mittere dignaretur.

XLIV. *Quia in remotis partibus inter barbaricas nationes ad Dei servitium sumus constituti, & in propria persona vestram nequitimus, quod moleste ferimus, visitare*

paternitatem, flexis genibus cordis vestre supplicamus sanctitati, ut nos non tradatis oblivioni, immo tanquam obedienti vestro mandatum vestrum bumeris nostris imponere non dedignemini, scientes nos ad omnia beneplacita vestra promovenda, & exequenda tam mente, quam animo promptos, & paratos esse. Præterea nova vestra planta effecti multa precum instantia exposcimus, ut in memoria dilectionis sanctæ sedis Apostolicæ annulum, mitram, & pallium nobis mittere dignemini, & ut eandem remissionem, quam peregrinis transfretantibus pro Dei servitio conceditis, ex parte vestra militibus pugnantibus sub illustri Rege nostro contra Crucis hostes pro honore, & defensione Christianitatis confirmare possimus, qui bujus remissionis gratia sumptis animi viribus in bello fiant audacieores.

Egregium illius in Apostolicam sedem studium collaudavit Innocentius, (*c*) gratulatus divino lumine collustratum primatum Ecclesiae Romanæ agnovisse, tum mithram, & pallium Soffredi, & Petri Cardinalium opera ad ipsum missurum, pollicitus est: *Ei a que bonum omne procedit, licet exiles, quas possumus tamen gratiarum exolvimus actiones, quod tam pium tibi tribuit intellectum, & animum tam humilem inspiravit. Tibi quoque sicut venerabilis fratri nostro magno Ecclesiae Dei membro deferre proponimus, & preces tuas in his, quæ a nobis secundum Deum postulaveris exaudire. Super eo autem, quod a nobis per tuas literas postulasti, ut fraternitati tuae pallium destinemus, annuere tuis desideriis cupientes per dilectorum filios Soffredum * tituli S. Prazedis & Pe- * al. Gof- trum tituli S. Marcelli presbyteros Cardi- fred.*

XLV.
(c) Ep. 48.

In sacra
expedi-
tione ad-
ornanda
laborat
Innocen-
tius.

JESU CHRISTI
ANNUS
1203.INNOCENTII PAP. III. VACAT. IMP. OCCID. 6.
ANNUS ISAC. ANG. cum ALE. Fil. iter. IMP. 8.

I. *Onfluentibus certatim sub Crucis signis Italies, Germanis, Ungaris, Gallicis, Belgis, Anglis, alisque populis, ingentium rerum expectationem, ac triumphorum spe occidentalium erexit animos, atque orientem horrore concussit annus Christi millesimus ducentesimus tertius, indictione sexta: quo Innocentium Romanum Pontificem ad militarem instruendum apparatum, atque exercitum in Terram sanctam transmittendum, omni cura, & cogitatione defixum, atque in eos, qui illi moram, atque impedimenta inferrent, serio animadvententem certare licet. Quæ ex ipsius gestis, & epistolis, ejusque temporis auctoribus exactissime describere operam navabimus, & nonnulla breviter, quæ ante hunc annum gesta fuere, perstringemus. Tantum igitur, tamque magnifice bellicum apparatus adoratum, tantamque Venetiis classem comparatam, & Christianos, qui induerant crucem, tanta religione animique ardore profiliisse in arma, ut non modo Hierosolymitana provincia recuperanda, sed etiam Babylonie Imperium eo obtinendum bello putaretur, tradunt hisce verbis Innocentii gesta: Termino igitur constituto crucisignatorum exercitus ad partes Venetiarum accessit, tam multis & fortis, devotus & timoratus, ut absque dubio crederetur, quod per eum Dominus antiqua miracula innovaret, nec solummodo recuperaretur Hierosolymitana provincia, sed & regnum Babylonicum caperetur: nam & Veneti tam magnifice navigia preparaverunt, ut a longis retro temporibus nedum visus, sed nec auditus fuerit tantus navium apparatus. Hæc ibi; quæ, ut maximi ponderis, ac momenti ab illius ævi scriptoribus confirmanda videntur.*

*II. Quod ergo attinet ad exercitum Venetas protectum, videamus in primis, quæ in Constantinopolitana historia (*a*) Guntherus Parisiensis coenobii in Basiliensi diocesi Cisterciensis monachus, ut a Martino ejusdem monasterii abbate oculato teste acceperat, monumentis exaratum reliquerit. Martinus igitur summi Pontificis jussu, ut scribit auctor, signo Crucis accepto alios ad idem suscipiendum adhortatus, ingentem hominum vim in transalpinis regionibus ad militiam Christi inflammat, exercitumque omnibus admiratione defixis virum religiosum potentissimas copias ductare, atque obviam certatim effusis populis Venetas perduxit: ob quod facinus tantum decus collegit, ut jam fama illius late se circumferret, ac D. Martino Turonensi hominum sermonibus pene æquaretur; tum adiicit*

*summo ab episcopo Veronensi honore, omnique amoris, ac benevolentie significacione exceptum, omnesque eo crucisignatos confluxisse, qui Venetiis Alexandriam petere ad eam expugnandam meditabantur, cum initas in Syria inducias salva fide abrumpere, atque infringere non licet; ac de ducibus hæc tradit: Erant autem in exercitu signatorum famosi, & potentes viri quamplures, tam seculares, quam Ecclesiastici, inter quos * Baldinus comes Flandrensis, & Bonifacius marchio de Monteferrato, auctoritate, & viribus, atque consilio præcipui habebantur. Expeditionis illius præcipuos duces Niceta Chroniata nominat, (*b*) quos (b) Nic. chon. ingentis staturæ, & molis giganteæ finit: Erant ii (inquit) Montisferrati marchio Bonifacius, Flandriae comes Baldinus, comes S. Pauli Ericus, Pleæ comes Doloicus, & alii complures audaces bellatores, & statura suis hastis propemodum pare. Plura alia crucisignatorum ducum nomina Jacobus Meyerus in Flandricis annalibus (*c*) recenset: at de navalibus (c) Jacob. apparatu, qui tumma magnificentia instrutus fuit, in eo comparando annos tres annos tres. collocatos Nicetas asserit, quibus mille cataphracti equites, & ad triginta milia aliorum equitum, qui scuto utebantur, imposita fuerunt. Igitur toto triennio Venetiis fabricatae sunt celeres naves equestres c. & x. naves longæ lxx. rotundæ ultra lxx. sunt coactæ, quarum una ob insignem magnitudinem mundus ab eis appellabatur, eas naves constituto tempore rum. consederunt equites cataphracti M. scutati xxxm. plurimis armorum generibus instruti, sed plerique zagrotoxotæ. Memorati porro Flandriae annales tradunt, instructam ingentem classem, quæ ad trimenses lxx. onerarias lxx. hippagones centum & viginti ascenderet.*

*Auctiorem paulo etiam fuisse scribit Andreas (*d*) Dandalus, dum ex trecentis fere navibus conflatam tradit, ac nonnulla de Henrico Dandalo, Venetianis Dand. hist. Ven. lxx. c. 3. Duce, elogia præmittit: Dux, licet senex corpore, animo tamen magnanimus, ad exequendum hoc personaliter se obtulit, nimirum Gallorum crucisignatorum oratoribus, & ejus pia dispositio a concione tis fere laudatur, & decernitur, ut eo absente, vir inclitus Raynerius Dandalo, natus e Henr. Dand. Venet. Dux illius, patris vice fungatur. Sequenti anno, undecimo scilicet ducatus Henrici, qui in superiore Christi annum incurrit, paratis galeis & aliis navigiis, comites Gallici cum militia, equis & pedibus ascendunt naves & Dux cum multitudo Venetorum & Italicorum, portumque de mense octobris feliciter exequunt. Tre-*

CHRISTI

1203.

INNOCENTII III. PAP.

6.

VACAT. IMP. OCCID. 6.

ISAAC ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

(a) *Vit. Innoc. auct. Petrus Capuan. Card. A. S. L. ab ea exclusus a Venet. & qua de causa.*
 (b) *Gnuth. in hist. Constanti- nopol. apud Canis. antiq. lect. to. 5. pag. 365.*
 Objeto anathem. vetat Jaderam oppugna- ri.
 Jaderam obdizione cincta.
 (c) *Nicop. Chon. l. 3.*
 (d) *M. S. bibl. Vat. signat n. 1960.*
 (e) *Meyer. in anal. Flandr.*
 (f) *M. S. diarium Venet.*
 Andr. Dand. ubi sup. & 3. llii.

IV.
 * optantibus.

Dux illico secedens cum stol. Jaderam per- venit, quæ favore Regis Ungarie in re- bellione bucisque permanerat, & * obtemperantibus Franci incolas mouuit, ut solita ad eum subjectione redirent: quibus renuentibus, jubet Dux arma capere & contra civitatem insultum facere. Illi integra die renovatis instabant viribus. Jadrenses itaque pondus prælit non ferentes, mane sequenti se voluntati Ducis sine aliqua conditione submisserunt. Dux autem consilio totius populi Veneti tunc præsentis,

centorum fere navigiorum stolos erat. Con- sentient his Jordani verba: MCCIII. men- se octobris exiit de Venetiis, de Duce loquitur, & eos usque Jaderam duxit; & ibi erant navigia quasi trecenta. Trans- miserat antea (a) Pontifex Venetas legatum Petrum tit. S. Marcelli presbyt. Cardinalem, ut cum exercitu Christiano iter conficeret: at Veneti cum prævide- rent eum ipsorum consilia de Jadera ex- cindenda discussurum, ac disturbaturum, noluerunt in naves excipere, ut legati, sed tantum concionatoris sacri munere fungeretur. Quod acerbo animo tulere Franci, legatusque ad Pontificem redire coactus, cuncta ei aperuit, qui literis universos crucesignatos Christianorum ter- ras invadere, intentato anathemate, pro- hibuit. De quibus agens Guntherus (b) hæc prodidit, crucesignatos incredibili cu- piditate petendæ Alexandriæ arsisse, cu- jus obtinendæ spes ingens affulgebat, cum illa quinque annorum fame, non fluente Nilo, attrita esset atque ingens hominum multitudo periit, alii imbel- les tractandis armis viderentur; sed Ve- netos naves negasse, ni prius Jaderam, Dalmatice urbem, cepissent, cum ipsos incenderet vindictæ cupiditas ob amissas quasdam mercibus onustas naves, quas Jadertini occuparant. Choniata (c) ve- ro violato quodam foedere, in se Dandalum Venetorum Ducem concitasse tra- dit; at Jordanus (d) ac Meyerus, (e) Ve- netique historici (f) Jadertinos a Venetiis ad Ungaros tum defecisse affirmant, de cuius urbis expugnatione hæc Andre- as Dandalus in Henrici Dandali historia refert. [i]

Ad-

[i] Adera urbs in Dalmatia princeps una cum reliquis ejus tractus urbibus Venetis pare- coactus fuisset, Jaderiani cives acerbe id ferentes, non semel vel jugum excusserunt, vel Hun- gariae regum armis non invitè cesserunt. Sæpius tamen Venetorum potentiam experti sunt su- periorem. Donec anno, quantum ex Dandulo conicio, 1188. defectiones iterum factæ fuerunt, & in sua adhuc pertinacia anno 1202. perseverabant. Veneti occasionem hanc Crucigerorum nati sunt, ut rebelles redigerent ad imperium. Tota hæc classis e Veneto portu solvit in o- ttava S. Remigii, id est die VIII. octobris 1202. teste Ville Harduino, qui præsens aderat, & historiam de expeditione hac Constantinopolitana oculatus rei testis gallice scripsit. Jaderam applicuerunt die X. novembri, urbemque obsidere coeperunt die XII. ejusdem mensis, & post quintam denum obsidionis diem, id est die XVII. ut ego interpretor, cives ditionem non alia conditione pacti sunt, quam ut liberi dimitterentur. MANSI

maritimos muros circumquaque dirui fecit, & ibidem hyemare dispositus. Cives itaque Jadræ, ducis gratiam non mereri formi- dantes, & de regio favore confisi, ex ur- be exiverunt. Eadem repetit Jordanus: quæ licet exeunte anno superiore conti- gerint, in hoc tamen inserere visum est, ut eo spectantia conjungeremus. E Ja- deræ ergo excidio hausit gravissimum do- lorem Pontifex, & crucesignatos ab in- ferenda nova Jaderæ vastitate absistere jussit, aculeatisque literis (g) perstrin- xit, quæ ab hisce verbis ducunt exor- dium: *Dolemus non modicum, & move- mur, quod his, quibus remissionis impen- dere gratiam solebamus, & æternæ polli- cieri retributionis argumentum, nunc, quod sine mærore multo non dictimus, nostræ su- litationis alloquim, & Apostolicæ benedi- citionis præsidium cogimus denegare.*

Permoti (h) his literis Galli Episco- sum Suezionensem, Martinum abbatem, ac magistrum Joannem Parisiensem mise- re ad Innocentium, quem flexere ad cle- mentiam: illiusque iussu censuris soluti sunt, cum sacramento prius se devinxis- sent, pontificiis omnibus imperiis ad præ- terita expianda obsequentes futuros ea- que de re publicum syngraphum, subje- cta verborum forma conceptum, (i) tra- didissent.

Baldinus Flandriæ & Hannoniæ Ludo- vicus Blesensis & Claromontanus & H.. S. Pauli comites; Odo de Chanlet & Vv. frater ejus omnibus, ad quos literæ istæ apud Inn. fieri volumus, quod super eo, quod apud ep. 90. Innoc. iussu cen- suris so- lati ca- vent syn- graphio damna re- fecturos. (k) Ext. apud Inn. l. 6. ep. 99.

Compulsa

ad dedi-

tionem

ab Henr.

Dand.

Ex parte

solo æ-

qua.

Adjunxit suas Gallorum precibus Bo- nificius marchio Montisferrati, præcipius in exercitu dux, quem Innocentii gesta- pontificiis iussis obsequente a Jaderæ ex- pugnatione abfuisse testantur: datisque Pontifici literis (a) id se præstítisse non ad infringenda sedis Apostolicæ iussa, sed ad illius gloriam tuendam significavit, cum ostensis literis abrumpendus videtur exercitus cuius cogendi, comparan- dique auctor ipse Pontifex extitisset.

Sanctissimo patri, & domino Innocentio divina providentia summo Pontifici Boni- facius marchio Montisferrati cum osculo pedum paratam ad omne obsequium volun- tam.

Bonifaci- us sup- pressarum lit. A- post. ex- culatio- nes assert.

Paternitatis vestræ literis a baronibus exercitus signatorum acceptis, & cum omni reverentia & devotione, præsertim sine recognito juramento absolutionis beneficium Apostolicæ consecutis, per nuncium vene- rabilis patris nostri Petri tituli sancti Mar- celli presbyteri Cardinalis Apostolicæ sedis legati, communicato baronum consilio, in- tellexi super facto Jaderæ per eumdem nuncium ad Ducem, & Venetos a sede Apo- stolica excommunicationis literas emanas- se. Attendens igitur, immo tenens procer- to, quod eo loco & tempore literæ vestræ nullatenus possent ostendi, quin statim no- ster dissolveretur exercitus, & stolium rum- peretur; reminiscensque de consilio vestro multa dissimulanda fore loco & tempore, si Veneti ad dissolutionem stoli aspirarent, di- wini amoris intuitu; necnon & pro sedis Apostolicæ reverentia, a qua stolium & initium habuit, & postea firmamentum; consilium habui literas illas ad tem- pus suppressendas, donec mandatum ve- strum, atque consilium iterata perciperem iussione, easque de manu nuncii vestri cum omni humilitate flexis genibus magno com- punctionis, & devotionis spiritu suscep- viroque religioso . . . abbati Laudensi ad tempus tradidi conservandas, super his potius obedientia filialis expectans manda- tum, quam Apostolicæ indignationis offensam ex pia intentionis actu necessario in- currisse. Intellexi etiam a Duce & a qui- busdam Venetis familiaribus nostris, quod super facto Jaderæ nuncium proprium in- continenti vestræ transmittenterent Sanctitati, qui utrum hactenus ad sedem Aposto- licam pervenerit, ignoramus: qua spe suspensus nuncium hactenus distuli trans- mittendum. Hinc est quod paternitati ve- stræ cum omni devotionis & humilitatis af- fectu supplico, ut vestiarum suppressio li- terarum, quæ quidem humilitatis meæ mi- nisterio facta est, & discretionis ac pieta- tis vestræ confidentia, pacis vestræ tran- quillitatem in aliquo non moveat, vel con- turbet: præsertim cum ego & Barones e- exercitus mandatum vestrum parati simus exequi, quiequid iterata nobis injunxerit.

Demissa illius erga sedem Apost. studia.

tis iussione. Confidimus enim, quod cir- cumspectio vestræ magis complacat ex- sustinentia modica stolium simul stare, quam ex literarum vestiarum offenditione subi- deperisse.

Remisit severiorem in Venetos animum Pontifex ad marchionis Bonifacii & Gal- lonnihil lororum procerum gratiam: quibus confu- placatus Venetis.

(b) Inn. l. 6. ep. 102.

VIII. Confudit crucifi- catis, ut qui habitant in ea, possit utique non absurdum videri ad similitudinem Imperatoris com- munitatis, parto vivant.

IX. Agitant alia in Græcos consilia, de quibus agetur inferius, crucesignati, quos cum Petrus tit. (c) S. Marcelli, & * Sof- fredus (d) tit. S. Praxedis Cardinales le- gati a restituendo Constantinopolitano Imperio Isacio coeo & Alexio juniori abducere non possent, in Cyprus pri- mum, ac dein in Syriam, ut erant jussi ab Innocentio, (e) applicuere: (f) e qui- bus Soffredus, qui prior acceperat, cum res Syriacas depresso ob Saracenorum tyrranideni, non sine lacrymis, signifi- casset Innocentio, illum Pontifex moe- rentem his literis est solatus. (g)

S. tit. S. Praxedis presbytero Card.

A. S. L.

Si aliquando in hoc mari magno & spa- Re infecta- tioso, ubi reptilia, quorum non est nume- in Syri- am iter inten- dentur. (d) Vit. Innoc. l. 6. ep. 47.

D. sup. Soffredus Card. lu- get rem- Christia- nam de- pressam. (e) Inn. l. 6. ep. 130. Confola- toria ad eum In- noc. lite- rx.

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. ITER. IMP. 8.

definit, qui & per se invisiibiliter, & vi-
sibiliter per hostes visibiles, quos immit-
tunt, eos maxime non terrere solummodo,
sed deuicere moluntur, qui manum mit-
tunt ad fortia, & posteriorum oblii, ad
anteriora jugiter se extendunt. Sane si de
mundo fuisses, mundus quod suum erat for-
fitan dilexisset, ut omnia tibi mundana
succederent, & nihil tuum desiderium præ-
teriret. Verum quia non es de mundo, ut
mundana secesseris, cum non que tua sunt
quæras, sed que sunt potius Iesu Christi;
nec gloriari propriam expetas, sed Cru-
cis, vel verius Crucifixi; cum Apostolo,
etsi non exterius voce, tamen interiorius
mente, clamans: Mibi absit gloriari, nisi
in Cruce domini nostri Iesu Christi; odit
te mundus, & quem per prospera sibi con-
ciliare non potuit, adversis nititur per-
turbare.

Non est igitur nobis, vel tibi mirandum,
si Crucis obsequio specialiter deputatus, &
in terra crucifigentium constitutus, mente
ac corpore cruciaris; cum non cruciaris ne-
queat Crucis bajulus, dum infirmitati com-
patitur proximorum, & dolet causam ne-
gredi Crucifixi. Ipse siquidem Moyses,
qui eduxit populum de Ægypto, & ser-
pentem in cœlo exaltavit, murmuratio-
nes suorum suscitavit, & insidias hostium est
perpessus: & Apostolo, qui gloriatatur in
Cruce, angelus satanæ fuit ad stimulan-
dum deputatus, ne illum revelationum ex-
zolleret magnitudo. Quia vero secundum la-
borem proprium mercedem recipiet unus
quisque, nec sunt condigne passiones hujus
temporis ad futuram gloriam, quæ revela-
bitur in nobis, non debet vel inter nimios
labores deficere, vel inter onera, quæ quasi
solus in partibus illis sustinet, desperare;
sed in eo, qui consolatur nos in omni tri-
bulatione nostra, potius consolari, utpote
quem dixisse legisti: Venite ad me omnes,
qui laboratis & onerati estis, & ego refi-
ciam vos; cum nec ignores, quod non co-
ronabitur, nisi qui legitime decertarit. Si
doles igitur domum Domini factam esse
speluncam latronum; & hereditatem no-
stram, immo verius Iesu Christi, non so-
lum ad extraneos, sed ad inimicos etiam
catholicæ fidei esse versum, in hoc ejus
imitator existes, qui de seipso afferit in
Propheca: Zelus domus tuæ comedit me;
& cui hereditas propria est præclara. Si
tristis quod terram passionis & resurrec-
tionis Dominicæ possident Sarraceni, tem-
plum coinquiant, & veluti impune san-

guinem sanctorum effundunt, ejus inhæres

vestigiis, qui deplorat in psalmo: Deus

venerunt gentes in hereditatem tuam, con-

taminaverunt templum sanctum tuum, &c.

que sequuntur.

Si mæreas quod principes, & alii, qui Pontifi-
cæ de Crucis assumpserant, tanquam
filii Ebrei, intendentis arcum & mit-
tentes sagittas, sint in die belli conversi, Grac. di-
& a puritate prioris propositi recedentes, vertenti-
negligere videantur reliquias Terræ san-
ctæ, nobiscum mærebus pariter, & cum relæ.

illo, qui eis exprobat in Propheta: Filios,

inquietus, enutriti & exaltati, ipsi autem

spreverunt me; illique te succedere te ostendes,

qui civitatem Domini ab amicis etiam

asserit inter angustias substitutam.

Sit igitur tibi hæc tristitia materia
gaudii, & mæror in lætitiam convertatur:
nec doleas si non omnia tibi succidunt ad
votum, cum ex contingentibus nil omissas.
Gaudias quoque si pro eo fatigeris
ad tempus, qui pro nobis exinanivit, ut
Apostolus afferit semetipsum, in similitu-
dinem hominum factus, & habitu inven-
tus ut homo; si pro omnibus, quæ tribuit
ipse tibi, etiam calicem quem biberat, ip-
se bibas, cum ipse pro te calicem gusta-
verit passionis. Nos autem, non tantum
indigni Vicarii, sed inutiles servi ejus &
compatimur passionibus tuis, & doloribus
condolemus; & labores tuos, in quibus pos-
sumus, intendimus relevare: nec oblitivis-
cimur tui, aut reliquiarum terræ nativi-
tatis dominicæ, licet propter locorum di-
stantiam & raritatem nunciorum te non
valeamus, ut volumus, per nuncios aut
literas sepius visitare. Nec diffidas ex eo,
quod exercitus signatorum in Græciam di-
citur divertisse, quoniam nos, quantum
possimus, de Terræ sanctæ sumus subven-
tione solliciti, & ad ejus subfundum totis
nibus aspiramus. Noste quoque te volu-
mus, quod licet dilectus filius Petrus tit.

S. Marcelli presbyter Cardinalis A. S. L.
cum Venetis honeste non potuerit transfre-
re, ante Adventum tamen a præsentia
nostra recessit, ita quod, cum literas tuæ
devotionis receperimus, navem transfreta-
turus intraverat. Dat. Ferentini IV. id.

Augusti.
Vocabatur omnium votis Soffredus ad
patriarchatum Hierosolymitanum: sed digni-
cum dignitatem respueret, electus fuit
Vercellensis episcopus. Tentavit vero prius
Innocentius subjectis literis Cardinalem
ad onus suscipiendum infestere [1].

Ut

Soffred.
ad Patri-

Hier. e-

vocatus.

NOTÆ [1] Lectus hoc anno post obitum Monachi in patriarcham Hierosolymitanum Soffredus, seu Goffredus Card. tit. S. Praxedis licet dignitatem illam recusavit, tamen hortante pontifice, literis hic a Raynaldo recitatis, dignitatem illam acceptavit, & aliquandiu tenuit. Etenim in codice Meliteni num. LXXXV. extat. Charta ejusdem Soffredi, qua se patriarcham Hierosolymitanum præscribit. S. (Soffredus) miseratione Divina patriarcha Hierosolymitanus umilis, & indignus apostolica sedis legatus. Data est illa Accon anno Domini MCCIII. nonas

maii

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. ITER. IMP. 8.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. ITER. IMP. 8.

X.

Ut omnem occasionem nobis Dominus tolle-
ret, nec ad excusandas excusationes in pec-
cato negligentiae locum aliquem reservaret,
quicquid servus pati potuisse pro Domino
pœna, passus est Dominus ante pro servo.
Quis ergo terrena omnia non relinquat pro
eo, quem descendisse novit a cœlestibus ad
terrena? Quis animam suam non ponat
pro illo, qui pro eo spiritum emisit in
cruce? Siquidem ut retribuamus ei aliquan-
do pro omnibus, quæ tribuit ipse nobis,
nec tribulatio, nec angustia, nec mors,
nec gladius nos debet aliquatenus retarda-
re, quo minus si necessitas exigat, & de-
poseat utilitas, gustemus pro eo calicem
passionis. Et infra: Nunquid ergo tuo te
factori negabis, ut recuses onus ecclesiæ
Hierosolymitanæ subire, quam, ipse suo
sanguine consecravit? Si te sibi dignatus es
quodammodo eligere successorem, nunquid
non adibis hereditatem ipsius, nec susci-
tabis semen fratri defuncto, qui per te dis-
posuit forsan intra peregrinationis, &
prædicationis sue semen evangelicum pro-
pagare? Et infra: Absit, ut pro eo ne-
cessitates effugias, qui pro te, (ut alia-
taceamus) se in famis, & sitis necessi-
ratem induxit, juxta quod legitur in pro-
pheta: Dederunt in escam meam fel, &
in siti mæta potaverunt me aceto. Subdit
se alteri legato pallium mittere, ut ab
ipso illud accipiat, ac legationem una-
cum patriarchatu gerat, siue consilii
esse ita ecclesiæ Hierosolymitanæ ipsum
conferre, ut tamen Romanæ auferre no-
lit. Verum de Vercellensi episcopo pa-
triarcha designato infra agetur. De Gof-
fredi electione loquuntur Innocentii lite-
ræ (a) ad ipsum datæ, quibus hortatur,
assensum præberet.

Hic sane silentio præterire non possum
insignem nobilissimi, atque piissimi equi-
tis Christiani sententiani, & in perpe-
tiendis laboribus sub durissimo Sarraceni-
æ servitutis jugo admirandam constan-
tiam. Cum enim ali defessi laboribus,
*quibus miseris immanes domini oppri-
mabant, ingemiscerent, atque ad videndam*
suavissimam patriam anhelarent, ille sta-
tim eorum increpita ignavia in genua
provolutus a Deo precibus contendit,
ut in ea servitute continuis laboribus at-
*tritus criminum pœnitentia absoluta emo-
reretur; quod Thomas Cantipratensis*
per hæc tempora contigisse tradit (b):
Circa illud tempus, quo annus Domini
Ann. Eccl. Tom. XX.

MCCIII. volvitur, expeditio peregrino-
rum validissima facta est in Terram san-

in labori-
bus animi
egregium
exem-
plum.

intra
etiam eorum redi-
bitis forsan, & eritis miseriores in inju-
riis pauperum, quam ante fuitis: hic autem
se velletis, possitis utique finem vitæ felici-
simam expectare; & hoc dicens flexis genibus
ad cœlum manus tetendit, & oculos: Nunquam
mibi Deus omnipotens redire concedat ad
patrios portus, inquit, sed hic sinat me
mortem peracta pœnitentia præstolari. Mi-
ra respondentis constantia, nec minus mira
dispensatio Salvatoris! ambos milites li-
beratos postea vidimus, & forte malis,
quam ante majoribus irretitos: pro illo
autem nobilissimo ac beatissimo viro cum
Rex Hierosolymanus, & alii multi nobi-
les laborassent, nunquam tamen efficere
potuerunt, ut eum a captivitate gentilium
liberarent. Insuper & hoc ipsum de eo mi-
litibus sociis ejus, qui mibi hæc retulit, re-
ferebat, quod tantum post quotidanos la-
bores de nocte orationibus incumbebat, quod
ei ad modum camelorum calli in genibus
accrevissent.

XII.

Alexius

ad cruce-

signat.

confit.

Montisfer-

rati,

misit Alexium sororum suum, filium

videlicet Isachii quondam Constantiopolita-

ni Imperatoris, & eodem marchione sag-

citer mediante tractatum est inter ipsum,

& exercitum Christianum, ut idem exer-

citus reduceret illum in Græciam, & ju-

varet ad Constantinopolitanum Imperium

obtinendum, ipseque pecuniam eis promis-

am solveret, & alia pacta cum eis inita

eu-

NOTÆ *maiis; ita enim legendum, interpunctione post III. apposita, non ante, ut errore manifesto*
clarissimus codicis illius editor legit MCC. III. non maiis. Brevi tamen dignitatem illam abdi-
casce existimo, quo enim tempore Constantinopolim a Balduino vocatus adiuit, legatum sedis
apostolicæ, non vero patriarcham agebat. Cum enim eo ipso tempore patriarchatus Hierosolymitanus vacaret, ut produnt literæ pontificæ ad annum 1205. i.e. a Raynaldo relatæ, hinc
dicimus anno illo, nempe labente anno 1204. Soffredum dignitatem jam deposuisse, nec usque
ad annum 1205. de successore provisum. MANSI

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

custodiret; post quæ Imperium obtineret. De quibus Niceta Choniata ut infensus in Latinos, atque odio imbutus erat, hæc stylo acerbiore exaravit: Classem ad oram solvendam parata, malum mala cumulatur, & fluctus fluctum urget, ut dicitur. Nam Alexius Isaacii Angeli filius, literis veteris Romæ Pontificis, & Regis Alemaniæ Philippi instructus, qui piraticis istis collegiis plurimum se debituros profitebantur, si adolescentem in patrum Imperium restituerent, aliquanto post cupidissime ad classem & pervenit, & excipitur, ut qui non tantum Latrocinium illud contra Romanos (sic Græcos suos vocare consuevit) institutum promovere, & honesta specie facere, sed & pecuniarum acervis ipsorum avaritiam explere posset. At tantum abfuit, ut Innocentius id contenderet, quem admodum calumniatur auctor, ut etiam expresse prohibuerit, sicuti ejus literæ paulo post reddendæ apertissime demonstrant; prosequitur Niceta: Is, nimirum Alexius, non ætate magis, quam animo puer, a viris callidis, & versutis suscepit, pepigit, & sacramento firmavit, ea se præbiturum, quæ perduci ad exitum minime poterant: nec enim maria pecuniarum dumtaxat illis postulantibus promisit, sed & auxilium contra Saracenos cum Romanis militibus, & quinquaginta triremibus, & quod maius est, ac longe absurdius, Latinorum deprivatum religionem amplectitur, & privilegiorum papalium invocationem, & veterem Romanorum institutorum mutationem pollicetur. Ita loquitur vir schismaticus, & Romanæ Ecclesiæ hostis: unde patet, quam inconsulte typographus ipsum gloriose beati titulo decorat, deceptus fortasse a Michaeli item Choniata Athenarum metropolitano, Ni-

(a) Extat post Nicet. Annal. Ab Alexio promissa ex Niceta. (a) Extat post Nicet. Annal.

XIII. Huic ego schismatico Pontificum oso-
ri Guntherum (b) sincere ista percurren-
tem antepono: Factum est, inquit, dum
(b) Extat apud Ca-
nis. to. 5. ubi nuncii nostri in curia versarentur,
certus rumor insonuit, venisse videlicet
Alexium juvenem in castra, Græcum ge-
nere, filium videlicet Isaacii Regis Con-
stantinopolitani missum a Philippo Rege
Theutonicorum cum nuncius, & mandatis,
Alexius quibus enixa rogabat exercitum, ut pre-
a Philip- fatum juvenem in regnum suum restituere
po Suevo niteretur, &c. Et infra: Certissime pro-
commen- mittens, si ille auxilio ipsorum sedem su-
datus. am recipere, peregrinis omnibus tam per
Theutoniam, quam per totam Græciam tu-
tam, ac liberam patere viam. Accedebat
etiam ad hoc, quod idem juvenis certi-
sime pollicebatur, si viribus eorum restitu-
tus foret, eis in commune argenti trecenta
marcharum millia (de ducentis tan-

tum fit mentio in literis paulo post ad-
ducendis) se daturum (c). Hæc Gunthe-
rus: quibus addunt Flandriæ annales A-
lexium æs omne alienum a cruce signato-
rum exercitu contractum se Venetiis so-
lutarum, simulque Græcam ecclesiam La-
tinæ subjectum spopondisse: iisque con-
ditionibus jure jurando summis auxilium
asscutum, quæ ex literis, quas afferemus
illustrabuntur. Evidem gesta vita Innocen-
tii pulcherrimam huic historiæ lucem
his verbis affundunt: Verum cum hoc, A-
lexium nimis in patrium Imperium La-
tinæ copias restituendum suscepisse, ad
summi Pontificis notitiam pervenisset, scri-
psit illis hoc modo:

Cum (d) in manu valida, & extenso
brachio egressi fueritis de Ægypto, ut vos
ipsos Domino in sacrificium offerretis, do-
luimus non modicum, & dolemus, quod ad-
huc Pharaeo urs persequitur fugientes, vel
potius vos sequimini Pharaonem, qui vos
sibi quadam necessitatibus specie, ac vela-
mine pietatis sub jugo peccati vetustæ ni-
titur subdere servituti. Et infra cumu-
latis variis rationibus ab invadenda Græ-
cia avocare conatur, cum plures ipsorum
adeo retardato adventu delusi, in suas
domos se receperint, Saracenique inter-
im audi viribus, animisque, ingentes
Christianis clades inflixerint, ac licet Con-
stantinopolitanus Imperator per scelus
occupari Imperium, non eorum esse vel
de ea re cognoscere, nec ad ulciscendas
Isaacii, Alexii, sed Christi injurias ad
arma profiliisse, nec illa jami crucifixo
consecrata, alteri devovere sine flagitio
posse: Pro populo autem Christiano do-
luimus, & dolemus, quoniam inde humiliatur amplius, unde credebatur potius ex-
altari. Cum enim multi, qui vos præces-
serunt in Terræ sanctæ succursum, quod
non ascenderetis audito, ad propria sunt
reversi de proximo vestro passaggio diffi-
dentes: Sarraceni de accessu vestro dubii,
& de illorum recessu securi, contra Chris-
tianos animos assumpserunt, & qualiter
peccatis exigentibus prævaluerint contra
eos, referre nolumus, cum sit fere ubili-
bet divulgatum. Gaudemus autem, quod
receptis literis nostris erratum in vobis in-
telligentes, devote ac humiliter manda-
tum estis Apostolicum executi, & juramen-
to præstito, vel recognito, absolutionis be-
neficium perceperitis, vos, & successores ve-
stros, filii comites, cum duobus baronibus
Gallicanis ad satisfaciendum juxta man-
datum nostrum super eo quod apud Jade-
ram excommunicationis sententiam incur-
ritis, per patentes literas obligantes. Ut-
nam autem pœnitentia vestra sit vera, ut
sic pœnitatis videlicet de commissis, quod
a similibus de cætero caveatis, quoniam
qui adhuc agit quod pœnitit, non est pœ-
nitens, sed illusor, & cani reverso mi-

(c) Jacob.
Meyer.
an. 1203.

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

Imperator, & paratis nobis excipere ve- Capitur
nientes, constantiam nostram cum paucitatem octa-
te miratus, ignominiose fræna reflectit in urbem retrogressus ardente ipso nocte fu- die.

urbe relinquit uxorem, Euphrosyna nuncu- Noctu
pabatur, & parvulum prolem. Habes hæc Imp. fu- pluribus enarrata apud eundem auctorem, git.

qui asserit ipsum Alexium annos 8. tres
menses & dies decem imperasse. Eadem
re comperta nescientibus nobis Græcorum
proceres in palatio congregantur, & exu-
lis nostri solemnis electio celebratur, seu
potius restitutio declaratur, insperatamque
lætitiam copiosa in palatio luminaria pro-
testantur. Mane facto prodit in castra co- Alexius
piosa Græcorum procerum multitudo, sa- Imp. fa-
lute.

XIV.

Respuere Pontificis monita cruce signati-
ti; promissorum enim splendor ipsorum
oculos perstrinxerat, ac secundis ventis
pro restituendo Alexio Constantinopolim
appulere: ut vero urbem, licet firmissi-
mis munitam praesidiis adeo ut præter
innumeram peditum multitudinem sexa-
ginta millia equitum numerarentur, ob-
sidione cinxerint, expugnarintque, ipso-
rum literæ (a) ad Innocentium profe-
quuntur: Sæpius per nuncios nostros, immo
per ipsum exulam nostrum, & barones no-
stros a civibus postulantes audiri, nec ad-
ventus nostri causam, nec petitionis modum
potius explicare, sed quoties terra, vel
maris statibus in muro sermones obtulimus,
toties retulimus iela pro verbis. Consideran-
tes igitur, quod præter spem nostram cun-
cta contingerent, in eum statum necessita-
tis impatiti, ut statim neceesse haberemus
aut perire, aut vincere, cum obſidionem
ipsam nulla ratione in quindecim dies pro-
telare possemus, quos virtualium omnium
incredibilis urgeret angustia, non ex de-
spiratione quidem, sed inspirata quadam
securitate divinitus suspirare cœpimus ad
bella * paucissimi periculis nos audacter
opponere, & incredibiliter in omnibus ob-
tinere; ad conflitum etiam campostrem
sæpius ordinati inestimabilem multitudinem
fuga in urbe ignominiose conclusimus. Ea-
dem de profligatis Græcis Niceta hæc
addens. Actum hoc est mense julio ann. VI.
MDCCXI. scilicet Christi 1203. [1]

(a) Extant
ib. ep.
211.

* prom-
ptissimi.
Primo
concursu
pedestres
Græco-
rum co-
piae fuga-
tæ.

XV.

Aptatis igitur interim terra, & mari
bellicis instrumentis die obſidionis octavo
violenter civitas introit, graſſatur in-
cendium, disponit in campo contra nos acies
Ann. Eccl. Tom. XX.

Hactenus ad Innocentium cruce signati-
ti, qui easdem literas Othoni renunciato
Imperatori, additis ad calcem aliquot
verbis, misere; recitat eas Arnoldus Lu-
becensis abbas (b): alias vero a comite
S. Pauli ad Brabantia ducem scriptas di-
Sl. xv. 1.6.
(c) Godef.
chron. 1.20.
in annal.
hoc ann.

NOTÆ [1] Memorabilis hæc urbis Constantinopolitana expugnatio contigit die veneris XXV. ju-
lii, ac solemnis coronatio imperatoris Alexii celebrata fuit die I. mensis augusti. Hæc
ex Ville-Harduino facile deduci possunt, afferente Alexium urbem intrasse die veneris; so-
lemnem vero ceremoniam, qua coronam publice resumeret, & imperator agnoscetur indicatam
fuisse in diem festum S. Petri, augusti mense ineunte. Dies veneris ante festum S. Petri ad
Vincula anno isto in diem XXV. julii cadebat. MANSI

Alexius
promittit
se cr-
cesignatis
coniunge-
Redemptoris.

(b) Arnol.
Lub.

chron.
Sl. xv. 1.6.
(c) Godef.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. cum ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

de Alexio, qui ob rem male gestam Latinorumque impressos impetus, immani terrore perfusus, de salute Imperioque actum arbitratus, nocte Constantinopoli Debeltum profugerat, locutus Nicetas de gesto ab illo Imperio hanc sententiam tulerit, historique mandavit, in bello timidum ignavumque fuisse, atque in pace ad res gerendas parum idoneum, ceterum suavitatem morum, aditus facilitate, & clementia commendatissimum, adulatorum quorū ingent in alebat numerum, vocibus corruptum, calumniis in aures admittendis proclivem: ob erectum vero fratri una cum Imperio oculorum lumen conscientiae facibus arsisse ac insignem aliquam calamitatem semper extinuisse; atque ita cum hostem sentiret in pectore, tum quasi deploratis rebus Debeltum fugisse, cum a nemine fugaretur, atque adhuc res suas confirmare posset. De Isaacio ac filio in Imperium restitutis atque id genus aliis fuse Nicetas Choniata, ubi acerbissimo in Latinos odio invexit, eosque calumnias infestatur. At ea ex iis quæ crucisignati scripere, Guntherusque tradit nullo negotio refelluntur.

XVII.

Eiectus ad Constantinopolitanum Imperium Alexius cum patrem suum Isaacium a fratre exceccatum libertati ac folio restituisse, ad exsolvenda Latiris promissa se comparavit, inter quæ illud præcipuum erat, ut Cræcam ecclesiam ad Romanæ obsequium adduceret. Scriptis igitur literis ad Innocentium Romanum Pontificem, ubi in patruo feliciter vindicatum scelus, receptumque ex ejus manus sceptrum exposuit, consuet. olim ab Imperatoribus catholicis Christi Vincio præstari obsequia submisso detulit, atque ad perducendos ad conjunctionem Ecclesiarum orientales operam omnem collocaturum, atque Latinorum præfulum, qui Constantinopoli versabantur, consiliis religiosissime obtemperaturum est pollicitus.

(a) Lib. 6.
ep. 210.

Sanctissimo patri, & domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, Alexius fidelis in Christo Imperator a Deo coronatus, Romanorum moderator, & semper Augustus, reverentie filialis devotum obsequium. Quanta (a) mibi fecerit Dominus bis diebus secundum misericordiam suam, Beatus in vestra potissimum credidi breviter explicandum, quam locum ejus in terris noscitur obtinere, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium jura regnum, tam Deo, & sanctitati vestra in gratiarum actione devotus, quam merito teneor, & in perpetuum tenebor obnoxius. Novit plenus sanctitas vestra parricidio in fratrem commisso occupatum diutius, & pollutum Imperium, meque ipsum felici exilio detestabilem evasisse tyrannidem, in quo & mibi cœlitus datum est vestram Apo-

stolicam videre personam. Insigni ingrati animi vitio id scelus patrasse Alexium tyranrum tradit Jordanus (b) cum antea a Turcis abductus in servitutem ab Isacio maxima vi auri liberatus fuisset, qui excepto diademate cetera omnia ejus arbitrio permiserat: hunc vero ex administratione reipublicæ occasionem aucupatum Græcorum voluntates ad se pellexisse, corrupisseque, ut fratri sceptrum eriperet; pergunt Alexii alterius literæ.

Sed nec illud vestrum effugit auditum, quod peregrinorum beata societas crudelitatem abominata sceleris inauditi, amore fraterno, seu potius miseratione paterna exilium meum, & causam justissimam quidem, sed apud homines desperatam tam misericorditer, quam viriliter adorsa fuerit sublevare. Et tunc qualiter in manibus eorum tam mea, quam patris a Domino prosperata sit salus, sublevatum de carcere ejusdem illustris patris mei caput ostendit Imperialibus, ut decet, insignibus decoratum, & restitutum capiti meo cum solemnitate debita Imperii diadema, noctu elapsò per fugam detestabili parricida, qui fasces Imperii inauditæ tyrannidis incubatione polluerat. Hic profecto suspirantem ad nos urbem regiam sermonibus adeo infecerat venenatis, ut ad subversionem libertatis antiquæ publicæ Latinos affereret adventare, qui Apostolati vestro locum, & gentem restituere laborarent, meque in odium traherent amicorum, cuius occasione, & studio opus tam insuperatum Latinitas inchoasset. Hæc fateor causa potissimum ad subducendum nostrum peregrinorum animos inclinavit, quod promissione spontanea sub juris iurandi religione, Christiana sumus devotione polliciti, totius Christianitatis ecclesiasticum caput, Romanum videlicet Pollicetur Alexius Apostolicum successorem nos humiliiter agnitos, & ad hoc ipsam orientalem ecclesiam Pontificis pro viribus inducturos, si debitum nobis obedientia misericordia restituisse Imperium, intelligentes profecto, quod accedere debeat plurimum honoris, & utilitatis Imperio, & uonini nostro decus æternum, si tunica Domini inconsutilis suam nostris temporibus, & operibus recipiat unitatem. Ex hoc quidem, ut dictum est, tam peregrinis vestris sub juramento promisimus, quam paternitati vestra exhibere plenus præoptamus, omnem vobis, & successoribus vestris cænonice substituendis devotionem per presentes literas promittentes, quam antecessores nostri Imperatores catholici prædecessoribus vestris patribus orthodoxis Romanis Pontificibus antiquitus exhibuisse noscuntur. Illud pariter promittentes, quod opportunitate nobis a Domino præfita salutari, ad idem orientalem ecclesiam tam prudenter inclinabimus, quam potenter, super quo prudentia vestra consilio desideramus in-

(b) Jor. dan. M.S. Vat. bl. sign. n. 1960.

XVIII.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. cum ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

niti, ad hec predicta inducti precipue consilio futuris, & monitis venerabilium patrum C. Halbest. & G... Trecen. & N... Suestionen. episcoporum, abbatis de Lued. & magistri Joannis Novionen. Dat. in urbe regia 8. Kal. septembri. Hæc novus Imperator; quid vero tum ad ipsum, tum ad crucisignatos rescripsit Innocentius, sequenti anno videbimus.

XIX. Quod spectat ad Ungaria Regem, quem supra insignitum cruce meminimus; cum Jaderam ab aliis crucisignatis impulsu Venetorum excisam inspeximus, dum ille assumpta cruce ad Hierosolymitanum inter se compararet, regni præfulibus Innocentius præceperat, ut Ladislao ejus filio fidei sacramento obstringi Ungaros operam darent, atque in eos, qui ab ipso desciscerent, anathema vibrarent. Rogatus præterea ab eodem Rege, dum expeditionem appararet, ne Strigonensem, & Colocensem archiepiscopos suarum occasione ecclesiarum lites agitare, permitteret, 11. kalen. martias respondit (a), ita se res moderaturum, ut etiam si lite certarent, nullum in regno disfidium oriretur. Post hæc nonis novembris Anagniæ cum esset, Regem eundem hortatus est (b), ut Andreæ fratri duci subveniret, instrueretque necessariis, ut voto Hierosolymano se exsolveret, quod pater immatura abruptus morte ad opus perducere non potuerat, ejusque persolvendi in eum munus transfuderat: quo etiam die ad eundem Andream scribens (c) compositam inter illum, Regemque fratrem concordiam per G. tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem, Apostolicæ sedis legatum confirmat: præterea dato ad ipsum Hierosolymam traiacentem diplomate (d) in suam clientelam admisit, eaque gratia ceteros crucisignatos se affecturum pollicetur (e). Cum de Strigonensi, & Colocensi archiepiscopis mentio inciderit, non prætermittendum silentio, Innocentium Strigonensis ecclesiae privilegia corroborasse, ut Ungaria Metropolitanus sit, Reges, reginæque in illa ecclesia a Strigonensis archiepiscopis consecrarentur, & corona insigniantur. Datum diploma Præfete 3. nonas maii; paucisque ante diebus, nempe 11. kal. april. Colocensi mandat, ut W. Meganipanum inviseret, eumque ac Serviæ principes in Romani Pontificis obedientia confirmaret, atque a Constantiopolitani patriarchæ, qui Apostolicæ sedi obtemperare renuebat, jurisdictione liberaret, quo pariter die ad ipsum Meganipanum scribens (f) primitum Ecclesiarum Romanarum, atque in ceteras supremum imperium, dignitatemque commendat, ejusdemque argumenti literas Ungarorum Regi, & Serviæ archiepiscopis, episcopis, principibus, atque optimatibus misit. (g)

(a) Id. 1.6. ep. 8.

(b) Id. ib. ep. 156.

(c) Ib. ep. 156.

(d) Ib. 57. (e) Ib. 1.5. ep. 147.

Strigoniensis archiep. est Reges Ungaros concretra.

Laborat Pontifex pro continendis in officio Serviis.

(f) Id. ib. ep. 24.

(g) Reg. post dict. ep.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. cum ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

E Servia ad proximum Bulgarie regnum sermonem convertamus. Perlata fuit Innocentio Pontifici hæc Bulgarorum Regis epistola, qua ille Romani Pontificis summam auctoritatem a Deo ipsi collatam agnovit, proptereaque poposcit, ut legatos Apostolicos ad se transmitteret, qui ipsum regia corona redimirarent, ac patriarcham in Bulgaria crearent; interpellatum quidem ab Imperatore, & patriarcha Græcorum, ut ab ipsis regiæ ornamenta dignitatis acciperet, sed pro missa ipsorum aspernatum, cum B. Petri successoribus omni studio, & amore obsequi contendat. Invitarat illum Innocentius Dominici Brundusini opera, reique gerendæ occasionem, & argumentum captarat, ut cum ex prænibili Romana stirpe genus duceret, Romanæ Ecclesiæ adhaeresceret.

Calo Joannes Imperator Bulgarorum sanctissimo domino fidei Christianorum ab oriente usque ad occidentem patriarchæ Patræ Romano.

Ego cartam mitto tibi, (b) gaudens si (b) Lib. 6. nuncius meus inveniet te sanum, & latum ep. 142. cum omnibus, qui sunt tecum, & omnibus consanguineis, & amicis tuis. Ego sanus sum per virtutem Domini, & beate Virginis, & per orationes sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, & per sanctas orationes tuas. Intelligo ego Calo Joannes Imperator Bulgarorum, quod tu habes potestatem a Deo ligandi, & solvendi, sicut habuit beatus Petrus Apostolus, cui dixit Dominus: *Quodcumque ligaveris super terram, &c. sic tibi contulit Deus gratiam istam; unde quem ligaveris, ligatus est, & quem solveris, solutus. Notum facio sanctitati tuæ, quod elapsi sunt sex anni, quod ego semel, secundo, & tertio misi ad vos, sed nunci mei non potuerunt ad sanctitatem tuam accedere, & proponere verbum meum, & referre mihi consolationem tuam. Inspiravit Dominus sanctitatem tuam, ut mitteret mihi Dominicum archipresbyterum Brundusinum, per quem intellexi, quod non es oblitus mei servi tui, quem honoraui sicut hominem tuum, & dedi ei literas, quas tue sanctitati deferret, quas utrum attulerit, vel non attulerit, Deus novit. Ex quo sciverunt istud Græci, miserunt mihi patriarcha, & Imperator: Veri ad nos, coronabimus te in Imperatorem, & faciemus tibi patriarcham, quia Imperium sine patriarcha non staret; sed ego non volui, immo recurri ad sanctitatem tuam, quia volo esse servus sancti Petri, & tua sanctitatis, & sciat sanctitas tua, Bulgarus quod ego misi ad te archiepiscopum meum se Romanum omni ordinatione, & pecunia, & panis sacerdos, cera, & argento, equis, & mulis, ut adoret sanctitatem tuam pro me seruo tuo. Et rogo per orationes beati Apostoli Petri, & per sanctas orationes tuas, ut*

Bulgarus
Ecclesia submittit.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

ut tu mittas Cardinales, quibus præcipiat sanctitas tua, ut me coronent in Imperatorem, & in terra mea faciant patriarcham, ut sim servus tuus tempore vitæ meæ. Subiectæ sunt Basilii Bulgarorum archiepiscopi literæ (a), quas cum ad sedem Apo-

(a) Reg. post eand. ep.

stolicam cum ingentibus, ac preciosissimis muneribus deferret, emensoque longissimo itinere pervenisset Dyrrachium, a Græcis, qui invidia perciti Bulgari Romanæ Ecclesiæ conjunctione distrahere nitebantur, prohibitus est, ne in occidentem traiceret, tunc vero tyrannus Alexius eruptum Isaacio sceptrum adhuc tenebat, ob cujus metum archiepiscopos legatione perfungi non potuit, sed fidissimos nuncios ad Innocentium transmisit.

XXI. Acceptis hisce literis Innocentius incredibili voluptate delibutus, quod Bulgari ad Ecclesiæ Romanam convolare cuperent, bene copta ardenter urgere cœpit, redditisque alis archiepiscopo Basilio de agnita Apostolici culminis dignitate est gratulatus, incitavitque, ut relieto illo ingenti, quo stipabatur comitatu, quandoquidem obeundæ legationis provincia ipsi demandata esset, persequendo itineri generose se accingeret, perteret mari Apuliam ibi honorifice luceptum iri, ardere se magno illius videndi reique perficiendæ desiderio: quid etiam missio Dominico Brundusino ante jussifet, significavit: (b) Dilectum filium Dominicum archipresbyterum Brundusinum ad ejusdem nobilis, nempe Calojoannis, ducesimus præsentiam destinandum, plena ei facultate concessa, ut in tota terra ipsius quoad spirituallia corrigeret, quæ corrigenda cognosceret, & statueret, quæ forent secundum Dominum statuenda. Per ipsum quoque uni archiepiscoporum terræ ipsius pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii duximus destinandum, mandantes eidem, ut si qui fors in terra illa promovendis ad ordines essent, vel in episcopum consecrandi, per vicinos catholicos dumtaxat episcopos in ordinandorum ordinatione, & consecratione consecrandorum procedere non tardaret. Eadem etiam dedimus in mandatis, ut de corona progenitoribus nobilis sèpedicti ab Ecclesiæ Romana inquireret diligentius veritatem, & tractaret de omnibus cum eodem, quæ cognoscet pertractanda, ut per ipsum tandem, & nuncios ejusdem nobilis de omnibus rediti certiores, consultius, & maturius super hoc procedere valeamus. Nuper autem idem legatus noster nunciis ejusdem nobilis obviauit ad charissimum in Christo filium nostrum H... illum Regem Ungarie destinatis, cum quibus ad eorum dominum sine mora se afferuit profecturum. Licet igitur prædictos Constant. presbyterum, & Sergium comestabilem ad præsen-

(b) Ep. 143.

Hic forte mirabitur lector, cur in Bulgari Regis, & archiepiscopi literis nulla fiat mentio Joannis Pontificii capellani, cui legationis munus ab Innocentio in iis regionibus, ut supra vidimus, impositum fuit: at inde id contigit, quod Joannes nondum eo pervenisset, ut ejus ad Pontificem date literæ ostendunt (d). Significavit enim in primis unicum Bosniæ episcopum præesse, illumque jam e vita sublatum, magno divinæ gloriæ incremento futurum, si Latinus episcopus imponeretur, atque etiam plures in iis terris episcopatus instituerentur: Tractato negotio illorum quondam Patarenorum in Bosna, sicut jam pridem scripti sanctitati vestræ, fui in Ungaria aliquantis diebus ex voluntate regia. Interim nunc illius magni viri Calojoannis venerunt ad Regem, cum quibus, Deo dñe, spero meire ad ipsum, & Christianissimus Rex fecit eos super Evangelia jurare in Ecclesia coram altari, quod me securum usque ad præsentiam ejus dederent. Et infra: Bosniæ res.

(c) Ib. ep. 144.

XXII.

(d) Apud
In. l. 6.
ep. 140.

Culin. de Bosna non est nisi unus episcopus, & episcopus modo mortuus est, si posset fieri, quod aliquis Latinus ibi ponetur, & aliqui etiam ibi tres, vel quartuor crearentur novi, non modicum extinde utilitati accresceret ecclesiastica, quia regnum est ipsius ad minus dietarum decem, & plus. Ad hoc sciat sanctitas vestra, quod nobilis mulier Sibilia uxor quondam potestatis Constantinopolitan. in ultima voluntate de dote sua legatum relinquit Romanæ Ecclesiæ, &c.

Haec tenet Joannis literæ, post quas tabularum exemplum legitur, quibus Bosniæ monachi schismatici Romanæ Ecclesiæ constitutiones se observaturos pollicentur, atque obstringunt. Perfectum vero illud est ejusdem Joannis opera, & diligentia, cui Pontifex excindendæ in iis regionibus Patarenorum hæresecos provinciam commiserat. Juvit illius studium Banus Culinus princeps, quo præsente in publicis ecclesiasticorum comitiis Schismatici abrenunciarunt, virusque evomuere certi hæretici, qui sub religionis specie per summum aliorum contemptum se Christianos nuncupabant, ac sacramento ad servandos Ecclesiæ Romanæ ritus, & mutato nomine se fratres appellaturos devinxere. In nomine Dei æterni Creatoris omnium, & humani generis redemptoris anno ab ipso incarnatione MCCIII. domini vero In-

XXIV.

a Sibilia

Ecclesiæ

relictum.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

centii Papæ III. anno sexto. Nos priores illorum hominum, qui hactenus singulariter Christiani nominis prærogativa vocati sumus in territorio Bosnae omnium vice constituti pro omnibus, qui supra de nostra societate fraternitatis in præsencia Domini I. de Casem. capellan. summi Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ in Bosna propter hoc delegati, præsente patrono Ban. Culin. domino Bosnae promissimus coram Deo, & sanctis ejus stare ordinationi, & mandatis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tam de vita, & conversatione nostra, quam ipsius obsecundare obedientiæ, & vivere institutis, obligantes nos pro omnibus, qui sunt de nostra societate, & loca nostra cum possessionibus, & rebus omnibus, si aliquo tempore deinceps sectati fuerimus hereticam pravitatem. In primis abrenunciamus schismati, quo ducimur infamati, & Romanam Ecclesiæ matrem nostram caput torius ecclesiastice unitatis recognoscimus, &c.

XXIV.

(a) Ann.
supr.

(b) Ex
reg. In
noc. libel
lus sup.
veg. Imp.
ep. 87.

Jam ad res occidentalis Imperii nostra defluxit oratio. Cum Otho, ut vidimus, (a) Innocentium Papam de felici rerum suarum statu certiore fecisset, idibus ille januarii reddita epistola (b) gratulatur: Nos autem de tua prosperitate gaudemus, & successus tuos proprios reputamus, utpote qui plantæ nostræ oblitisci non possimus, &c. Additque: Nos enim quantum nobis permittit Dominus, ultra forte quam credas supra promotionis tuae negotio vigilamus. Et quidem summam ipsius pro Othone vigilantiam, ac solicitudinem apertissime ostendunt apostolicæ hoc anno datæ epistolæ, de quibus nunc dicendum. Igitur cum Trevirensis archiepiscopus Innocentio promisisset, atque iurejurando confirmasset, in Imperii negocio ad ejus arbitrium se accommodatum, spreta sacramenti religione, Pontificisque dicta ei lege, per summam perfidiam ad partes Othonianas conferre se se renueret, Innocentius ad Germaniæ epis- pos 6. Kal. martii scriptis (c) ut diebus dominicis solemní ritu e fidelium consortio ejectus promulgaretur. Quo item die Prænestino episcopo Apostolicæ sedis legato describens (d) Germanis archiepiscopis, & episcopis hæc adversus Trevirensim archiepiscopum se jussisse ait. Plurimum autem legatum ipsum commendat, tum quia inter ignotas antea gentes, & populos lingua dissonos, quam non noverat constitutus, talem se verbis, recteque factis exhibere niteretur, ut ejus opera cernentes illum ex quo omne datum optimum (e) & omne donum perfectum emanat, gloria afficerent, sibi que laudes, gratesque agerent, quod Angelum pacis eomittendum duxisset; tum etiam quia renunciato Imperatori plurimorum gratiam comparasset, seque

(e) Jac. c.
1.

ad Regem Danorum scripsisse, ut cum ipse inter illum, Othonemque foedus composueret, confirmassetque, si ob hanc, aliamve causam in Daniam se conferret, veluti Apostolicæ sedis legatum benigno vultu, & perhumaniter exciperet, ejusque consiliis, ac monitis acquiesceret: postea vero pactiones quasdam inter eundem Regem, & Othonem, fratresque confectas Apostolica auctoritate firmavit. Porro ut in perfidum, & contumaciam Trevirensim archiep. vidimus Innocentium animadvertisse, ita archiepiscopum alterum, Adolphum scilicet Colonien.

quod ab Othone maxima existimationis, gloriæque sue jactura ad Philippum transvolasset, gravissime arguit, (f) utque (f) Id. ib. ad illius partes iterum se conferat, monet, imperatque. Hoc interim (pario calumniatoribus quibusdam falso spargentibus electionis Othonis, ac Sifridi Maguntini archiepiscopi Innocentium pœnituisse, ad Germanos principes hæc scripsit. (g)

(g) Ibid.
Innocentius, &c.
ep. 84.

Miramur non modicum, & movemur, quod pestilentes quidam filii tenebrarum, satanæ discipuli prænuncii antichristi, nobis, & Ecclesiæ Romanæ notam volunt impingentes, tamquam quod cum multa gravitate statuimus, velim us leviter revocare. Nec hoc solo contenti moluntur in-

XXV.

Innoc.
confutat
literas si
bi affictas
in gra
tiam
Philippi.

nuere, licet frumenta, quod inter nos, & fratres nostros zelus sit & contentio, nec sapimus idem, sed in emulacione, & contentione ad ea quæ statuimus, procedamus, cum tantus potius per Dei gratiam vigeat inter nos charitatis affectus, & tam insolubile maneat vinculum unitatis, ut sit nobis cor unum, & anima una, secundum Psalmistam, ambulantibus in domo Domini cum consensu. Ipsi autem volentes auctoritati sedis Apostolicæ derogare, ac in dubium revocare, quod fecimus tam super Imperii Romani negotio erga charissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Othonem in Romanorum Imperatorem electum, quam super factum ecclesiæ Maguntin. adversus venerabilem fratrem nostrum S.. archiepiscopum Maguntinum falsas presumptur literas exhibere, violentes quasdam ex fratribus nostris a nobis discordes ostendere, ac animos vestros a consiliis nostris, & monitis revocare. Verum mentita est iniurias sibi, quia prævalere non potuit veritati figmentum, cum literarum falsitas manifesta sit recte intuentibus per seipsum, cum nec literæ, quæ tanquam sub nomine nostro misse fuerunt Pataviensi, Friesingen. Eisteten. episc. præsentatae Ecclesiæ Romaniæ stylum redoleant, nec illæ, quæ dicuntur a quibusdam nostris fratribus destinatae, fratrum nostrorum supiant gravitatem, immo tanta sit inconcinnitas in uirilique, ut nullus sanæ mentis de ipsis debuerit du-

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter IMP. 8.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
VACAT. IMP. OCCID. 6.

(a) Ibid.
(b) ...
XXVI.

bitare. Unde culpabiles se ostendunt, qui earum procedere occasione presumunt. Cum ergo super Imperii Romani negotio, nec super facto ecclesiae Maguntinæ a nostro velimus proposito declinare, universitatem vestram monemus, & exhortamur attentius, & per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus super utroque consiliis nostris, & monitis intendatis, scituri pro certo, quod non intendimus ad depressionem Imperii, sicut mendaces aliqui mentiuntur, sed ad exaltationem ipsius propensius aspiramus. Datum Lateran. 9. april. Hactenus Innocentius ad Germaniæ principes. (a)

Ad infringendam eandem calumniam, ne in credulorum mentes irreperet, atque Ecclesiae gravitati detraheret, si tanta levitate suffragia ad Philippum deterrisse crederetur, sacer Cardinalium senatus literas ad Germaniæ principes misit, quibus proposita concepti animo doloris ob Germaniæ dissensiones magnitudine, declaravit Othonis, & Siffridi causas contra æmulos ab Ecclesia, ut æquissimas probari: aliorum vero ut injustas maturo consilio esse proscriptas.

Literæ Cardd. ad universos tam ecclesiasticos, quam sæculares principes Alemaniæ.

Cotifatur a Cardd. eadem salumnia. Tam super Imperii Romani scissura, quam super ecclesiae Maguntin. discordia pio compunctionis affectu dolemus, affectantes utriusque commodum, & honorem. Cum autem & dominus Papa nobiscum, & nos cum ipso simus per Dei gratiam unanimes, & concordes, quoniam ipse nos tanquam fratres, & filios diligit & honorat, & nos eum tanquam patrem, & Dominum reveremur, veneramur, mirari cogimur, & moveri, quod quidam homines pestilentes, illius utique filii, qui ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit, sub nomine ipsius domini Papæ, ac quorundam ex nobis tam super Imperii Romani negotio contra illum Regem Othonem in Romanorum Imperatorem electum, quam ecclesiae Maguntinæ venerabilem fratrem nostrum Siffridum archiepiscopum Magurcium falsas præsumpsent literas exhibere, volentes super utroque negotio nos discordes ostendere, ut possent auctoritati sedis Apostolica derogare. Quia vero Deus Romanam Ecclesiam super firmam petram stabili soliditate fundavit, cuius idem ipsum fundamentum est, & fundator, frusta quis existimat, ut ab iis, quæ cum multa disponit maturitate consili, probana facilitate recedat, præsentim hoc tempore, quo quantum hominibus est concessum, non impetu voluntatis offertur, sed motu dirigitur rationis, ideoque reprehensibiles evincuntur, qui literis falsis utentes, Apostolicum moluntur impedire statum, præsentim cum hujusmodi literæ tam manifestam exprimant falsitatem, ut nemo sanæ

mentis super iis debuerit dubitare. Universitatem itaque vestram rogamus attentius, & monemus, quatenus tam de domino nostro summo Pontifice, quam nobis ipsis nihil velitis suspicari finibri, nec creditis immisionibus, quæ fuerint per angelos malos, sed salubribus Romane Ecclesiae consiliis intendatis, quæ non ad depressionem Imperii, sed exaltationem ejus intendit. Licet autem aliqui nostrum pro diversis Ecclesiae necessitatibus sint absentes, quia tamen unum, & idem eos novimus sentire nobiscum, has literas cum sigillis omnium qui apud sedem Apostolicam præsentes existimus, sub universitatis nomine destitnamus.

Usus præterea alia arte Philippus Sueviae dux, quo studia principum, qui Othoni favebant, labefactaret, atque infringere, simulataque Apostolicae sedis gratia suas res stabiliret, spargi late rurorem curaverat, Pontificem Romanum ad Imperii coronam eum evocandum Camaldulensem priorem in Germaniam misse. At Pontifex datis ad Salisburgensem archiepiscopum literis (b), fraudem detexit.

Innocentius, &c.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod Sueviae dux Ph. ut corda principum charissimo in Christo filio nostro illustri Regi Othoni in Romanorum Imperatorem electo faventium infirmaret, & ex simulato favore nostro robur aliquod obtineret, fecit per Theutonium divulgi, quod dilect. fil. priorem Camaldulen. ad ejus præsentiam miseramus, eum ad coronam Imperii evocantes. Ceterum, ut coram Deo sub testimonio conscientiae nostræ loquamur, nec priorem prædictum, nec alium ad ducem ipsum duximus destinandum, sed priorem eumdem ab eo missum receperimus offerentem plura, & plurimare referentem sub testimonio literarum, quas dux ipse sigillo fecerat aureo roborari. Cumque idem prior ex ejus parte proponebat coram nobis, quod paratus erat ad mandatum Ecclesiae Romanæ redire, a nobis non potuit responsum aliud extorquere, nisi quod cum redeuntibus ad Ecclesiae gremium nolimus aditum venia denegare, prompti eramus eum recipere, sicut quemlibet pœnitentem. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur attentius, & per Apostolica tibi scripta mandamus quatenus quicquid malitiose fingatur, quæcumque immisiones per angelos malos fiant, non credas, quod a constantia mentis nostræ tam leviter recedamus. Datum Ferentini 5. id. septemb. In eandemque fere rationem, ut subditur, ad Zarlingæ ducem scripsit. Postea vero cum ipso archiepiscopo (c) questus est Innocentius, cum Othoni Imperatori designato adhæreret, illi tamen nec literas, nec nuncios, aut auxilium misse,

XXVII. Philip. servit rurorem se ad coronam capessendam exciri.

(b) Ib. ap. 89.

Innoc. confutat sparsam famam.

Philip. promissa pro au- cupanda Ponti- fici gra- tia.

Terra S. res repa- rare.

Restituere erepta Ecclesia Rom. & aliis.

Permitte re liberas electiones prælato- rum.

fe, quod ut in posterum præstet, hortatur imperatque.

XXVIII. Studuerat etiam Philippus magnis pollicitationibus gratiam Pontificis sibi conciliare. Quænam vero ex fuerint, Innocentii IV. diploma ex Lugdunensi synodo evulgatum (de quo suo loco dicendum (a) erit) fatis ostendit, (b) ipsis enim intexit inter alia datam ad Innocentium III. prædecessorem suum Philippi epistolam, cuius exemplum infra scriptum est, qua ad aucupandam Innocentii benevolentiam ingentia promissa cumulabat: spondebat nimirum expeditionem ad reparandas Terræ sanctæ res adornare ac ducere, omnia quæ omnibus ecclesiis five Romanæ vel aliis crepta essent restituere, nunquam se in prælatorum electionibus ingerere, si vel ipse aut levir Constantinopolitanum Imperium obtinerent, orientalem ecclesiam ad Latinæ obsequium flectere, novas leges justissimas toto servandas Imperio condere atque anathematice percusos in exilium depellere, affinitatem cum Pontifice contrahere, si quædamna intulisset, sarcire ut ex subjectis patebit.

Ego Philippus Romanorum Rex semper Augustus antequam Martinus prior Camaldulensis & frater Odo monachus de Salem venirent ad me tractaturi de pace Ecclesiae & Imperii, voveram Deo & sanctis ejus me iturum ultra mare ad liberandam terram promissionis a gentium feritate: & iterum post eorum adventum auditio verbo eorum super tractatu pacis, de concessione domini Apostolici, in manu predicti prioris vice domini Apostolici voti, & promisi Deo & sanctis ejus & eidem priori loco spedicti domini Apostolici, me opportuno tempore Ecclesiae, & Imperio & liberationi terræ predicitæ bona fide absque omni fraude illuc iturum, & opitulante Deo terram illam pro posse meo liberatum. Hujus voti testes sunt Dictalben. Constantien. episcopus & Berchardus abbas de Salem, Petrus abbas de Burgo sancti sepulcri, frater Odo de Salem, Henricus dapifer de Voalteg. Henricus de Sinalenebbe, Henricus Mareschalec. de Panpinherin, Helfric not. Insuper promisi me facturum omnia hic subscripta: omnia bona tam Romanæ Ecclesiae quam aliarum ecclesiæ, quæ antececessores mei Reges vel Imperatores, injuste abstulerunt vel detinuerunt, vel ego abstuli vel injuste detineo, restituam, & ab eis quiete & pacifice semper possideri ab eis permittam: omnes abusus, quos antececessores mei in Ecclesiæ habuerunt, utputa mortuis prælati bona ipsorum vel ecclesiæ eorum accipiebant, perpetuo relinquam: electiones episcoporum & aliorum prælatorum canonicæ fieri permittemus: omnia spiritua lia summo Pontifici relinquentes: monaste-

ria irregulariter viventia, sicut majestati Imperiali congruit, cum adjutorio dominum Apostolici regularibus conventibus, scilicet Cisterciens. Camaldulens. Præmonstraten. subiciemus, & operam dabo, ut tam monasticus, quam clericalis ordo ea quædecet religione vivat & honestate.

Advocatos five patronos ecclesiæ ab exactiōibus, angariis, parangariis, in Græcam Ecclæ Romanæ conjuncte. XXIX. quantum potero, cessare compellam. Si omnipotens dominus regnum Græcorum mihi vel leviro meo subdiderit, ecclesiam Constantinopolitanam Romanæ Ecclesiae bona fide & sine fraude faciam fore subjectam, Romanæ Ecclesiae in omnibus & per omnia fidelis, & devotus atque filius, & defensor semper ero. Generalem legem statuam & observari faciam semper & ubique per totum Imperium, ut quicunque excommunicatus fuerit a domino Apostolico in banno Excommunicatus sit Imperiali: insuper pro pace & municiatione amicitia inter me & dominum Apostolicum exilium damare. auctoritate, ut ipse semper benignissimus sit mihi pater, & ego ei fideliſſimus, & optimus filius, filiam meam nepoti ejus in coniugium dabo & alios vel alias de cognatione mea secundum voluntatem suam Aſſinitatem ſuo copulari faciam. De omnibus excessibus meis ad mandatum, & voluntatem domini Apostolici Deo, & Ecclesiae plene ſatisfaciam. Hæc etiam omnia in praesentia domini episcopi Constant. & domini Martini prioris Camaldulens. & domini Etbuchari abbatis de Salem, & domini Petri abbatis de Burgo sancti sepulchri, & fratri Odonis de Salem præsentium laſtis de illiciū. Facere ſatis de illiciū. Terciæ ſtatutis de illiciū.

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter IMP. 8.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
VACAT. IMP. OCCID. 6.

XXX. Philippi ad Innoc. blandi- tera.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP. VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

obedientes & devotos semper existere, & Romanam Ecclesiam totis viribus nostris rueri & exaltare; hoc etiam liquere volentes, quod per nos non stabit, quia de tranquillitate totius Ecclesiae una cum vestro auxilio affectuissime cogitare & disponere intendamus. Universas itaque conditiones in chartula ista inclusas bona fide & absque omni fraude semper inconcussae ac inviolabiliter observabimus & executioni plenissime mandabimus. Ceterum pleno rogamus affectu, ut eis quae latores praesentium antedictus prior & frater Odo vobis ex parte nostra dixerint, indubitatam adhibere curetis fiduciam, quacunque enim ipsi cum vestra sanctitate de praesenti negotio tractaverint, nos in totum ratum sumus habituri & inviolabiliter observaturi, &c. Hæc Philippus quem animadvertis lector haud Innocentium asserere Camaldulensem priorem misisse, sed tantum concessisse seu permisisse, ut ad ipsum accederet, quo scilicet resipiscerent ad Ecclesie obedientiam revocaret.

XXXI. Sed ad calumniatores redeamus. Conati igitur quos poterant ab Othono alienare, omnemque concinnandi subornandique dolos occasionem aucupati sunt. Quid vero ægrotante Innocentio confinxerint, ipse ubi e morbo recreatus, universis Germaniae principibus significavit: (a) Id. ib. ep. 95. (a) disseminarant nimis per Germaniam Innocentium e vivis sublatum, atque illius successorem, cui Clementis nomen affinxerant, repudiato Othono Philippo causam magno animorum ardore amplexari.

Innocentius, &c.

Crediderant quidam ex infirmitate nostra se nocendi materiam assumpisse, ac nos mortuos mentientes confinxerunt etiam, quod nobis alius fuerat substitutus, quem, ut eorum crederetur amplius falsitatem, vocavere pro sua voluntate Clementem, qui etiam cudentes novam bullam & literas componentes substitutionem illius nisi sunt per Théutoniam divulgate. Sed benedictus dominus Deus noster, quoniam non nobis, sed sibi potius iniquitas est mentita, & qui paraverant proximo suo foveam, ipse absque illo inciderunt in eam: jam enim manifestatur eorum malitia, & iniquitas publicatur, qui contra Regem eundem sub fratrum nostrorum & contra ven. fratrem Maguntin. archiepiscopum, sub nostro nomine literas in falsitatis fabrica fabricarunt, sic nocere volentes illis, ut nobis impingerent vitium falsitatis. Cum igitur mendaces hujusmodi aperte toties sint mentiti, & toties in suæ testimonium falsitatis literis falsis usi, monemus universitatem vestram, & exhortamur in Domino, & per Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus si similia forsan configant de cætros, non creditis, nec moveamini per sermo-

nem, aut epistolam tanquam missam sub nostro nomine, ad credendum quod usque a deo sumus in proposito nostro leves, ut quod mature disponimus, leviter revocemus. Dat. Anagnie dec. Pont. &c. Aggritudinis ex qua convaluerat, Othonem certiore fecit, (b) tum secundis ac florentibus illius rebus gratulatur. At de Innocentii graviore valetudine rursus infra hoc ipso anno.

Ad augendas præterea Othonis res Pontifex archiepiscopis, episcopis, marchionibus, aliisque Lombardie nobilibus viris missa epistola, ipsos Othonis partibus astringere studuit, (c) cum Romani, ut inquit, Imperii negotium speciatim ad Lombardie ditionem pertineat, ipsorum consilium auxiliisque per Ferrarensim, Papiensem, & Placentinum episcopos, quibus Mantuanum (d) postea adjunxit, exquirendum se duxisse ait. Quapropter monere, adhortari, imperare, ut ab iisdem evocati illos præsules adeant, quibus præsulibus per alias pariter literas præcipit, (e) ut quid de transmissis conventionibus Insubres sentiant, velintque, diligenter inquirent.

Archiepiscopis, & episcopis, & aliis ecclesiæ prælatis, rectoribus, potestibus, consulibus, marchionibus, comitibus, & aliis nobilibus constitutis in Lombardia.

Novit (f) scrutator rerum & cordium Dominus Jesus Christus, cui omnium sunt (f) Ep. 91. cogitationes, & intentiones aperte, quod in facto Imperii bono zelo processimus, id solicite procurantes, ut persona talis assumetur ad illud, quæ pacem Ecclesie ac Imperii affectaret, & Urbis honores diligenter, & servaret Italiae toti, ac Lombardie specialiter libertatem. Non enim, sicut pestilentes aliqui mentuntur, volentes inter Ecclesiam, & Imperium immortalis discordia materiam suscitare, ad Imperii depressionem intendimus, sed incrementum ipsius potius effectamus, ut pote per quod si bene ordinatum fuerit, Ecclesiam defendendam credimus, & in pluribus exaltandum. Nam eti quidam Imperatorum Romanam Ecclesiam, Lombardiam, & universam Italianam graviter fuerint persecuti, sicut universitatis vestrae discretio plene novit, novimus tamen, quod aliqui sunt sedem Apostolicam venerati, ditanter, & dotantes eandem amantes Italianam, & diligentes specialiter Lombardiam.

Attendentes igitur olim quantum dispensandum ex defensoris defectu pateretur Ecclesia; quantumque incommodum ex Imperatoris carentia sentiret religio Christiana, licet diutius expectaverimus expectantes, si forsan principes, vel per seipso, vel de consilio nostro finem imponerent tantis malis, quia tunica eos super hoc inventimus negligentes, paterna ipsos curavimus

56

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP. VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

solicitudine commonere, ut Deum præ occupis habentes, & Imperii zelantes honorem, ad provisionem ipsius melius intendere procurarent, ne vel dignitas nullaretur ipsius, vel libertas per eorum discordiam deperiret: alioquin quid mora trahebat periculum grave secum, nos quod expedire crederemus amplius procurantes, illi favorem Apostolicum præstaremus, quem crederemus majoribus studiis, & meritis adjuvari. Cum autem ad hujusmodi literas, quas ad multos principum novimus pervenisse, nobis nec verbo fuisse, nec facto responsum, auditio, quod quidam eorum ad commune colloquium disponerent convenire, per literas nostras consilium nostrum eis duximus exponendum super iis, quæ necessaria videbantur eos diligentius instruentes.

XXXV. Ceterum cum nec sic potuimus proficere apud eos, nolentes ulterius Ecclesie, ac Imperii dissimulare jacturam, non possumus carnem brachium nostrum, nec acceptavimus vultum potentis, sed in eo ponentes spem nostram, qui non est personarum acceptor, & qui David de postfæctantes accepit pascere Jacob populum suum, & Israel hereditatem suam, pensavimus, & examinavimus, quantum tamen de plano potuimus studia diligentium, cum prius nobilis vir Philippus dux Suevia nostrum noluerit super hoc subire judicium, & intellectimus, quod licet major pars principum in electionem ipsius ab initio convenisset, plures tamen ex iis ad quos Imperatoris spectat electio, convenerunt postmodum in charissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Othonem, & quod ex eo, quod fautores præfati Philippi absentibus aliis, & contemptis ipsum prius eligere præsumperunt, patet eos perperam processisse, cum explorati sit juris, quod electioni plus contemptus unius, quam conditio plurimorum obstat, unde quia prius privilegium meruerunt amittere, qui permisisti abusi sunt potestate, videri non imerito poterat, quod injuria hujusmodi non obstante, cæteri postea uti potuerint jure suo. Præterea dux prædictus, nec ubi debuit, nec a quo debuit, coronam & uncionem accepit: memoratus vero Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgrani, & a quo debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Colonen. archiepiscopo recepit utrumque. Insuper sufficienter examinavimus merita personarum, cum non dubium existat ad nos examinationem hujusmodi pertinere; est enim generaliter, & universaliter observatum, ut ad eum examinatione personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat, quod & principes sine conditione qualibet recognoscunt, sicut expresse per venerabilem fratrem nostrum Salisburgensem archiepiscopum, & dilectum filium abbatem de Salem, & nobilem virum marchio-

Ann. Eccl. Tom. XX.

nem orientalem legatos suos recognoverunt in nostra præsentia constitutos, etiam principes sepe dicto Philippo faventes.

Quod autem cum in electione vota principum dividuntur post admonitionem, & expectationem alteri partium favere possumus, maxime postquam a nobis unitio, & consecratio, & coronatio postulatur, sicut utraque pars a nobis multoties postulavit, ex jure patet pariter, & exemplo. Nunquid enim si principes admonitti, & expectati, vel non potuerint, vel noluerint convenire, Apostolica sedes advocate, & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in penam? Præterea sicut vestra credimus universitas non ignorat, quod cum Lotarius, & Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotarium coronavit, & Imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte. Sunt autem notoria impedimenta, quæ præfato duci ad suam promotionem obstat, videlicet excommunicatio publica, perjurium manifestum, & persecutio divulgata, quam progenitores ejus, & ipse præsumperunt in Apostolicam sedem, & alias ecclesiæ exercere, unde videri non imerito poterat, quod ad reprobationem ipsius non erat ordo judicarius obstat, cum * actio- * probatio ne non indigeant manifesta, fuit enim, &c. Affert causa suo loco supra allatas, ob quis fidelium consortio ejectus fuerat.

At quid post hæc cum Insubribus Innocentius, cum illi se de Imperii rebus bau- litionibus instructos esse respondissent (a)? pro- (a) Id. ib. litionibus iisdem literis rerum bauitensis ep. 92. gestarum seriem ex ordine exponit; ea ipsi afferemus, quæ ad narrationem historicam maxime spectare videantur. Igitur de Philippi Suevi loquens criminibus, quibus se indignum Imperio reddiderat, hæc adducit. Cum adhuc faveat Capparono, qui Marcialdo in malitia & excommunicatione successit, nec unquam fuerit absolutus, & quod venit contra proprium juramentum, fuit & de persecutorum genere oriundus, & est Ecclesiam persecutus, & qualiter libertas principum deperiret, si ipsum eligerent, qualiter autem Fridericus, & Henricus persecuti fuerint Lombardiam, qualiter eam subiictere voluerint servituti, qualiter Philippus ipse adhuc patrum suorum inhærens vestigis regnum Siciliae nobis, & etiam nepoti suo subtrahere molitur, vestra sicut credimus universitas non ignorat. Et infra: Lit. Inn.

Monemus igitur universitatem vestram, ad Lomb. & exhortamur attentius, & per Apostolica scripta mandamus, quatenus ob reverentiam Apostolice sedis, & nostram, & propriæ libertatis obtentu, quod omisisti bauitensis, sine dilatione qualibet suppleatis, ex iis, quæ jam fecimus plenus intellectis, qualiter in favorem Regis ipsius debeamus procedere, rescribentes, non solum

V 2

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.
VACAT. IMP. OCCID. 6.

lum consilium, sed auxilium vestrum nobis efficaciter tribuatis, ut quod bene incepimus, melius compleamus. Ecce etenim Dominus nostrum videtur approbasse consilium, vel nobis illud misericorditer inspirasse, cum Rex ipse de die in diem sis se ipso robustior, & regnum ejus iugiter roboretur, & debilitetur quotidie pars adversa, non tam humana manu, quam divina dejecta. Cum enim hoc anno dux Sueviae supradictus terram nobilis viri Langravii Thuringiae fuisse ingressus, & quandam civitatem ipsius cum suis suorum obssideret, Rex ipse mutantibus etiam quibusdam ex suis cum duce Bohemia, & aliis qui auxiliantur eidem in auxilium Langravii properans obssidentes obseruit, & faciente cum eo Domino signum in bonum Ph. de Thuringia in Saxoniam ad maiorem exercitum colligendum aufigit, sed nec ibidem illum expectare praesumpst, immo ad civitatem, in qua sui obssidebantur, occulte revertens, relicto exercitu, & disperso cum paucis in Sueviam latenter abscessit. Ceterum Rex praedictus non paucis castris, & terris, quae duci faverant, potenter acceptis, in locis, quae ille prius habuerat, solempnes curias celebravit tam a Langravio quam duce Bohemia, quem ipsi Regem appellavit, & fratrem ipsius marchionem Moraviae, a multis quoque comitibus Jappanis fidelitatis juramenta recepit, & eos de feudis suis solemniter juxta Imperii consuetudinem investivit, &c. Datum Anagniae 3. id. decemb.

XXXVIII.

Porro de Germania rebus, quarum hic meminit Pontifex, Lubencensis, Urspergenensis, Stadenis, historie de Lantgraviis anonymus auctor, Godefridus, alioque. At de Lantgradio non dandum oblivioni Innocentium dato ad eum diplomate (a) ipsum ditionemque in sedis Apostolicæ tutelam suscepisse. Igitur pro designato Imperatore elaborans adhuc Innocentius Saxonie ducem hortatur, (b) ut tandem ad ejus partes provolet, jacturamque temporis præteriti majoribus officiis resarciat,

(a) Innoc. 1.5. ep. 41. (b) Libel. de negot. Imper. ep. 27. (c) Id. ib. ep. 98. (d) Id. ib. ep. 100. Pont. literæ ad Danor. Reg. in gratiam Othonis. * sua

aque Imperatoris gratiam ipsi concilia turum pollicetur, datæ sunt literæ Anagniae 11. idus decemb. &c. Idemque ad Zarlingiæ, Moraviæ, Austriae, Bavariae duces, aliosque principes scripsit. Quo etiam die aliis tum ad Brabantie ducem Othonis socerum, tum ad Danorum Regem datis literis illum, ut eundem Othonem non deserat, pluribus monet (c) atque hortatur, (d) ut quem Ecclesia favore, ipse officiis suis complesteretur:

Licet chirissimus in Christo filius noster illustris Otho in Romanorum Imperatorem electus seruitati tuae sit tam amicitia, quam affinitate conjunctus, nihilominus tamen auxilium, quod inter * tuae promotionis primicias ei potenter, & viriliter impendisti, nobis reputamus impensum, & ad honorem tuum propter hoc specialius intendimus, & profectum, nam quamvis ad favorem ipsius duplex affinitatis videlicet, & amicitiae ratio te inducat, ut tamen triplex funiculus non rumpatur devotionis sinceritas, quam ad nos, & Romanam Ecclesiam habere te credimus, prædictis accedens eis confort amplius firmamentum, cum sine conscientiae lafione, ac famæ dispendio favere valeas, cui fivemus, &c. Hæc ad Dania Regem Innocentius. Prætere此 cum a pluribus accepisset Bohemiæ Jappanos strenue pro Othono se gessisse, scriptis ad eos gratulatoriis literis (e) (e) Id. ib. ep. 101. navatam legato Apostolico operam, præclaramque de fuso, fugatoque hoste viatoriam commendavit.

Devotionem vestram in Domino commen damus, quod sicut veridica multorum relatione comperimus venerabilem fratrem nostrum Prænestinum episcopum Apostolicæ sedis legatum ob reverentiam Dei, & nostram humiliter receperitis, & curastis honorifice pertractari, ita quod ad communitatem ejus relictis uxoribus, & filiis vestris in forti manu, & brachio extento cum domino vestro Bohemiam exeantes, charissimo in Christo filio nostro illustri Regi Othoni in Romanorum Imperatorem electo potenter, & viriliter astitistis: in accessu autem vestro ei plurimum honoris accedit, cum congressum ejus ipsius fugerit inimicus, nec coram vobis ausus fuerit comparere, sed disparuerit potius, & ad propria redierit relicto exercitu, & dis perso. Super hoc igitur nobilitatem vestram prosequentes actionibus gratiarum monemus, & exhortamur attentius, quatenus sicut bene coepistis, eidem Regi de cetero fideliter, & fortiter assistatis, & favatis, ac promoteatis taliter partem ejus, quod ipsius negotium in brevi dante Domino feliciter consummetur. Nos enim reputabimus nobis ipsius impensum, quicquid gratiae, & honoris ei duxeritis impendendum. Datum &c.

Postremo Innocentius Magdeburgensem archiepiscopum acrioribus literis (f) per strinxit, quod Romano pontifici de agnoscendo Imperatore Othone non consentiret, ac ni pareat, anathemate percussum, ac episcopatu dejectum iri com minatur.

Innocentius, &c.

Ecce cum idem legatus, de quo fiducialiter gloriantur, quod a munib' excusatis manus suis, & de quo vere dicere possumus: Non fuit qui ditaverit Abramum, tibi ex parte nostra sub debito iuramenti, quod in tua nuper absolutione præstiteras, districte præceperit, & nos etiam tibi per literas nostras dederimus in mandatis, ut super Imperii Romani negotio nostræ acquiesceres voluntati, & charissimo in Christo filio nostro illustri Re

XL.
(f) Id. ib. ep. 103.

ad Magdeburgensem archiep.

gt

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.
VACAT. IMP. OCCID. 6.

gi Othoni in Romanorum Imperatorem electo, quem nos in Regem suscepimus, tu quoque nobiscum eum in Regem suscipiens, fideliter adhærereres: tu tamen nec ejus, nec nostro mandato deferens, nec præstitum juramentum attendens, noluisti, quod mandatum tibi fuerat, adimplere, immo cum propter hoc excommunicatum te renunciarerit, & perjurum, relaxasti contra eum, & Romanam Ecclesiam linguam tuam, & nescimus, cujus appellationis obtenuit defere sententie contempsti, cum etiam in dubio debuisses viam eligere tuorem, & donec res nostro diffinireur judicio, sententiam observare. An forte putas, quod mandatum tibi factum fuerit contra Deum, aut in tali negotio, tanquam ad Apostolicam sedem non spectet, nobis non debeas obedire? Certe multum despis, si hoc sapis, nam & nos homines sumus, & Deum cœli timemus, nec quicquam vellemus contra ipsum statuere, aut supra nos aliquid arrogare quantum autem in hoc facto deliqueris, & quam merueris ex contumacia tanta penitentia, melius experireris in opere, quum ex canonica teneas lectione, nisi adhuc quantum possimus, tue vellemus honestati deferre, sed nisi deferentibus deferas, & deposito corde lapideo carneum cor assumas, & obedias voci nostræ, quanto differtur amplius, tanto gravius inferitur. Sane si fuissimus in facto Imperii personarum, aut munerum acceptores, si potentiam præposuissimus justitiae, & pervertissimus judicium æquitatis, inobedientiam tuam vel dissimilarem omnino, vel saltē minus moleste ferremus.

XLI.

Verum cum personarum acceptione postposta non attendentis vultum potentis, nec impotentis justitiam contemnentes, secuti furimus æquitatem, & etiam Dominus iudicium nostrum certis videatur indicitis approbasse, contumaciam tuam nec debemus, nec volumus ulterius in patientia sustinere, cum secundum Apostolum parati simus inobedientiam omnem ultrisci: quam ex hoc etiam tu ipse amplius manifestas, quod expectatus diutius, licet promiseris, nullum tamen propter huc miseris responsalem. Volentes autem adhuc, si possumus, te ad viam rectitudinis revocare, monemus, & exhortamur attentius, & per Apostolica tibi scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus omniexcusatione cessante prædicto legato infra mensem post susceptionem præsentium plene satisfaciens de injuriis irrogatis, & sicut idem tibi ex parte nostra præceperit super facto Imperii, nostræ consentias & obedias voluntati, presertim cum idem Rex sufficiem præstare velit super indemnitate, Magdeburgen ecclesiæ cautionem, alioquin novemus nos venerabilibus fratribus nostris Minder. Verden. & Ildefesem. episcopis dedisse districtus in mandatis, ut ex tunc

XLII.

(a) Cas. l. 9. c. 51. Piæ con suetudi nes a le gato in ducta.

(b) Inn. cit. Libel. ep. 108.

(c) Tom. 1. Cum missus fuisset Coloniam ad confirmam in episco dam electionem Othonis, bonam illuc consuetudinem instituit: præcepit enim, ut ad nef.

te singulis diebus dominicis, & festiis, pulsatis campanis, & candelis accensis, ap pellatione remota excommunicatum publice nuncient, & per vicinas diœceses faciant sub solemnitate simili nunciari, suffraganeis tuis, & Magdeburgen capitulo ex parte nostra in obedientiæ virtute mandantes, ut inobedienti tibi nullam reverentiam prorsus impendant, nec te ut Metropolitanum honorent, sed ut excommunicatum evitent.

Quod si nec sic arbor tua sitiata stercoribus fructus protulerit requisitos, securim ad radicem filiculae infractus ponemus, ut juxta proverbium veritatis, arbor quæ non fecerit fructum bonum, excindatur, & mittatur in ignem, &c. Hæc de Imperii rebus suffecerint.

Cum de Prænestino episcopo inciderit mentio, perjucundum lectori fore putamus, si hoc loco, quæ de eo memorie Cæsarius (a) tradidit, referamus, ac pias consuetudines, quas ad venerandum Eu charistæ sacramentum induxit: Tempore schismatis inter Philippum, & Othonem dominus Vuido Cardinalis aliquando abbas Cisterciensis (Eum Cisterciensi ordinis olim præfuisse, ac dignissime Cardinalitiam dignitatem in Ecclesia Dei meruisse, & injuncto legationis munere auctoritate maxime auctum testatur Innocentius b): qui ipsum anno sequenti Rhemensi archiepiscopatui præfecit, ut apostolicæ li teræ a D. Ferdinando Ughello, mihi familiaritate conjuncto, in suo egregio de Italia (acra opere adductæ c) illustrant: (c) Tom. 1. Cum missus fuisset Coloniam ad confirmam in episcodam electionem Othonis, bonam illuc consuetudinem instituit: præcepit enim, ut ad nef.

elevationem hostiæ omnis populus in ecclesia ad sonitum nolæ veniam peteret, sicutque usque ad calicis benedictionem prostratus jaceret. Precepit etiam idem Cardinalis, ut quoties deferendum esset ad infirmum, scholaris, sive campanarius sacerdotem præcedens, per nolam illud proderet; sicutque omnis populus tam in stratis, quam in domibus Christum adoraret. Re tulit eis eodem tempore casum satis miraculosum: Miles quidam in Francia fuit tantæ devotionis, ut quiescunq; Christi corpus elevari, sive deferri wideret, prostratus illud adoraret; contigit, ut die quadam vestibus suis pretiosis induitus intraret civitatem, cumque platea, in qua equitabat, nimis esset lutoſi, ex improviso obvium habuit corpus Domini, quo viso, modicum intra se deliberans, ait: Quid facies modo? si in tanta profunditate te prostraveris, perdita sunt vestimenta tua hæc delicata; si vero non descenderis, sacerdotem prostratum transgreßorem te verat, semper accusabit conscientia. Quid plura? veltes in lumen se misit, in quo flexis genibus, elevatis manibus Christi corpus adoravit; & quia

Qui in medio lu to se ante Euch.

qui in

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

& quia dulcissimus Dominus honorantes se non solum in futuro remunerat, immo etiam in praesenti nonnunquam rebonorat, hoc egit sua potentia, ut totius luti nec una quidem guttula vestimentis ejus adhæret, tunc equum cum multa admiratione reascedit, & amplius in fide confortatus Deum glorificavit. Simile contigit cuidam religiosa feminæ in provincia nostra. Hæc Cæsarius.

XLIII. Quibus opportune ex eodem auctore inferenda videtur de simplicis viri probitate festiva narratio. (a) Cum enim vir nobilis monasterii pecora rapuisse, magna religione iussus monachus accipere quidquid ex iis posset; ad prandium invitatus, cum mensæ appositas ovium monasterii carnes vidiisset, avide iis farcire ventrem cœpit, stupentibus aliis, Cisterciensem abstinere carnibus solitum ita opipare gulam saginare: ille abbatis sui imperium animo recolebat, & cum nil aliud, quam quod dentibus raperet, efferre posse putaret, abliguriendis sibi appositis inhibabat. Dominus Vuido abbas Cisterciensis, postea Cardinalis cum missus fuisset Coloniam ad electionem confirmandam, quæ facta fuerat contra Philipponem in Othonem, retulit ibidem quandam sanctæ simplicitatis historiam satis jucundam, satisque mirabilem. Dicebat dominum quandam ordinis nostri in terra cuiusdam nobilis viri, atque potenter fuisse fidem, quam idem tyrannus, eo quod Deum non timeret, neque hominem revereretur, multis modis saepe molestavit ac anno, viro, & pecoribus quoties & quantum voluit tulit, quantum voluit, fratribus dimisit: cumque hoc ex consuetudine, & quasi pro lege habens actitaret, & conventus querimonis multis inutiliter tædiati gementes tacerent, die quadam maximam partem rapuit armenti, præcipiens illam ad castrum suum minari. Quo cognito abbas, & fratres satis turbabantur, in quorum consilio quid facto opus esset, satis tractabatur. Visum est eis aliquem ire debere ad castrum, per quem saltem res ei innoviceret, maxime abbatem, qui respondit: Ego non ibo, quia monendo illum nihil proficiamus, sed aerem tantummodo verberamus. Simili modo excusante se priore, & cellarario, subjunxit abbas: Est ne hic quisquis, qui adhuc semel ire velit? Tantibus cunctis, unus divinitus inspiratus, ironice respondit, Monachus ille vadat, hominem senem, ac simplicissimum nominans; vocatus est monachus, si ire vellet ad castrum inquiritur, obedit, mititur: qui cum ab abbate recederet, ex multa cordis sui simplicitate verbum hoc protulit: Pater, inquit, si aliqua portio mibi fuerit restituta, recipiam, an non? respondit: Quicquid rehabere poteris, accipias in nomine Domini, melius est ali-

(a) Casar.
1.6. c. 2.

quid, quam nibil. Avit ille, venit ad castrum nuncium abbatis, & fratrum cum oratione deferens tyranno; & quia simplicitas justi secundum Job lampas est contempta in oculis malorum, tyrannus sermones ejus parvipendens & irridens, ait: Domine expectate, donec pransus fueritis, tunc enim respondebitur vobis.

Hora prandii ad mensum communem positus est & cibaria communia, carnes scilicet in bona quantitate ei sicut ceteris sunt appositæ. Vir sanctus verbi abbatis sui reminiscens, & carnes, quæ laute ministrabantur, de pecoribus monasterii sui esse non dubitans, quantum ex carnibus sumere potuit, cum ceteris, ne inobediens eset manducavit. Dominus castri ex opposito cum uxore residens, & quia monachus manducaret carnes, satis considerans, finito prandio hominem vocavit seorsum, & ait: Dicite mihi bone domine, solet conveniens vester manducare carnes? respondente illo, nequaquam. Adjectit: Quid cum exirent? nec intus, inquit, nec extra carnes comedunt. Tunc tyrannus: Et quare vos comedistis hodie illas? Respondit monachus: Cum abbas meus hic me mittere, præcepit mihi, ut quicquid ex pecoribus rebabere possem, accipere non recusarem, & mibi constabat carnes appositas fuisse monasterii mei, item quia timui nil amplius mibi fore restitendum, nisi quantum dentibus capere possem, comedì propter obedientiam, ne omnino vacuus redirem. Et quia Deus simplicem non proicit, nec porrigit minum impiis, scilicet contra illum auditio ejus verbo, & in simplicitate ejus motus, immo a Spiritu sancto, qui per os sensis loquebatur, admonitus, respondit vir nobilis: Expetate me hic, ego consilium habebo. Cum venisset & sensis ei verba per ordinem recitasset, adjectit: Timeo celerem Dei super me vindictam, si vir iste tam simplex, & tam rectus aliquam nunc a me passus fuerit repulsam: similiter & illa respondit, quia eodem spiritu accensa fuit. Reversus ad senem ait: Bone pater propter sanctam simplicitatem vestram, quæ me ad misericordiam reflexit, monasterio vestro quicquid adhuc de pecoribus est, restituam, de illatis a me injuriis in quantum potero satisfaci am, & nunquam ab hac die illud turbabo. Ad quod verbum senex gratias illi referens, cum rapina ad monasterium laetus rediit, & abbe & fratribus stupentibus, verba potenter retulit. Pacem ab illo tempore habentes, quanta esset virtus simplicitatis exemplo didicunt. Huc usque Cæsarius.

At ex lepida jucundaque historia ad lugubre funestumque facinus oculos convertamus. Plures ab Innocentio de Conradi Herbipolensis episcopi nece datæ hoc anno epistolæ, de quibus dicturi, ut par-

XLIV.
Faceta vi-
ri pii sim-
plicitas.Illius
simplici-
tate nobi-
lis con-
versus.
* ad ux-
orem.CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

est, in primis ejusdem necis tempus expendamus; & quidem decembri ineunte accidisse Trithemius (a) in suis chronicis, & Langius (b) affirmant; licet in eo discrepent, quod ille ad superiore, hic vero ad præsentem referat, sed Langius erroris arguitur ex subiencia Innocentii epistola, ubi de Conrado inflista crudeli nece agitur, cum hoc ipso anno x. Kal. febr. data sit, nec prætermittimus alios ad pervigilium S. Barbaræ illius necem rejecisse. Accepto itaque Pontifex de Conradi occidente funesto nuncio, Salisburgensi archiepiscopo & suffraganeis atque illius provinciæ abbatibus, & prioribus lugubres hasce literas (c) misit:

(c) Inn. I.
5. ep. 155.
* Alber-
diem. episcopi adhuc recens de terra clara-
maret, ecce de novo audita est vox in Ra-

ma, ploratus, & ululatus multus, cun-
scut accepimus, filii Belial in Christum
domini manus sacrilegas injecerunt, bona
memoriae Conradi Herbipol. episcopum
Imperialis aulæ cancellarium nequiter occi-
dentes. Condixerant quidem ad invicem,
ut injuste virum justum occiderent, & he-
reditate sanctuarium domini possiderent,
& quia dolorem conceperant, iniquitatem
protinus pepererunt, ne quid eorum frau-
di deesset, sed osculo tradiderent filium ho-
minis sicut Judas, vultus deposuerunt ho-
stiles, & preconceptum diutius cordis ma-
litiam, quam exercere non potuerant ini-
mici, simulatae pacis, & amicitiae fictæ
vellere velaverunt, sicutque in vestimentis
ovium lupi rapaces intrantes ovile surre-
xerunt protinus in pastorem, & sanguinem,
quem diu fistiverant, effuderunt. Nec
suffecit hoc ipsis, sed ut sanguis sanguinem
tangeret, & abyssus invocaret abyssum,
in corpus jam exanime servientes,
amputata, ut dicitur, ejus dextera, qua
frequenter signaverat panem, & vinum in
corpus Christi, & sanguinem converten-
dum, & capite detruncato, coronam etiam,
quam in clericale religionis indicium ad
imitationem Apostolorum principis defere-
bat, a reliqua parte capitinis strictis gla-
diis amputarunt, non attendentes, quod
in capite ejus, & manus unguentum effu-
sum fuerat sacratissime unctionis. Alter
etiam corpus ejus conciderunt in frusta,
quasi vellent vel quod mactaverant, man-
ducere, ac exponere, quod ceperant tam
impia venditione, veniale, vel ponere mor-
ticinum ejus escas volatilibus celi, & be-
stis terræ carnes ejus, &c. Funestam adeo
cædem deplorat atque in illius autores
anathema atque in terras ipsis obnoxias
interdictum fulminat. Dat. Later. x. Kal.
febr. Pont. ann. 5. Hoc ipso scilicet, nu-
merari enim incipiunt Innocentii anni
(quod alibi annotavimus) a xxii. fe-
bruarii die, in quam ejus consecratio in-
cidit.

Conradi
epic.
Herbipol.
cædes
crudelissi-
ma.

Secundam, quartam, & sextam feriam, quatuor tempora, vigiliasque sanctorum, in pane, & aqua jejunent. Tres in anno quadragesimas, videlicet ante Nativitatem, & Resurrectionem Domini, & post Pentecosten faciant. Carnibus non tantum in eisdem tribus solemnitatibus non vescan-
tur, eaque die, qua predictus fuit episco-
pus interfactus, carnes non comedent in æternum. Orationem dominicam decantent centies inter diem, & noctem, & genuflexiones faciant quinquaginta. Corpus &
sanguinem Domini nisi in ultimo mortis articulo recipere non presumant; cum fu-
erint ultra mare quartam & sextam fe-
riam, sanctorum vigilias, & quatuor tem-
pora (sicut dictum est) in cibo quadra-
gesimali jejunent, carnes comedant die do-
minica, & quinta feria tantum, orationem
dominicam dicant, & genuflexiones sem-
per faciant prætaxatas. Quandocunque &
liquam Alemannie civitatem poterunt in-
trare secure, ad majorem ecclesiam nudis
procedant, tantum in braccis, cum torta
in collo, & virgis in manu, & a canonicis
ejus,

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

XLVI.

6. ep. 51.
* HeroldoQuæ po-
nitentia
pro eo
sceleri
inuncta.

XLVII.

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.

6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

eiusdem ecclesiae recipiant disciplinam. Si vero quæsumus fuerit, cur hoc faciant? dicant se hoc facere pro sceleris perpetratione jam dicti, & quando forte in civitate Herbipolensi poterint esse securi in Resurrectione, Pentecoste, Nativitate Domini, ac in solemnitate majoris ecclesiae, videlicet S. Pauliani exeat civitatem, & tamen nudi cum bracis tantum tortam in collo, & virgas deferentes in manu, in missa celebrationem majoris ad ecclesiam cathedralem accedant, & se ante altare coram episcopo, & canonicis prosternentes in terram, petant humiliter, & recipiant disciplinam ab eis. Cum autem de paribus redierint transmarinis, ad apostolicam sedem accedant, recepturi consilium, & mandatum. Datum Lateran. Apud Trithemium vero additur, Pontificatus nostri anno sexto, Domini vero 1204. at legendum 1203. [1] is enim est Innocentii annus sextus, quo haec scripta.

XLVIII. Neque his poenitentibus contentus justissimus scelerum vindicta, alias postea addidit, quas ad Salisburgensem archiepiscopum, & suffraganeos scriptis literis, ita decernit (a): *Cæterum ut in homicidas hujusmodi, & fautores eorum per priores literas, quas super hoc vos meminimus destinasse, spiritualiter duximus procedendum, ut tamen temporaliter etiam puniantur, & sicut eorum est excessus notorius, sic memorialis sit in generatione, & generationem sceleris perpetrati vindicta, præsentium auctoritate statutus, ut iam homicidae ipsi, quam heredes eorum universis feidis, & beneficiis Herbipolensis ecclesiae, quam specialiter offenderunt, ecclesiaram etiam cæterarum, cum in ea læserint Ecclesiaram generalem, careant in perpetuum, nec illa ullo unquam tempore asequantur, nisi forsitan aliquando de sedis Apostolicae indulgentia secutura posteritas misericordiam mereatur. Adiicimus etiam, ut si beneficia, vel feuda quælibet ecclesiaram ubi fuerint, obtinuerint, universa diœcesis, in qua id attentare præsumperint, subjaceat interditio, ita quod nullum in ea divinum officium, vel sacramentum ecclesiasticum, præter baptismum parvolorum, & pœnitentias morientium celebretur, sed nec mortuorum corpora tradantur ecclesiastice sepulture, donec vel illi a sua præsumptione desistant, vel habitatores ejusdem diœcesis eorum conatus se opponant, &c.*

Quamvis haec tenus dicta de Conrado, deque ejus nece satis superque videri pos-

Pœnæ
aliz in
heredes
etiam
propaga-
ta.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

sint, alia tamen, quæ Innocentius afferit, velut insignes ejus sepulcri titulos, ac decora hic adiicienda existimamus, quippe Pontifex ad O. Herbipolensem præpositum nobilem virum G. Burgravium, & eorum consanguineos hæc inter alia scribit: *Attendentes siquidem quidam iniquitatis filii quod idem episcopus contrarius esset eorum operibus, nec anima ejus in eorum veniret assensum, qualiter eum perderent, cogitarunt. In quam sententiam. Trithemius (b): Conradus episcopus Herbipolensis Imperialis aulae cancellarius cum viiia impiorum constantius argueret, a Bodone, & Henrico militibus, & servitoribus eorum Heraldo, & Conrado in civitate Herbipolensi in via publica crudeliter occisus est. Pergit Innocentius: Quia bonum certamen certavit, cursus consummatum, fidem servavit, de cætero repedita est ei corona iustitiae, quam reddet illi Dominus justus judex. Nam si quid humanae facies ex humana infirmitate, vel diabolica suggestione contraxit (innuit his verbis, quæ jam ante Conradum in Apostolicam sedem admisisse, postea vero supra vidimus emendasse) hoc in eo sanguinis lavacrum abluit, & supplicium quod pro tuenda ecclesiae suæ libertate sustinuit, expavit, &c. Datum Ferentini 8. idus Julii. Hæc de Conrado, in quem Innocentii verba jure, ac merito adjungi, atque adnecti debuerint sepulcrali ipsius inscriptioni, quam recitat Arnoldus Lubencensis abbas illius temporis auctor, dum ejus necem recenset, laudesque celebrat, (c) ait enim auctor, dum justitiam tueretur, & cum stipendiariis equitibus, qui res Ecclesiæ invaserant, litem exerceret, atque ut tota res ex iustitiae legibus definiretur, nonnullas pacis leges iniisset, ab adversariis Herbipoli cruentam necem illi illatam, & in loco, ubi cædes patrata est, sepulcrale molem erectam esse, atque hoc epitaphium exaratum:*

Hic procumbo solo, sceleri dum parcere Conradi
nolo, epitaphio.
Vulna facta dolo dent habitare polo.

Subdit auctor: *Hac est vox occisi cum sanguine Abel justi ad Dominum clamantis. Dicunt quidam etiam eum occisum in cilicio inventum, & eum viventem, curam pauperum habuisse, & in eorum elemosynæ fertonem auri omni septimana expendisse, novit Dominus, qui sunt ejus. Quis virum tam*

NOTÆ [1] Iteræ istæ pontificis ipso fatente Annalista adscriptum ferunt annum 1204. apud Trithemium, adeoque sequenti anno recitandæ erant. Nec est cur mendozam temporis adscriptionem ex eo suspicemur, quod annum pontificatus sextum signant. Cum enim annorum subrum epocham a die VIII. Kal. Martii, qua pontificalia insignia recepit, exordiatur Innocentius ad illam usque diem anni 1204. annum sextum agebat. MANSI

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.

6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

Sub ser-
cis cilicio
indutus
inveni-
tur.

L.
*tam delicatum, sericis ornatum, cilicio cre-
deret indutum? Sed nonnunquam sub for-
ma seculari latet animus spiritualis, & e
converso sub forma spirituali occultatur heu?
animus carnalis. Atque de Conrado Her-
bipolensi episcopo satis, jam reliqua pro-
sequiamur.*

Cum accepisset Innocentius magistrum Præpositum, Maguntinum scholasticum Siffridi archiepiscopi imperia detractare, atque literarum, quas ab Apostolica sede obtinuerat, falsitatem obtendere, gra-
(b) Inn. l.
6. ep. 38.
(b) Trit.
chron.
Sponebim.
an. 1202.

(b) Id. ib.
ep. 39.
(c) Id. ib.
ep. 40.

(d) Inn. l.
6. ep. 160.

II.
(e) Ep. 41.

sub suis canonice corrigas, & hæreses pul-
lantes studeas penitus confutare. Dat.
Lat. Hæc monita si proponerent ob oculos præfules, atque in opus perducerent, primævæ sanctitatis splendor in fidelibus emicaret, nec emergerent hæreses, quæ tum in iis turbis non pullulabant modo in Germania, sed in Gallis præfulum negligentia radices proferebant. Cum ergo hæretici in Narbonensi provincia incuria archiepiscopi impietas virus maximo Ecclæsiae damno evomerent palam, diffunderentque, Innocentius inertem, igna-
vumque præfulem graviter arguit (f) ac

Arch.
Narb. ob
negl. in
officio
punitur.
(f) Inn. l.
6. ep. 31.

privilegium quo indulserat, ut cum archiepiscopatu Narbonensi montis Regalis abbatiā retinere posset, revocavit, jussitque altero munere abire; cumque oppidanī Charitatenses hæreticæ pravitatis labi infecti essent, Innocentius hoc eodem anno Bituricensi archiepiscopo atque Antissiodorensi episcopo eorum causam permisit, (g) tum eidem archiepiscopo, & Cadurcensi antistiti ca-
(g) Inn. l.
6. ep. 66.
(b) Id. ib.
ep. 96.
LII.

Cæterum Antissiodorensis episcopus, cu-
jus modo meminimus, acerbissimam ea-
temestate ob suscepitam ecclesiasticam
immunitatem propugnandam, defenden-
damque ab Antissiodorensi comite perse-
cutionem sustinebat, ut datis ad illum li-
(i) Innocentius testatur, quibus acri-
ter perstrinxit, atque episcopum commen-
davit.

Innocentius, &c.
Tanto ibi districtius punieris, quanto
velut nunc omnia impune præsumeres, ma-
joris perditionis exemplum transmitis ad
posteros, & famosissimum regnum Franco-
rum infamas, dum ecclesiasticam perse-
ris libertatem, quam inclytæ recordatio-
nis Reges Francorum non solum amplecti
consueverant, sed etiam defensare, ibi tan-
tum cogi episcopum exulare, ubi episcopi
exulantes solebant batheus tutum refu-
gium, & honorabile receptaculum invenire.
Ut quid miser pallias culpam tuam, & in
charissimum in Christo filium nostrum Phi-
llippum Regem Francorum illustrem refun-
dis temere crimem tuum? Nam sicut in li-
teris tuis perspeximus contineri, eundem
episcopum regiae serenitatis nominas detra-
ctorum, & tamquam in ultionem injuriæ
regiae contra eum innuis te commotum, cum
ex eo potius motus fueris contra ipsum,
quod iniquitatibus tuis, & excessibus par-
cere noluit, sed quoniam ecclesiam sancti
Adriani everteras funditus, & quandam
vassallum ipsius in ejus odium, & præju-
dicium ecclesiastice libertatis exculcare præ-
sumperas, & tam in bonis ecclesiasticis,
quam aliis deprædationes exercueras, &
rapinas, excommunicationis in te senten-
tiam

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

nam protulit, & tam tibi, quam hominibus tuis prohibuit ecclesiasticam sepulturam. Postremo suadet, atque imperat, ut ejus etum episcopum honorifice revocet, ac beatitudine voluntaria complectatur, inustasque injurias resarciat, quæ si respexit, justissimas Apostolicæ sedis, ac numinis iras vindices intentat.

LIII. In quam sententiam Philippo quoque (a) Lib. ep. Galliarum Regi literas misit (a) in quibus hæc de Francorum regno, deque ejus antiqua pietate, quæ in profugis excipiendis omni honore Pontificibus summis, aliisque ejus improborum tyrannide ecclesiasticis viris tuendis, fovendisque semper effusit: Meruerat perpetuae laudis titulos regnum ipsum ex eo, quod ecclesiastis, & viros ecclesiasticos in suis immunitatibus conservabat, defendebat ecclesiasticam libertatem, & non solum non seviriebat in suos, sed alienos etiam undique concurrentes, qui propter iustitiam sujictebant exilium, recipiebat hilariter, & honorifice pertractabat suis copis eorum inopiam sublevando. Hoc autem Apostolica sedes non solum in membris suis, sed in seipso etiam est experita, cum in sue necessitatibus articulo refugium ad regnum Francorum habuit, ibique devote suscepit, & honorifice pertractata non parum a suis angustiis respirarit, immo etiam vires resumpserit, per quas faciente tamen Dominum, & iustitiam in judicium converente in statum felicitatis antiquæ, quæ cedisse visa fuerat, fortior resurrexit. Subiicit Pontifex gravem se animo dolorem hausisse, quod regiam clementiam odio in episcopum exulem corrumphi detractionum vocibus pateretur, ejusque bona fisco injuste addixisset: tum hortatur pristinæ gratiæ, ac bonis restituat, a comitis tyrannide vindicet, nec tantam labem suæ dignitati aspergat. Monet se archiepiscopo Senonensi imperasse, ut in comitem censuras distingat, nil vero in Regem adhuc gravius statuisse ob paternam in eum suavitatem, sed ut ipse male commissa quamprimum emendet, anxie expectare.

LIV. Ignave se gesserat archiepiscopus Senonensis, cui Pontifex percellendi comitis censuram provinciam ait injunxit: non enim pontificalia constantia ad suffraganeum suum defendendum insurrexerat, sed interdiu dissimularat silentio, in quem Innocentius asperme invetus torpore, quod marcescebat, jubet (b) excutere, pœnasque ecclesiasticas in episcopi oppressores fulminare. Oppressum vero a comite episcopum, ac Regis Francorum ope destitutum Innocentius literis suis exirexit, (c) auxiliisque sedis Apostolicæ ipsi pollicitus est, hortatus ad constantiam, ne ea persecutione frangeret animos, sed felicem potius se putaret

(b) Ibid.
ep. 151.(c) Ibid.
ep. 152.

justitiae causa injuriis appeti, præclaram triumphandi in mediis malis occasionem porrectam ipsi fuisse: In eo, quod tibi compatum, Evangelicæ consolationis nos letio consolatur, in qua notinus esse scriptum: Beati, qui persecutionem propter iustitiam patiuntur. Si enim verbum veritatis est verum, immo quia verbum veritatis est verum, cum persecutionem propter iustitiam patiaris, beatitudo persecutionem hujusmodi limitabit. Gaudias igitur, ut & nos tecum pariter gaudemus, quod dignus inventus es contumeliam pati pro nomine Jesu Christi, cuius ministerium sic geris in terris, ut ad ejus consortium cui laudabiliter in ministerio ipso ministras, assumi merearis in cœlis, ipso in Evangelio protestante: Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Gloriare cum Apostolo in cruce Domini nostri Jesu Christi, gaudens, si quæ defunt passionem Christi, in tuo corpore suppleantur, quoniam si compateris, conregnabis. Sciens ergo quod unquam secundum suum laborem accipiet, nec sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, gaudie quoniam felici commercio terrena in cœlestia commutabis, & pro temporalibus recipies sempiterna. Cæterum super insania comitis persecutum tristianum quodammodo inconsolabiliter, & ex intimo corde dolemus, quod datus in reprobum sensum Pharaonem in contumacia sequitur, in Ecclesiæ persecuzione Neronem. Cum enim elatus in superbiam contra stimulum non timeat calcitrare, veremur, ne cum in profundum venerit vitiorum, contemnat, ne adiiciat, ut resurgat, sed tempestas demergat eundem, & os suum puteus urgeat super eum. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur attentius, & per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus non deficias, sed proficias potius, nec movearis a constantia tue mentis, sed in ea potius perseveres, non timens, quod faciat tibi homo, cum Deum habeas adjutorem. Stesicorū stetisti hactenus pro Ecclesiæ libertate, & pro ea murum te defensionis opponas, nec cedas ascendentibus ex adverso, sed viriliter procedas in eos animam tuam, si necesse fuerit, pro ovibus positurus.

Quod spectat ad Francorum Regem; ad pacem misit hoc anno Innocentius abbatem Casemarii legatum, eique trium fontium, & de Duno abbates adjunxit, quo Philippum inter & Angliæ Regem pacem conficerent, ut testantur ejus literæ, tum ad Philippum (d), atque archiepiscopos (e) cæterosque Galliarum præsules, quibus mandavit, ut nuncium perhumanius acciperent, atque pro componenda pace elaborarent, tum etiam ad Joannem Anglorum Regem, (f) ejusque re-

Legati
componendam
missi.
(d) Inn. l.
6. ep. 68.
Rigord.
& S. Ant.
ann.
(e) Ep. 70.
(f) Inn.
l. 6. ep.
gni 167.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

(a) Id. ib. p. 70. gni antistites (a). Cæterum de bello inter utrumque Regem agunt Robertus de Monte, & pluribus Mattheus Parisius, qui eiusdem Joannis præcipitem, temeritatem paucis verbis satis superque testamat reliquit (b): Venientibus ad

(b) Matth. Patis. bish. Aug. 43. 1203. Regem nuncius, & dicentibus: Rex Francorum terram vestram hostiliter ingressus, cepit jam illa, & illa castella, & castellanos vestros caudis equorum turpiter alligatos abducit, atque de rebus vestris pro lubitu suo sine contradictione disponit; Rex Joannes tale dedit responsum: Sinite illum facere, ego quicquid modo rapit una die recuperabo. Sic nec iste nec alii similia denunciantes aliud babere potuerunt responsum.

Regis interris arrogans responsum. Videns tandem Rex Joannes (addit autor) dejectum suum, seque omni militari substilio destitutum, naves sub celeritate concendit, & in die sancti Nicolai apud Portesne applicuit, deinde in comites, & barones occasiones prætendens, quod ipsum inter hostes reliquerant in partibus transmarinis, unde castella, & terras suas pro eorum defectu amiserat, cepit ab eis septimam partem omnium mobilium suorum: nec etiam ab hac rapina in ecclesiis conventionalibus, vel parochialibus manus coercuit violentas. Siquidem habuit hujus rapinae executores in rebus ecclesiasticis scilicet Hubertum Cantuarensem archiepiscopum, in rebus autem laicis Gaufridum filium Petri Angliæ justiciarrii, qui in executione jam dicta nulli pepercérunt. Hæc Parisius.

LV. Sed de his, ac similibus paulo inferius, ubi de zelo Innocentii Regum scelera infestantis agemus. Dum suos Joannes spoliaret, victoriam latius Philippus proferebat, rerumque secundarum successu tumultus, cum abbas Casemarii Apostolicum imperium denunciasset, armis temperaret, induciasque cum Anglo ob reipublicæ Christianæ salutem paciferetur, primum respondere distulit, deinde in consilium re adducta subjecit, non esse Pontificis Regum controversiis se ingenerere, nec teneri imperia sedis Apostolicæ excipere in iis, que ad regni stipendiarios spectarent: cujus responsi Innocentius Papa ab eodem abbatte certior factus, (c) ut Regis dicta refellerit, & coarguerit, ab eodem Pontifice audire operæ precium erit.

(c) Inn. l.
6. ep. 165. Innocentius, &c.
Inn. refellit querelas Regis.

Utinam considerasses salubrarius, & diligenter attendisses, quod Apostolica sedes nec tibi, nec progenitoribus tuis, aut regno Francorum d. in nos hactenus, sed utiliter potius se studuit exhibere. Utinam in die bonorum malorum immemor non fuisses, & cum bellorum dubius sit eventus, inconstantiam prosperitatis humanæ non tantum ex statu presenti, sed ex eo etiam, qui variis modis, & ex causis diversis

Ann. Eccl. Tom. XX.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

presenti potest succedere, mensus es, & cavisses sollicito, ne responsio tua contra te, vel posteros tuos posset in posterum allegari. Nec hoc dicimus, tanquam nobis potestatem velimus indebitam usurpare, vel quicquam injungere, quod ad offici nostrum non pertinet potestatem. Quid enim monimus? quid suggestimus? num quid inboneum? num quid injustum? Certe si bene recolimus, ut faceretis pacem, vel truces, salva iustitia utriusque: licet autem causam tecum intrare nolimus, & super hoc in judicio litigare, ne tamen responsio regia ex nostra sortiatur taciturnitate valorem, ei breviter cogimur respondere, nihil contra eum tanquam primum configentes, sed inducentes potius ex armario sancti Spiritus validas rationes. Quod enim evangelizare pacem ex injuncto nobis officio teneamur, Psalmista nos docet: Inquire, inquiens, pacem, & persequere eam, & id est, donec invenieris, insequare, & Angelii, qui Dominicæ nativitatis primicias pastoribus intimarunt, per novæ laudis canticum expresserunt in ortu ejus, cuius vires in terris licet immeriti gerimus, pacem hominibus bona voluntatis nunciantes. Ipse quoque Dominus Jesus Christus, quod nascens per ministerium fecerat Angelorum, gustaturus calicem passionis, executus est expressius per seipsum, cum discipulis suis inquit: Pax vobis, pacem redinquo vobis; & resurgens bac voce primum ad Apostolos fuit usus: Pax vobis, & iterum dico pax vobis. Idem quoque cum discipulis de forma prædicationis instrueret, pacem eos evangelizare præmonuit, dicens eis: In quacunque domum ingressi fueritis, primum dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescat super eum pax vestra: quicunque autem non receperint vos, nec audierint sermones vestros, exeunte foras excutire pulvarem de pedibus vestris in testimonium illius. Exire præcipit foras, ut eis ecclesiastica communio denegetur; pulvarem illum excutiendum denuncians contra eos, qui non recipiunt verba pacis, qui Moysè citinerem de camino spargente, fuit ad plangam vulneris super omnem terram Ægypti.

Pontificis officium pacem inter principes conciliare.

LVI.

Quam gravis autem distinctionis sententia in ultimo sint examine ferendi, qui non recipiunt pacis nuncios, nec audiunt sermones eorum, per se ipsum veritas consequenter offendit, non simpliciter, sed cum quadam affirmatione proponens: Amen dico vobis, tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorræ in die judicii, quam illi civitati, in civitate cives intelligentes, a quibus non excipit ipsos Reges. Præterea nullus dubitat sanæ mentis, quin nostrum sit de his, quæ ad salutem, vel damnationem animæ pertinent judicare. Nunquid autem non meritorium est damnatio.

X 2

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

tonis perpetuae, ac demeritorum salutis eternæ fovere discordium, fidei domesticos impugnare, domos religiosas destruere, bona religiosorum virorum necessitatibus, & utilitatibus deputata exponere voluptati prædonum, virgines Deo dicatas opprimere, cogere illos, qui posteriorum obliti ad anteriora se jugiter extendebant, abiure retrorsum, & denuo se secularibus negotiis immiscere, qui Domino cœperant militare, affigere pauperes, depauperare potentes, sanguinem humanum effundere, ac ecclesiæ prophanare? Et infra: Audi denique fili charissime verbum, non nostrum sed Verbi potius, quod erat in principio apud Deum, & quod tandem caro factum est, & habitavit in nobis, in Evangelio protestantis: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si te non audierit, adhibe tecum duos, vel tres, ut in ore duorum, vel trium testium stet omnem verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, quod si Ecclesiæ non audierit, sit tibi sicut ebræicus, & publicanus. Ecce conqueritur Rex Angliæ frater tuus, frater inquam non cognitione carnis, sed fidei unione, quod pecces in eum, & in gravamen ipsius extendas, & extenderis manus tuas; corripuit te inter te aliquando, & se solum, cum tam literis, quam viva voce non semel solummodo, sed frequenter commonuit, ut ab ejus desideres lessone. Adhibuit quoque non solum duos, vel tres testes, sed multos magnates induxit, ut inter te ac ipsum ruptæ pacis fædera reformarent, & apud te, ut ab ejus cessares offensa, interponerent partes suas. Verum quis hacenus apud celitudinem tuam penitus nil profectum, quod in eum peccaveras, Ecclesiæ juxta verbum evangelicum nuntiavit; Ecclesiæ vero ut circa te maluit affectione paternâ, quam judicaria potestate, ideoque serenitatem tuam per prædictum abbatem non potestative corripuit, sed benigne commonuit, ut a fratribus cessares injuria, & cum eo vel in veræ pacis fædera, vel congruentes treuarum inducias convenires. Quid igitur restat de cætero, nisi quod si Ecclesiæ non audieris, sicut hacenus non audisti, testis ebræicus, & publicanus, quod dolentes dicimus, habeat & post primam, & secundam correctionem evitet? cum si offendere nos oporteat te vel Deum, vel minus ipsum ex tua potius offensione placare, quam per divini Regis offensum Regi homini complacere. Sed dices forsitan, quod non peccas in eum, sed & ille replicabit in contrarium, quia peccas. Quid ergo in hujus contradictionis articulo faciemus? Nunquid inquisita plenius, & cognita veritate procedere juxta mandatum Domini omittemus? Nunquid dissimulabimus stragam corporum, & perniciem animarum, nec annunciam-

bus impietatem suam impiis, & cobibemus a violentia violentos? &c. Dat. Anagnie 2. Kal. novemb. Monuit (a) Innocentius legatum suum abbatem Casemarii, quæ ad Philip- (a) Lib. 6. (b) Ep. 165. pum Francorum Regem & Galliarum præfules scripsisset, atque imperavit Francorum Regem ad pacem vel inducias cum Anglo ea literarum forma, quas ad utrumque Regem dederat, conficiendas adduceret, & ad id præsumulam auctoritatem adhiberet, si emollire ac flectere non posset, publice illi anathematis terorem, ni pareret sedi Apostolice, incuteret; aliisque literis imperavit, (b) ut cum Francorum Rex Anglo inducias conce- (b) Lib. 6. (c) Ep. 166. sisset, de querela Regis Anglorum & ejus exceptione utrum sit justa, interim cognoscatur; non ratione feudi, cuius ad eum spectat judicium, sed occasione peccati, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, una cum archiepiscopo Bituricensi abscliso sibi principis utriusque respectu diligentissime cognosceret; et si querelam Regis Anglorum justam esse deprehenderet, amputata omnis provocationis mora, procederet; si secus Francorum Regi jura sua persequenti, ut ea obtineret, opem suam explicaret. Quæ vero belli illius inflammati causæ fuerint, quas Angliæ Rex porrexit, ex Pontificis literis illustratur, quibus Innocentius Joanni Anglorum Regi querenti injuste se a Franco lacescitum objecit, attenderet num potius ipse prior injuriam Franco inflixisset: accepisse enim se ex Philippi literis illata ab eo Turonensi ecclesiæ, cuius bona Franco obnoxia essent, damna gravissima; ipsum plures nobiles suis possessionibus pro sola libidine pepulisse, cumque ille eorum querelis pulsatus, utpote ad quem supremo jure dominium spectaret diem ipsi dixisset, illum repetitis vicibus judicium elusisse, admonitum a Franco perhumaniter, ut debitum ipsi officium exhiberet, rem contempssisse.

Innocentius, &c.

Nosse (c) te volumus, quod Rex ipse non se, sed te potius culpabilem esse dicat (c) Lib. 6. discordia suscitare, ac quod non occasio- (d) Ep. 167. nem solummodo, sed etiam præstiteris dis- fensionis affirmet. Nuper enim nobis per suas literas, & nuncios intimavit, quod cum ecclesiæ beati Martini Turonen. quæ ab eo quicquid habet in temporalibus recognoscit, damna non modica, & quamplures injurias intulisses, & homines tui quendam ipsius hominem occidissent, licet requisitus super hoc sepius, ut id faceres emendari, tres, vel quatuor terminos petieris, & acceperis successore, & Rex ipse semper ad datam diem suos nuncios destinasset, nunquam emendationem a te potuit obtinere, immo per dilationes hujusmodi ultra unius anni spatium ejus animum suspendisti. Præterea

cum

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

eum hominibus, qui spectant ad feudum ejus, castella, & terras suas, sine ratio- ne pro motu voluntatis propriæ abstulisses, ipse tanquam superior spoliatorum querela pulsatus, tibi non semel solummodo, sed sepe mandavit, ut id faceres emendari. Quod licet promiseris te facturum, non fecisti tantum, sed gravatos amplius aggrava- visti, quod ipse sustinuit ultra annum sa- tisfactionem expetens, & expectans. Cumque communicato cum baronibus, & homi- nibus suis consilio, certum tibi terminum statuisset, ut in ejus praesentia compare- res, quod jus dictaret, sine retractatio- ne securus: licet esses ligius homo ejus, nec fuisti tamen ad diem statutum, nec misisti aliquem responsalem, sed mandatum ejus penitus contempsti. Consequen- ter vero personaliter te convenit, & super his communuit viva voce, cum non habe- ret in votis, ut faceret tibi guerram, si talem te circa eum, qualem tenebaris, ex debito exhiberes. Verum cum nec sic satisfacere voluisses, licet te de bironum, & hominum suorum consilio diffidasset, mota tamen guerra ad te quatuor ex militibus suis misit, volens certificari per eos, si velles ea, quæ in ipsum commiseras emendare. Altoquin notum tibi esse volebat, quod ex tunc contra te fœdus cum hominibus tuis, ubincunque posset, iniret: tu autem a facie te quarentium abscondisti, & captasti absentiam, ita quod te videre nullatenus potuerunt. Homines vero tui occurrentes quarentibus nunciarunt se præscire, quid eis a Rege ipso fuisset injunctum, & quod non poterant loqui tecum. Adjectis insuper, quod eo tempore cum nullo ex hominibus tuis confœderationem inierat, nec hominum receperat ab eisdem, sed postmodum confœde- ratus est cum quibusdam eorum, & a quibusdam recepisse hominia se fatetur, quod contumacia tua afferit imputandum, licet adhuc paratus existat in curia sua, si petieris, tibi justitiae plenitudinem exhibere sufficiens tamen cautione recepta, quod iudicio curiae acquiescas. Monemus igitur serenitatem Regiam, & exhortamur in Domino, quatenus ad ea, quæ pacis sunt, devius intendas, & non solum recipias pacem, vel treguas, si tibi forsitan offerantur, sed eas etiam offerre nullatenus erubescas. Caveas autem sollicite, ne cum injuriosum tibi afferas dictum Regem, tu ei potius injuriosus existas, & debitam ei reverentiam subtrahas, & honorem, quo- niam cognita veritate, sicut in tua tibi as- sistimus ratione, sic ei non possimus in sua justitia non adesse. In eodem fere modo scri- ptum est Senonen. archiepiscopo & suffra- ganeis ejus; in eodem, &c. Capitulo Rhei- men. & suffraganeis Rhemen. ecclesiæ; in eodem, &c. archiepiscopo Bituricen. & suf- fraganeis ejus. Hacenus Innocentius, ea-

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 6.

6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

demque ratione ad Casemarii abbatem, (a) Senonensem (b), ac Bituricensem (c) Lib. 6. (d) Ep. 165. archiepiscopos, eorumque suffraga- neos scripsit, necnon ad Rhemensē ca- (b) Ep. 164. pitulum, ecclesiæque illius suffraganeos: (c) Ep. sequenti vero anno ad cunctos (d) Gal- 166. liæ archiepiscopos & episcopos. Cum (d) Lib. 7. porro non ad Rhemensē archiepisco- 164. (e) Ep. 165. pam, sed ad capitulum scripsit, illius de judicis ecclæsiæ archiepiscopi Guillelmi innui vi- (e) Novit. detur obitus, qui a Jacobo Meyeru (f) Ann. Flan. periori anno recensetur (e). At de Ca- semarii abbatis legatione in gestis quo- que Innocentii proximo anno reddendis lib. 7. mentio fit.

Neque his Innocentii apud Philippum labores finem accepere, nam interpellatus Pontifex hoc pariter anno ab I... Regina illius uxore, pessime ab eo habita, operam atque auctoritatem suam apud eundem Regem pro officiū munere interponere coactus est; extant Reginæ ad Innocentium literæ (f), quæ siccis oculis vix legi possent, cumque miserium ejus statum exprimant, & quæ perlegantur dignissimæ, eas inserere historiæ duximus.

Spiritu li patrio ac domino suo Innocentio Dei gratia summo Pontifici filiarum ejus minima Insburges Franciæ nomine solo Re- gina seipsum ad pedes in omni humilitate.

In spiritu humilitatis, & in animo con- trito sapientissime vestre paternitati mi- serias meas tam per me, quam per meos explanare curavi, & quia conversa in- ærumna mea jugum Domini non grave, sed gravissimum assidue porto adhuc pater san- ctissime, recogitabo vobis omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, in qua jugiter permanens dilectum meum fasciculum myrræ mihi factum, inter ubera commoran- tem sustineo, remedium amaritudinis per vos Christi Vicarium desiderans obtinere. Vos siquidem per Dei gratiam estis suc- ces- sor Petri collega Pauli, qui Corinthium gladium spiritus trucidare minime formi- davit, Phinees imitator, mons in verti- ce montium positus, ad quem oculi levandi, tuitio oppressorum, refugium misero- rum. Unde ad vos patrem sanctissimum con- fugio, & utinam mihi datum fuisse desuper, ut pedes Elisei mihi compatiens am- plecti valorem, lacrymis rigarem, capilis extergendo, angustiam animi mei ex- pressius opere, quam literalis exponeremus. Eripite itaque me pater justæ, ut non in- figar, libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum, quæ gratis per- sequuntur me. Persequitur me dominus ma- ritus meus Philippus illustris Rex Fran- corum, qui non solum me sicut uxorem non videt, sed solitudine carceris meam desi- derans fastidire juventutem opprobriis, & calumniis, per suos satellites me irritare non cessat ad indignationem spiritus, ut ei con-

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

contra matrimonii jura, & legem Christi consentiam per praembulos antichristi, qui speciem pietatis habentes virtutem ejus abnegant, me provocare nullatenus erubescit. Sciat autem pater sancte, quod in nostro carcere nullum est mibi solatium, & immumeras, & importabiles molestias patior, nec enim me audet aliquis ibi visitare, nisi aliqua religiosa persona ad me consolandom accedere, nec de ore aliquius verbum Dei ad reficiendam animam meam possum audire, nec copiam habeo alicui sacerdoti confessionem meam faciendi; missam raro audire possum, alias horas nunquam; insuper nulla persona, vel nuncius de terra nativitatis meae cum literis, vel sine literis ad me venire, vel mibi loqui permittitur; viclus mibi aliquando arctus nimium ministratur, pane tribulationis, & potu angustiae quotidie utor, nil medicinale prout expedit fragilitati humanae, nec qui de salute corporis mibi consulat, vel faciat, quod mibi prosi possum habere. Balneum intrare non suor, si volo minuere mibi sanguinem, facere non possum, & propterea timeo mibi de visu, & ne graves infirmitates mibi superveniant: vestimentorum copia non adeft, nec talia sunt, qualia deceret habere Reginam.

LX.

Accedit ad cumulum misericordiae meae, quod illae personae admodum viles, quae mecum ex voluntate regia converuantur, nunquam bona mibi verba proponunt, sed contumeliosis sermonibus, & injuriosis affligunt, de quibus etiam audivi, & scio, quod praeterquam a me recesserint, mibi compatiunt, sed inde nihil mibi consolationis impendunt, sed tristem jugiter me compellunt remanere, in quadam domo sum clausa, nec inde possum exire. Quid plura? miseras meas non possem per singula prosequi, quia ea mibi denegantur, que nulli Christianae mulieri deberent denegari, & ea mibi sunt, quae nulli fieri deberent quantumcunque abiectae personae. Literas, quas sanctitas vestra mibi mandavit, habere non potui. His namque & similibus, quae vestrae ad praesens non v. leo exponere sanctitatem vestrae, ita quod tedeat me vivere, afflicta, cum ignorem quid agere debeam, oculi mei ad vos sunt pater sanctissime, ne peream. Præterea dico non corpore, sed spiritu: cum enim quotidie morior per gloriam vestram, & propter iura matrimonii illibata servanda, quam dulcis, quam iucunda, quam suavis mibi mors, mibi desolata, mibi ab omnibus repudiat, & ejus unica mors corporalis adveniret, qua tot mortuum discrimina afferre possem. Verum quoniam angustiae mibi sunt undique, quia si contra Deum egero, mors mibi est, si autem non egero, non effugiam manus persecutorum, a vobis, qui pater estis consolationis, consolationem peto. Hoc vestrae, ut jam per me, & cle-

ricos meos insinuatum est, significans sanitati, & rogans, & protestans, quod si minis, ac terroribus compulsa feminea fragilitate contra iura matrimonii mibi aliquid proposuero, non sit in prejudicium prænominati matrimonii, & a vobis qui persecutor estis confessionis extortæ, nequaquam recipiatur, sed in manu forti, & brachio extento ab hac me curetis absolvere miseria pater benigne, ut si forte dominus meus Philippus Rex Francorum illustris diabolica fraude deceptus, contra me super sepe fato matrimonio denuo agere tentaverit, tali loco me procuret sibi vestra paternitas, in quo pristina libertati, & primis parentibus restituta libere meam possim in omnibus declarare voluntatem, & si fide interposta, vel sacramento interveniente hoc, quod predixi, fuero timore intercedente confessi, ab illa obligatione Apostolice miserationis obtentu me liberare dignemini. Ita vero faciat pater sancte, ut consolationem vestram sentiam, & justitiam, quam omnibus exhibetis, mibi nullatenus subtrahatis, & in extremo examine premium condignum ab omnipotenti Deo recipere valeatis. Valeat pater sancte. His moerentis Reginæ acceptis literis permotus, flexusque ad misericordiam Pontifex, ut illam in viri pristinam gratiam restitueret, omnem curam, diligentiamque adhibuit. Quapropter geminas hac de re eodem anno ad Regem scripsit epistolas, quarum (a) alteram mense iunii Ferentini cum esset; (b) alteram ad eundem Regem dedit, qua ad exuendam inveteratam peccandi consuetudinem horatur, ne qui haec tenus iras continuit Deus, in ipsius tandem caput effundat.

Mirum sane ea tempestate occidentales principes adeo in transversum actos, ut merito Davidicum illud ipsis occini potuerit: Adstiterunt (c) Reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus (Romam scilicet Pontificem summum Dei in terris Vicarium) Dirumpamus vincula eorum, & priiciamus a nobis jugum ipsorum, divinam scilicet, atque ecclesiasticam legem. De prævaricatoribus crucesignatorum principibus, deque Philippo Suevæ duce supra diximus, de Philippo Francorum Rege modo dictum est, de cæteris mox videbimus, utque de Philippi cæmulo, nempe Joanne Anglorum Rege suscepit orationem prosequamur nefanda ejus facinora recenset, arguitque Innocentius Papa (d): Illud autem gravissimum reputamus, quod cum in regno tuo causas ecclesiasticas committimus cognoscendas, tu probibes delegatis, ne in earum cognitione procedant, jurisdictionem nostram impediens, cum nos, si bene memineris, jurisdictionem tuam curaverimus confovere. Circa clericos autem, & ecclesias postquam

re-

LXI.

(c) Ps. 2.

(a) Lib. 6.

(b) Ep. 182.

(d) Lib. 6.

(e) Ep. 194.

(e) Innoc. ep. 62.

LXII.

(f) Ep. 80.

regni solium suscepisti, qualiter te habueris in multis, & mansuetudine regali postposita, eis feceris in honeste tractari, &c. Arguit pepulisse Lemovicensem episcopum atque archiepiscopum Dublinensem, Petavensem vero, & Sagensem episcopos crudelissime exagitasse. Et infra: Nisi premissas offensas corrigere curaveris per te ipsum, & a consimilibus abstineres, nos qui forsan in his ultra quam oportuerit nostrum pro te distulimus officium exercere, propter quod de taciturnitate nostra divinam offensam incurrisse timemus, nullatenus negligemus, quin post expectationem diuinam, & admonitionem paternam nostrum, sicut convenit, officium exequamur. Datum Later. 10. Kal. martii. Novas postea admonitiones, minasque ob iniuste oppressionem antistitem eidem Regi adjectis, (a) atque in eandem sententiam ad Cantuariensem archiepiscopum, atque Eliensem episcopum scripsit. (b) Rothomagensi præterea archiepiscopo imperat, (c) ut Sagensem episcopum non solum benevolentia complectatur, sed etiam in Anglorum Regis gratiam recipiendum curat, eundemque Regem inflcta anathematis, atque interdicti sententia (si opus sit) archiepiscopo, & canonice ablatu restituere compellat. Denique missis ad Joannem literis (d) arguit, quod cum B... Anglorum Reginæ impetratis post Riccardi Regis viri sui obitum Apostolicis literis super dote, ac bonorum mobilium dimidia parte sibi testamento reliqua composuisset, ille non solum non astisset paclis, verum & Reginam regno exturbasset, quæ Trecensem comitissam sororem suam adiit.

Antequam vero ex Anglia revocetur oratio, ut tam pravis facinoribus enarratis fatigatum lectoris animum recreamus, inferre luet hoc anno Innocentium Papam beato Vulstano olim Wigorniensi in Anglia episcopo sanctorum honorem, cultumque decrevisse, dato ad Wigornensem episcopum, & capitulum diplomate, cuius exemplum ex parte infra scriptum est (e): Sane cum ad audienciam nostram tanti viri merita, & miracula pervenissent, maturius procedere cupientes, cum divinum sit judicium hujusmodi potius quam humanum, venerabili fratri Cantuariensi archiepiscopo, & episcopo Elien. & dilectis filiis sancti Edmundi, & de Viburn. abbatis dedimus in mandatis, ut ad Wigornien. ecclesiam pariter accedentes universo collegio vestro, & populo civitatis jejuniū indicenter triduanum, infra quod omnes unanimiter peteritis ab eo, qui via, veritas est, & vita, aperiri super hoc viam veritatis ad vitam, ac deinde non per testimonia tantum, sed per testes, & famam vulgatam, & scripturam authenticam de virtute morum, &

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

virtute signorum, operibus videlicet & miraculis diligenter inquirenter veritatem, & nobis fideliiter intimarent. Ipsi ergo cum ad Wigornien. ecclesiam accessissent, juxta mandatum Apostolicum processerunt, & qui paucæ de multis miraculis ejus, super quibus testes deposueruntur jurati, & in quorum testimonio tota civitas acclamabat; scripturam quoque authenticam de vita ipsius ante centum annos Anglicana lingua conscriptam, sub sigillis suis per te frater episcope nobis dirigere procurarunt. Qui postmodum in nostra praesentia constitutus, nobis humiliiter supplicasti, ut prædictum episcopum adscriberemus sanctorum catalogo venerandum. Patuit ergo nobis per scripturam authenticam, & depositiones testium, quod ad sepulcrum ejus multa loquela, leprosus mundationem, hydropicus, & paraliticus receperant sanitatem, & quod quamplura miracula Dominus invocantibus non enim ejus, & predicti episcopi, jugiter operatur: quare de meritis, & miraculis ejus multis, & magnis non solum testimoniis, sed & testibus certiores effecti, cum secundum prophetam laudandus sit Dominus in sanctis suis, de fratrum nostrorum consilio ipsum beatum Ponificem, & confessorem Vulstanum catalogo sanctorum ascripsimus, ejusque memoriam inter sanctos decrevimus celebrandam. Quapropter universitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, per Apostolica vobis scripta mandantes, quod nos solemniter & cautele statuimus, vos humiliiter, & devote servitis, ut meritis ejus, & precibus apud misericordissimum judicem nos & vos indulgentiam consequamur. Collectam autem in commemorationem ejus dicendam edimus quam in hac pagina duximus subscribendam: Spiritum nobis Domine tuae charitatis infinita, ut intercedente beato Vulstano confessore tuo, atque Pontifice tuam mereamur dulcedinem in æterna felicitate gustare. Per, &c. Datum Ferentin. * se. * septimo. cundo idus maii.

Sed ad Innocentium Reges arguentem LXIII.

redeamus; extant ejus ad Castellæ Regem literæ, (f) quibus in eum invehitur, quod incestarum nuptiarum inter filiam suam, & Legionensem Regem auctor esset: Quia tantum Apostolica sedis, immo Ecclesiæ generalis opprobrium dissimulare ulterius nec volumus, nec debemus, monemus serenitatem regiam, & exhortamur, & sub divini judicij obtestatione mandamus, quatenus omnes colligationes iniquitatis hujus omnino dissolvatis, que fasciculos habent annexos usque in infernum inferiorem animas deprimentes, & recipias, immo revokes etiam natam tuam, ut seductam incestuosis amplexibus, cui vis, tantum in Domino, matrimoniali possis sedere copulare. Alioquin ne tam anima tua, quam filia tua, ac regis ipsius de nostris manibus requiri-

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAR.
6.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

ratur, in te, ac terram tuam, sicut expeditire viderimus, procedemus, & admonitionem acrior sequetur vindicta, quam credas. Datum Ferentini nonis Junii.

LXIV. Scriptis insuper ad Danorum Regem literis (a) questus est Waldemarum Sa-
ep. 181.
Innoc. lesvicensem episcopum proscriptisse, qui tandem Pontificis opera, aliorumque stu-
dio e vinculis, in quæ fuerat conjectus, evolavit, de quo Lubecensis: (b) Quia idem VValdemarus vir nobilis erat Regis Canuti filius, magni patrimonii heres, & contra Canutum Regem, & fratrem VValdemarum tunc ducem, nunc autem Regem (b) Lubec. senserat, suspecta multis ejus videbatur chro. Slav. liberatio. Unde consilio habito, ipsum con-
1.6. c. 18. filium communicatum est domino Apostoli-
co. Ipso ergo per suos iuncios mediante tali modo liberatus est, ut nunquam in tali vicinia esset, ubi Regi VValdemaro cognato, & aquivoco importunus existeret. Sed qui peccantes principes redarguit, cæterorum culpas reprehendere, punire, ac pro viribus emendare nullatenus prætermisit: nam ad montis Regalis monachos criminis contagione notatos, insalutatos

(c) Lib. 6. scribens (c), acerrime in ipsos invectus est, contra archiepiscopum quædam op-
pida occupasse, infanda commississe sce-
lera, secreta detexisse, unde mala in-
gentia per Marcualdum perpetrata eru-
pissent. Guanensem archiepiscopum, ac Duacensem, & Fernensem episcopos a-
nathematis sententiam adversus Wata-

(d) Inn. l. fordensem antistitem ferre jussit. (d) Is-
6. c. 162. enim Lefmorensim episcopum, dum ad urbem se conferret, in carcere detru-
serat, ac manibus in eum crudeliter in-
jectis, ipsius ecclesiam occuparat: præ-
terea graviter eum increpat, (e) quod canonicum quendam contra Apostolicæ sedis imperium oppressum teneret.

LXV. Prætores etiam, cæterique Insulæ ma-
Innoc. gistratus ecclesiæ, clericosque gravissime oppressam
liber-
tem ecclæ-
siasticam
asserere
in Insu-
bria stu-
det.
(f) Id. ib.
op. 44.

gissimus Pontifex convellendum citissime operari navavit. Cum enim sacerdotia in posteros hereditario quodam jure propagari cœpissent, ne id fieret, datis ad Mediolanensem archiepiscopum, & capitulum literis (b) graviter vetuit, (b) Id. ib. ep. 121.

prohibuitque, idemque in Hibernia Joannis tit. S. Stephani in Cœlio monte pre-
sbyteri Cardinalis Apostolicæ sedis legati beneficio præsttit: extat namque Innocentii ad ipsum redditæ epistola, (i) ubi (i) Id. ib. ep. 158.

ab eo se accepisse testatur, inter alia, quæ inibi flagitia vigerent, sacerdotia & episcopatus ad filios, nepotesque trans-
fundi, atque ob id Guanensem electum, altero in ejus locum suffecto, ipsum ex-
auditorasse, cui pallium transmitti postularet; quibus se assentiri respondit. Data est hujusmodi ad Joannem legatum Innocentii epistola 10. Kal. martias, [1] paucis vero ante diebus, nempe ad 6. kalendas cum monasticam disciplinam pluribus in locis collapsam, labefactatamque accepisset, omni studio restituere contendit ad Castellanum in primis episcopum aliquaque literis exaratis. Post hæc subditur in regesto Tuscia, Spoleti, aliarunque Italicarum regionum abbatibus, conventibus, &c. Apostolicæ sedi proxime subiectis ea de re scriptum, atque ex hu-
jus

NOTÆ [1] Ex Epistola, cuius argumentum hic exhibet Raynaldus, intelligimus Joannem cardinalem S. Stephani de monte Cœlio, quem hoc anno legationem in Scotia obiisse ex eadem epistola discimus, concilium Perthum hoc vel præcedenti anno habuisse: Ex literis enim pontificis, quibus ejus epistole responderet, exauctoratum ab eo fuisse Guanensem electum, atque alias præstita ad Cleri reformationem discimus. Reformationem vero cleri agitata fuisse in Concilio illo Dempsterus lib. XVI. Hist. Scot. assertit. Ex anno igitur 1201. cui concilium Perthum

fan episcopus simul & cleris tantam nece-
sitatem, vel utilitatem infexerint, ut ab-
sque ulla coactione ad relevandas uilitates, & necessitates communes, ubi laico-
rum non suppunt facultates, subsidia per
ecclesiasticos duxerint confrendi. Alioquin
cum & Lateranen. concilium talia sub ex-
communicatione probibeat attentari, & uti-
que justum existat, ut laicis spiritualia
subtrahantur, qui temporalia clericis sub-
ripere non verentur: si qui vestrum de-
cætero contra mandatum nostrum venire
præsumperint, excommunicationis se no-
verint vinculis innoditos. Hæc Innocentius,
quæ haec tenus in me-
diū attulimus, ne quis Innocentium in
ab Innoc. arguendis percellendisque vitis dumta-
xat gravissimum censorem arbitretur, in-
gentia beneficia, privilegia, quibus
plurimos hoc anno ut parens optimus au-
xit, producemus, ut virgam & manna
in arca pectoris continuisse asserere pos-
simus, atque de ipso id propheticum Ec-
clesia occinere posset: (a) Virga tua (ni-
mirum in improbis comprimendis) &
baculus tuus (in probis sustentandis) i-
psa me consolata sunt. Nam præter quæ
retulimus supra, ecclesiæ S. Lupi Trecentis
abbatem, ejusque fratres in S. Petri
tutelam recepit, (b) eorumque jura, ac
privilegia confirmavit, idque Aldefonso
Aurieni episcopo benignissime impertitus

(b) Inn. l.
6. ep. 3.

(c) Ep. 10.

(d) Ep. 84.

(e) Ep. 82.

(f) Ep. 83.

(g) Ep. 88.

(h) Id. ib. ep. 115.
(i) Id. ib. ep. 180.
(k) Id. ib. ep. 118.
(l) Id. ib. ep. 169.
(m) Id. ib. ep. 172.
(n) Id. ib. ep. 173.
(o) Id. ib. ep. 185.
(p) Id. ib. ep. 188.
(q) Id. ib. ep. 16.

speciali sub beati Petri cooperatori tui, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, &c. Ejus possessiones ratas habet aliaque abbati conferit privilegia, ut mitra, annulo, sandaliis, tunica & dalmatica inter missarum solemnia utatur. Aliis quoque beneficiis, ac privilegiis (b) complectitur priorem, (b) Ep. & conventum de Bomin, abbatem S. Co-
lumbæ (i) de Hay insulæ, ejusque fra-
tres Joannem (k) domus S. Trinitatis Cer-
vi Frigidi ministrum, ejusque fratres, Gar-
ganicæ ecclesiæ archidiaconum, & capi-
tulum (l) abbatem, & conventum de
Caraceto factam unionem illius ordinis
cum Cisterciensi confirmans, (m) Cara-
ceti abbatem, & ejus fratres: (n) Cas-
sinense monasterium datis literis (o) ad
episcopos, abbates, aliosque ecclesiaram
præsules, in quorum parrochij monaste-
rium illud, ecclesiæ, possessiones ob-
tinebat, privilegium confirmat, quo ab-
bates, & fratres in rerum monasteri in-
vasores excommunicationis sententiam
promulgare possint; Corbejeni abba-
tem, cui annuli, & mitræ usum confir-
mat (p). Sardinæ episopis, cæterisque (p) Ep.
præfulibus indulxit, (q) ut per literas A-
postolicas extra Sardiniam non responde-
re cogarentur, nisi in iis ejus beneficii
mentio edita fuisset.

Quod vero in Sardiniam fluxit oratio,
extant Innocentii literæ, quibus Turri-
tano, Calaritano, & Arborensi judici-
bus scripsit, (r) ut Turritano archiepis-
copo obtemperarent, quo feliciter in pa-
cemi coalescere discordes animi possent; componi-
sed hæc ab ipso Pontifice audire refert:
Quanto Sardinia specialius ad Romanam (r) Ep. 29.
Ecclesiæ noscitur pertinere, utpote cui
tam in spiritualibus, quam temporalibus
est subjecta, tanto propensus præcavere
volumus, & debemus, ne quid attinetur
in ea, per quod & status perturbetur i-
psius, & graviter Dominus offendatur.
Et infra: Monemus igitur nobilitatem ve-
stram, & exhortamur, atque per Aposto-
lica vobis scripta præcipiendo mandamus,
quatenus ipsum ob reverentiam sedis Apo-
stolicæ, & nostram recipientes humili-
& honorifice pertractantes, quæ super ju-
dicatu Galluren. & Arboreæ, & nobili mu-
liere... filia quondam judicis Galluren.
tradenda nuptui, cum ad nubiles annos
pervenit, & alis vobis ex parte nostræ
Y pro-

NOTÆ num a Dempstro, & Labeo in collectione Conciliorum illigatur, ad præsentem, vel forte ad præcedentem referendum. Cum enim literæ pontificis ad Joannem responsæ X. Kal. Martias consignatur, facile ejusdem legati literæ ad præcedentem pertinent, vel saltem de rebus anno præcedenti habitis pontificem faciunt certiorem. Nec ante biennium concilium istud a Johanne ha-
beri potuisse ulla ratione persuaderemur; alioquin Joannis legatio plus nimis in longum, contra morem earam legationum, in quibus nullum esset diurnum negotium tractandum, protra-
heretur. Est vero Perthum urbs in provincia ejusdem nominis Scotia Meridionalis, quæ hodie vulgari nomine Strevashaleh appellatur. MANSI

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAR.
6.VACAT. IMP. OCCID. 6.
ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

proponet, cum super omnibus plenam nostram noverit voluntatem, credere, & efficere procuretis: ita quod devotionem vestram in hoc plenus cognoscamus, & per ipsius solicitudinem toti provinciae pax perveniat exoptata. Hæc Innocentius ad Sardinie

(a) Ep. 31. & 147. judices, quibus etiam mandat, (a) ut coram eodem archiepiscopo fidei sacramento sese obstringerent, universosque præterea archiepiscopos, episcopos, judices Apostolicæ sedi annum tributum pendere jubet (b).

(b) Ep. 31. LXIX. At ex Sardinia ad Siciliam progrediamur. Sequaces Marcualdi in Sicilia compresi.

(c) Ep. 52. (c) gratulatusque est superbum hostem e Sicilia depulisse, ac Messanam in Regis fide continuisse: quinam vero fu-
erit iste turgidus arrogantia, & superbis archiepiscopi Messanensis studio & Sicilia fugatus, non proditur; sed nostra quidem sententia Willelmus Capparonus

(d) Innoc. libel. de Imp. rebus ep. 91. (d) Cum adhuc faveat (Philippus scilicet Suevus) Capparono, qui Marcualdo in malitia, & excommunicatio-

(e) Lib. 6. ne succedit. Mandat præterea (e) Pon-

(f) Ep. 53. (e) Messanensi archiepiscopo, ut ab u-
niversis comitibus, baronibus, aliisque, qui nondum sibi, ut ait, balii juramen-
tum detulerant, id suo nomine exigere, ac recipere non cunctaretur, quod ut illi præstarent, aliis eisdem literis (f)

imperavit. Cum porro Gualterius Tro-
janus episcopus damnatis iis, quæ antea contra Pontificem conflasset, ejus jam

(g) Ep. 54. gratiam ambiret, hæc ad eum Innocen-
tius (g): Ex profectu namque multorum

nobilium, & procerum regni, qui nobis, & Ecclesiæ humiliter paruerunt, & ex illo-
rum defectu, qui conati sunt a spiritu superbiæ contra stimulum calcitrare, liquido cognoscere potes commodi, & incommoda, quæ de grata & offensa nostra tibi, ac tuis & provenerunt hac tenus, & poterunt provenire, &c. Datum Ferentini. Da-

(h) Ep. 159. tis præterea apostolicis literis (h) ad Pe-
trum Panormitanum archiepiscopum ele-
ctum, regiumque familiarem, ipsum plurimum commendat, quod inter Siculi re-
gni tumultus, qui tum etiam serrebant, fidem Pontifici, Regique servasset. Cum enim Innocentius gravissimo morbo im-

placitus teneretur, sparso de ejus morte

falso rumore, eoque increbescente plu-

rium studio, qui illum late diffilarunt,

defectiones sunt securæ, bellicque in Si-

cilia citra Pharuni motus excitati, quæ

pluribus gesta prosequuntur:

LXX. Cum multa agerent prudenter & poten-

& Jacobus Pontificis consobrinus ab ipso, ut supra vidimus, Apulie, ac Terra laboris praesides cum pari auctoritate constituti) venerunt tandem in Campaniam visitare summum Pontificem, quem audiverant ægrotare, inveneruntque illum Anagniæ tam graviter ægrotantem, quod a multis mortuus dicebatur. Cum autem de morte ipsius fama volasset, multæ ci-

vitates prædicto comiti rebellarent; que-

dam vero * expellentes milites suos, aliæ * expulsi.

trucidassent, perdiditque tunc Materam, sent

Brundusium, & Hydruntum, Barolitanique

castrum Baroli obfederunt, & coegerunt

castellanum, quem ibi dimiserat marescal-

cus sibi resignare castellum. Date hoc an-

no ab eodem Pontifice de his literæ (i) (i) Ep.

ad archiepiscopum, abbatem S. Andreæ 191.

ac Brundusinum populum, quibus acriter

objurgat, a Brenensi comite magna A-

póstolicæ sedis, Regisque injuria descivil-

se, eademque ratione, ut subditur (k), (k) Regis

ad archiepiscopum & populum Hydrun-

tinum, atque episcopum, & cives Gal-

lipolitanos scripti, cujus præterea argu-

menti est epistola (l), quam Anagniæ (l) Ib. ep.

archiepiscopis, episcopis, ac reliquis per

Apuliam, & Terram laboris constitutis

misi, hortatus, ac imperans, ut in pro-

ditores, fautorisque insurgerent, censu-

risque ecclesiasticis animadverterent; sed

ad acta revertamur: Porro cum summus Jacobus

Pontifex convalescere incepisset, comes, & Andriæ

marescalcus in Apuliam redierunt, & licet comita-

tum adem acquirere studuerunt, nam ipse mares-

calcus Andriam, & Minerbiū civitates

obtinuit, & ex tunc se comitem Andriæ

appellavit, extruxitque munitionem for-

tissimam apud Andriam, ubi palatum co-

mitis prius erat: quidam autem filii Be-

rrial et ponentes insidiias irruerunt in ipsum Jacobo

putantes eum gladiis interficere, sed quo-

niam armatus erat sub chlamyde, intentio-

nem suam non potuerunt ducere ad effectum,

maxime quia quidam miles ipsius objecit

se illis, quem in sua præsentia interfeci-

erunt. Ipse vero quosdam eorum capiens di-

versis supplicis interemit, omnium autem

bona diripiens confiscavit. Non his tamen

deterriti nefarii proditores, qui novis in

Gualterium conflatis insidiis crudeliter in-

cautum trucidarunt; longe prudentior Ja-

cobus, qui non se passus est illis irreti-

ri; at de his suo loco (m).

Nunc finem hujus anni historiæ impo-

namus adductis sapientissimis responsis,

quibus Joannis Lugdunensis archiepiscopi,

qui divinæ scripturæ oraculis diligentem

operam dabat, ac saepius Innocentium

consulebat, dubia discussit.

Innocentius, &c.

Quod (n) pietatem colendo in manda-

(n) Ep. 14.

tis divinis te libenter exerceas, & in lege

Domini jugiter meditando consideres vias

ejus,

CHRISTI
1203.INNOCENTII III. PAP.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

& Jacobus Pontificis consobrinus ab ipso, ut supra vidimus, Apulie, ac Terra laboris praesides cum pari auctoritate constituti) venerunt tandem in Campaniam visitare summum Pontificem, quem audiverant ægrotare, inveneruntque illum Anagniæ tam graviter ægrotantem, quod a multis mortuus dicebatur. Cum autem de morte ipsius fama volasset, multæ ci-

vitates prædicto comiti rebellarent; que-

dam vero * expellentes milites suos, aliæ * expulsi.

trucidassent, perdiditque tunc Materam, sent

Brundusium, & Hydruntum, Barolitanique

castrum Baroli obfederunt, & coegerunt

castellanum, quem ibi dimiserat marescal-

cus sibi resignare castellum. Date hoc an-

no ab eodem Pontifice de his literæ (i) (i) Ep.

ad archiepiscopum, abbatem S. Andreæ 191.

ac Brundusinum populum, quibus acriter

objurgat, a Brenensi comite magna A-

póstolicæ sedis, Regisque injuria descivil-

se, eademque ratione, ut subditur (k), (k) Regis

ad archiepiscopum & populum Hydrun-

tinum, atque episcopum, & cives Gal-

lipolitanos scripti, cujus præterea argu-

menti est epistola (l), quam Anagniæ (l) Ib. ep.

archiepiscopis, episcopis, ac reliquis per

Apuliam, & Terram laboris constitutis

misi, hortatus, ac imperans, ut in pro-

ditores, fautorisque insurgerent, censu-

risque ecclesiasticis animadverterent; sed

ad acta revertamur: Porro cum summus Jacobus

Pontifex convalescere incepisset, comes, & Andriæ

marescalcus in Apuliam redierunt, & licet comita-

tum adem acquirere studuerunt, nam ipse mares-

calcus Andriam, & Minerbiū civitates

obtinuit, & ex tunc se comitem Andriæ

appellavit, extruxitque munitionem for-

tissimam apud Andriam, ubi palatum co-

mitis prius erat: quidam autem filii Be-

rrial et ponentes insidiias irruerunt in ipsum Jacobo

putantes eum gladiis interficere, sed quo-

niam armatus erat sub chlamyde, intentio-

nem suam non potuerunt ducere ad effectum,

maxime quia quidam miles ipsius objecit

se illis, quem in sua præsentia interfeci-

erunt. Ipse vero quosdam eorum capiens di-

versis supplicis interemit, omnium autem

bona diripiens confiscavit. Non his tamen

deterriti nefarii proditores, qui novis in

Gualterium conflatis insidiis crudeliter in-

cautum trucidarunt; longe prudentior Ja-

cobus, qui non se passus est illis irreti-

ri; at de his suo loco (m).

Nunc finem hujus anni historiæ impo-

namus adductis sapientissimis responsis,

quibus Joannis Lugdunensis archiepiscopi,

qui divinæ scripturæ oraculis diligentem

operam dabat, ac saepius Innocentium

consulebat, dubia discussit.

Innocentius, &c.

Quod (n) pietatem colendo in manda-

(n) Ep. 14.

tis divinis te libenter exerceas, & in lege

Domini jugiter meditando consideres vias

ejus,

etiam epistolæ tuarum verba demonstrant,

& testinur fortius quoties quibus Aposto-

licam sedem pulsas, ut pulsanti janua-

veritatis aperiat, & que obscura viden-

tur sue responsionis verbum

CHRISTI
1203.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 6.
6. ISAAC. ANG. CUM ALEX. FIL. iter. IMP. 8.

instituit, antiqua, & consueta in collectis forma servata. Inveniuntur autem & aliae quædam orationes ad Spiritum sanctum directæ, sed non authenticæ reputantur, nec Ecclesia uititur illis in nocturnis officiis, vel diurnis, &c. Dat. Anagniæ 11. Kal. januar. Porro ex citatis, citandisque Innocentii literis ipsum præter morem suum non solum hyberno tempore, sed a majo etiam ineunte ad martium usque sequentis anni Roma absuisse liquet, ac Ferentini maximeque Anagniæ (sunt Herni-

corum in Latio civitates) commoratum; cæterum hujusce rei causa innui quamvis subobscure in Fossæ novæ chronico videtur, ubi hæc pauca leguntur (a): Non (a) Chron. nisi maij indignatione Romanorum dominus. Fossa nova Papa venit Ferentinum. Quænam vero hæc fuerit indignatio, silentio præterit, sed hic in mentem veniunt, quæ Innocentius ad calcem gestorum a Romanis passus traditur, atque hæc illorum præludia dici posse videntur.

Magnis

JESU CHRISTI
ANNUS
1204INNOCENTII PAP. III. VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

compenses, & quod polliceris verbis, operibus exequaris, Deum tibi reddes proprium, quem in honortificencia suæ sponsæ probabis honorare, ac præter id, quod ipse Imperium tuum solidabit in pace, Apostolicæ sedes illud studebit efficaciter roboreare. Cum enim per Latinorum auxilium post divinum sis Imperio restitutus, debes non immerito Romanam Ecclesiam honore, cuius filii tibi taliter astiterunt, & quæ post Deum tibi, & Constantinopolitano Imperio præcipue poterit necessarium patrocinium impertiri. Et paucis interiectis verbis: Monemus igitur Imperialem celsitudinem, & hortamur in Domino, quantum sic in Apostolicæ sedis devotione confessas, sic efficas, quod jurasti, ne forte quæ de tuis labiis processerunt, irrita facere videaris, sed verax appareas in promisso, & in juramento fidelis. Siquidem si in timore Domini, & Apostolicæ sedis reverentia Imperium tuum fuerit roboratum, non vacillabit, sicut haetenus vacillavit, sed in illius petra soliditate fundatum, a qua princeps Apostolorum dictus est Petrus, & de qua inquit Apostolus: Petrus autem erat Christus, perpetua firmitate confisus, nec ventorum fluctus, nec fluminum impetus, nec pluviarum formidabat incursum. Alioquin ne vano decipiaris errore, scire te volumus, quod non solum inimicorum tuorum rebellionem non poteris subjungare, sed ante ipsorum faciem non subsistest. Datum Anagniæ, &c.

II. Recepimus literas, quas nobis Imperialis excellentia destinavit, affectione paterna, & quæ significavit per eas, notavimus diligenter. Gaudemus autem in Domino, & ei qui dominatur in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud, gratiarum excolamus actiones, quod pium tibi propitius inspiravit affectum, ut desiderares ecclesiasticam unitatem, ut membrum ad caput, & filii revertatur ad matrem, & Constantinopolitana ecclesia, quæ Apostolicæ sedi multo tempore devotionis debitum deneavit, reverentiam ei, obedientiam, & honorem exhibeat affectares, sicut & adhuc exul cum esses, in nostra præsentia constitutus afferebas te totis visceribus affectare. Ut autem desiderium tuum plenius demonstrares, & ad id populos tibi subditos exemplo induceres melius, quam sermone, semel exul, & iterum sublimatus juramento firmasti, te omnem devotionem nobis, & nostris successoribus impensurum, quam antecessores tui Imperatores catholici prædictis nostris patribus orthodoxis Romanis Pontificibus noscuntur antiquitus impendisse. Promisso pariter, quod opportunitate concessa, orientalem ecclesiam ad id prudenter inclinabis pariter, & potenter, sicut per Imperiales nobis literas intimasti. Sane si dictis facta

III.

Acceperat antea Innocentius crucifignatorum literas, quibus Græcos se bello appetuisse iactabant, ut a schismate ipsos avellerent, atque apud Alexium institisse, ut Romanæ Ecclesiæ veterum Imperatorum more se subderet; at plebisque visum est, eo propagandæ Romanæ Ecclesiæ colore commissum contranuncupatum sacramentum lacescisse bello Christianis scelus subornare voluisse; quibus Innocentius, ut coepit adducendæ orientalis ecclesiæ ad Romanæ obsequium opus promoveret, rescripsit, ambigere admodum, num se novo anathematis criminе contaminassent, atque adeo salutem consuetam non impertiri: si tamen vero zelo perciti præterita gessissent, perficerent promissa instarent apud Alexium, ut literas ad Apostolicam sedem mitteret, quibus insereret se parendi Romanæ Ecclesiæ sacramento devinxisse, perpelleretque patriarcham, ut solemnes oratores mitteret, qui ejus nomine Pontificum Romanorum primatum agnoscerent, ac palliuni de beati Petri corpore sumptum ad patriarchale munus rite exercendum flagicarent, ni id fieret, argumento certissimo futurum, ipsos

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

sos crimen pietatis fuso oblinere voluisse, proindeque ingentibus lacrymis illud eluerent: ceterum abscissa omni mora ad Terræ sanctæ subsidium, cui se devo- vissent, proficiscerentur:

Nobilibus viris Bonifacio marchioni Montisferrati, & Balduino Flandriæ, Ludovico Blesensi, & Henrico S. Pauli comitibus, & aliis baronibus & militibus crucesignatis spiritum consilii senioris.

(a) Ib. ep. 230. Quia (a) veremur vos iterato excommunicationis esse labe pollutos, & utinam non incurritis fidei læsionem, ideo ad cautelam vobis spiritum senioris consilii loco salutationis, & benedictionis optamus. Licit enim, sicut ex literis vestris accepimus, apud charissimum in Christo filium nostrum Alexium Constantinopolitanum Imperatorem illustrem institeritis, & obtineritis ab eodem, ut iuramento firmaret, se omnem devotionem nobis, & successoribus nostris substituendis canonice impensurum, &c. Vnde tamen praesumitur a quibusdam, quod id ad excusationem vestram feceritis, ut per hoc vestrum velaretis excessum, quam ut ad matrem filia, membrum ad caput, & pars rediret ad corpus. Verum quia opera testimonium perhibent veritati, quia id intentione feceritis, melius effectus subsequens demonstrabit, si videlicet Imperator ipse se iuramentum hujusmodi praestitisse per literas confiteatur apertas, quas nobis dirigat in testimonium reservandas, si apud patriarcham efficiat, ut per solemnes nuncios Ecclesiæ Romane primatum, & magisterium recognoscat, & reverentiam nobis, & obedientiam reprobavit, & pallium de corpore beati Petri sumptum, sine quo patriarchale officium exerceri rite non potest, ab Apostolica se de requirat.

IV. Quod si forsan hoc devotionis primordium circa suæ promotionis initia denegari, & noluerit, quod scribimus adimplere, nec oculus vester simplex fuisse videbitur, nec intentio ejus pura, immo priuæ transgressioni, quin apud Jtd:ram incurritis, videmini addidisse secundam, dum arma, que in hostes crucis credebamini affusisse, in Christianorum excidium iterum converiatis, &c. Dat. Autgn. Eodem argumento Suectionensi, ac Trecensi episcopis literas (b) misit cumque crucesignati post Jaderinum facinus anathematæ, hac fuissent conditione soluti, ne quæsto quovis fuso Græcorum terras invadarent, sed in sacrum solummodo bellum, animo ac totis viribus incumberent, ideoque complures vererentur, ne illi rursus ob Alexium in Imperium restitutum anathematis poenam incurrisserint, Innocentius ad eosdem Suectionensem, ac Trecensem (c) Ib. ep. 232. antistites scriptit, (c) ut ipsos ad facti poenitentiam adducere studerent, absolvarentque,

Jam vero quam polliciti sumus tragicam Constantinopoleos narrationem aggrediamur. In primis Innocentii gestorum scriptor Alexium, atque Isaacum patrem in Imperium restitutos fidem Latinis frigisse, atque adeo expugnatam Constantinopolim, Balduinumque ad Imperialis dignitatis apicem, omnium suffragiis evectum describit, literaque Balduini affert, quas licet prolixiores, quia insignes, graviorisque momenti res continent, inserere historie operæ pretium est, cum pulcherrimam illi lucem affundere possint. Referunt ergo Alexium restitutum Imperio cum Latini ex urbe egressi, nemorum dissimilitudo rixas pareret ex adverso urbis castra defixissent, ut quæ promissa sibi fuerant, exciperent repente in contrarium mutatum Latinos inopinato bello aggressum esse, mox coorta in urbe seditione in odium Alexii plebem sibi Imperatorem delegisse (quem Nicolaum Choniata vocat) ea re perterritum ad Latinorum, quos perjurio insigni læserat, opem configisse, ac Muraphilum oratorem misisse, qui suo nomine Blachernas (Imperatorium illud palatum erat) polliceretur, ut præsidio militari illud tenerent, donec promista exsolveret, sed iterum Alexium pollicitis resiliisse, novoque perjurio marchionem Bonifacium repulisse, tum Muraphilum occasionem aucupatum noctu Græcis aperruisse, de Blachernis tradendis cum Latinis agi, ac tum servitutis frænum ipsis injectum iri, mox illum Græcos hortatos, ut Imperium corriperet, qui scelere grafundum ratus Alexium dormientem invaserit, ac vinculis mancipavit, nec multo post alterum Imperatorem Nicolaum Cannabum, quem plebs in D. Sophiæ templo crearat, in suam potestatem redegitte, tentante missis oratoribus Latinos promissis delinire, qui cum ipsis respondissent cum proditore foedus percuti non posse, atque intitissent, ut Alexium libertati atque Imperio restitueret, insequent nocte clani illi laqueo fauces elisisse, clava ferrea latera perfregisse, sparsisse in vulgus præcipiti ex alto casu extinctum, magnificissimamque funeris pompam, ut scelus tegeter, apparasse.

Sanctissimo patri, ac domino charissimo Innocentio Dei gratia summo Pontifici Balduinus eadem gratia Constantinopolitanus Imperator, & semper Augustus, Flandren. & Han. comes, miles suis cum devota semper obsequi voluntate oscula pedum.

Cum (d) paternæ sollicitudinis zelo, & nostra congregationis in idipsum amore, ep. 152. speciali, quæ circa nos aguntur, sanctitas vestra scire desideret, seriatim vobis declarandum esse decrevimus, quam mira circa nos usq; sit divina clementia novitate, quamque non nobis quidem, sed nomi-

v.
Costanti-
nopolita-
num Im-
perium
occupatur
a Latinis.

VI.

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

ni suo gloriam dederit omnibus seculis admirandam. Mirabilibus ejus circa nos semper mirabiliora succedunt, ut etiam infidelibus dubium esse non debeat, quin manus Domini operetur hæc omnia, cum nihil a nobis speratum aut provisum ante contigerit, sed tunc demum nova nobis Dominus procurarit auxilia, cum nihil humani videatur superesse consili. Et quidem, si bene meminimus, per literas paternitati vestre transmissas nostri progressus & status narrationem eo usque deduximus, ut urbe populo capta violenter a paucis, tyranno fugato, ac filii Isaacii Alexio coronato mors nostra promissa fore, & ordinata per hyemem, ut potenter obtinerentur, si quæ resistere videbantur Alexio, & nunc breviter narranda suscipimus, quæ circa nos possea contigerunt, eo prænotato, quod scut non opera hominum fuere, sed Dei, quæ Græcis intulimus, ita non hominum opera fuere, sed dæmonum, quæcum Imperatore novo, Græcoque per omnia Græcia nobis ex perfidia consueta retribuit. Nós siquidem ne discordæ inter nos, & Græcos somitem ministraret moribus nostris adversa barbaries, de civitate exeentes ex adverso civitatis interjacente * portu ad preces Imperatoris castra possumus, & ex insperato, seu innata malitia, seu Græcorum seductus perfidia, animo recedit a nobis, cui tanta beneficia contulimus, Imperator, & in omnibus cum patre, patriarcha, & mole nobilium nobis promissis perjurus, & mendax tot incurrit in perjuria, quot nobis præstitit juramenta. Unde nostro tandem destitutus auxilio prælia contra nos meditatur incassum, & navigii, quod eum adduxerat & sublimaverat ad coronam, procurat incendia, sed voto tam crudeli Deo nos protegente fraudatur; si pars sua per cuncta deterior, & hominum suorum cædes, incendia, & rapina proveniunt, imminent foris pugna, intus timoribus coartatur, Imperatorem ei amulum parantibus Græcis ea occasione captata, quod nullum ad auxilium nostrum deberet habere confugium. Cumque ei evadendi spes unica restaret in nobis, juratum sibi quendam Marchusflum nomine, sanguine sibi propinquum, de quo pro beneficiis impensis super omnes alios confidebat, mittit ad exercitum nostrum, qui Blachernæ palatum nobis sub Imperatoris, & suo iuramento promittit in obsidium, donec nobis cuncta promissa reddantur. Accedit ad palatum recipiendum nobilis marchio, illudit Alexius marchioni, & quos jam nobis dederat, spretis obsidibus, consueta perjuria non veretur.

VII.
Muraphilus Ale-
xiūm
prodit.

Nocte insecuta Marchusflus domino suo perjurus, & nobis, Græcis reddendi nobis palatii revelat arcana, atque ex hoc in perpetuum eis eripi libertatem, & ad

boc modis omnibus veniendum esse declarat, nisi deiiciatur Alexius, cuius præditionis merito tertius in urbe Imperator attollitur, in dominum dormientem, & rei neficiū sacrilegas mittit manus, cumque carcere tætro concludens, tertium Nicolatum quendam, qui apud sanctam Sophiaam Imperiales infulas noviter usurparat, & Nico- laum Imperium affectan- conicit. Descri- ptio ci- tatis Con- stantino- politanæ.

VIII. Interim terra, marique nos tentat perfidus Imperator, nos semper Domino protegente, & suos frustante conatus: nam præter ordinationem nostram ad prædam vi etualium procul exequuntibus nostris usque ad mille animas hominum pugnatorum Imperator occurrit in multitudine grandi, primoque congressu dissipatur omnino, Marsiphilus repul- sis, capisque non paucis sic danno no- strorum, fuga ignominiosa consulens sibi clypeum abicit, arma deponit, & nostris vexillum Imperiale dimittit, nobilemque quam sibi preferre faciebat iconem, quam ordini Cisterciens. nostri dedicavere victores. Iterato navigium nostrum flammis aggreditur, intempesteque noctis silentio sexdecim suas naves incensis, velis in altum expansi, & inferius colligatis ad proram, Frusta flante fortiter auctro nostras mittit in na- immis- ves, sed Domino faciente cum multo no- incendi- strorum labore custodimur indemnes, & ria na- in Lat- ardentibus navibus, clavis infixis catenis nos, nostrorum remigio trahuntur in pelagus, & ab imminentis mortis pericu- lo

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

Ilo a Domino liberamur. Nos igitur terrestrem eum provocamus ad pugnam, & ponite, atque amne transmissio, qui exercitum nostrum separabat a Græcis, cuneis ordinatis ante portam diu stetimus Regiae civitatis, & palatii Imperialis, quod Blacherna nuncupatur, in nomine Domini, agmina Israhel præcedente Cruce vivifica, parati ad prælium Græcos excipere, si eis placuisse exire. Et quidem pro militiæ exercitio exuenient nobilem quendam nostri peccates trucidarunt, sic in castra reversi, terra, marique saepius provocamus, sed dante Domino semper, ac triumphaliter obtinemus.

Mittit ad nos pacis fœtus legatos perfidus incubator Imperii, postulat & obtinet cum duce colloquium. Cumque eidem dux magnanimus obiecisset, quod nulla cum eo pacis posset esse securitas, qui dominum suum carcere conclusisset, postposita iusjurandi religione & fiduci, ac fœderis inter quantumlibet infideles firmiter obtinenter, & ipsi præripuisse Imperium, eidemque bona consuleret fide, ut dominum suum restitueret, & humiliter veniam postularet, nostras etiam pro se promitteret preces, & quod cum eodem domino suo misericorditer, si vellet, agere debemus, ac quicquid contrari nos egerat veneno, si rediret ad animum, imputare vellemus errato, lapsive consili, illa vana verbi subintulit, quæ responderet rationabiliter, non habebat.

Alexius a Muraphilus subventionem Terræ sanctæ, quam lo laqueo præfocatus clava que attritus. Obedientiam autem Romanæ Ecclesiæ & subventionem Terræ sanctæ, quam imperioque orbato tyrannidem invaserat, Latinis principes in regni divisione Alexio, homini licet nefario, quia tamen regia stirpe ortus erat terræ portiunculam tradidisse. Quænam vero hæc fuerit, prodit Choniata, qui appellat Alexium Imperatorem profugum: is namque Alexius erat, qui Isaacio fratre oculis, Imperioque orbato tyrannidem invaserat, Latinisque cum Alexio juniore ipsius nepote accedentibus, noctu Debelum profugerat, abjecto ignave Imperio, quod scelere pepererat. Profugus Imperator ad marchionem profectus panis & vienior de- posito Imperio insignia commutat, cum senior de- posito Imperio Halmirum (hoc est saluginosum) fortunæ Halmirum re- gatus.

*Sed antequam ejus epistola, quod reliquum est, afferamus, opportune nonnulla ex Niceta Choniata (*a*), qui tum temporis, ut mox audiemus, præcipuum apud Imperatorem magistratum gerebat, & Constantinopoli morabatur, decerpanda sunt. Appetierat, ut notat auctor, vigesima quinta dies mensis januarii septima indictione ann. 6712. ab orbe condito, qui in Christi annum 1204. incurrit, cum plebs in seditionem versa exclamat intollerandum Angelorum jugum & cervicibus depellendum, factoque in templum S. Sophiæ concursu de salutando novo Imperatore tribus diebus agitatum est, cum prudentes quique ac ma-*

xime nobiles purpuram, ne suo eam tingerent sanguine, recusarent, & certissime scirent Alexium a Latinis propugnatum iri, sed plebs efferata consilium sumere non poterat, & post rejectos nobiles, plebejos magistratus strictis ensibus oblata corona ac veste hortabantur, ut Imperium capesserent, demum adolescentem Nicolaum Canabum Imperatorem inaugurarunt. Quo accepto Alexius Bonifacium marchionem accersit ac Mursiphilum de regia ipsi tradenda cum eo agere jubet. Is ex ea re occasionem auctoratus, aperto Alexii consilio Imperatorem in odium adducit, dein noctu adit Alexium, fingit plebem facta conjuratione ingruere, eumque summa perfidia in suum tentorium rapit quasi vitam perclitanti servaret ignota veste testum in vincula coniicit, tyrannidem occupat, Canabum a suis desertum opprimit, ac demum Alexium veneno necare frustra tentatum mense Imperii sexto, die octavo laqueo præfocat; hæc fusius Niceta, quæ dicit superius consentiunt.

De Alexii Angeli nece agens Guntherus ait, Mursiphilum (sic appellat tyranum, cuius consilio Alexii pater jam ante occœcatus & in carcerem conjectus) suis illum manibus præfocasse; idemque affirms Meyerus (*b*) qui necatum Alexium, justum Imperatorem vocat. Quæcumq; narrat Choniata, subiicit se ab eodem tyranno logothete & scrinii præfecture munere dejectum, & de certaminibus inter illum ac Latinos collatis agens, hæc de sacra Deipara imagine a nostris capta in medium adducit: Romanis perterritis (Græcos appellat) & trepidi fugientibus, solus derelictus, nempe Imperii invasor Ducas, pene periisset: & genitricis Dei Imago quam Romanorum Imperatores belli sociam aſſicunt, ab hostibus capta est; sed ad Balduini epistolam revertamur, qui prima e navibus in muros impressione facta, Latinos ait propulsatos, secundo vero impetu in muros, scalis e navibus admotis, assiliisse fugientibusque Græcis intra portas ab ingressis exercitum admissum, ingentem Græcorum stragem edidisse, dieque insequenti omnia urbis loca occupata.

Sic nobis hyems tota perficitur, donec navibus nostris scalis aptatis, & instrumentis bellicis præparatis, nos, & nostra recipientes in navibus quinto idus aprilis, hoc est, feria sexta ante passionem Domini unanimiter pro honore sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & subventione Terræ sanctæ navalii prælio invadimus civitatem, & ea die sine multo tamen nostrorum sanguine (corrigendum Nicetum ex his constat, qui Latinos plures occubuisse ait) suinus tanta perpeſi, ut inimicis nostris in opprobrium verteremur, quorum ea die

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

die pars fuit per cuncta superior, adeo ut traxit in terram Græcis compelleremur bellica nostra machinamenta relinquere, & infecto negotio ad ripam redire cogeremur adversam, ea die, ut videbatur, inutiliter fatigati. Conturbati ego plurimum, & contriti, sed demum in Domino roborati, definito consilio rursum instauramur ad pugnam, & quarto die 2. id aprilis, hoc est, feria secunda post passionem Domini, flante borea rursum applicamur ad muros, scalis navium scalis turrium applicatis cum multo labore nostrorum, per malum resistentibus Græcis, sed ex quo continuo gladios sensere nostrorum, non diu anceps belli duravit eventus. Duæ sicutdem naues pariter colligatae, quæ nostros episopos Sueſſionem videlicet ac Trecen. deferebat, quorum erant insignia, paradisus & peregrina, primæ scalis suis scalas turrium attigerunt, & felici auspicio peregrinos pro paradiſo certantes, hostibus adnoterunt. Prima muros obtinuit vexilla Pontificum, ministrisque cœlestium secretorum prima conceditur de cœlo victoria. Irruentibus igitur nostris, cedit dominio jubente multitudo infinita per paucis & propugnacula relinquenteribus Græcis, nostri audacter militibus portas aperiunt.

Quorum cum Imperator, qui procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspicaret ingressum, statim tentoria derelinquit, & fugit nostri cædibus occupantur, civitas capitul populos, recipiuntur in palatiis Imperialibus, qui nostrorum enses effugiunt, multaque cæde facta Græcorum, nostri seſe recolligunt, ad vesperascentem jam die arma fessi deponunt, de assaultu palatiorum in crastino tractaturi. Suos recolagit Imperator, & crastinam hortatur ad pugnam, afferens, quod nostros in potestate nunc habeat intra murorum septa conclusos, sed nocte latenter dat terga devictus. Quo comperto Græcorum plebs attontata de substituendo Imperatore pertrahet, & dum mine facto ad nominationem cuiusdam Constantini procedunt, pedites nostri non expectata deliberatione majorum ad arma proſiliunt, & terga dantibus Græcis, fortissima & munitissima palatia relinquuntur, totaque in momento civitas obtinetur. Diripiunt equorum innumera multitudo, auri, & argenti, ferrorum pretiosarumque vestium, atque gemmarum & omnium eorum, quæ ab omnibus inter divitias computantur, tam inestimabilis abundantia reperitur, ut tantum tota non videretur possidere Latinitas, & quemadmodum pauca negaverant, cuncta nobis divino judicio reliquerunt, ut secure dicamus, quia majora his mirabilia circa bellorum casus nulla unquam narrat historia, ut incomplete prophetia manifeste videatur in nobis, quæ dicit: Persequitur unus ex vobis centum alienos, quia si inter singulos victor Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

riam partiamur, quilibet ex nostris non pauciores, quam centum & obſedit, & vicit. Non autem nobis victoriam usurpamus, quia salvabit ſibi dextera Domini, & brachium virtutis ejus revelatum eſt in nobis. A Domino tamen factum eſt iſtud, & super omnia mirabilia mirabile eſt in oculis nostris.

Hæc ipſa de Constantinopolitana urbe expugnata late prosequuntur Choniata & Guntherus, afferuntque præterea a nostris injectis facibus urbem magna ex parte conflagrassæ: quibus insuper idem Niceta adiicit de fuga civium locutus, Ducam Mursiphilum cum omnia ruere videret, Euphrosyna Alexii conjugæ, & Eudoxia ejus filia correptis, lemoque impositis fugam capeſſivisse; dein ab Alexio Eudoxie patre captum, luminibus orbatum fuisse, ac demum adductum Constantinopolim judicum sententia ob necatum Alexium ex altissima columna quæ in Taurō stabat, præcipitem dejectum, cum aliquamdiu in pedes descendisset, evoluto corpore in caput allisum miseram animam evomuile. Hæc pluribus Niceta, Georgius Logotheta, (*a*) Guntherus, qui etiam ait Latinos principes in regni divisione Alexio, homini licet nefario, quia

(a) Georg. Loget.

tamen regia stirpe ortus erat terræ portiunculam tradidisse. Quænam vero hæc fuerit, prodit Choniata, qui appellat Alexium Imperatorem profugum: is namque Alexius erat, qui Isaacio fratre oculis, Imperioque orbato tyrannidem invaserat, Latinisque cum Alexio juniore ipsius nepote accedentibus, noctu Debelum profugerat, abjecto ignave Imperio, quod scelere pepererat. Profugus Imperator ad marchionem profectus panis & vienior de- posito Imperio Halmirum (hoc est saluginosum) fortunæ Halmirum re- gatus.

Ordinatis igitur diligenter, quæ disponenda rerum poscebatur eventus, ad electio- num Imperatoris unanimiter, & devote pro- cedimus, & omni ambitione feclusa, cum sex baronibus Venetorum venerabiles viros episopos nostros... Sueſſion... Halberſta- ten... Trecen. dominumque Bethlehemitan. qui a partibus transmarinis auctoritate A- postolica nobis fuerat delegatus, Aconen- ſem electum, abbatemque Lucedii Imperatoris nostri sub dominio nostro constitutimus electores. De duodecim electoribus agitur etiam in pacis Francos inter Venetiique confectis, quæ anno sequenti af- ferentur, ac tot solum fuisse Guntherus mox

Z

(a) Nicet. Chon. an- nal. l.3.

(b) Jac. Meyer. annal. Flandr.

Imago virginis & Græcis fatali- habita a Latinis capta.

XII.

Duode- sim ad creandum Imp. La- tinum e- lectores constituti.

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP.) OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 1.

mox citandus testatur. Unde corrigendi Flandriæ annales, ubi quindecim numerantur: (a) Fuerunt autem quindecim illi electores, Bethlemiticus, Ptolemaidis, Subann. 1204. efforum, ac Tricassum episcopi, cum abbatte Lucedii, Flandrus præterea, Blesensis, Monferratensis, Fanii Pauli, ac Erenæ comites cum quinque primoribus viris ex nobilitate Veneta. Hæc auctor; per Balduinus git Balduini epistola de impositi sibi dia- Imp. sa- dematis solemi pompa: Qui oratione latur. præmissa, ut decuit, dominica Misericordia Domini personam nostram, quod a nostris meritis procul erat, unanimiter ac solemniter elegerunt, divinis laudibus cle- ro & populo priuiter acclamante, sequenti- que dominica, qua Jubilate cantatur, præcipiente Apostolo Petro Regem honorifica- re, eique obediens quasi præcellenti, & Evangelio nunciente, quod gaudium nostrum nemo tolleret a nobis cum ingenti honore, atque tripudio, more etiam suo applaudenti- bus Græcis ad honorem Dei & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac subventionem Terræ sanctæ gloriose coronatum ad Imperii fastigia Deo & hominibus amabiles patres memo- rati pontifices cum universorum aplausu, & piis lacrymis sublimarunt. De qua-

(a) Jae. Meyer.

electione, Balduinoque ad Imperium eve- (b) Gunth. biss. Conf. apud Can- nis. ax. tig. lect. 10. 5. p. to.

to, Guntherus (b) ait duos fuisse Bo- nifacium marchionem, & Balduinum co- mitem in exercitu spectatissimos, qui ita ob eximias virtutes omnium in se con- vertebant oculos ut difficile admodum vi- deretur, quis alteri ex iis præferendus 384. eset definire, atque judicium duodecim electoribus ob id pernissum fuisse. Por- rò a verisimilitudine alienum est, quod Niceta (c) de quatuor calicibus, in quo- rum uno sanguis Dominicus erat, tradit. Reliqua Balduini literæ prosequuntur. [1]

Aderant incole Terræ sanctæ ecclesiæ, militaresque personæ, quorum præ omnibus inæstimabilis erat, & gratulabun- da latitia, exhibitumque Deo gratius ob- sequium afferebant, quam si civitas sanctæ Christianæ esset cultibus restituta, cum ad confusione perpetuam inimicorum Crucis, sanctæ Romane Ecclesiæ, terræque Hierosolymitanæ sese regia civitas devovere, que tamdiu tam potenter adversaria stetit, & contradixit utrique. Hæc est enim, quæ spurcissimo gentilium ritu pro fraterna societate sanguinibus alternis ebi- bitis, cum infidelibus ansa est saepius ami- citias firmare ferales, & eosdem mammilla-

(c) Niceta. 1.3.

XVI. Græcis objecta scelerata

NOTÆ [1] Alduinus in literis illis, quas de sua ad imperium assumptione scriptis, & Raynal- dus hic recitat, Græcos multis accusat. Præsertim reos illos poscit de fæcito cum Saracenis feedere, cui celebrando secta ab utriusque pacientibus vena, mutuo sanguinem propinatum fuisse. Alludit hinc Balduinus ad ea, quæ Germani ante aliquot annos expeditione in Terram sanctam suscepit Græcis ex amicis subito in adversarios conversis exprobabant. Ajebant enim, teste Niceta Choniate in vita Isaaci Angeli, nihil esse aliud, quod imperatorem (Isaacum) ad negligenda Occidentalium christianorum patta impulerit, nisi quod cum principe Saracenorum pacem fecisset, & ut moris illorum (Scitharum nempe) esset in amicitia constituenda uterque vena in pectora incisa suum alteri sanguinem propinasset. Comperta exprobasse Germanos vix credo; sed tan prompta consilii mutatio in Isaacio hanc de illo suspicionem ingesserat. Alterum accusationis caput instituit Balduinus, quod ne unum quidem templum Principi Apostolorum concessum apud Græcos animadvertisset. Id autem Balduino, novo tunc in Gracia homini, imponitum fuisse ab adversariis Græcorum vix dubito; cum S. Petro Apostolo templum intra palati imperialis septa dicaverit Basilius Macedo, qui seculo XI. impera- bat; alterum, ab eo forte diversum, SS. Petro & Paulo sacrum ad aulam Hormisdæ fecit Justi- niano conditore. Alterum adi S. Sophia adjunctum, vel proximum adjacebat; alterum deni- que, nisi forte unum aliquod ex duobus postremis fuerit, statab Constantinopoli S. Petri tem- plum, quod vetus appellatur a Codino Seculi XV. scriptore. Ex his vel unum aliquod ex- titisse Constantinopoli, quo tempore in Latinorum manus incidit, nemo prudens negaverit. Vide Dufrenum CP. Christianæ lib. IV. pag. 78. edit Venet. Reliqua accusationum capita per- spicua sunt, nec explicatione indigent.

Cæterum Constantinopolim in Latinorum manus devenisse anno 1204, die XII. aprilis feria secunda coævi omnes Scriptores cum Niceta convenient. Balduinus vero imperii coronam in æde S. Sophia ritu solemi recepit die XVI. Maii, quæ dominica erat a paschate quarta, ut ipse Balduinus affirmat in suis literis, quibus etiam palam facit se vetus sigillum immutasse, irritumque te declarasse si quid veteri sigillo suo obsignatum post diem coronationis suæ XVII. Kal. junii exhiberetur. Extant literæ in Anecdoto Martenii to. I. col. 793.

Ad Græcos imperatores quod attinet; Alexius præfocatus interit post menses a resumpto imperio VI. die octava, teste Niceta, quæ dierum summa reddit annum 1204 diem VIII. februarii. Ante dies aliquot Isaacius ejus pater animam egerat, ut ex Niceta colligo, qui narrata assumptione Nicolai Canabi ad imperium, subdit ejus rei famam perlata fuisse ad Alexium qui statim de Latinis in aulam adscendens tractavit. Tum vero, addit Nicetas, Isaacius Alexii pater animam agebat. Obiit igitur Isaacius die XXVIII. vel XXIX. januarii; Nicolau enim electus fuit elapsi triduo, ex quo Græci ad imperatorem eligendum coiverant. Conventus hujus diem primam XXV. januarii Niceta statuit. Nicolao huic breve imperium, fuit (si tamen imperium dixerimus, legitimo adhuc imperatore Alexio in vivis agente). Non dum enim extincto Alexio Mursophilus imperium invaserit; quamquam ejus exordium non nisi a die, quo Alexius sublatus fuit ducatur. Hæc omnia ex Niceta hausimus, quæ plane adiucere vilum fuit necessarium, ut chronologica annalibus ecclesiasticis restituatur. MANSI

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 1.

secundum status suos, varietatemque na- turalium & augere divitiis, & honoribus ampliare. Specialiter autem Deo amabiles ec- clesiasticos viros cujuslibet religionis aut ritus solicitude vestra paterna potenter in- ducat, ut aduersus populum prædicacionis publicis, & potentibus verbis accen- dant, & exemplis edoceant, catervatimque & ipsi venire festinent in locis amœnissimis, & uberrimis non jam in sanguine, sed in multa libertate & pace omniumque bonorum affluentia ecclesiam plantatu- ri, salva semper ut decet, suorum cano- nica licentia prælatorum. * Ad laudem * Quæ etiam, & gloriam Redemptoris & sancti- sequuntur apud Lubecen. & Godes- non ex- tant. Invitat Innocen- tium Constanti- nopol. ac- cedat. * tunc videritis.

Ecce nunc tempus acceptabile pater san- cle, ecce nunc dies salutis. Cogitasse vi- detur Dominus temporibus vestris cogita- tiones pacis, qui scabellum pedum vestro- rum vestros posuit inimicos; canite quæsumus tuba sacerdotali in Sion, amantissime pater, vocate cœtum, congregare populum, incolatu stabilita nostrorum, partes debea- mus invisiere transmarinas, & Deo dan- te, propositum peregrinationis explere; spe- ramus enim in Domino Jesu, quod qui co- pit in nobis opus bonum, ad laudem & glo- riam nominis sui, inimicorum Crucis de- pressionem perpetuam perficiet, confirmabit, solidabitque.

Paternitatem igitur vestram propensius exoramus, & obsecramus in Domino, ut gloria hujus, atque victoria, & spei per- optatae, cuius ostium magnum nobis aper- tum est, principes esse velitis, & duces, vestrisque temporibus & operibus ascriba- tis decus æternum, quod absque ulla vo- bis dubitatione continget, si Apostolicæ san- citati devotos vestri præcipue incolas oc- cidentis nobiles, & ignobiles cujuslibet con- ditionis, aut sexus eisdem desideriis ac- censos ad veras, immensaque divitias ca- pescendas temporales pariter, & æternas salutaribus monitis accendatis, proposita venientibus omnibus Apostolica indulgen- tia, nobis, & Imperio nostro aut tempo- raliter, aut perpetuo fideliter servituris. Universis enim Deo dante, sufficiimus, quos nobis Christianæ religionis zelus adduxerit, universos volumus simul, & possimus

Ann. Eccl. Tom. XX.

XVIII.

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

Scri, & inferioris status venerabilis clerus tam magnifice, ac decenter, tam honeste inter nos se habuit, ac prudenter, & armis Deo potentibus tam constanter, ac triumphaliter dimicavit, ut coronam victoriae de manu Domini merito debeant expectare, & eorum in perpetuum esse meruerit in benedictione memoria, & quod eis in ulla gratia desit, Apostolici favoris, & gratiae cumulum pro tam benemeritis evidenter reportare. Illustrem virum Henricum Dandalum ducem Venetorum dilectum nobis, ac merito diligendum cum amicis, ac sociis nostris Venetis, quos fideles ac industrios per cuncta reperimus, paternitatem vestram pro sue probitatis merito plurimum commendamus.

XIX.

(a) Arnol.
Lube.
ebro.
Slav. 1.6.
c. 20.

(b) Godef.
Monach.
an. 1203.

(c) Abbas
Stad. ann.
1204.

(d) Rob.
de Mont.
appd. ad
Sigeb.
eod. ann.
(e) Math.
Paris.
eod. ann.

XX.
(f) Lib. 7.
ep. 153.

Literas Imperatoriae dignitatis, quas nobis per dilectum filium (f) Barrochium fratrem militiae templi tuae devotio destinavit, paterna benignitate receperimus, et rursumque tenore plenissime intellecto, gavisi sumus in Domino, & in potentia virtutis ipsius, quod is, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, magnifica recum miracula dignatus est operari ad laudem, & gloriam nominis sui, ad honorem & profectum Apostolicæ sedis, & ad utilitatem & exaltationem populi Christiani, ut de tua taceamus magnificientia, & virtute. Illud autem inter cetera nobis gratum est, & acceptum, & super eo tuam prudentiam commendamus, quod potentiae tuae parum, aut nihil, Deo auctori & nobis totum adscribis, ut exaltet humilitas, quem

superbia non extollit. Præterea sepe ad servandam ejus amplificandaque dignitatem, omnem operam, solicitudinemque collocaturum pollicetur, ideoque tam clericis, quam laicis crucesignatis in oriente commorantibus præcipere se ait, ut ad Constantinopolitanum tuendum retinendumque Imperium, cuius auxilio facilius Terra sancta ex infidelium manibus eripi, atque in libertatem vindicari posset, strenue contra hostes ei operam navarent. Postremo ut Graecorum ecclesiam & Constantinopolitanum Imperium, quod Apostolicæ sedis auxilio divinaque virtute ipsi subegerant, in ejusdem sedis obsequio conservare studeat hortatur & monet. Dat. Romæ apud S. Petrum 7. idus Novemb.

Hactenus Balduini epistola, quam encyclicam extitisse, ac titulo dumtaxat, paucisque mutatis ad occidentales Christi fideles missam inde patet, quod ab Arnoldo Lubecensi recitatur sub hac inscriptione: (a) *Balduinus Dei gratia fidelissimus Imperator Constantinopolitanus a. Deo coronatus, Romanus moderator, & semper Augustus, Flandrensis, & Hennegoviensis comes, universis Christi fidibus archiepiscopis, episcopis, & abbatis, prioribus, præpositis, decanis, ceterisque ecclesiistarum prælatis ecclesiasticisque personis, baronibus, militibus Sarzantis, omnique populo Christiano, ad quos præsens pagina pervenerit, in vero salutari gratiam & salutem. In Godefridi vero annualibus, (b) ubi pariter ejus exemplum inseritur, data legitur ad Adolphum Coloniensem archiepiscopum. Porro de Constantinopoli a Latinis capta, deque Balduino renunciato Imperatore agunt præter recensitos auctores abbas Stadensis, (c) Robertus de Monte, (d) qui his temporibus scripsere Mattheus Parisius (e) hujus saeculi auctor, Jordanus, aliisque. Innocentius vero Romanus Pontifex accepto de Balduini electione letissimo nuncio, ad Balduinum insignem amoris notis epistolam exaravit.*

Literas Imperatoriae dignitatis, quas nobis per dilectum filium (f) Barrochium fratrem militiae templi tuae devotio destinavit, paterna benignitate receperimus, et rursumque tenore plenissime intellecto, gavisi sumus in Domino, & in potentia virtutis ipsius, quod is, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, magnifica recum miracula dignatus est operari ad laudem, & gloriam nominis sui, ad honorem & profectum Apostolicæ sedis, & ad utilitatem & exaltationem populi Christiani, ut de tua taceamus magnificientia, & virtute. Illud autem inter cetera nobis gratum est, & acceptum, & super eo tuam prudentiam commendamus, quod potentiae tuae parum, aut nihil, Deo auctori & nobis totum adscribis, ut exaltet humilitas, quem

XXI.

(g) Inn. I.
7. ep. 154.

XXII.

XXIII.

XXIV.

ritate aliena sunt ac discrepantia: Ideo namque Pater summe diligit Filium, quia quicquid habet Pater, totum contulit Filio; & ideo Filius summe diligit Patrem, quia quicquid habet Filius, totum accipit a Patre; pari ratione Pater & spiritus sanctus summe se diligunt, quia quicquid habet Pater, totum Spiritui sancto dedit, & quicquid Spiritus sanctus habet, a Patre totum accepit. Nisi ergo talis habitudo inter Filium, & Spiritum sanctum existeret, profecto non se summe diltigerent, & ita Filius magis diligenter Patrem, quam Spiritum sanctum, & Spiritus sanctus magis diligenter Patrem, quam Filium, quod est inconveniens, & penitus impossibile. Nam cum ipsi tres sint unum & idem, in nullo varium, vel diversum, non est aliquid in uno, quam in alio diligendum, cum inaequalitatem identitas non admittat. Ut ergo summe se diligant ad invicem ipsi tres, oportet, ut Spiritus sanctus sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio, quatenus sicut Pater a nullo est, & duo alii sunt ab eo, ita Spiritus sanctus sit a duobus aliis, & nullus ab eo, Filius autem ab uno sit, & aliis sit ab eo, ac per hoc sit inter omnes relativa distinctio in personis, sicut est inter omnes substantialis identitas in natura.

Postremo hortatur ipsos, ut Christianum exercitum ad pristinum erga Romanam Ecclesiam amorem retinendum, augendumque inflammet, operamque egregie navent ad Graecorum Imperium ad sedis Apostolicæ observantiani adducendum. Dat. Romæ apud S. Petr. id. nov. Postea

(a) Inn. I.
7. ep. 164.

præcipit, ut Constantinopoli in ecclesiis a Graecis ita derelictis Apostolicæ sedis auctoritate suffulti Latinos clericos instituendos curarent, quo dignum Deo obsequium impenderent, atque Ecclesiastica bona servarent, in Romanæ Ecclesiæ observantia perstarent, divina officia ac misteria péragerent; tum subdit, ut omnibus Ecclesiasticis viris, qui versentur Constantinopoli, coactis, rogatisque sententiis eum sibi præficiant patriarcham, in quem suffragia concurrerint, a legatis, vel ab ipso Pontifice confirmandum. Quæ post haec ad creatum Imperatorem reliquaque Latinos scripsit, jussitque, sequenti anno afferemus.

Interea silentio prætermittende non sunt ad Januenses date literæ, cum præsertim Balduini magnificentiam observantiamque erga Rom. Eccl. testentur (b). Miserat ille ad Innocentium ingentia munera, tantoque digna Imperatore, qua præda allesti Januenses aliqui, ea summa Imperatoris Pontificisque injuria invaserent, quibus juste permotus prædatores anathematæ a Januen. archiepiscopo percelli justi, civitatem interdicto ferit ac nisi ea

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

ad archiepiscopum afferentur, graviora intentavit, tum justissimas in eos iras Imperator conversurum: Cum chrismissim in Christo filius noster Balduinus Constantinopolit. Imperator illustris per dilectum filium fratrem Barrochium dudum in Lombardia domorum templi magistrum ad exhibendas suæ devotionis primitias quædam nobis donaria destinaret, videlicet carbunculum unum emptum, ut afferit, mille marchas argenti, unum annulum pretiosum, examita quinque, palliumque per optimum ad altaris ornatum, & per eundem ad opus templi transmitteret duas iconas, unam habentem tres marchas auri, & aliam decem marchas argenti cum ligno vivificæ Crucis, & multis lapidibus pretiosis, duas cruces aureas, & inter topazios, smaragdos, & rubinos pene ducentos unam crystallinam ampullam, & duos scyphos argenteos, unam scutellam de superdeauratam, duas capsellas, & unam ampullam argenteas, & insuper quinquaginta marchas argenti, Belimetus, & VV..... cives vestri cum septem galeis in porta de Mothon, ei supradicti omnia nequiter abstulerunt, quinvis ex parte nostra, & Imperatoris prædicti fortiter reclamaret, & diligenter exponeret, quantum civitas Januæ propter hoc posset incurrire detrimentum; qui cum nullo modo proficeret apud illos, tandem eis videntibus universa distinxit, ostendens quæ ad dominum templi, & quæ ad selem Apostolicam pertinerent. Cum igitur Apostolicæ sedis injurya, & prædicti Imperatoris offensia, vobis nec ad honorem proficiat, nec ad profectum accedit, devotionem vestram monemus, & exhortamur attentius, per Apostolicæ vobis scripta mandantes, quatenus prænominatos cives vestros ad restituendum ablata efficaciter compellatis, &c. Dat. Romæ apud sanctum Petrum 11. non. novemb.

Quod ad res Terræ sanctæ pertinet; ipse Pontifex ad Petrum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem in iis regionibus Apostolicæ sedis legatum scriptis litteris gratulatur, abusus, qui in Cypro inoleverant, delevisse, bellumque Pelusii Pisani inter, ac Januenses accensum extinxisse; illum porro superiori anno Acconem versus navigasse testatur Guntherus, (c) dum de Martino abbate il-

(c) Gunth.
apud Cas-
tis. an-
tiq. lett.
to. 5. pag.
369.

luc profecto agit, subditque ipsum fune stissima peste liberatum, quæ anno superiori civitatem, ingentemque peregrinorum multitudinem consumpsit, una cum Conrado quodam missum ipsa circumcidionis dominicæ die Bysantina littora appulisse, hunc vero minime acceptum ob nostros in Graecis subiiciendis districtos atque occupatos, quam poscebat opem adversus barbaros consequi non potuisse, atque ita infecta re Acconem rediisse. Hæc

CHRISTI
1204.

INNOCENTII III. PAP.
7.

VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

Hæc fuse Guntherus. Cæterum Pontifex legato proponenti, qua ratione cum Venetis anathematis vinculis irretitis se gerere debeat, hortatur, ut si possit, ad flagitandam absolutionem pelliciat, si vero eum ob rerum, temporumque difficultates cum iis in prophanis comunicare necesse fuerit, pro sua sapientia statuat, nec in eo ullius criminis labem suscepturnum: Tibi breviter respondemus, ut ducem, & Venetos diligenter moneas, & inducas, quatenus peniteant de commissio, & secundum formam Ecclesie absolutionis beneficium consequantur. Quid si forsitan contumacia sua duxerint persistendum, tibi, qui orientalis provinciae necessitates, circumstantias negotiorum, & personarum qualitates tanquam praesens poteris intueri, melius duximus relinquendum, ut sine labe peccati hoc agas, quod magis noveris expedire, cum sit etiam causum in jure, quod si quisquam per terram hereticorum, aut quorumlibet excommunicatorum transferit, communicare in emendis, & recipiendis necessariis posse eis, & super participatione patrisfamilias excommunicati familia excusat, necessitas etiam, maxime cum insistitur operi necessario, multum, & in multis excusat, &c. Datum Anagnæ 10. Kal. febr.

XXV.

Paucis vero interiectis diebus, nempe 16. kal. martias ad Venetorum ducem scribens, in benedictionis locum hæc verba præfixit: Spiritum consilii senioris, horatusque est, ut cum suis ad officium rediret, animumque, ac vires in Terræ sanctæ subsidium converteret; ipsos porro ab eodem Petro Cardinali absolutionem tandem consecutos testantur Innocentii gesta, quamvis ii in nullo fecissent satis, impertitam tamen ob alios, quos vive re cum iis conjunctissime temporum necessitas flagitabat: Tunc demum dux & Veneti, qui erant in Græcia, miserunt nuncios ad Petrum tituli sancti Marcelli presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum, absolutionis beneficium implorantes, qui misit ad illos cum literis suis thesaurarium Nicosensem de Cypro, & recepto ab eis secundum formam Ecclesie iuramento fecit illos absolviri, quod invis adhuc in nullo satisficerint de commissione, malens eos habere claudos, quam mortuos, præsertim ne ipsorum contagium cæteros inquinaret. Hæc ibi, que hoc ipso anno peracta Innocentii literæ sub anni sequentis initium ad eundem ducem, (a) ac Ferrarenssem episcopum missæ demonstrant. (b) At de his modo satis.

Veneti ad coctum fidelium sine satisfactione admissi.

(a) Id. ib. ep. 200.

(b) Ib. ep. 206.

XXVI. Sacrum oleum ex virginis defluens.

(c) Matib. Par. biss. Angl. an.

Verum antequam ab oriente revoetur oratio, adducamus, que enarrat Matthæus Parisius (c) prodigia de oleo ex imagine Virginis, quod in phialam limpidissimum conjectum in carnem concrevit, cultelloque perstrictum guttas san-

guineas effudit: Eodem anno feria tertia ante Paschalem solemnitatem contigit miraculum omni laude dignissimum, de oleo imaginis Matris Dei apud Sardenai (a Danasco is locus sex milliarium intervallo distat, ut paulo post idem auctor affirmat) in hunc modum: Accidit in carcere militum Christianorum in castro Damasco, quod miles quidam extraheret de armario suo phialam unam, in qua posuerat de oleo illo, quod de iconе Dei Genitricis apud Sardenai distillat, sed cum diligenter phialam illam inspexit, in qua oleum reposuerat lucidissimum, & velut aqua fontis perspicuum, apparuit in ea oleum incarnatum, sed in duas partes divisum hærebat, namque ima pars olei in inferiori parte phialæ, & altera in superiori, miles autem accipiens cultellum suum, voluit conjungere partem superiorem cum inferiori: sed continuo ut acies cultelli oleum illud incarnatum tetigit, videntibus capellani, militibusque captiuis, & cæteris universis, guttae sanguinis inde cunctis admirantibus effluxerunt. Pluribus enarrare pergit, quanam ratione Deiparæ imago a quodam monacho multis ejus beneficio patratis miraculis ad pientissimam sandimonialem Constantinopolim delata fuerit, subditque imagine incredibili atque admirando modo carne induitam, & qua liquor sacer continuo emanaret: Procedente denique tempore res dictu mirabilis contigit, & hæc inaudita: nam imago præfata admirantibus cunctis, cœpit paululum mammillas carnis emittere, & mirabiliter carne vestiri: unde buc usque a mammillis deorsum carne videretur induita, a qua liquor ille incessanter distillat, quem liquorem fratres templi ad domos suas deferunt, cum inducias habent a paginis, ut peregrinis orationis gratia adventantibus inde distribuant, qui honorem Dei Genitricis in diversis mundi partibus reverenter attollant.

Admiranda etiam de sacris imaginibus memoria tradit Cæsarius (d) que circa hæc tempora contigisse testatur, quamvis certum annum non prodat: nimirum dum Philippo atque Othonem certantibus sancti Goari ecclesia a Vernerio obsidio ne cingeretur, crucifixi imaginem e fenestra appensam esse, ut illi loco parceretur, quo facto indignabundum militem sagitta in collocantem jacta, transfixisse imaginem, atque ex ea cruentem effluxisse: Tempore discordiae inter Othonem & Philippum in oratorium sancti Goari confessoris, quod situm est in territorio Trevirensi, & est firmissimum tum propter situm loci, tum propter structuram, provinciales se suaque transtulerunt. Quo cognito Vernerus de Boulant vir potens & dives, cum ad expugnandum illud arietes, machinasque applicuisset,

Admirabile oleum in carnem concrescens.

Imago carne induita.

XXVII. (d) Cæs. L. 10. c. 19.

(a) Id. ib. c. 20.

Simile in alia effigie miraculum.

XXVIII.

Blachorum Rex subditos Pontifici parere imperat.

set, nec tamen profecisset, imaginem Crucifixi ligneam bi qui deintus erant, contra hostes in quadam fenestra posuerant, sperantes, quod ob illius venerationem loco parcerent. Quidam vero ex balistariis de Cruce non curans, immo locanti illam indignans, telum misit, & sacram iconem in brachio profunde satis vulneravit; mox mirum in modum antiqua renovantur miracula, & ad instar venæ humanae sanguis de loco vulneris cœpit stillare: timore tanti miraculi postea prædictus Vernerus crucis signatus est. Audiens tanta mirabilia dominus Philippus abbas Ottirburgenensis locum adiit, de rei veritate inquisivit, cui cum ab omnibus hic quod prædictum est, diceretur, Judæus, qui tunc cœtu adfuit, abbatem in partem traxit, dicens: Vere Domine verissimum est, quod audistis, & scut ipse mibi retulit, multo amplius delectabatur in testimonio inimici. Abhuc telum ibi reservatur, adhuc vulnus & sanguinis stigmata illuc ostenduntur, utraque abbas noster se vidisse testatur. Hæc ille, ac simile miraculum subiicit: (a) militem nimirum dum ecclesia di riperetur conspectu Christi e Cruce pendens solidam in imagine linea tunica induita, ejus detrahendæ cupidum hasta diversis idibus ad eam avellendam, imaginem pupugisse, ac mox ex iis cruentem ingenti horrore percussis sacrilegis stillasse: Circ. idem tempus Otto contra Philippum ascendens, cum exercitu usque ad Virzimburch pervenit, ubi satellitibus ejus ecclestiam quandam intrantibus, unus ex illis crucifixum in eminenti loco positum tunica linea, & cum multo studio confusa tectum vidit, & concupivit, quam cum manu non potuisse attingere, lancea nifus est extrahere, & quia firmiter imaginis connexa fuit, in diversis locis illam pupugit. Dominus vero, ut sibi factum ostenderet, quicquid ejus imaginis injuria, vel contemptus irrogatur, egit sua potentia, ut de singulis punctionibus sanguis ubertim eminaret.

Jam ad alia styli convertamus. Occurrunt Bulgarice res, de quibus plura in Innocentii gestis, literisque; meminere lector Innocentium duobus abhinc annis Joannem capellanum suum in Bulgaria legatum misisse, qui imposito sibi munere pro dignitate perfunditus, non modo archiepiscopo illius regionis mitram & pallium delutus, verum permittente Rege duos metropolitas creavit: quin etiam idem Bulgarorum, & Blachorum princeps editum edidit, quo omnes Imperii sui terras Rom. Eccl. in sacris obnoxias esse sanxit, cum ad id etiam ea ratione permotus esset, quod Bulgarorum Imperatores coronam, benedictionemque a Romana sede suscepisse historiarum monumentis commendatum reperisset, quæ

Innocentii gestorum auctor ita prodidit: Ille vero profetus pallium, mitram, & annulum præfato archiepiscopo assignavit, recepto ab eo juramento fidelitatis, & obedientie summo Pontifici & Ecclesiæ Romanæ in perpetuum exhibenda, cumque a præfato Joannicchio, sive Calojoanne domino Bulgarorum, & Blachorum fuisse honestifice ac devote susceptus, de ipsius consilio, & assensu duos alios metropolitanos in illo regno constituit, videlicet Belesbulensem, & post Clavensem, quos præfato Zagozanensi tanquam primati subjecit, & apud Trinovum nobiliorem ipsius provincie civitatem constituit primatiam. His igitur bene gestis Joannicius se ac regnum suum & Imperium Ecclesiæ Romanæ subjecit per privilegii paginam auream bulla signatam, cujus tenor talis est.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti amen. Cum placuit Domino nostro Iesu Christo, me dominum, & Imperatorem totius Bulgariae, & Blachie facere, inquisivi antiquorum nostrorum scripturas, & libros & bonæ memorie Imperatorum nostrorum prædecessorum leges, unde ipsi sumiserunt regnum Bulgarorum, & firmamentum Imperiale, coronam super caput eorum, & patriarchalem benedictionem, & diligenter perscrutantes in eorum invenimus scripturis, quid bonæ memoria illi Imperatores Bulgarorum, & Blachorum Simem, Petrus, & Samuel nostri prædecessores coronam Imperii eorum, & patriarchalem benedictionem acceperint, & summa Dei Romana Ecclesia, & ab Apostolica sede, principe Apostolorum Petro, sed Imperium nostrum voluit benedictionem, & Imperiale firmamentum corona capitis Imperii sui suscipere, & patriarchalem benedictionem ab Ecclesia Romana, & ab Apostolica sede, principe Apostolorum Petro, & a sanctissimo patre nostro, & universali Papa tertio Innocentio, & quocunque patriarchalis benedictionem, & mandatum in civitate Imperii mei Trinovi data & concessa fuerit a domino Papa faciendo, & consecrandi archiepiscopos, metropolitas, & episcopos, & reliquas ecclesiasticas, observationes sacramentales concedit Imperium nostrum, ut plenissimam in omni tenimento & Imperii mei pertinentiis ipsi habeant potestitem. Ecce etenim omnes totius Imperii mei tenimenti, & patriarcha meus metropolitanus archiepiscopi, episcopi & cuncti sacerdotes Romanae subsunt Ecclesiæ, & teneant legem, consuetudinem, & observationem, quæ tenuerunt beatæ memorie Imperatores totius Bulgariae, & Blachie primi illi nostri prædecessores, & nos eadem modo vestigia eorum imitantes. Subsignat autem Imperium meum ad securitatem chrysobolum suum, quod nunquam ab Ecclesiæ Romani, & Apostolica sede prin-

CHRISTI
1204.

INNOCENTII III. PAP.
7.

VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

CHRISTIE
1204.

INNOCENTII III. PAP.

VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 1.

princeps Apostolorum Petro ipsum videlicet Imperium discedet, neque alii mei Imperii principes disgregabuntur, sed ut vocatus dilectus filius sacrosanctæ, & Apostolicæ Romanæ sedis principis Apostolorum Petri ero, & deinceps quascunque terras Christianorum, seu paganorum meum acquisiverit Imperium, sub potestate, & mando ejusdem sacrosanctæ & Apostolicæ sedis Romanæ erunt, & ut præsens chrysobolum Imperii mei ratum, & firmum habetur, dedi Imperium meum in manibus reverendissimi viri Joannis sacrosanctæ Romanæ sedis legati, & domini Papæ cancellarii, in quo & nostrum pium, & a Deo promotum subjugavit Imperium anno sexagesimo septingentesimo duodecimo, indictione septima, nimirum ab orbe condito, inciditque in annum in quem hæc conjecimus; extat idem fidei sacramentum inter Innocentii epistolas (a) eodem anno datas.

(a) *Inn. l.* tum inter Innocentii epistolas (*a*) eodem
7. ep. 4. anno datas.
XXX. *Misit præterea Blasium Brandizuberen.*

*Misit præterea Blasium Brandizuberem,
episcopum cum præfato Joanne capellano,
per quem & quædam donaria in signum
devotionis domino Papæ transmisit, lite-
rasque hunc tenurem habentes.*

*Sanctissimo dominatori & universali Pa-
pæ sedenti in sede beati Petri, & domi-
no patri regni mei, tertio Innocentio Pa-
pæ sedis Apostolice Ecclesiæ Romanæ, &
magistro totius mundi.*

(b) *Ibid.* Spero (b) in Deum Salvatorem hominem, quod bene, & multum bene valeat

Spiritu (v) in Deum suu dulorem hominem, quod bene, & multum bene valeat sanctitas tua cum omnibus sedentibus circa thronum sanctitatis tuae Cardinalibus sanctae Ecclesiae Romanae. Noverit magna sanctitas tua, quod filius tuus, & Romanae Ecclesiae Imperator omnium Bulgarorum, & Blachorum cum omnibus principibus Imperii mei multum bene sumus per Deum, & sanctam orationem tuam. Multoties misit Imperium meum nuncios suos ad sanctitatem tuam, sed non invenerunt opportunitatem transeundi ad sanctitatem tuam. Et infra: Verum Deo adjuvante, & intervenientibus orationibus sanctitatis tuae, venit ad me præsens nuncius Apostolicæ cathedræ, & primæ sedis principis Apostolorum, & sanctæ, & universalis Ecclesiae Romane Joannes capellanus, & detulit mihi pallium ex præcepto sanctitatis tue, & Apostolicæ sedis, & palliavit dictum archiepiscopum, & fecit eum primarem, & archiepiscopum totius Bulgariae, & Blachiae, & portavit Imperio meo literas sanctitatis tuae & exposuit quicquid ei sanctitas vestra mandavit, & repletum est cor meum gaudio magno, quoniam secundum voluntatem Imperii mei donavit mihi Deus, & sanctitas tua: & rogo, & deprecor magnam sanctitatem tuam, ut compleat d' gloriam. Intra iuramentum meum a sanctitate tua, ut cuius præsens nuncius episcopus Brandizuberen. Blasius, ut possit referre, quod tu scripsis manu propria, & si hæc omnia compleverit sanctitas tua, ita reputabo cum prospicia Imperii mei, & omnium Bulgarorum, & Blachorum, quod sumus dilecti filii orthodoxæ sanctæ Romane Ecclesiae; & de confinio Ungariae, Bulgariae, & Blachiæ relinquo judicio sanctitatis tue, ut dirigas negotium istud recte, & juste, ut non habeat peccatum anima sanctitatis tue, & ita habeat Imperium meum justitias Bulgariae, & Blachiæ, quod Rex Ungarorum habeat justitias Ungariae, & cessent occisiones Christianorum in me, & ipsum. Sciat autem sanctitas tua, quoniam quinque episcopatus Bulgariae pertinent ad Imperium meum, quos invasit & detinet Rex Ungariae cum justitiis ecclesiistarum, & episcopatus ipsi sunt annibilati, & si justum est, hoc sit. Quicquid dicturus est præsens nuncius Imperii mei episcopus Brandizuberen. Blasius sanctitati tue, habeas vera, quoniam ex parte mea dicet. Misisti sanctitati tuae examita dupla tria, & cuppam auream, & yperperorum libras quatuor, & scutellas argenteas tres, & grande argenteum. Imperator Bulgariae Callojoannes.

Pervenerat archiepiscopus ille Dyrra- XXXII.
chium; ut ante vidimus, ac Græci ma-
levolentia suffusi tum in Bulgaros, tum in
Ro-

OCENTII III. PA
7.

VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 5.

VACAT IMP. OCCID.
BALDUINI IMP.

Romanam Ecclesiam, ne in Italiam traiiceret prohibuere, ac ni divina illum providentia e crudelibus eorum manibus eripuissest, mari submersissent. Dum ille itaque tantis difficultatibus esset irretitus, ab Imperatore Bulgarorum revocatus, quod jam pontificius legatus eo accessisset, rediit in Bulgaria, recepto que pallio sedi Apostolicæ sacramento obsequentem se futurum spopondit, Innocentiumque delati demisse obsequii certiorem fecit, (a) utque ipsum ad Bulgarios rite baptismo abluendos, ac religione informandos erudiret, enixe contendit: *Multas inclinationes, & magnas preces domino, & glorioſissimo, & cathedrali Apostolicæ fedi, patri totius Christianitatis, & domino meo Innocentio tertio Papæ archiepiscopus Basilius de minoribus, & humillimis totius Bulgariae, & Blachiae vestrarum perfectum benedictionem.* Adoro clementissimum Deum, & beatissimam Dei genitricem, ut sanam, & gaudentem vestrarum sanctitatem meum inventiat scriptum, & quod mea anima desideravit per octavum decimum annum, ecce hodie dedit nobis Deus, & sancta tua oratio benedictionem sedis beati Apostoli Petri, & tuae sanctitatis. Noscat sanctitas tua, qualiter ego conversatus sum, tuam querens benedictionem. Mota est per mensum Julii quarta die sexillesimo septin-

gentesimo undecimo, indictione sexta, mea
humilitas ad sanctissimum & gloriostissimum
patrem nostrum Innocentium Papam Roma-
num, & feci dies triginta in * Durachio
juxta mare, & cum vellem introire na-
vem gratia transfretandi, tunc retinue-
runt me Græci, & non dimiserunt trans-
ire. Et infra: Literæ mibi ex parte do-
mini Imp. venerunt dicentes: Revertere
eito, quia hic pervenit Cardinalis a Do-
mino Papa. Legens ergo literas Impera-
toris, & videns quoniam me vocabat, re-
versus sum, & perveni Drinaum per men-
sem septembribus, & inveni virum sanctum,
justum, & rectum a tua sanctitate dire-
ctum, nomen ejus Joannes capellanus, &
dedit mibi omnes literas ex parte vestræ
sanctitatis, & perfectæ mibi fuerunt.

XXXIII. Unde valde anima mea est letata, & manus meas ad cœlum extendens, gratias Deo egi, quia visitavit Dominus plebem suam, & pater noster beatus Papa querens ovem, qua perierat, ut & eam reducat in sanctum ovile; & sicut continebatur in literis vestræ sanctitatis, sic dominus Joannes capellanus fecit secundum editum magnæ vestræ sanctitatis, vestram mihi dedit benedictionem, & largiens pallium ad plenitudinem pontificalis officii mense septembri octavo die in festo nativitatis sanctissimæ nostræ Dei genitricis. Et ego cum multa devotionis humilitate recepto pallio, exhibui fidelitatis obedien-

Ann. Eccl. Tom. XX.

tiam præsentibus episcopis, qui scribunt Bulgare-
sanctitati vestræ, & principe nostro, & multo Pa-
aliis in ecclesia assitentibus. Et triarcha
iterum pater sancte vestram rogo sanctita-
tem, ut dispenses, & adimpleas ordinem
ecclesiasticum, & qualiter debeam re-
gere ovile, quod mibi est commissum a
Deo, & sanctitate tua. Sanctum chri- cetur.
fma non habemus, imo a Græcis rece-
peramus, sed de cætero nos tamquam &
vos Græci excessos habent. Et scitis do-
mine mi, quoniam hæc omnia in sanctita-
te tua remanserunt, quæ beat in omni-
bus dispensare, & de sancto chrismate nos
doceas, qualiter gentem baptizare debea-
mus, & ne remaneat gens absque chrismate
sancto, & erit peccatum. Sed in omnibus
nos filios tuos perditos, & pereuentes mo-
neas, & mittas mibi pater bone pallia
ad opus duorum metropolitanorum Pristbla-
ve, & Belebusdii, & quicquid aliud no-
verit vestra sanctitas, quod sit ad opus
mei pontificalis officii plenitudinem, mi-
hi illud vestra dirigat sanctitas. Colla
eorum sui dominii brachio supponentes, ut
sanctissimo patri, & domino Papæ prona
cervice, flexisque poplitibus inclinationem.
Haec tenus Basili archiepiscopi ad Innocen-
tium epistola, quæ regesto etiam inser-
ta (b) cum aliis pariter, quas, ne ea- (b) Id. ib.
dem sæpius repetendo lectorem tædio af- ep. 5.
ficiamus, in margine adnotabimus.

Prosequuntur gesta Innocentium, ut **XXXIV.**
piis Bulgarorum principis votis morem
gereret, Leonem sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalem misisse, qui ipsum Roma-
ni Pontificis nomine regio diadematè in-
signiret: *Cum autem episcopus, & capel-
lanus prædicti ad sedem Apostolicam per-
venissent, dominus Papæ eos benigne su-
scipit, & super petitionibus sæpedicti Joan-
nini per eundem episcopum præsentatis, ha-
bitaculum* Pontifex
ad Bulga-
rum or-
namenta
regia
mittit.

bito diligenti tractatu, constituit eum Regem Blachorum, & Bulgarorum, mittens ad eum Leonem tituli sancte crucis presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum, & per ipsum sceptrum regni, & regium diadema, ut eundem vice summi Pontificis ungeret, & coronaret in Regem, transmissio Apostolico privilegio, cuius te-

*nor talis est: (c) Calojoanni illustri Bul- (c) Extat
garorum, & Blachorum Regi, ejusque po- etiam in
steris ei tam in regno, quam in devotione regest. In-
sedis Apostolicae successuris in perpetuum, noc. lib. 7.
&c. Post confirmatam plurimis fortissimis ep. 1.
argumentis sedis Apostolicæ dignitatem,
cui supremam Deus in humana quæque
auctoritatem attribuit, atque Ecclesiæ
unitatem, a qua qui divulsus fuerit, pe-
rebeat, æternisque incendiis addicatur, sub-
dit: *Cum licet immeriti ejus vices gera-
mus in terris, qui dominatur in regno bo-
minum, & cui voluerit, dabit illud, ut
pote per quem Reges regnant, & principes
dominantur cum Petro, & successoribus e-*
A a j us,*

A a *gus,*

CHRISTI
1204.

INNOCENTII III. PAR.

7.

VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

*jus, & nobis in eo noverimus esse dictum: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirmas fratres tuos; cum ex precepto Domini oves ejus pacere teneamus populus Bulgarorum, & Blachorum, qui multo iam tempore ab umeribus matris sue alienati fuerunt, in spiritualibus & temporalibus paterna sollicitudine providere volentes, e-
ius auctoritate confisi, per quem Samuel David in Regem inunxit, Regem te statuimus super eos, & per dilectum filium Leonem tituli sanctae crucis presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum virum providum, & honestum nobis inter ceteros fratres nostros acceptum, sceptrum regni, ac regium tibi mittimus diadema, ejus quasi nostris tibi manibus imponendum, recipiendo a te juratoriam cautionem, quod nobis, & successoribus nostris, & Ecclesiæ Romanae devotus, & obediens permanebis, & cunctas terras, & gentes tuo subiectas Imperio in obedientia, & devotione sedis Apostolicæ conservabis.*

XXXV. *Ad petitionem insuper venerabilis fratris nostri Blasii Brandizuberen. episcopi, quem ad sedem Apostolicam destinasti, publicam in regno tuo cuendam monetam tuo charactere insignitam liberam tibi concedimus facultatem. Venerabili etiam fratri nostro . . . archiepiscopo Trinovitan. in terris, quibus imperas universis privilegium concedimus primatice, cuius successores tuos in posterum successores similes ab eis juramento recepto Apostolicæ sedis auctoritate coronent, & in terra tua primatus obtineant dignitatem, eique metropolitan tam in Bulgariae, quam Blachiae provinciis constituti subjacent, & juxta formam canonica reverentiam primati debitam exhibeant & honorem. Sic ergo fili charissime gratiam, quam apostolica sedes mater tua tibi facit, agnoscas, sic retribuas nobis pro omnibus que tribuumus ipsi tibi, sic regnum tuum in Apostolicæ sedis subjectione, ac devotione confirmes, ut cum sub Petro in illius petre fuerit firmata fundatum, de qua inquit Apostolus: Petrus autem erat Christus; nec pluviarum imbres, nec impulsus ventorum nec flum nun formidet incursum. Tu quoque præter auxilium Apostolicæ sedis, quod juxta devotionem tuam senties in praesenti, de temporali regno ad regnum pervenias semipternum. Decernimus ergo, ut nulli omnino, &c. Hoc privilegium nostræ constitutionis, & concessionis infringere, vel ei, &c. Si quis autem, &c. Datum Anagniæ per manus Joannis S. R. E. subdiaconi, & notarii sexto Kal. martii, inductione septima incarnationis Dominice millesimo ducentesimo tertio, Pontificatus vero domini Innocentii Papæ tertii anno septimo. Hic scilicet Christi annos computando ab incarnationis die 8. Kalend.*

aprilis ducentesimus quartus supra millesimum esse comperitur. In eandem sententiam alia rursus ad ipsum data epistola (a) Leonem Cardinalem legatum plurimam ipsi tum, universis (b) 8. Bulgarie ac Blachiae archiepiscopis, episcopis, clero, & populo commendat.

Ferunt etiam acta ejus, legati opera XXXVI. Regi vexillum, in quo signum crucis, & claves gemine præferebantur, mississe, quorum insignium abdita mysteria in datis hisce literis illustravit: (c) Tuæ se- (c) Lib. 7. renitati dirigitur per eundem vexillum, ep. 1. quo contra illos utar, qui honorant labitis crucifixum, cor autem eorum est longinquum ab ipso, ad petitionem venerabilis fratris nostri B. Brandizuberen. episcopi tibi duximus destinandum; prætentit autem non sine mysterio crucem, & claves, quia beatus Petrus Apostolus, & crucem pro Christo sustinuit, & claves a Christo suscepit. Repræsentat itaque signum crucis, utpote in quo Christus, qui vincit, regnat, & imperat, debellavit aeras potestates, & in quo capiens præda prædonem absorbit mortis vita mortem, & Beheim cepit in suis oculis, quasi hamo. Clavem autem geminam repræsentat, discretionis alteram, reliquam potestatis, ut cum discreveris inter bonum, & malum, lucem, & tenebras, sanctum, & prophætum, commissum tibi materiali gladium ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum exercetus, & arma contra illos apprehendas, & scutum, qui non posuerunt Deum adjutorem sibi. Huc usque literæ.

Constituit etiam, inquit Innocentii gestorum scriptor: Trinovianum archiepiscopum primitem totius Bulgariae & Blachiae, misitque illi privilegium hujusmodi per præfatum legatum: Archiepis. Trinoviano Bulgariae & Blachiae primati, illiusque successoribus canonice substituendis, in devotione sedis Apostolicæ successuris in perpetuum Rex Regum (d) &c. Eadem que in missis ad Regem literis præfatur: Te quoque in Regno Bulgarorum, & Blachorum primatem statuimus, & ecclesiæ Trinovitan. præsenti privilegio auctoritate concedimus primatice, statuentes, ut tu & successores tui, qui tibi in Apostolicæ sedis devotione successerint ceteros metropolitan. Bulgariae, & Blachiae præcellatis ratione primatus, & ipsi tibi & eis juxta formam canonica reverentiam primati debitam exhibeant, & honorem, fraternitatem tuam scire volentes, quod apud nos haec duo nomina, primas & patriarcha pene penitus idem sonant, cum primates, & patriarchæ teneant unam formam, licet eorum nomina sint diversa. Præsenti quoque privilegio tibi, & per te tuis successoribus inungendi, benedicendi, & coronandi Reges Bulgarorum, & Blachorum in posterum liberam concedimus facultatem: obe-

unte

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 2.

confuetudinem Bulgarorum & Blachorum nec in ordinatione presbyteri, nec in consecratione Pontifices fuerunt inuncti, fecit quod tam præfatus Brandizuberensis episcopus, per Joannem episcopum Albanensem assistentibus ei duobus episcopis, quam metropolitani, & universi episcope, ac presbyteri sacram reciperent unctionem, ac deinde nulli sine unctione ordinarentur presbyteri, aut consecrarentur episcopi, ac presignans super iis rationes in literis metropolitani primati directis, cui etiam inungit universi per prædictum legatum liberaliter destinavit, taliter ei scribens.

Innocentius, &c.

Cum venisset ad Apostolicam sedem venerabilis (a) frater noster . . . episcop. Bran- (a) Extat- dizuberen. clara nobis insinuatione mon- etiam in stravit, quod in consecratione sui sacram reg. lib. 7. non acceperat unctionem, quoniam apud ep. 3. vos non consuevere pontifices, cum consecrantur, inungi. Nos ergo quod illi defuerat, mandavimus in ipso suppleri, facientes caput ejus, & minus per venerabilem fratrem nostrum Joannem episcopum Albanen. assistentibus ei duobus episcopis secundum mitem ecclesiasticum sacro chrismate deliniri. Hic enim catholica tenet Ecclesia non solum ex præcepto divino, verum etiam Apostolorum exemplo. In Exodo quippe legitur præcepisse Dominus Mys, ut Atron, & filios ejus ungeret, quatenus ei sacerdotio fungerentur; & Anacleto origine Græcus, qui a beato Petro fuit in presbyterum ordinatus, & postea in apostolatus officio Clementi successit, tradit in ordinatione sua ungendos episcopos more Apostolorum, & Mys, quia omnis sanctificatio in Spiritu sancto consistit, cuius invisibilis virtus sancto chrismati est permixta. Unde scire te volumus duas esse species unctionis exteriores, que materialis est & visibilis, & interiore, que est spiritualis & invisibilis. Exteriore visibiliter ungitur corpus, interiore invisibiliter ungitur cor.

De primo Jacobus Apostolus ait: Infirmitur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ, & ore super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum. De secunda Joannes Apostolus inquit: Vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis, & non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut uictio ejus vos docet de omnibus: Unctio visibilis & exterior signum est interioris & invisibilis unctionis, nec solumento signum, sed etiam sacramentum, quia si digne sumitur, vel agit, vel auget, absque dubio, quod designat.

At exhibendam igitur exteriorem & visibilem unctionem benedicitur oleum, quod Sacrae unctionis dicitur catechumenorum, vel infirmorum, mysteriis & conficitur chrisma, quod ex oleo fit, um. & balsamo mystica ratione; per oleum e-

XXXIX. Subiiciunt acta: Quia vero secundum Ann. Eccl. Tom. XX.

Aa 2 nim

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

nim nitor conscientiae designatur, juxta quod legitur: Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Per balsamum autem exprimitur odor famæ, propter quod dicitur: Sicut balsarium aromatizans odorem dedi. Hoc igitur christum ungere debet episcopus non tam in corpore, quam in corde, ut & interius habeat nitorem conscientiae quoad Deum, & exterius habeat odorem famæ quantum ad proximum. De nitore conscientiae dicit Apostolus: Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostræ; nam omnis gloria filie Regis ubi intus. De odore famæ idem Apostolus ait: Christi bonus odor sumus in omni loco, & alii sumus odor vite in vitam, alii odor mortis in mortem. Debet enim episcopus bonum habere testimoniun, & ab his qui sunt intus, & ab his qui sunt foris, ut cortina cortinam trahat, & qui audit dicat: Veni. Hoc unguento caput & manus episcopi consecrantur; per caput enim mens intelligitur iuxta illud: Unge caput tuum, & faciem tuam lava; per manus opera designantur secundum illud: Manus meæ distillaverunt myrrham. Manus igitur unguntur oleo pietatis, ut episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Caput autem inungitur balsamo charitatis, ut episcopus diligat Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur propter auctoritatem, & dignitatem, manus propter ministerium, & officium. Caput inungitur, ut ostendatur illius representare personam, de quo dicit prophetæ: Sicut unguentum in capite ejus, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Caput enim viri Christus, caput Christi Deus, qui de se dicit: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me. Manus unguntur episcopo, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi, unde cum eas consecratur inungit: Consecrare, inquit, & sanctificare digneris Dominus manus istas per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque consecraverint, consecrentur, & quæcumque benedixerint, benedicantur, in nomine Domini. Verum in veteri testamento non solum ungebatur sacerdos, sed & Rex & propheta, sicut in libro Regum Dominus præcepit Eliæ: Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascum, cumque peruenieris illuc, unges Azael Regem super Syriam, & Jebu filium Namsi unges Regem super Israël, Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula unges prophetam pro te. Sed ubi Jesus Nazarenus, quem unxit Deus Spiritu sancto, sicut in actibus Apostolorum habetur, unctus est oleo præ confortibus suis, qui secundum Apostolum est caput Ecclesiæ, que

est corpus ipsius. Principis unctione a capite ad brachium est translata, ut princeps ex tunc non ungatur in capite, sed in brachio, vel in humero sive armo, in quibus principatus congrue designatur, juxta quod legitur: Factus est principatus super humerum ejus. Ad quod etiam designandum Samuel fecit ponit armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant invitati. In capite vero Pontificis sacramentalis est delibitio conservata, quia personam capitum in pontificali officio representat.

Differunt autem inter Pontificis, & principis unctionem, quia caput Pontificis christi consecratur, brachium vero principis oleo delinitur, ut ostendatur quantaPontificis & principis differentia inter auctoritatem Pontificis, & principis potestatem. Quia vero Christus in sanguine suo fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, propter quod

XLI.

Petrus Apostolus ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, idcirco in novo testamento non solum sacerdotes, & Reges unguntur, sed omnes etiam Christiani bis ante baptisatum, sed oleo benedicto primum in pectore, deinde inter scapulas, & bis post baptismum, sed christum sacrum facro, primum in vertice, demum in fronte. In pectore namque ungitur baptizandus, ut per Spiritus sancti donum abiciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia justus ex fide vivit. Inter scapulas autem baptizandus inungitur, ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est, ut per fideli sacramentum sit munditia cogitationum in pectore. Per operis exercitium sit fortitudo laborum in scapulis, quatenus fides per dilectionem secundum Apostolum operetur. In vertice vero baptizatus inangitur ut sit paratus omni poscenti de fide reddere rationem, quia per caput intelligitur mens juxta quod legitur: Oculi sapientis in capite ejus, cuius superior pars est ratio, & inferior sensualitas: unde bene per verticem, qui est suprema pars capitum, intelligitur ratio, quæ superior pars est mentis. In fronte diversum unguentum baptizatus, ut libere confiteatur, rum unquod credit, quia corde creditur, ad iunctionem, ore autem confessio fit ad salutem, memor ejus, quod Dominus ait: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Ante baptismum vero inungitur oleo benedicto, & post baptismum christum sacro, quia christum soli competit Christiano: Christus enim a christate dicitur, vel potius a Christo dicitur christum, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem; a Christo vero Christiani dicuntur, tamquam uncti deriventur ab uncto, ut o-

XLII.

De conformatio-
nis sacra-
mento.

nies currant in odore unguentorum illius, cuius nomen oleum est effusum. Per frontis chrismonem, manus impositio designatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur, & robur: unde cum cæteras unctiones simplex sacerdos, id est, presbyter valeat exhibere, hinc non nisi summus sacerdos, id est, episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicarii sunt episcopi, quod per manuum impositionem Spiritum sanctum dabant, quemadmodum actuum Apostolorum lectio manifestat: Cum audissent, inquit, Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem, qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quomodo illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum, cuius adventus per unctionis mysterium designatur, quia columba in qua Spiritus sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vesperam in cataclymso revertens, ramum retulit virentis olivæ, cuius utique sacramentum David propheta præscens, exhibilans faciem in oleo prædicavit

XLIII.

Unguntur præterea secundum ecclesiasticum morem, cum consecratur altare, cum dedicatur templum, & cum benedicatur calix non solum ex mandato legis divinae, verum etiam exemplo beati Silvestri, qui cum consecratabat altare, illud chrismate perungebat. Præcepit enim Dominus Moysi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeret tabernaculum testimonii, & arcum testamenti, mensanque cum vas, de quibus etiam unctionibus, si forsitan dubitaveris, cum a te fuerimus requisiti, fraternitatem plenius tuam instruamus. Verumtamen unctionis sacramentum aliud quidem efficit, & figurat in novo, quam in veteri testamento. Unde non iudicet Ecclesia, cum unctionis celebrat sacramentum, sicut aliqui mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei novare virtutem. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur attentius per Apostolicæ tibi scripta mandantes, quatenus ad mandatum dilecti filii nostri Leonis tituli sanctæ Crucis presbyteri Cardinalis Apostolicæ sedis legati tu quoque sacram unctionem, ne quid tibi destit ad plenitudinem sacramenti, & cum sacro fueris chrismate delibutus, archiepiscopos, & episcopos tuos similiter ungas, & per eos facias manus sacerdotum inungi oleo benedicto, illum de cætero in ordinandis presbyteris, & consecrandis episcopis morem servans, & faciens observari, quem Apostolicæ sedis observat, quæ disponente Domino cunctorum mater est, & magistra. Mittimus

autem tibi per Cardinalem prædictum pontificalit ornamenti caligas & sindaliam, amictum & album, cingulum & succinctorium, orarium & manipulum, tunicum & dalmaticam, chirothecas & anulum, planetam & mitram. Pallium vero per dilectum filium Joannem Capellum nostrum ante miseramus, & licet Romanus Pontifex non utatur baculo pastorali tum propter historicam, tum etiam propter mysticam rationem: tu tamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eoti; quorum omnium rationem idem Cardinalis sicut a nobis accepit, te poterit edocere. Dat, ut supra, &c. Addunt gesta Innocentii, missa legati opera duabus archiepiscopis pallia, ut iis in consecrandis episcopis, conferendis ordinibus, ac solemnibus certis diebus, in perficiendo missæ incruento sacrificio ute- rentur.

Præcepit etiam, ut tam a primate, quam a præfatis archiepiscopis reciperet hujusmodi sacramentum: Ego (a) Basilius archiepiscopus Trinovitanus primas totius Bulgarie, & Blachia ab hac hora in antea ero filialis, & obediens beato Petro, præstiti sanctæ Romanae Apostolicæ sedi, & domino meo Papæ Innocentio, eusque catholicis successoribus. Non ero in facto, vel consilio, vel consensu ut perdant vitam aut membrum, vel capiantur, aut spoliarentur. Consilium quod mihi crediderint ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: eorum certum malum si scivero, impedire studebo, quod si non potero impedire, eis quantos cito poterò intimabo. Papatum Romanum, honores, dignitates, & rationes Apostolicæ sedis defendam pro posse, salvæ ordine meo, contra omnem viventem. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditione canonica fuerim impeditus. Apostolorum limina singulis quadrienniis per me, vel per meum nuncium visitabo, nisi eorum absolvat licentia. Legatum Apostolicæ sedis, quem pro certo sci- vero esse legatum, devote suscipiam, & in suis necessitatibus adjutabo. Cum quemlibet de meis suffraganis in episcopum consecravero, faciam illum iurare, ut Romanus Pontifici, & Ecclesiæ Romanae perpetuum obedientium, & debitum honorem impendat. Ceterum cum aliquem coronavero in Regem Bulgarorum, & Blachorum juxta indulgentiam mibi, & successoribus meis ab Apostolicæ sede concessam, ab eo juratorium recipiam cautionem, quod ei qui tunc Apostolicæ sedi præfuerit, successoribus ejus, & Ecclesiæ Romanae devotus, & obediens permanebit, & cunctas terras & gentes suo subjectis Imperio, in obedientia & devotione sedis Apostolicæ conser- vabit. Hæc omnia bona fide servabo, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Evangelia in præsenti, & in futuro. Amen. Addunt gesta legatum cum iter per Un-

(a) Ib. sp.

Bulg. pri-

mate

legato

Pont.

successoribus.

Non ero in facto,

vel consilio,

vel consensu

ut perdant vitam aut membrum,

vel capiantur,

aut spoliarentur.

Consilium

quod mihi

crediderint

ad eorum

damnum,

me sciente,

nemini

pandam:

eorum

certum

malum

si scivero,

impedire

studebo,

quod si

non potero

impedire,

eis

quantos

cito

poterò

intimabo.

Papatum

Romanum,

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

Legato per Un-gariam ster in-terclu-sum.

(a) Extant in act. & que inter cetera haec objicit: Heu, heu in regis filii charissime, ubi est regalis clementia, Inn. l. 7. ubi religio Christiana, ubi specialis devo-tio, quam ad nos & Romanam Ecclesiam praedicaris habere: mutatus est color opti-mus, & aurum in scoriam est conversum. Parcat igitur eis Deus, qui animum tuum tam pravo consilio seduxerunt, voluntibus inter regnum & sacerdotium discordiam seminare. Sed nos pro certo speramus, quod aut per te ipsum jam errata correxeris, aut ad commonitionem nostram taliter de-beas emendare, ut injuria transeat in bo-gorem & offensa in gratiam revertatur. Et infra: Benignus tibi scribimus, quam insans materia postularet, ne quis forte literas nostras inspiciens existimaret Apo-stolicæ sedis favorem tibi esse subtractum, quod uique utilitati, ac honori tuo nulla-rebus expidiret; quia multa gesta sunt, & geruntur in regno tuo, quæ si deducen-tur ad limam, correctionem exposcerent graviorem, non solum de voto tuo, captio-ne fraterna, & electionibus prælatorum, sed etiam multis aliis, quæ ne nimium con-turberis, ad præsens duximus suppressimenda. Provideas ergo tibi, ne in eam te difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri. Strigonensis etiam ecclesiæ suf-fraganeis mandavit, (b) Regem ipsum ad resarcendam injuriam inducere nite-rentur; scripserat antea ad Ungariæ, (c) Ep. 13. & Serviæ (d) archiepiscopos, cæ-terosque præsules, ut Leonem presby-terum Cardinalem, quem ad Bulgariae Regem mittebat, tanquam Apostolicæ se-dis legatum agnoscerent, & quo par-erat honore exciperent & complecteren-tur.

XLIV. Ad molliendas justissimas iras Innocen-tii, quas legato Apostolico itinere prohibito concitarat Ungarus, oratorem cum literis excusatoriis, in quibus querelas cer-tis capitibus distinctas cumularat, ad Pon-tificem misit, cui Innocentius alias red-didit, quibus iactatas querelas refregit. Objecerat in primis Ungarus maiores suos Apostolicam sedem singulari observantia ac religione coluisse, parique Romanos Pontifices ipsos amore fuisse prosecutos, ac de illo amore videri Innocen-tium remisisse, idque ex eo colligebat, quod Innocentius Bulgariae infensissimum hostem suum regia dignitate decorare vellet: cui Innocentius, verum illud, Ungarus, ac Pontifices Romanos præci-

pio amoris nexu fuisse conjunctos, nec tamen amorem illum intepescere videri debuisse, cum ipsius pater Alexandri jus-su a Colocensi archiepiscopo corona fuisse redimitus, quo tempore maximas illius adipiscendæ difficultates pateretur, quin etiam circa regni sui primordia cum bello graviore appeteretur, sedis Apo-stolicæ cura ad pacem atque officium fratrem ipsius, ac sequaces adductos fuisse. Querebatur secundo Jannitium occu-passe terras, quæ in dotem sorori suæ Græcorum Imperatrici a patre fuisse traditæ, atque etiam Serviam cum infide-lium exercitu populatum, dum ipse in-gratiatam Apostolicæ sedis conjuncto cum Bohemia Rege exercitu pro Othono Phi-lippo bellum inferret: ad quod Innocen-tius dolere se graviter injuriam ullam i-psi illatam, & curas Apostolicas ad eam sarcendi collocaturum. Opposuerat ter-tio Jannitium tyrannum esse, cum terras suas ferro, flammæ comparasset, atque adeo regio diadema indignum vi-deri: quibus ita responderet Pontifex, li-cet alias terras invaserit, alias tamen iuste obtinere, ipsius maiores, Petrum, Samuelem, aliosque sceptrum tenuisse, cumque successores a Græcis perdomiti eorum jugo collum subdidissent, hunc pa-terna jura recuperasse, atque adeo præ-decessorum Pontificum exemplo corona illum insignire meditatum: velle tamen, ut injuste occupata restituat, ac vicissim ut erecta ipsi reddantur, & pax firmis-sima inter ipsos concilietur, præmittere se quod obiici juste poterat, quod cum Stephanus Maganipanus Serviæ sedis A-postolicæ conjunctionem expeteret, atque regiæ ornamenta dignitatis ab ea flagi-taret, pollicita revocasse, ea tantum de causa quod ea res ipsi ingrata foret, Serviaque ab ipso victa, ac Vulcano sub-stituto cum æquo animo laturum se signiffasset, ut Servia ad Ecclesiam redi-ret, & Vulcanus ab Apostolica sede corona cingeretur, ea provincia Colocen-si archiepiscopo imposta, post annos duos rem ad exitum perdutam nondum fuisse: quod legatum a se benevole, ac magnifice habitum diceret, longe ipsum ma-jore ignominia præpeditum ne iter pro-sequeretur, quam suscepimus honorifice fuisse, non posse ipsum fœdera inter utrumque jungere, ni utrumque adiret, tantum se animo dolorem haurire, si ob-stare vellet, ne Bulgaria ad Romanæ Ec-clesiæ obsequium rediret, quantum ipse conciperet animo, si Apostolica sedes ob-fisteret, ne ipsius filius paternum diade-ma asperqueretur: quod demum de Jade-ra excisa quereretur, quantum in ea re Apostolica sedes, ut ipsi fieret satis, de-sudasset, significavit; de his acta sermo-ne instituto. Subdunt:

Ex

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

XLV. Ex illo autem verbo, quod in præmis-sis literis continetur, quale denique repu-tares, si nos impedire vellemus, ne filius tuus carnalis coronari possit in Regem, Rex ipse valde territus fuit, quia cum fecisset curiam congregari solemniter, ut filium suum parvulum in Regem faceret coronari, timuit vobementer, ne corona-tionem ejus dominus Papa faceret impe-diri, unde cum prefatus Cardinalis ad curiam illam nuncios destinasset, tunc de-muni obtinuerunt a Rege licentiam trans-eundi. Quod spectat ad principem pue-rum, quem paulo ante memoravimus, extant Innocentii literæ ad Strigonien-sem archidiaconum hoc eodem anno 8. kal. majas scriptæ, (a) quibus provinciam injungit, ut cum Rex pater in Terræ sanctæ subsidium profecturus esset, puerum ipsum, quod idem Rex petierat, corona redimiret, accepto ab eodem Rege pa-tre vice pueri fidei sacramento: id vero munus non archiepiscopo, ad quem cæ-tero qui pertinebat, sed archidiacono imposuit, cum ea tempestate sedes Stri-goniensis vacaret: [1] quapropter alia data ad capitolum epistola (b) de exorta contro-versia novi occasione antistitis agens utriusque partis idoneos procuratores, Apostolico conspectui se fistere jubet; atque de Ungaricis fatis: jam ad Germaniam stylum convertamus.

(a) Libell. super neg. Rom. Imp. signat. n. 415. ep. 104. qua recitat etiam Lubec. chron. Slav. 1.7. c. 4 & Crantz. in Sax. 1. 7. c. 25. (d) Eod. libel. ep. 105.

(b) Id. ib. ep. 15. ba-betur c. postula-tionem extr. de postulat. pralat.

(c) Id. ib. ep. 104. que recitat etiam Lubec. chron. Slav. 1.7. c. 4 & Crantz. in Sax. 1. 7. c. 25. (d) Eod. libel. ep. 105.

(c) Libell. super neg. Rom. Imp. signat. n. 415. ep. 104. que recitat etiam Lubec. chron. Slav. 1.7. c. 4 & Crantz. in Sax. 1. 7. c. 25. (d) Eod. libel. ep. 105.

(d) Id. ib. ep. 15. ba-betur c. postula-tionem extr. de postulat. pralat.

XLVI. Othonis res pro-speræ. Sanc-tæ

Sanctissimo patri, ac domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiae summo Pontifici Otho eadem gratia, & sua Romanorum Rex, & semper Augustus salutem cum filiali dilectione.

Cum post Deum pater sancte vos semper Othonis per habeamus propitium, & benignum, literæ ad sicut exaltatio, & sublimatio nostri hono- Innoc. ris manifeste declarat, honorem nobis di-vinitus collatum Deo, & vobis semper velimus adscribere, cum in cinerem & fa-villam negotium nostrum redactum fuisse, si manus vestra, & auctoritas beati Pe-tri in partem nostram non declinasset, hoc semper præ oculis habebimus, quoadusque vixerimus. Utinam ab hujusmodi proposito nunquam deflexisset, postea enim tot, tantisque beneficiis ab Apostolica sede ornatus, Imperiique diadema ejus favore consecutus, in ea profiliit, ut gremium quo exceptus, ac fatus fuerat, laceraret, ac jure de eo Ecclesia pro-predicta voce (e) queri posset: Incras-satus dilectus, impinguatus, dilatatus 32. recalcaritavit; sed de his cum in ea tem-pora fuerimus devoluti: nunc cœptam epistolam prosequamur.

Sane (inquit) innescere vobis cupi-mus, quod statu noſter de die in diem prospatur, & hoc non excellentiæ nostræ, sed Deo, & vobis, & Ecclesie Romanæ adscribimus. Regem Bohemiæ, Langravium Turingiæ, marchionem Moraviae per potentiam non habuimus, sed per magnam vestram sollicitudinem & frequentem, de qua non dubitamus, sed de die in diem super hoc magis certificamur: curiam enim solemnum habuimus proxima quinta feria ante festum beati Martini, in qua multæ principes Imperii fuerunt archiepiscopi, episcopi, duces, comites, & alii quam-plurimi nobiles. In ea vero talia sunt ordina-ta & statuta, que scriptis committe-re non audemus, sed latori præsentium di-lectorum,

NOTÆ [1] Post illa verba: Sedes Strigonensis vacaret &c. Hæc adde ex Annalibus contractis: Ca-terum in re Bulgaria morem gesit pontificis mandatis Andreas Hungaria rex, ac Leo-ni cardinali legato ut in Bulgaria se conferret permisit; Bulgarios enim ab eo Romana Ecclesie conjunctos solemni ritu testantur data a Basilio patriarcha ad Innocentium littera, quarum pars præcipua hæc est.

Multas inclinationes, & multas sanitates a me Basilio humili Bulgariae, & Blachoram primate erga patrem universorum, & dominum & patrem meum magnificentissimum & sanctissi-mum papam Innocentium &c.

Notum sit magna vestra sanctitati, quoniam Leo cardinalis fatus, & sospes pervenit de-legatus a vestra sanctitate, & Apostolica sede, & usque ad magnam nostram civitatem Trino-um tetendit quintodecimo die mensis octobris, & portavit universam plenitudinem patriarchalis dignitatis & praeminentia omnia qua mibi a vestra magna sanctitate fuerunt delegata, tradidit similiter & annum, & privilegium, & scripta, & institutiones, & præcepta vestra sancti-tatis, unxit me christate, mibi benedicens, & consecravit me in patriarcham mense novembri septimo die, in festivitate scilicet S. Apostoli Jacobi fratris Domini: & ego illa die duos uni-xi metropolitanos, & ceteros episcopos magno cum gaudio, & duobus de metropolitanis benedi-xit cardinalis, & tradidit illis pallium, atque mitras, & reliquias in caput eorum mitras imposuit. Octavo vero die ejusdem mensis in festivitate videlicet S. Michaelis coronavit, & be-nedit imperatori Calojoanni domino omnium Bulgariae atque Blachorum, & superposuit capiti suo regiam coronam, & sceptrum suis manibus impertiens &c. Subnexa est hinc literis formula verborum; quibus patriarcha pallium collatum est. At de his satis. MANSI

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

leto, & familiarissimo clero nostro H. de Aquileja memoriter commendavimus, & et firmiter sub obtentu gratiae nostrae injunxit, ut vobis omnia per ordinem referat: firmiter enim credimus, quod, quod de nobis incepisti, infra paucos dies, hoc est, in purificatione beatæ Mariæ bono fine consummabitur: principes enim superiores, videlicet archiepiscopus Salzburgensis, cum suffraganeis suis, dux Austriae cum nobilibus terræ sue, & dux Bavariae terras eorum a nobis recipient, & fidelitatem praestabunt: ita per Dei gratiam, quod discordia in gratiam converteret, expedit enim vobis & nobis, ut consilium vestrum & auxilium apponatis, sicut videritis expedire. Rogamus itaque paternitatem vestram, ut solito more benigne legationem nostram audiatis, & consilium vestrum, quod magnum est, apponatis, & latorem praesentum H. de Aquileja, quam cito poteritis, nobis transmittatis, quia in praedicta curia consilio vestro, & auxilio una cum principibus Imperiis uti volumus, facturi quod nobis mandaveritis. Ea que lator praesentum super iis vobis dixerit, induitanter creditis; praedicta curia erit apud Vvoldam: dominus legatus non interfuit curiae Susati, quia pro negotiis ecclesiæ ac nostris ad partes ierat orientales.

XLVIII. Hisce cum literis Othonis nuncius ad Innocentium pervenit mense januario: quo pariter mense, ut Rex postularat, illum cum literis remisit, quarum exordium (a) est: Serenitatem tuam in Domino commendamus, quod ingratitudinis viuum fugiens, & Ecclesiæ Romanæ benevolentiam recognoscens, nobis post Deum profectum tuæ promotionis ascribis, &c. Cætera brevitatis captandæ studio prætermittimus, atque hæc aureis sane characteribus exaranda, atque in omnium principum pectoribus altissime defigenda analibus inferere suffecerit. Quanto te Deus amplius exaltarit, tanto magis in ejus humilie te conspectu, elationem cordis fugiens & extollentiam oculorum, non solummodo apud Deum, sed etiam apud Imperii principes, & pauperes quoslibet, & minores: beneficia quoque Apostolicæ sedis affida tecum meditatione recensens, eam sicut debes in capite venereris, & in membris honores. Data est hæc epistola Anagniæ 8. kal. febr. sequenti autem die ad universos Germaniæ praefules, principesque Othonianos scribens (b) coepit opus ad optatum finem perducant horatur, ejusdemque exempli (c) ad Lantgravium Thuringiæ, & ad comitem Palatinum Rheni literas dedit. Cumque Aquilejensis patriarcha in pallii susceptione Pontifici, ac Romanæ Ecclesiæ fidem atque obedientiam juratus spondere debet, præcepit (d) Innocentius post red-

ditione sua munitas litteras Apostolicæ sedi mitteret, quibus aperte profiteretur tam in Romani Imperii negotio, quam in rebus aliis Pontifici se pariturum.

At quemadmodum electo Imperatori istorum fidem obstringere magis, magisque studuit, ita infidos qua objurgationibus qua minis ad officium ut revocaret operam dedit. Duo precipui Germaniæ praefules ab Othono desciverant, Magdeburgensis & Colonensis archiepiscopi, quorum alterum hoc anno Innocentius graviter literis (e) increpuit, (e) Ep. 108. quod priorem insolentiam nova cumulat- set, jam enim ante a Prænestino episcopo Apostolicæ sedis legato anathemate percussus divina mysteria celebrare præsumperat, ac postea Innocentii jussu, cum graviori illius ætati pepercisset, absoltus, lapsusque in deteriora ab Imperatore designato ad Philippum non sine gravi perjurio transvolavit. Quamobrem ab eodem legato a fidelium communione ejectus, prætexta inani appellatione, sententiæ parere contempserat, atque in eundem legatum Romanamque Ecclesiam procaces voces effuderat. Delirum itaque senem ad resipiscendum sarcinandum que culpam hortatus est.

Quod spectat ad alterum archiepiscopum Adolphum Colonensem, Innocentius Maguntino archiepiscopo, Cameraensi episcopo, ac Brenensi praeposto, ut ad illum pariter Coloniam se conforrant, & coram prioribus monitum, ad meliorem frugem adducere studerent, si renuat eum se abdicaturum minatur, quod proximo anno, ut dicetur, perficit. Initium epistolæ (f) est: Cum it qui (f) ib. ep. olim nullam vel modicam nobis & Apostolicæ sedi reverentiam, & obedientiam exhibebant (Græci videlicet Blachi, Bulgari, & Armeni) nunc ad obedientiam nostram & devotionem Apostolicæ sedis plene per gratiam Dei revertantur, ut sit unum ovile & unus pastor, dolemus plurimum, & turbamur, quod venerabilis frater noster Colonensis archiepiscopus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 4. Kal. novemb.

Brabantia etiam ducenti scriptis duabus ante diebus literis asperius perstrinxit, (g) filiam suam Othoni Imperatori renunciato contra interpositum jusjurandum nupti tradere reducasse: qua de re Pontificem ipsum conquerentem, monentem, minasque illi intentantem audianus: Nunc autem quod grave gerimus, & moleste, occasionibus frivolis adinvensis, ipsam eidem Regi sposo suo tradere malitiose recusas, cum solemniter inter ipsos sponsalia sint contracta, & hinc inde tam per te, quam per homines suos præstojuramento firmata, illicitum habens, ut dicitur, cum nobili viro Philippo duce Suevia

(b) Ibid. ep. 107.
(c) Ibid. post eundem. ep.
(d) Innoc. ib. ep. 113.

XLIX.

L.

LI.

LII.

LIII.

Inn. quæ
relæ
de Bra-
bantia
duce.

LIV.

(a) Ep.

(b) Ep. 52.

LIII.

LIV.

vix tractatum, ut eam charissimo in Christo filio nostro Friderico illustri Regi Sicilie, nepoti suo copules in uxorem, quod utique tanto gravius reputamus, quanto magis ex hoc & animæ tuae periculum & famæ dispendium procuratur, cum enim prædictus Rex Siciliae sororem charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum germanam uxorem quondam illustris Regis Ungariae accipere debeat in uxorem, etiam inter ipsos per dilectum filium R. tituli sanctorum Marcelli, & Petri presbyterum Card. Casinæ abbatem, tunc Apostolicæ sedis legatum de mandato nostro mediantibus, & jurantibus familiaribus utriusque sponsalia sint contracta, præter id quod dicta filia tua ipsum Regem Sicilie linea consanguinitatis attingit, quare non posset eidem matrimonio copulari, sustinere non possemus aliquaratione, ut contra hoc, quod hinc inde nobis approbantibus est firmatum, temeritate qualibet veniretur. Nos autem ne sanguis tuus de nostris manibus requiratur, quod tenemur ex injuncto nobis officio de salute animæ tuae solicite cogitare, nobilitati tuae per Apostolicæ scripta mandamus, & in virtute diadematæ insigniti, nunquam tamen potuerunt a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus obtinere, ut Reges eorum in suis literis nominarent. Nos quoque tum prædecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, tum considerantes solicite, quod a nobili viro Philippo duce Suevia te feceras coronari, qui cum coronatus legitime non fuisset, nec te, nec alium poterat legitime coronare, Regem te hactenus non dum nominandum. Verum cum ad commonitionem Apostolicæ sedis, & nostram relitto duce Suevia ad charissimum in Christo filium nostrum illustrum Regem Othonem in Romanorum Imperatorem electum te convertitis, usus consilio seniori, & ipse habet te pro Rege, tam intuitu precum ejus, quam tuae devotionis obtenuit, Regem te de cætero reputare volumus, & vocare. Tu igitur taliter gratiam tibi facias agnoscas, & sic ingratitudinis viuum studeas evitare, ut tuae devotione meretur, quod & gratia tibi detur ex gratia, & data gratis perpetuo conservetur, provisurus attentius, ut quantocuyus poteris, ab eodem Rege Othone te facias solemniter coronari. Datum Later. 13. Kal. maii. Cumque Otho novo Regi confirmasset, quæ olim Imperatores ejus antecessoribus jura ac privilegia concesserant, Innocentius eadem rata, firmaque esse jussit, (f) ejusque insuper indemnitatibus consulens, Pragensi & Olmucensi episcopis mandavit, (g) ut si quis damnum aliquod inferre tentasset, censuris ecclesiasticis compescerent; atque hactenus de Bohemorum Rege.

Præterea convenienda, & commonenda Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

super hoc est ecclæsa Maguntinen. ue si a litter factum fuerit, venerabilem fratrem nostrum Siffridum Maguntin. archiepiscop. quem ereximus, decicere videamus, si ex hoc concitaverimus plus in eum ecclæsa suæ odium, & scandalum civitatis, &c. Dat. Later. xi. Kal. maii. Quo etiam die in eandem rationem ad Maguntinos canonicos & fiduciarios nobiles scripsit (c) Lib. 7. nulla impertia salutatione: in antititem ep. 53. enim suum, inque Apostolicam sedem contumaces & refractarii perculsi anathemate fuerant: quapropter resipiscant hortatur, subditque: Non nobis, sed vobis merito poteritis imputare, si forte, qui caput abiicitis, membrum aliquod amittatis, Bohemiam scilicet, quæ Maguntinæ metropoli, ut vidimus, subjacebat.

Cum porro Bohemia relicto jam Philippo Suevo, Othoni Apostolicæ sedis imperio, quod testatur Innocentius (d), (d) Ib. ep. adhæsisset, hoc anno Pontifex regio il-

lum nomine ornavit hujusmodi dato diplomate: (e) Licit ante tuae promotionis (e) Ins. l. tempora multi fuerint in Bohemia regio 7. ep. 42. diadematæ insigniti, nunquam tamen potuerunt a prædecessoribus nostris Romanis 38. Pontificibus obtinere, ut Reges eorum in suis literis nominarent. Nos quoque tum

prædecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, tum considerantes solicite, quod a nobili viro Philippo duce Suevia te feceras coronari, qui cum coronatus legitime non fuisset, nec te, nec alium poterat legitime coronare, Regem te hactenus non dum nominandum. Verum cum ad commonitionem Apostolicæ sedis, & nostram relitto duce Suevia ad charissimum in Christo filium nostrum illustrum Regem Othonem in Romanorum Imperatorem electum te convertitis, usus consilio seniori, & ipse

habet te pro Rege, tam intuitu precum ejus, quam tuae devotionis obtenuit, Regem te de cætero reputare volumus, & vocare. Tu igitur taliter gratiam tibi facias agnoscas, & sic ingratitudinis viuum studeas evitare, ut tuae devotione meretur, quod & gratia tibi detur ex gratia, & data gratis perpetuo conservetur, provisurus attentius, ut quantocuyus poteris, ab eodem Rege Othone te facias solemniter coronari. Datum Later. 13. Kal. maii. Cumque Otho novo Regi confirmasset, quæ olim Imperatores ejus antecessoribus jura ac privilegia concesserant, Innocentius eadem rata, firmaque esse jussit, (f) ejusque insuper indemnitatibus consulens, Pragensi & Olmucensi episcopis mandavit, (g) ut si quis damnum aliquod inferre tentasset, censuris ecclesiasticis compescerent; atque hactenus de Bohemorum Rege.

Reliquas Germaniæ res prosequamur. Christianam religionem in illis regionibus

(f) Ep. 54.

(g) Ep. 55.

LV.

B b Li.

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

Crucis-gnatorum expeditio in Livonię contra paganos.

(a) Ep. 139.

(b) Ep. 156.

Census B. Petri in Dania & Suevia collectus.

(c) Ep. 158.

(d) Ep. 14.

LVI.

(e) Job. 5.

(f) Lib. 6. ep. 236.

Narbo-nensis ar-chiep. ob. in- certi- am in judicium voctus. (g) Id. ib. ep. 243.

Livonię episcopus spargebat late, ac propagabat, onine consilium, studium, operam, laborem, diligentiam ad id conferente Innocentio, qui eam ob rem tum sacerdotes & clericos circumiacentum regionum, qui signo crucis accepto Hierosolymitanam profectionem voverant ad annunciam Christi fidem tum laicos, qui rerum inopia, corporisque imbecillitate Hierosolymam pergere nequibant, adversus barbaros permuto voto in Livonię mittendos curaret. Extat his rebus ad Bremensem archiepiscopum, ejusque suffraganeos, aliosque illius provinciae pontificalia epistola, (a) data Romae apud S. Petrum 6. idus octob. Sepius etiam hoc anno ad Lundensi archiepiscopum scripsit, ut (b) B. Petri censum per Danie ac Suevię regna fideliter colligat, & asservet, tum ut villicum, qui presbytero cum uxore sua turpitera genti nasum absciderat, ac linguam læserat, anathemate solvat, ita tamen sumptus quos ad Urbem iter facturus expendisset, in Terrae sanctae subisdum impenderet: tum ut in Lundensi & Upsalensi archiepiscopatibus evellat & destruat, disperdat & dissipet, ædificet & plantet, quemadmodum honori divino, amplificationi Ecclesiae, suorumque saluti conducere cognoverit, tum in forniciarios quosdam clericos animadvertis, (c) denique pallium ad illum transmittit Upsalensi archiepiscopo, ejus quod incendio perierat loco tribendum. Hildesemensi præterea episcopo, & Magdeburgensi præposito, ut Merseburgensem episcopum a Guidone Prænestino Apostolicæ sedis legato coetu fidelium amoto, cautione oblata absolvere possint, facultatem præbet (d); atque hæc de Germaniæ rebus.

Supereft ut de Gallicis verba faciamus. Cum Innocentius Papa in Senonensi archiepiscopum superiori anno graviter, ut ostendimus, investitus esset, quod Altissiodorensem comitem libertatem ecclesiasticam proterentem minime coercuisse, memor illius se vicem gerere, de quo scriptum: Vulnerat & medetur, percudit

& manus ejus sanabunt; (e) Mœrentem archiepiscopum suavissimis literis solatur, (f) ketarieque ait, se licet tristitiam ipsi injecerit, ad pœnitentiam tamen felicitate injecisse; præterea quorundam calumniam refellit, qui Francorum Regem sibi de hæresi suspectum fuisse, ex literis suis falso eliciebant, ut vero Senonensem archiepiscopum ex præterita incuria dolore affectum solatur ac fovet, ita in Narbonensem contumacem, atque in deteriora labentem animadvertis. Igitur in primis arguit in hæreticis e Narbonensi ecclesia depellendis ignave se gessisse, præcipitque, (g) ut in hac re fratri Rodulpho & fratri Petro de Castro novo Fontis

frigidus monachis in omnibus auxilio sit, quod pluribus aliis imperat; (h) postea vero iisdem atque abbati Cisterciensi mandat post eandem ut in archiepiscopum inquirant (i) ep. (i) Lib. 7. ep. 75. (k) Id. ep. 76. diligentem, eumque sua submoveant dignitate, tum etiam (l) ut in hæreticos ipsos tanquam Apostolice sedis legati insurgerent, in eandemque Narbonensem, Aquensem, & Arelatensem provincias crucesignatos mittant, in quam itidem sententiam ad Altissiodorensem episcopum scripsit, (l) Philippum Galliae Regem, principesque ad grassantem impietatem excindendam excitarent, & commonerent. De legationis munere Petro ac Rodulpho ab summo Pontifice adversus hæreticos injuncto in Albigenium quoque historia mentio fit (m); præterea in Narbonensem archiepiscopum vehementer invectus, montis Aragonis abbati ab Apostolica sede ejus fidei commendatam ademit. (n)

Cæterum hæresis, qua involuti, infelique plerique in iis partibus, ac maxime nobiles in coeno vitiorum demersi jacebant, nefanda Albigenium hæresis erat, quæ ex debilibus initii, nocturnisque conventiculis in apertum emerserat, suoque veneno non Albigenes modo, sed etiam Tolosanos, Biterrenses, Cassionenses, Narbonenses provinciales & circumiacentia loca adeo infecerat, ut summo contemptui sacerdotes, veneracione summe hæretici haberentur, sacerorumque prædicatorum concionibus, ac sedis Apostolicæ legatorum opera contundi, infringique hoc anno cœpit. Dicta vero Albigenium hæresis, quod Albiis maxime virus suum afflaseret, nec illa una, sed multiplex in plura capita.

(ut loquitur Innocentius Papa o) hydræ instar disjecta, alii enim hæretici sanctimonie larvam induebant, & carnis, conjugioque abstinebant, alii in omnes libidines effundi triumpho, & gloria ducebant. Quam vero ea hæresis ab omnirationis specie abhorret, quamque infamis esset, adeo ut audientibus horrem incutiat, Petrus Vallisernensis (p) (p) Vallis. monachus Cisterciensis familiæ prodit, quem autorem in Albigenium historia monumentis commendanda ducem accepimus, tum quod ipse præsens, dum in convertendis hæreticis cum abate suo Guidone operam navaret, interfuerit, tum quod historiam illam, quam Innocentio Pontifici consecravit, ita accurate exaravit, ut ea tantum proderet, quæ vel hausisset oculis, vel a viris tantæ fidei, ac dignitatis accepisset, ut ea in dubium minime revocari possent. Devota vero præterea Pontifici hæc historia est, quod illius diligentia tot decretis legationibus, tot viris piis ad divini verbis jaciendos satus, tot cruceatis immisssis exer-

(m) Petrus Vallis. biff. Albig. c. 1.

(n) Inn. 7. ep. 7. 8.

LVII.

De Albigenibus hæreticis.

LVIII.

Blasphemiae in Deum.

in

exercitibus compressa profligataque fuisset.

Primo sciendum (inquit Vallisernensis) quod hæretici duos constituebant creatores, invisibilium scilicet, quem vocabant benignum Deum, & visibilium, quem malignum Deum nuncupabant. Novum testamentum benigno Deo, vetus vero maligno attribuebant, & illud omnino repudabant, præter quasdam auctoritates, quæ de veteri testamento novi sunt insertæ, quas observari reverentiam testamenti recipere dignum estimabant. Actorem veteris testamenti mendicem asserbant, quia protoplastæ dixit: Quicunque dic comederitis de ligno scientia boni, & mali, morte moriemini: nec (sicut dicebant) post comeditionem mortui sunt, cum tamen revera post gustum pomi vetiti mortis miseria fuerunt subjecti. Homicidam quoque ipsi nominabant, tum quia Sodomitas & Gomorrhae incineravit, & aquis diluvii mundum delevit, tum quia Pharaonem, & Aegyptios mari obruit. Omnes veteris testamenti pitres damnatos affirmabant. Joannem Baptizam unum esse de majoribus demonibus asserbant. Dicebant etiam in secreto suo, quid Christus ille, qui natus est in Bethlehem terrestri & visibili, & in Hierusalem crucifixus, malus fuit, & quod Miria Magdalena fuit ejus concubina, & ipsa fuit mulier in adulterio reprehensa, de qua legitur in Evangelio. Bonus enim Christus (sicut dicebant) nunquam comedit vel bibit, nec veram carnem assumpt, nec unquam fuit in hoc mundo, nisi spiritualiter in corpore Pauli. Ideo autem diximus in Bethlehem terrestri, & visibili, quia hæretici frigebant esse aliam terram novam, & invisibilem, & in illa terra secundum quasdam bonus Christus fuit natus, & crucifixus. Item dicebant hæretici bonum Deum duas habuisse uxores, Collant, & Colibant, & ex ipsis filios & filias procreasse. Erant alii hæretici, qui dicebant, quod unus est creator, sed habuit filios Christum & diabolum. Dicebant & isti omnes creature bona fuisse, sed per filias, de quibus legitur in * apocalypsi, omnia fuisse corrupta, &c. Qui horrenda adeo in cœlesti numen emovere erant ausi, atque insana adeo configere, non mirum est, si in Ecclesiam pari furore fuerint debacchati. Cæterum animadvertant Calvinistæ, qui ubi eorum sectæ novitas ipsis obiicitur, gloriari interdum solent Albigenes idem cum ipsis sensisse, num eorum fidei forma cum hac, quam describit auctor, qui sepius cum Albigenibus ad confutandos eorum errores est colluctatus, consentiat, ac desinant simplicem populum conciliata falso sue hæresi antiquitatis fama nefandis erroribus irretire.

Fere totam Romanam Ecclesiam speluncam latronum esse dicebant, & quia ipsa Ann. Eccl. Tom. XX.

LIX.

exercitibus

compre-

ssa

pro-

flig-

ata

que

re-

fus-

a-

re-

te-

re-

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

morte luctaretur, evocatus magister manum quidem impoluerat, sed æger ante quam dominicam orationem pronunciaret, spiritum efflarat; hinc maxima contentione discruciarū atque æxtuare hæretici cœperunt, an damnatus, an exceptus cœlo esset, cum uterque ritus desiderari videretur: ad solvendum dubium prænobilem equitem consuluere, qui re audita fluctuans animo, gravi denum supercilie edixit, salvandum quidem illum esse, reliquos omnes, quibus ritus uterque impertitus non fuisset, æternis poenis addicendos. Nec minus deridicula ac faceta altera est. Emungebat hæreticorum magistri plures pecunias a discipulis, ac legata corradebant a morituris, quibus certissimam salutem polliebant. Accidit ergo, ut prædives magnas iis opes relinqueret, quas cum defuncti heres dare nollet, rogavit an ille salvus esset? tum ii magna religione assertere, receptum cœlo, nefas de ea re ambigere: quibus alter facete subjecit: Abunde est, pecuniis opus non est, ut in cœlum admittatur, non enim ita vos improbos puto, ut jam felicitatem adeptum cœlo detrahere ac depellere velitis. Addit auctor insana alia ac blasphemata hæreticorum dogmata.

LXII. Non credimus autem silendum, quod & quidam hæretici dicebant, quod nullus poterat peccare ab umbilico & inferius. Imagines quæ sunt in ecclesiis dicebant idolatriam, campanas eorum tubas dæmonum affirmabant. Item dicebant, quod non peccabat quis gratius dormiendo cum matre, vel sorore sua, quam cum qualibet alia. Illud & inter supremas futilitates dicebant, quod si quis de perfectis peccaret mortaliter, comedendo videlicet modicissimum carnium, vel casei, seu ovi, vel alicuius rei sibi inhibitor, omnes consolati ab illo amitterebant Spiritum sanctum, & oportebat eum iterum reconciliari: & etiam salvati pro peccato consolatoris cœdebant de cœlo.

LXIII. Pergit auctor de Waldensium hæresi differere, qui sub specie religionis omnem religionem & pietatem evertebant, adeo ut suos baptismos ac sacramentis Ecclesiæ abrenunciare cogerent, adeoque de mente dejecti erant, ut inferendis sandaliis maximam collocarent sanctitatem, ut ob id, non suscepit etiam ordinibus, Christi corpus confidere possent: Erant præterea alii hæretici, qui Vvaldenses dicebantur, a quod im Vvaldio nomine Lugdunensi. Hi quidem mali erant, sed comparatione aliorum hæreticorum longe minus perverbi: in multis enim nobiscum conveniebant, in aliquibus dissidentiebant: ut autem plurima de infidelitatibus eorum omittam: in quatuor præcipue confitebant error eorum, in portandis scilicet sandaliis more Apostolorum, & in eo quod dicebant

nulla ratione jurandum vel occidendum. In hoc insuper quod asserebant, quemlibet eorum in necessitate, dummodo haberet sandalia, absque ordinibus ab episcopo acceptis posse confidere corpus Christi. Hæc nos de fœtis hæreticorum breviter excerpimus sufficiat. Quando aliquis se reddit hæreticus, ille dicit, qui recipit eum: Amice si vis esse de nostris, oportet, ut renuncies toti fidei, quam tenet Romana Ecclesia; respondet, abrenuncio. Ergo accipe Spiritu*i* statuum a bonis hominibus, & tunc spirat ei septies in ore. Item dicit illi: Abrenuncias cruci illi, quam tibi fecit sacerdos in baptismo, in pectore, & in scapulis, & in capite de oleo & chrismate? Respondet, abrenuncio. Credis quod aqua illa operetur tibi salutem? respondit non credo. Abrenuncias vero illi, quod tibi baptizato sacerdos posuit in capite? respondet, abrenuncio. Ita accipit ille baptismum hæreticorum, & abnegat baptismum Ecclesiæ. Tunc ponunt omnes manus super caput ejus & osculantur eum, & induunt eum veste nigra, & ex illa hora est quasi unus ex ipsis, &c. Grassabantur etiam Ruptarii, alias Rotarii dicti, qui non tam hæresi infames, quam sceleribus omnibus contaminatissimi, id nomen ab infelandis obſidendiſque viis ac expilandis viatoribus traxerant; crebra de ipsis tanquam sicariis crudelissimis apud Vallisernensem mentio, ac plura ab iis funestis illis temporibus tam apud Innocentii literas, quam aliis auctores crimina perpetrata leguntur. Horrebant eiusmodi pestibus infelices ex regiones, ad quas elidendas legati operam navare cœperunt.

Cum Narbonensis archiepiscopus licet instantibus prædictis duobus Fontis frigi inonachis hæreticos e Narboneis provincia eiicere neglexisset, Pontif. ipse suspensionis in eum sententiam ferri jussit, nec modo Philippum Regem per legatos, sed per litteras quoque ad verius hæreticos impulit: Ad sponsor suæ universalis videlicet Ecclesiæ (a) monumentum, pontificalem, (a) Lib. 7. & regiam Dominus instituit dignitatem, ep. 19. unam quæ foveret filios, aliam quæ adversarios expugnaret: unam quæ subditorum vitam verbo instrueret & exemplo, aliam quæ iniquorum maxillas in fræno cobibet, & chamo, ne pacem Ecclesiæ perturbarent: unam quæ inimicos diligenter & pro persecutoribus etiam exoraret, aliam quæ ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum gladium materiali exercebat, & armis quietem ecclesiasticam tueretur. Expedit igitur, ut & spiritualis auctoritas & secularis potestas suæ causum institutionis attendens concurrant ad Ecclesiæ defensionem in unum, & utraque alteri suffragetur, ut quos a halo ecclesiastica non revocat disciplina, brachium seculari com-

pe-

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

pecat, & nos qui feritate propria confidentes, gladium materialem non timent, spiritualis ultio subsequatur. Ne igitur sine causa portare gladium videaris, oportet, ut apprehendens arma & scutum in adjutorium ejus potenter assurgas, cuius vestis, quod dolentes referimus, in regno Francorum scissuram patitur, cuius vineam vulpis parvula demolitur, & cuius oves luporum insultibus exponuntur. Et infra: Ceterum quia non caret scrupulo societas occultæ, qui manifesto facinori definit obtiare, ut facientes & consentientes par pœna constringat, si qui comitum, burnum, vel ciuium eos de terra sua eliminare noluerint, aut eos receptare presumpti, aut ausi fuerint confovere, ipsorum bona confisces, & totam terram eorum dominio regio non differas applicare, &c. Dat. Lateran. v. Kal. jun. Additur in regesto: Scriptum est Senonen. archiepiscopo & suffraganeis ejus, ut eum ad hoc efficaciter moneant, & inducant.

LXV. Post hec significantibus Pontifici Petro & Rodulpho monachis, Apostolicæ sedis legatis in nonnullis Ecclesiis legatione suæ subiectis, sacerdotia ac dignitates aliquot tandem vacante, ut prælati & capitula ex Lateranensis concilii præscripto ea conferendi jure excidissent, ubi vero eorum innotuerit adventus, minus idoneos promovere presumpti, hæc legatis rescripsit:

(a) Id. ib. ep. 165. hoc evertitur e. lit. de supplend. neglig. prælat.

(b) Lib. 6. ep. 241. Inn ad conciliandam Angl. inter & Franc. pacem studium. (c) Lib. 7. ep. 44.

NOTÆ [1] Post illa verba: Dominus papa remisit, hæc adde ex Annalibus contractis: Intentarat porro, ut antea dictum est Joannes Anglia rex item Philippo Francorum regi apud sedem apostolicam, quod Gallum regem iniquo bello ditionem suam invasisse quereretur, vocatusque in ius Philippus rex pontifici iterum respondit non esse pontificis juris de lata in beneficiarium corona Gallica principem sententia cognoscere, cui hæc Innocentius rescripsit: Non intendimus judicare de feudo, cuius ad ipsum spectat judicium nisi forte juri eorum per speciale privilegium vel contraria consuetudinem aliquid sit detractum, sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus. Non igitur injuriosum sibi debet regia sublimitas reputare, si super hoc apostolico iudicio se ficit, cum Valentianus inclitus imperator suffraganeis Mediolanensis dixisse legatur: talem in pontificali sede constituere procurate, cui & nos qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, & ejus monita dum tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario velut medicamenta curantis, ut illud humiliiter omittamus quod Theodosius statuit imperator, & Carolus

ducias iniri operam navaret. Ceterum quid ille perfecerit, illustrat Innocentii vita scriptor:

Hic, Innocentius scilicet, ad reformandam pacem, vel componendam treguam inter Philippum Regem Francorum, & Joannem Regem Anglorum abbatem Casemarii destinavit (qua de re superiori anno). Qui cum ad hoc per annum integrum laborasset, de Francia in Angliam, & de Anglia in Franciam discurrendo, videns tandem se non posse proficere, convocavit archiepiscoporum, & episcoporum, & abbatum concilium apud civitatem Meldensem, in quo * praesens Rex Francie per * prefæ eosdem archiepiscopos & abbates fecit ab eo ad sedem Apostolicam appellari, quorum appellationi noluit ipse deferre, nisi jurasset, quod in termino, quem illis præfigeret, appellationem ipsam in propriis prosequerentur personis. Sed summus Pontifex ab hujusmodi juramento illos absolvit, indulgens eis de speciali gratia, ut aliquot ex parte omnium ad prosequendam appellationem venirent. Venerunt igitur in termino constituto Senon. & Bituric. archiepiscopi, Parisien. Melden. Cathalun. & Nivernen. episcopi, & multi honorabiles clerici procuratores omnium aliorum, quibus diutius expectantibus, prænominate Rex Anglie pro se neminem destinavit, negligens prosequi causam suam, ex qua negligentia quantum ei dānum provocaverit satis patet; cum in brevi tempore totam Normandiam, & Andegaviam, & Aquitaniam perdiderit pene totam. Prædicti vero Archiepiscopi, & episcopi post expectationem diutinam in publico consilio sub verbo veritatis tanquam pontifices sunt professi, quod ipsi non appellaverant ad mandatum Apostolici eludendum: sed quia sua interesse credebant, maxime cum crederent in hæc parte suum Regem justam causam habere; sed si nec istud sufficeret, & in aliquo essent domino Papæ suspecti, purgationem canoniam offerebant, quam eis dominus Papa remisit. [1] Hæc ibi. Ingente ann. illam jacturam, quam Joannes ditionis suæ passus est, tradunt pariter Robertus, (d) 1204. qui Sigeberto appendicem adjectit, Matth. Par. hist. les. (e) Matth. Ang.

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

(a) *Jes.* Verum quid tantarum cladum sibi inustarum, raptarumque provinciarum nuncio accepto socors & effeminitatus Joannes egerit, subdit Parisius: *Quod cum Regi Anglorum fuisse nuntiatum, omnimodis cum Regina sua vivebat deliciis, cum qua simul se credit omnia possidere.* Post hæc de portento, quod hoc anno contigit, hæc addit: *Eodem anno Kalendis aprilis in prima noctis vigilia tanta rubor in cœlo apparuit in parte aquilonari & orientali, ut verus ignis ab omnibus crederetur.*

LXVII. Postremo, ut Gallicanis rebus finis imponatur, extant Innocentii literæ tum ad (b) S. Crucis de Stampis decanum, & canonicos ipsos, eorumque ecclesiam in tutelam accepit, quam Philippus Rex Judæis ejestis ex Synagoga, prophane que cultu in sacros usus verterat, construxeratque, tum ad Rhemense capitulo (c) de archiepiscopi electione agens, ob quam magna exortæ discordiæ, tum Arelatensem archiepiscopum Auraciensi episcopo gravi atque incurabili morbo laboranti socium & adjutorem adjungi jubet, (d) tum ad alios, (e) quibus in archiepiscopum Burdegensem, de quo turpiora ferebantur, inquirendi munus injunxit, tum ad Ebredunensem archiepiscopum, & Rhoscaudun. abbatem, quibus imperat, ut in Ventensem pariter inquirerent, atque ob commissâ scelerâ exuerent dignitate, denique ad Magalonenses S. Petri clericos, (f) quibus rescriptis quoties in dominicum diem per vigilium incideret, sabbato jejunandum, atque pridie S. Matthiæ festo die, jejunii religionem servandam decrevit.

LXVIII. Quod ad Anglorum Regem, quem paulo ante memoravimus, attinet; illatas tibi a Francorum Rege clades merito accepit, juxta dominicum illud: (g) In qua mensura mensi fueritis, remeticitur vobis (h); qui enim Dublinensem archiepiscopum inique bonis spoliatum e regno ejecerat, cismarina sua ditione exutus est. Extat Innocentii epistola pro eodem antistite ad Regem missa, (i) ubi in primis studia, officiaque sua erga illum perstringit. *Novit regia celstudo, & satis potest memoriter retinere, quoties suavibus verbis, & blandis eam pro ip-*

7. ep. 171.

so archiepiscopo duxerimus commonendam & per alios fecimus commoneri, & quot & quantas preces tibi porrexerimus, ut eum qui per septem annos extra Regnum exulare fecisti, & in afflictione non modica, & offici erubescens pastoralis per partes ignotas aliorum suffragia mendicare, in gratiam tuam reciperes, & ei ablata restitu faceres universa. Quid autem super hoc nostra valuerint monitiones, & preces, subsequens rerum effectus evidenter ostendit, cum exauditi non simus, &c. De his queritur de Rege ipso, iterumque eum rogare, nionere, hortari, denique minas jacere. Cæterum Innocentius non hoc solum, sed alia quoque munera hoc anno Eliensi episcopo commisit: ipsi (k) enim uni cum Cantuariensi archiepiscopo ac Wigorniensi episcopo de controversiis, quæ dotis causa Regem inter, ac B. Ricchardi ejus fratri defuncti uxorem erant, diligenter cognosceret, seque certiore fieri jubet, eique præterea injungit, (l) ut cum duobus pariter aliis de dissidiis inter Eboracen- (k) Ep. 35. (l) Lib. 1. ep. 168.

sem archiepiscopum, & canonicos inquirat. Nec prætermittimus eundem Pontificem, hoc itidem anno antiquum Londoniensis ecclesiæ privilegium confirmasse, (m) quo eius antistes in subscriptio- (m) Id. ib. ep. 182. nibus præ aliis provinciæ illius episcopis potiorem locum haberet; atque hactenus de Britanniæ rebus.

Jam ad Innocentii gesta revertamur; post enarratas Regis Legionensis cum Castellæ Regis filia incestas nuptias, ob quas fidelium communione ejeci, ut vidimus, fuerant, de ipsis postmodum resipiscientibus, ac solutis anathemate hæc breviter adiiciunt: *Licet autem aliquanto tempore in sua contumacia perdurassent, demum tamen redeentes ad cor, incestuosam copulam dissoluerunt, & cum fuissent ab invicem separati, præstito secundum formam Ecclesiæ juramento meruerunt absolvi.* Extant Innocentii literæ (n) 11. kal. junias ad Toletanum archiepiscopum, & Burgensem ac Zamorensem episcopos datæ, quibus præcipit, ut B. . quæ ab illo recesserat, absolutionisque beneficium poscebat, absolvant juramenti cauzione accepta Apostolicæ sedis mandatis paritaram, eisdemque fere verbis ad Com-

po-

NOTÆ rolus innovavit, de cuius genere rex ipse noscitur descendisse; quicunque videlicet item haec, five petitor fuerit, five in initio litis, vel recursis ipsorum curriculis five cum negotiis, illico sine aliqua dubitatione, etiam pars alia refragaverit ad episcoporum judicium nitamus quia nostra poetetas non est ex homine, sed ex Deo. Obsurruit ad hæc vittor, invictarum nuncio accepto socors, & effeminatus Joannes egerit, subdit Parisius: Commodis, inquit, cum regina sua vivebat deliciis, cum qua simul se credit omnia possidere. MANSE

CHRISTI
1204INNOCENTII III. PAR.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. I.

(a) Ep. 96. Julias scripsit, (a) præcepitque, ut Legionensi Regi, ejusque consiliaris fautoribus præcipuis absolutionis gratiam impertirentur, latamque in regnum interdicti sententiani relaxarent: postridie vero ejus diei Compostellano, ac Tolentino archiepiscopis, aliisque duobus episcopis in mandatis dedit, (b) monebant, juberentque oppida, quæ sive dotis titulo, sive donationis propter nuptias, vel quoquomodo ipsi Legionensi Regi tributa essent, eidem restituere, vel faltem si quid res haberet quæstionis, eadem oppida ipsis traderet, donec ab electis utriusque partis consensu arbitris, vel ab ipso Pontifice decerneretur.

LXX. Recensitis Castellæ rebus occurunt Aragonice, quæ ob sui dignitatem, maiestatemque non leviter delibandæ sunt. Scribit Surita (c) veteres Aragonum. Reges solemini olim pompa redimiri corona non confuevisse, sed cum nuberent, aut viginti annorum ætatem attingerent, equites creari solitos, ac tum suscepitis regni habenis, regium nomen gestisse, Petrum vero Regem cum reputasset animo suæ fore dignitatis, si Regum cæterorum more ungeretur, quo majori pompa novæ rei initium daret, Romam profectum ab Innocentio regiis insignibus decoratum. Sed pietate potius, ac religione ductum, quam inani ambitione constat, cum insigni animi demissione regnum sedi Apostolicæ stipendiarium esse iusserit, regiæque ornamenta dignitatis divo Petro in ejus ara consecrari. Tantæ nos rei historiam, quo tutius veritatem affquamur, ex pontificio regesto decerperemus.

Ordo coronationis Petri Regis Aragonum.

Anno septimo pontificatus domini Innocentii Tertiæ Papæ mense novembri, (d) Petrus Rex Aragonum ad Apostolicam sedem accessit, ut ab eodem domino Papa militare cingulum, & regium acciperet diadema: venit autem per mare cum quinque galeis, & applicuit apud insulam inter Portum, & Hystiam, adducens secum Arelaten. archiepiscopum, præpositum Magalonum, cum quibus interfuit electus mons majoris, & alii quidam clerici nobiles, & prudentes. Proceres quoque secum adduxit Sanctum patrum suum, Ugonem de Baucio, Rocardum de Marsilia, Arnaldum de Fotian. & alios multos nobiles & potentates. Missis autem ad illum equitaturis, & somariis pene ducentis, fecit eum apud sanctum Petrum ad presentiam suam idem dominus Papa venire, mittens in occursum ipsius quosdam Cardinales, senatorem Urbis, & alios multos nobiles, & magnates, fecitque illum

apud sanctum Petrum in do-no canonorum honorabiliter hospitari. Tertio vero die in festo videlicet sancti Martini præfatus dominus Papa cum episcopis, presbyteris, & diaconibus Cardinalibus, primicerio, & cantoribus, senatore, justitiariis, iudicibus, advocatis, * scribariis, multisque * serinig-nobilibus, ac populo copioso ad monasterium sancti Pancratii martyris prope trans tyberim est profectus, ibique præfatum Regem per manum Petri Portuen. episco-pi fecit inungi, quem postmodum ipse manu propria coronavit, largiens ei regalia insignia universi, mantum videlicet & colobium, sceptrum & pomum, coronam & mitram, corporale, ab eo recipiens jura-mentum, cuius tenoris est talis:

Ego Petrus Rex Aragonum profiteor, & polliceor, quod semper ero fidelis, & obediens domino meo Papæ Innocentio, ejus catholicis successoribus, & Ecclesiæ Romanae, regnumque meum in ipsius obedientia fideliter conservabo, defendens fidem catholicam, & persequens hereticam prægi-tatem. Libertatem & immunitatem ecclesiæ custodiam, & earum iura defendam. In omni terra meæ potestati subjecta justitiam, & pacem servare studebo; sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Evangelia. Deinde præfatus Rex cum multo laudis præconio, & favoris applausu corona-tus rediit iuxta dominum Papam ad basilicam sancti Petri super cujus altare sceptrum & diadema depositus, & de manu ejusdem domini Papæ militarem ensim accepit, regnumque suum beato Petro Apo-stolorum principi obtulit, illudque sibi con-situit censuale per privilegium paginam, quam eidem domino Papæ tradidit super ipsum altare, cuius tenor est talis:

Cum corde credam, & ore confitear, LXXII. quod Romanus Pontifex, qui est beati Pe- Fiducia- tri successor, vicarius sit illius, per quem se Rom. Ec- cles. con-stituit.

(a) Lib. 7. ep. 229. Anno septimo pontificatus domini Innocentii Tertiæ Papæ mense novembri, (d) Petrus Rex Aragonum ad Apostolicam sedem accessit, ut ab eodem domino Papa militare cingulum, & regium acciperet diadema: venit autem per mare cum quinque galeis, & applicuit apud insulam inter Portum, & Hystiam, adducens secum Arelaten. archiepiscopum, præpositum Magalonum, cum quibus interfuit electus mons majoris, & alii quidam clerici nobiles, & prudentes. Proceres quoque secum adduxit Sanctum patrum suum, Ugonem de Baucio, Rocardum de Marsilia, Arnaldum de Fotian. & alios multos nobiles & potentates. Missis autem ad illum equitaturis, & somariis pene ducentis, fecit eum apud sanctum Petrum ad presentiam suam idem dominus Papa venire, mittens in occursum ipsius quosdam Cardinales, senatorem Urbis, & alios multos nobiles, & magnates, fecitque illum

* nuti-

LXXXI. Aragonii sacramen-tum.

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7
BALDUINI IMP. I

*præsertim cum ex multo devotionis affectu me ad sedem Apostolicam accendentem tuis quasi beati Petri manibus in Regem duxeritis solemniter coronandum. Ut autem hæc regalis concessio inviolabilem obtineat firmitatem, de consilio procerum curiae meæ præsenti venerabili patre meo.... Arelaten archiepiscopo, & Sanctio patruo meo, & Ugone de Baucio, & Arnaldo de Fotian. baronibus meis sigilli mei feci munimine roborari. Actum Ronæ apud sanctum Petrum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quarto, * iv. idus novembbris, anno regni mei octavo. His omnibus rite peractis fecit eum dominus Papa per Urbem ad ecclesiam sancti Pauli deduci, ubi galeas inveniens præparatas intravit, & Apostolica benedictione munitus ad propria meruit cum prosperitate redire.*

LXXXIII. Hæc ibi; quæ postmodum sequuntur, proximo anno in medium afferemus. De Petro Romam adveniente, atque ab Innocentio Papa corona redimito meminit Rodericus Toletanus, (a) deque his, ac de Aragonia ab ipso Petro vestigali Pontificibus facta, Surita (b) ac Joannes Mariana, (c) aliisque agunt, quod vero regio diplomati adscriptus est annus 1204. novembri mense, non modo habetur in manuscriptis Innocentii actis, quæ apud nos extant, verum in pontificio quoque regesto, & in literis ab Innocentio 4. Lugdunensi concilio approbante evulgatis (de quibus suo loco dicendum erit d) ubi idem Petri iurandum recitat, atque ita omnino legendum esse ex epistola, quam Innocentius ad Regem anno sequenti 16. kal. juliis dedit, evidenter colligitur. De his enim ibi, ut jam ante peractis expressa mentio sit, quæ adnotasse voluimus, ut corrigatur mendum, quod in cusa gesta irrepsit, ubi datum legitur anno Dominicæ incarnationis 1205. longe autem gravius, quod attinet ad temporis rationem, errant novatores, dum ex epitome mundi hæc tradunt: (e) Petrus Rex Aragonum, comes Barcinonæ, & dominus montis Pefulani regnum suum obtulit anno 1214. Innocentio III. Papæ, illudque sibi & successoris suis in perpetuum pro redemptione animæ sue, ac progenitorum suorum constituit censuale, ut annuatim de camera ipsius Regis certi redditus Apostolice sedi reddantur, ac ipse & ejus successores eidem specialiter fideles, & obnoxii teneantur. Cæterum antequam Petrus se ad Urbem conferret, Innocentius Papa cum literas ab illo accepisset, quibus legatum in Hispanias mitti poscebat, qui principum voluntates contra Sarracenos conjungeret, supersedendum rescripsit; eo magis quod barbari tum temporis fortioribus viribus pollerent, cum Marrochetanus Rex ex Majoricarum item Re-

ge, ut acceperat, triumphum egisset, ac regna duo in unum coiissent, Petrumque hortatur, ut adolescentiam suam Deo devoveat. Cum autem in Hispaniarum rebus decurrat oratio, silentio obruere non possum, Innocentium hoc eodem anno praeditis Burgensi, & Zamorensi, ac præterea Oxonensi episcopis Astoricensis episcopi nefariis sceleribus notati causam demandans. (f) His in medium ad ductis, ad Innocentii vitæ acta recurra- (f) Lib. 7.
ep. 70.

(a) Ster. in Ann. apud C. in. ant. l. t. pag. 243.
(b) Lib. 6. ep. 205.

Frid. legati cu-
stodie traditus.

ab hac hora in ante erimus recti fideles & ligii homines domini Papæ Innocentii & successorum suorum, & Ecclesiæ Romanae. Non erimus in dicto vel facto, consilio vel assensu, ut perdant vitam, vel membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod nobis crediderint, ad eorum damnum nulli manifestabimus; ipsorum certum malum, si forte sciverimus, impediemus pro posse. Quid si forsitan illud per nos nequiverimus impedire, significabimus illud per nos vel literas, aut nuncios nostros quam cito poterimus eis, vel tali persone, per quam credamus, quod eis debeat fideliter intimari. Papatum Romanum, & regalia B. Petri, quæ habet tam in urbe, quam extra urbem, & nominatim Terracinam cum omnibus pertinentiis suis adjutores erimus ad retinendum, & defendendum, & quæ non habet ad recuperandum contra omnes homines. Præterea guerram & pacem ad mandatum ipsorum contra omnes homines faciemus. Restituemus ipsi domino Papæ roccam Circeii, & assignabimus quibus ipse mandaverit. Munitiones quoque quas circa civitatem habemus, scilicet Pefulum montanum, & Ferronum, dabis ad opus, & mandatum ipsius domini Papæ tenendus, nec vi nec dolo auferemus eas illis, qui de ipsius mandato ipsas tenebunt. Reddemus etiam ad mandatum ipsius universa regalia, & jura, quæ in ipsa civitate cum pertinentiis suis Romana Ecclesia consuevit, & debet habere. Si Frangipani infiterint, faciemus eis justitiam sub examine domini Papæ, dummodo & ipsi justitiam nobis exhibeant coram eo. Hæc omnia supradicta juramus nos amodo fervaturos bona fide & recta intentione, sic nos Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

(i) Ep. 131.
(k) Ep. 136.
(l) Ep. 99.

qui-

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. Ie

episcopum ad urbem suam transferre niterentur, Fesulanum episcopum eis fese nisi transponere, atque anathemate ipsos perfrerendo Fesulanum episcopum re- pressi. (c) Inn. l. 7. ep. 20.
(d) Ep. 21.
(e) Ep. 41. Mutinenses anathemas anath- defixi ob Eccles. libert. violatam.

(f) Ep. 73.
(g) Ep. 134.
(h) Ep. 135.

Affinis Eccles. recon- ciliati.

Hoc insuper anno scripsit (b) ad nobiles viros Manuelem, Jacobum, Odonem, Centium, & Deodatum Frajapani de Traversa a Tarracenisibus occupata; cumque de judicio inter se confitarentur, eos ad Apostolicam sedem causam religere jubet. Post hujusmodi autem epistolam recitatur ipsorum Tarracenisum fidelitatis sacramentum Romano Pontifici delatum: *In nomine Christi amen. Nos consiles, & populus Tarracinen- ab hac hora in ante erimus recti fideles & ligii homines domini Papæ Innocentii & successorum suorum, & Ecclesiæ Romanae. Non erimus in dicto vel facto, consilio vel assensu, ut perdant vitam, vel membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod nobis crediderint, ad eorum damnum nulli manifestabimus; ipsorum certum malum, si forte sciverimus, impediemus pro posse. Quid si forsitan illud per nos nequiverimus impedire, significabimus illud per nos vel literas, aut nuncios nostros quam cito poterimus eis, vel tali persone, per quam credamus, quod eis debeat fideliter intimari. Papatum Romanum, & regalia B. Petri, quæ habet tam in urbe, quam extra urbem, & nominatim Terracinam cum omnibus pertinentiis suis adjutores erimus ad retinendum, & defendendum, & quæ non habet ad recuperandum contra omnes homines. Præterea guerram & pacem ad mandatum ipsorum contra omnes homines faciemus. Restituemus ipsi domino Papæ roccam Circeii, & assignabimus quibus ipse mandaverit. Munitiones quoque quas circa civitatem habemus, scilicet Pefulum montanum, & Ferronum, dabis ad opus, & mandatum ipsius domini Papæ tenendus, nec vi nec dolo auferemus eas illis, qui de ipsius mandato ipsas tenebunt. Reddemus etiam ad mandatum ipsius universa regalia, & jura, quæ in ipsa civitate cum pertinentiis suis Romana Ecclesia consuevit, & debet habere. Si Frangipani infiterint, faciemus eis justitiam sub examine domini Papæ, dummodo & ipsi justitiam nobis exhibeant coram eo. Hæc omnia supradicta juramus nos amodo fervaturos bona fide & recta intentione, sic nos Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

Cuique Florentini consules Fesulanum Am. Eccl. Tom. XX.

(i) Ep. 83.
(k) Ep. 64.
(l) Ep. 167.
(m) Ep. 40.
(n) Ep. 102.
(o) Ep. 133.
(p) Ep. 95.
Conjun-
ctio ho-
spitalis S.
Mar. in
Saxia
cum
Hosp.
montis
Pefulani.
(q) Bullar.
to. 1. p. 38.
LXXVII
Donatio
ab An-
glo ho-
spitali S.
Maria in
Saxia fa-
cta.

Hoc etiam anno Joannes Anglorum Rex Innocentio postulante, illam eidem xenodochio donationem conculit, quam regium hujusmodi diploma amplectitur.

Joannes Dei gratia Rex Anglie dominus Hyberniae, dux Normannia & Aquitaniae, & comes Andeg. omnibus ad quos præsens charta pervenerit salutem.

Sciatis nos divine pietatis intuitu, & pro salute anime nostræ, & animarum antecessorum, & heredum nostrorum, & ob re-

Cc

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 1.

reverentiam domini Papæ Innocentii Ter-
tii, cuius preces super hoc receperimus, con-
cessisse, & præsenti charta confirmasse hos-
pitali, quod idem dominus Papa constru-
xit apud ecclesiam sanctæ Mariæ in Sa-
xiæ, que Anglorum dicitur, & Anglorum
fuit hospitio deputata ante basilicam beat-
i Petri positam secus stratam, centum mar-
ches annuatim percipiendas ad scaccarium
nostrum in termino sancti Michaelis quo-
usque ecclesiæ de Gritile, quam dedimus
prædicto hospitali in puram, & perpetuam
eleemosynam ad usum, & sustentationem
infirmorum, & pauperum ejusdem hospi-
talis*. Et cum vacaverit prædicta ecclæ-
sa, cessabimus in solutione prædictarum
centum marcharum, testibus existentibus do-
mino... Cantuarien, archiep. & Heliæ I.
Norgicen. & VV. Londonien. episcopis
G. filio Petri com. Essex. com. Gallo mire-
scalco R. com. Leycestriæ. Datum per mi-
num L. præpositi Boveriæ. & archi-
dicono VVellen. apud Gestin. vigeſima
quinta die martii anno regni nostri quin-
to. Hactenus Regis diploma literis inser-
tu Honorii Tertii, (a) qui illud po-
stea auctoritate sua communivit.

(a) Hon. 3, l. 2. ep. 783.
LXXVIII Sardinia Eccl. Rom. ob-
noxia. (b) Inn. 1. 7. ep. 109.
(c) Ep. 110.
(d) Ep. 112.
(e) Ep. 141.
(f) Ep. 107.

Hoc eodem anno Innocentius ad Pisaniū archiepiscopum scriptis literis ve-
tit, ne Calaritanum marchionem sedi-
Apostolicæ sacramento fidei se astringe-
re prohiberet. *Quod insula* (inquit b)
Sardinia juris ac proprietatis Apostolicæ
existat, & judices ejus Ecclesiæ Rom. ju-
ramentum fidelitatis debeant, & soleant
exhibere tua fraternitas non ignorat. Tur-
ritano vero archiepiscopo præcepit, (c)
ut Pisano antistiti Sardiniam ex ecclesiæ
sua privilegio statis temporibus lustranti
assisteret, & quamdiu in eadem esset pro-
vincia, tanquam Apostolicæ sedis legato
deferreret, secus vero absenti, aliove tem-
pore accedenti; hæc ad illum Pontifex,
qui præterea ut perditos & dissolutos cle-
ricos, quemadmodum censebat, corri-
gere posset, facultatem fecit, (d) in-
dulgetque, (e) ne quod contraxerat pa-
ter æs alienum, nisi in Ecclesiæ usum
converteretur, solvere non teneatur:
cumque Turritanus iudex & uxor ejus
quarto & quinto consanguinitatis gradu
conjuncti essent, & grave aliqui scan-
dalum ex divortio immineret, ejusdem
præsulis arbitrio hujuscemodi causam
committit, (f) archiepiscopos vero, cæ-

terosque Sardiniae præsules ei pro Roma-
no Pontifice laboranti ad viatum neces-
saria suppeditare jubet. (g)

At quoniam in eadem insula exempta-
rum ecclesiarum præsules ecclesiastico con-
tempto foro coram laicis magistratibus
inter se esse judicio contendebant, Inno-
centius Papa in ipsos commotus, hæc
inter alia exprobrat: (h) *Quia vero in*
præjudicium ecclesiastice libertatis info- (h) Ep. 111.

(g) Ep. 108.

LXXXIX. Ecclesi-
stici in-
crepiti ob
aditum
faculare
tribunal.

per Apostolica scripta mandamus, atque
præcipimus, quod cum inter vos aliquid
habueritis quæstionis, ad faculare forum
contra sanctiones canonicas vos invicem
non trahatis, nec coram terræ judicibus,
vel officialibus eorumdem, præsertim super
causas ecclesiasticas contendatis, sed per nos
vel legatum nostrum, cum in Sardinia fuerit,
aut arbitros electos a partibus vestram
perseguimini adversus personas ecclesiasticas
rationem. Alioquin quia privilegium
meretur amittere qui permisso sibi abutitur
potestate, quoniam ut libertate nesciis,
redigemus vos in perpetuam servitu-
tem. Hæc ecclesiastice immunitatis cu-
stos, qui præterea ejusdem argumenti
Turritano judici literas dedit, (i) in
eumque pariter invectus est, clericos apud
laicos causas dicere, judiciaque subire
coegisse. [i]

(i) Lib. 7.

ep. 113.

LXXX.

Denum ut rebus ab Innocentio hoc
anno gestis finem statuamus, de ejus
beneficiis præter illa, que cum sece
obtulit occasio, jam recensuimus, pau-
ca innuenda remanent; privilegia enim
plura largitus est, multosque in Aposto-
licæ sedis tutelam accepit annuo censu
duorum bisantinorum, vel libræ ceræ,
aut rei alterius imposito, nempe Con-
saldo (k) priori ecclesiæ S. Crucis Co-
limbrensis, ejusque fratribus, priori (l) ep. 107.
& fratribus de Thuregano, rectori (m) ep. 116.
hospitalis de Pulchicavel, magistro (n) ac (m) Ep.
fratribus hospitalis de Bekeg, Petro de 43.
Parisio (o) rectori (p) & fratribus xe- (n) Ep. 63.
nodochii Rivi cenerarii, & priori (q) (o) Ep. 80.
S. Mariæ Magdalene de Vallefares; ali- (p) Ep.
is præterea diplomatis (r) beneficia 146.
impertitur, Romanæque Ecclesiæ patro- (q) Ep.
cinum spondet. (r) Ep. 59. LXIII.
Episcopa-
lis fedes
Luna
Sarzanam
translata.

Cum præterea Cameracensis episcopus
pro tuenda adversus Namurensem co-
mite, ecclesiastica libertate ære alieno
oppressus esset, ut episcopalia aliquot
bona

CHRISTI
1204.INNOCENTII III. PAP.
7.VACAT. IMP. OCCID. 7.
BALDUINI IMP. 1.

bona, redditusque creditoribus suis at-
(a) Ep. 48. tribueret, potestatem fecit (a): episco-
(b) Ep. 24. po & capitulo Lunensi concessit, (b) ut
sedem illam e Luna civitate populo de-
stituta, Sarzanam transferre posset, trans-
latamque auctoritate Apostolica confir-
(c) Ep. 39. mavit. Venturæ (c) Ariminensi episco-
po, ejusque successoribus in perpetuum
nonnulla, que ad S. Petri jus specta-
bant, annuo censu constituto, loca me-
tropolitano adimit. Ad hæc dato Casen-
(d) Ep. 81. tinus canonis diplomaticæ (d) de cuius-
dam monasterii olim ab abbatte Joachi-
mo constructo, translatione, & compen-
satione agit. Postremo addimus eundem
Furconi-
ensis iti-
dem A-
quilam
traducta. Pontificem Alexandri III. successoris sui
(quod ipsem ait) vestigia sestatum Fur-
conii ecclesiæ in clientelam recepisse,
ejusque jura, ac privilegia confirmasse;
extant apud nos prolixius his de rebus
diplomata duo una cum aliis ad eandem
ecclesiæ pertinentibus, desumpta ex
Aquilanæ ecclesiæ archivio. Furconio
enim Aprutii in Vestinis diruto, & Aquila
ex ejus ruinis sub Friderico Secundo
condita Alexander Quartus Furconensem
ecclesiæ illuc translulit. At de his suo
loco dicendum erit. Ceterum alteri ex
his diplomaticis apposita est dies 7. kal.
jul. alteri vero ipsæ kalendæ adscriptæ,
eidemque diplomi hæ subscriptiones
adjectæ:

Ego Innocentius Catholice Ecclesiæ epi-
scopus.

Ego Octavianus Ostiensis, & Velletri-
ensis episcopus.

Ego Petrus Portuensis, & sanctæ Ru-
finæ episcopus.

Ego Joannes Albanensis episcopus.

Ego Petrus tituli S. Cæciliae presbyter

Cardinalis.

Ego Guido presbyter Cardinalis S. Ma-
riae trans Tyberim, & Calixti.

Ego Ugo presbyter Cardinalis S. Mar-
tini, & Equitii.

Ego Joannes tituli sancti Stephani in
Cælio monte presbyter Cardinalis.

Ego Joannes tituli sanctæ Priscae pres-
byter Cardinalis.

Ego Conejus SS. Joannis, & Pauli pres-
byter Card. & Pammachii.

Ego Benedictus, & sanctæ Susannæ pres-
byter Cardinalis.

Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damia-
ni diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Georgii ad velum au-
reum diaconus Cardinalis.

Ego Ugo S. Eustachii diaconus Cardi-
nalialis.

Ego Joannes in Cosmedim diaconus Car-
inalialis.

Dat. Lat. per manum Joannis S. R. E.
subdiaconi, & notarii Kal. jul. indictio-
ne 7. incarnat. Dominicæ anno MCCCIV.
pontificatus vero D. N. Innocentii Pape
Tertii anno septimo.

NOTÆ [i] Post illa verba: *Judiciaque subire coegisse*, adde ex Annalibus contractis: Ut magnis
merito super commiso crimen fuerit servus infamatus, nūquid jurisdic̄tua devolvetur ad alium,
ut qui subditus tuus fuerit ante culpam in servitutem alterius transeat propter delictum ac
offenderit? Imperavit etiam eidem principi ne carentis ferri & aqua frigida judicia ut lege
canonica vetita admitteret, tanquam reprobum probationis genus, nec sacerdotes iis interesse com-
pelleres. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUS
1205.

INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
8.
VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

Confudit luctu Gallorum triumphos, ac defixa in Græcia trophyæ magna ex parte evertit, cæso ad Adriano-polim a Bulgaris ipsorum exercitu & Balduino Imp. capto, ac postmodum sublato annus post millesimum ducentesimus quintus indictione octava: & forte ea scelerum justa ultio extitit, quæ in Constantinopoleos expugnatione elatus, & furens victoria miles perpetrarat. Sed antequam lugubrem casum referamus, præmittenda ea videntur, quæ ad Constantinopolitani Imperii res componendas, ac sceptrum fragile confirmandum peregerit Innocentius. Sancita percussaque certis legibus fuerant Gallos inter & Venetos foedera, quæ ut majori religione servarentur, Balduinus ab Innocentio his literis flagitavit, (a) ut ea Apostolica auctoritate communiret.

(a) Inn. l.
7. ep. 201.
Pactorum
inter Ve-
netos &
Francos
confirma-
tio a
Pontifice
petita.

Sanctissimo patre domino Innocentio Dei
providentia summo Pontifici Balduinus ea-
dem gratia fidelissimus in Christo Constan-
tinop. Imperator a Deo coronatus Roma-
norum moderator, & semper Augustus,
Flandriæ, Aynæque comes cum debita sub-
jectione obedientiam humilem, & devo-
tam.

Statum & processum exercitus Christia-
ni & nostrum nuncius nostris literis pa-
ternitati vestræ plenius explanasse memi-
nimus. Nunc autem conventiones inter nos
& peregrinos ex una parte, & . . . du-
cem Venetorum, & Venetos ex altera ante
expugnationem regiæ civitatis, habi-
tas sagilli nostri munimine roboras vo-
bis curavimus destinare, sanctitatem ve-
stram, sicut tenemus, attentius rogantes,
ut dictas conventiones ratas habeatis, &
eas auctoritatis Apostolice munimine con-
firmitis: sanctitatem etenim vestram nos-
se volumus, quod cum memorato duce, &
Venetis societatem bonam, & fidelem in-
simil habuimus, & eos cooperatores pro-
bissimos, & efficaces ad honorem Dei, &
sanctæ Romanae Ecclesie, & Imperii no-
stri, sicut ipsa opera demonstrant, inven-
imus, & in futuro desideramus habere,
cum & ad regimen imperii nostri, & ad
subventionem Terræ sanctæ, & ad unita-
tem Ecclesie conservandam societas eorum
utilis sit, & necessaria, nec sine eorum
societate & amore Imperium nostrum ad
honorem Dei, & vestræ sanctæ sedis regi-
voleat competenter.

Misit etiam suos oratores Henricus Dandulus Venetorum dux ad Innocen-
tium, ut foederi contracto Apostolicam
auctoritatem adiiceret, datisque literis
facti sui in excisa Jadera, atque expug-
nata Constantinopolis rationem reddit; eam nimirum urbem longa rebellione

suis imperiis post violata fidei sacramen-
ta se subduxisse, ob quam meritas in-
eam iras effudit, nec se, ut ferebat
rumor, credidisse, ipsius clientelæ com-
missam, vel inducere in animum potuisse, sedem Apostolicam in fidem suam
eos arripere, qui se cruce insigniant, ut
eam gestent, non ut iter conficiant; de-
inde impressisse in Constantinopolim impe-
tus suos, prestita prius cautione ab Alexio
de adducenda in Pontificis obsequium
Græcia; demum iis fidem frangentibus, ac
prodictione extinctis, novisque tyrannis
exorientibus, qui Latinos lacefiverant,
feliciter de iis triumphatum; tum demis-
se efflagitat, ut oratorum petitis placi-
de obsecundet.

Venerabili in Christo patri, & domino
Innocentio Dei gratia sanctæ Romanae Ec-
clesie summo Pontifici Henricus Dandulus
Dalmatiae, atque Croatiae dux uester hu-
milis, & devotus, cum omni devotione
servitum.

Notum (b) facio sanctitati vestræ, (b) Apud
quod cum crucem assumpserim pro ser-
vito Jesu Christi, & sanctæ Romanae Ec-
clesie transirendi gratia de Venetiis iter
arripuerim, necessitate temporis hyemalis
ingruente oportuit me cum stolio meo, &
peregrinorum apud Jaderam hyemare, quæ
cum rebellis mibi, & Venetiis longo tem-
pore injuste per prodictionem contra jura-
menta præstata, * de civitate, & civibus, * est
secundum quod moris est, invicem se ini-
micantur justè, ut existimavi, sumpsi ul-
tionem. Verum quia ut dicebatur, in ve-
stra erat protectione, quod ideo non cre-
debam, quia non existimo vos, nec ante-
cessores uestros illos sub protectione recipi-
bere, qui crucem accipiunt tantum, ut eam
portent, non etiam iter perficiant, propter
quod peregrini solent crucem accipere, sed
& aliena inveniant, & injuste detineant,
paternitati vestræ contra me & Venetos
sententiam excommunicationis placuit pro-
mulgare, quam patienter & humiliter su-
stinximus, usque quo per dominum Petrum
tituli sancti Marcelli presbyterum Cardi-
nalem & sanctæ Romanae Ecclesie lega-
tum præstata condigna satisfactione merui-
mus absolutionem secundum ordinationem
vestrorum nunciorum, & scriptorum pa-
ginam vestræ poterit sanctitati clarius in-
notescere.

Superveniente autem inspiratione divi-
na magis, quam humano, ut opinamur,
consilio Alexio filio quondam Iuacii Im-
peratoris Constantinopolitani, eundi in Ro-
maniam iter arripimus, & ipsum, sicut
Domino placuit, præstata ab eo cautione
de obedientia sanctæ Romanae Ecclesie,
expulso Alexio avunculo suo, captiæ

Con-

CHRISTI
1205.

INNOCENTII III. PAP.
8.

VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

Constantinopolitana civitate cum magno
periculo, & labore curavimus, prius ab
Isaacio patre ipsius, & parentibus ejus,
& pluribus aliis magnatibus civitatis,
eadem securitate accepta, quæ cum in di-
cta promissione mendaces, & fallaces exi-
sterent, ipsos tanquam inimicantes sanctæ
Romanae Ecclesie, & Christianitatis pro-
ditores diffidavimus, quibus scilicet pa-
tre, & filio, per Græcorum prodictionem
extinctis, aliisque Græculis sublimatis,
Græcorum subtingentes molestias, & infes-
tationes assiduas tam per mare mittentium
ad nos naves accensas, ut nostrum navi-
gium combureretur, & diurna bella in-
ferentium, quæ per terram multis, va-
riisque modis communicato consilio omnium
clericorum, & laicorum exercitus, conven-
tionibus quibusdam inter nos & ipsos præ-
missis, sicut ex tenore exempli dictarum
pactionum sanctitas vestra poterit clarius
cognoscere, civitatem Constantinopolita-
nam ad honorem Dei, & sanctæ Roma-
nae Ecclesie, & Christianitatis subuentio-
nem decrevimus debellandam, quod &
Christi suffragante misericordia, uestroque
merito, uestroque laborioso studio præci-
pue præ ceteris viventibus contra omnium
opinionem perfectum est. Capta igitur ci-
vitate, multaque strage Græcorum inter-
veniente, Marcoflus, qui tunc erat Im-
perator cum suis sequacibus de civitate
aufugerunt, & secundum inter nos scrip-
tum constitutum, & sacramentum adimple-
vimus. Cognoscat igitur sanctitas vestra,
quod ego una cum venerabili populo quic-
quid fecimus ad honorem Dei, & sanctæ
Romanae Ecclesie & uestrum laboravimus,
& in nostra voluntate habemus similiter
laborare. Unde supplico sanctitati vestræ,
quatenus petitiones quas nuncii mei viri
nobiles, & discreti, scilicet Leonardus
Naugajosus dilectus nobis nepos, & An-
drreas de Mulin. quos ad pedes sanctitatis
vestræ transmittimus, fecerint, beni-
gne exaudire dignetur vestra sanctitas,
& effectus mancipare.

Quænam vero extiterint pacta contra-
cta, ex Innocentii regesto actisque peten-
da, nimirum, ut sex ex utraque parte
electores ad creandum Imperatorem con-
stituerentur, qui si in æquas partes di-
straherentur, fortis alea jaceretur, qua-
ratione dirimenda inter eos præda, ex-
teraque componenda esset. In nomine (a)
Dei eterni Amen. Nos quidem B... Mon-
tisferrati marchio, & Balduinus Flandriæ,
& Hannoniae L... Blesen. & Clarimon-
tis H... sancti Pauli comites pro par-
te nostra vobiscum vir inclyte domine Hen-
rice Dandule Venetiarum, Dalmatiae at-
que Croatiae dux & cum parte vestra,
ad hoc ut unitas, & firma inter nos pos-
sit esse concordia, & ad omnem materiam
scandali evitandam ipso cooperante, qui est

pax nostra, & fecit utraque unum, ad
ejus laudem & gloriam duximus
ordinem observandum, utraque parte ju-
ramento astricta. In primis omnes arma-
ta manu Christi invocato nomine civitatem
expugnare debemus, & si divina auxi-
liante potentia civitatem intraverimus, sub
eorum regimine debemus manere, & ire,
qui fuerint super exercitum præelecti, &
eos sequi secundum quod fuerit ordinatum.
Totum quidem habere quod in civitate
inventum fuerit, a quolibet duci debet,
& ponи in commune eo loco quo fuerit or-
dinatum, de quo tamen habere nobis,
& hominibus Venetis tres partes debent sol-
vi, pro illo habere quod Alexius quondam
Imperator vobis & nobis, solvere teneba-
tur. Quartam vero partem nobis retinere
debemus, donec fuerimus in ipsa solutio-
ne coequalis. Si autem aliquid residuum
fuerit, debemus per medietatem inter vos,
& nos dividere, donec fueritis * apaca-
ti. Si vero minus fuerit, ita quod non
possit sufficere ad memoratum debitum per-
solendum, undecunque fuerit prius ha-
bere acquisitum, ex eo debemus dictum or-
dinem observare; salvis tamen victuali-
bus, quæ debent observari, & dividi tam
vestris, quam nostris aequaliter, ita quod
utraque pars possit inde congrue sustenta-
ri. Quod autem residuum fuerit, parti-
ri debet in alio habere juxta ordinem
prænominationem. Vos etiam & homines Ve-
neti libere, & absolute absque omni con-
troversia per totum Imperium habere de-
betis omnes honorificentias, & possessiones,
quas quondam consuevistis habere tam in
spiritualibus, quam in temporalibus, & o-
mnes rationes, sive consuetudines, quæ sunt
in scripto & sine scripto.

Debet etiam sex homines eligi pro par-
te vestra, & sex pro nostra, qui jura-
mento astricti, eam personam eligere de-
bet de exercitu, quæ credetur melius sci-
re, & melius posse tenere, & melius sci-
ordinare terram, & Imperium ad hono-
rem Dei & sanctæ Romanae Ecclesie, &
Imperi, & si fuerint in uno concordes,
illum debemus Imperatorem habere, quem
ipsi concorditer elegerint. Si vero sex in
una parte, & sex in alia concordaverint,
sors mitti debet, & super quem sors cecide-
rit, debemus pro Imperatore habere, & si
plures consenserint in una parte, quam in
alia, illum Imperatorem habebimus, in
quem major pars consenserit; si vero plu-
res partes fuerint, quam duæ super quem
major pars concordaverit, sit Imperator.
Debet vero iste Imperator habere univer-
sam quartam partem acquisiſti Imperii, &
palatum Blacherne & Buccam leonis: re-
liquæ vero partes per medietatem inter
Conf. a-
vos & nos dividantur. Ceterum de par-
pud Can.
tito inter eos Imperio hæc Guntherus. antiq.
(b) Provinciæ autem ejusdem regni in lect. 10. 5.
tres

V.
De ele-
ctoribus
Impera-
toris.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAR.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

Quomodo tres partes divisæ sunt, unam quod ad inter Vi- fiscum Regis specialem pertineret, alteram, quam Veneti possiderent, tertiam quæ data est marchioni, Thessalonica videlicet & fines ejus amplissimi. Flan- drenses vero annales tradunt (a) Bal- duinum Augustum Bonifacium Ferraten- sem Creta Venetis permissa Thessalite Re- gem creasse. [1] At quomodo Bonifacius cum Balduino, a quo, ut Niceta (b) ait, sese subduxerat, in gratiam redierit at- que ab omnibus exceptus Thessalonicanam ingressus ac potentissimas urbes facili ne- gotio in suam redegerit potestatem, idem auctor enarrat, qui tamen, utpote La- tinorum odio flagrans, ipsum in invidiani conjectis criminibus adducit.

VI.
Inqua de posses- sionibus Ec- clesiasti- cis con- ventio.

Scieundum etiam quod clerici, qui de parte illa fuerint, de qua non fuerit Imperator electus, potestatem habebunt ecclesiæ sanctæ Sophiæ ordinandi, & patriarcham eligendi ad honorem Dei, & sancte Romane Ecclesie, & Imperii. Cle- ricis vero utriusque partis illas ecclesiæ ordinare debent, quæ suæ parti contige- rint. De possessionibus vero ecclesiæ tot, & tantum clericis, & ecclesiæ de- bunt provideri, quod honorifice possint vi- vere, & sustentari; reliquæ vero possi- fiones ecclesiæ dividi, & partiri de- bunt secundum ordinem præsignatum. In- super enim jurare debemus, tam ex no- stra parte, quam ex vestra, quod ab ul- timo die instantis mensis martii morari debemus usque ad annum expletum ad Imperium, & Imperatore manutendum ad honorem Dei, & sancte Romane Ecclesie & Imperii. Deinde vero in ante omnes, qui Imperio remanserint, ipsi Imperatori astringi debent juramento secundum bo- nam, & rationabilem consuetudinem & il- li, qui tunc Imperio remanserint, ut præ- dictum est, jurare debent, quod firmas, & stabiles partes & rationabiles parti-

tiones, quæ factæ fuerint, habebunt. Est autem & sciendum, quod a nostra, & ve- stra parte duodecim homines vel plures pro parte eligi debent, qui juramento astri- eti feuda, & honorificentias, inter homi- nes distribuere debent, & servitia assigna- re, que ipsi homines Imperatori, & Im- perio facere debent secundum quod illi bo- num videbitur, & contentiens apparebit. Feudum vero, quod unicuique assignatum fuerit, libere, & absolute possidere debet de herede in heredem tam in masculo, quam in femina, & plenam habeat po- testate ad faciendum inde quicquid fuerit suæ voluntatis, salvo tamen jure, & ser- vizio Imperatoris, & Imperii. Imperator vero reliqua servitia facere debet, quæ fuerint facienda, præter ea, quæ ipsi fa- cient, qui feuda, & honorificantias pos- sidebunt, secundum ordinem sibi injunctum. Statutum est etiam, quod nemo hominum alicuius generis, qui communem guerram vobis & successoribus vestris, vel po- pulo Veneto habuerit, recipiat in Imperio, donec guerra illi fuerit pacificata. Teneatur etiam utraque pars ad dandum operam bona fide, ut hoc a domino Papa possit impetrari, ut si aliquis contra hanc institutionem ire tentaverit, sit excommu- nicationis vinculo innoxatus. Insuper Im- perator jurare debet, quod firmas & sta- biles partitiones, & dationes, quæ factæ fuerint, irrevocabiliter habebit secundum ordinem superius distinctum. Si vero ali- quid in istis omnibus fuerit addendum, vel minuendum, in potestate, & discretione ve- stra, & vestrorum sex consiliatorum & domini marchionis, & ejus sex consilia- torum consistit. Sciendum est etiam, quod vos prefete domine dux non debetis Im- peratori, qui fuerit electus, vel Imperio ad aliqua servitia facienda juramentum præstare, propter aliquid datum, vel feu- dum, sive honorificantiam, quæ vobis de- beat

VII.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAR.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

beat assignari, tamen illi, vel ille, quem vel quos loco vestro statueritis super his, quæ vobis fuerint assignata, debeant ju- ramento teneri ad omne servitium Im- peratori, & Imperio faciendum juxta omnem ordinem superius declaratum. Dat. anno domini 1204. mense martii indict. 7.

Subdunt gesta Pontificem iis acceptis antcipiti animo, ut in re gravissima flu- entiam ad deliberandum non modo Car- dinales, verum alios prudentia spectati- simos coegisse. Torquebat enim Pontifi- cis animuni, multa in iis foederis legibus iniqua contineri, ac maxime gravari cle- ricos opprimique; tum gravissima scelera in expugnatione Constantinopoleos pa- trata, & crucis signatos Christianorum ter- ras, qui ipsos itinere in Terram sanctam non arcebant, contra Apostolicum im- perium invasisse. Contra leniri crimen delirive videbatur ob Graecorum per- fidiam, qui ab Ecclesia se divulserant, opemque Terræ sanctæ laboranti ferre rogati ab Innocentio respuerant, atque Alexii tyrannidem defenderant, qui Im- perio fratrem injuste depulerat. Sed op- ponni poterat ipsos ultiō inique ag- gressos, cum expetendæ illius accipien- dæque nulla ipsi potestas ac provincia commissa fuisset. Re ergo utramque in partem prudentissimorum examine libra- ta ad marchionem Montisferrati, qui sedem Apostolicam de ea re consuluerat

(a) Lib. 8. sp. 1^o. extat eti- am in ges- tione. Innocen- tii.

Pontifex arguit cruci- gnatos ob ca- ptam Constan- tinopo- lim.

graves literas exaravit. (a)

Innocentius, &c.

Vos nullam in Graecos jurisdictionem, aut potestatem habentes, a puritate voti vestri temere declinasse videmini, dum non contra Sarracenos, sed contra Chri- stianos arma movistis, non intendentis ad recuperandum Jerusalem, sed Constantinopolim occupandum, terrenas opes cœlestib[us] divitius præferendo. Illud quoque longe gravius reputatur, quod quidam nec religioni, nec ætati, nec sexui peperce- runt, sed fornicationes, adulteria, & in- cestus in oculis omnium exercentes, non solum maritatas, & viduas, sed etiam matronas, virgines, Deoque dicatas ex- posuerunt spurcitiis gartitionum. Nec impe- riales suffecit divitias exhauire, ac di- ripere spolia majorum pariter & minorum, nisi ad ecclesiæ thesauros, & quod gra- vius est, ad ipsorum possessiones extenderitis manus vestras, tabulas argenteas de altari- bus rapientes, & violatis sacrariis, crucis, icones, & reliquias aportantes, ut Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus af- fligatur, ad obedientiam Apostoli sedis redire contemnat, que in Latinis non nisi perditio- nis exempla, & opera tenebrarum aspergit, ut jam merito illos abhorreat plusquam canes. Tu vero contra jurisdictionem & potestatem indebitam, vel potius usur- patam Apostolicæ sedis legati consilium

allegasti tamquam ex eo vobis licuerit cum præfato adolescente ad restituendum sibi Constantinopolitanum Imperium proficisci, quamvis & id potueritis allegare, quod cum vos virtualium defectus urget, si- ne quibus non poteratis votum crucis im- plere, licuerit vobis propter causam adeo necessariam operas vestras illi locare, qui justam causam prosequi videbatur, præ- fertim cum per hoc intenderitis finaliter ad Terræ sanctæ succursum, & Apostoli- cæ sedis augumentum: cumque pollicitam vobis, & debitam negaverint illi merce- dem, juramentis & pactis penitus viola- tis, quin etiam armis, igne, dolo & to- xico vos sèpius attentaverint, tamquam in arceo positi tructi fuisistis, ut contra scabis- maticos, & perjurios debita vobis inju- ste negantes exerceretis debitam ultiōnem. Divinum enim videtur fuisse judicium, ut qui tamdiu misericorditer tolerati, & to- ries non solum ab aliis, sed etiam a nobis studiose commoniti noluerunt redire ad Ec- clesiæ universitatem, nec ullum Terræ san- ctæ subsidium impertiri, per eos, qui ad utrumque pariter intendebant, amitterent locum, & gentem, quatenus perditis male malis, terra bona bonis agricolis locare- tur, qui fructum reddant tempore oppor- tuno.

Quia vero judicia Dei nonnumquam a- deo sunt occulta, ut a Propheta dicantur Divina in regnis transfe- rendis providen- tia.

Vos nullam in Graecos jurisdictionem, aut potestatem habentes, a puritate voti vestri temere declinasse videmini, dum non contra Sarracenos, sed contra Chri- stianos arma movistis, non intendentis ad recuperandum Jerusalem, sed Constantinopolim occupandum, terrenas opes cœlestib[us] divitius præferendo. Illud quoque longe gravius reputatur, quod quidam nec religioni, nec ætati, nec sexui peperce- runt, sed fornicationes, adulteria, & in- cestus in oculis omnium exercentes, non solum maritatas, & viduas, sed etiam matronas, virgines, Deoque dicatas ex- posuerunt spurcitiis gartitionum. Nec impe- riales suffecit divitias exhauire, ac di- ripere spolia majorum pariter & minorum, nisi ad ecclesiæ thesauros, & quod gra- vius est, ad ipsorum possessiones extenderitis manus vestras, tabulas argenteas de altari- bus rapientes, & violatis sacrariis, crucis, icones, & reliquias aportantes, ut Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus af- fligatur, ad obedientiam Apostoli sedis redire contemnat, que in Latinis non nisi perditio- nis exempla, & opera tenebrarum aspergit, ut jam merito illos abhorreat plusquam canes. Tu vero contra jurisdictionem & potestatem indebitam, vel potius usur- patam Apostolicæ sedis legati consilium

NOTÆ [1] B onifacii Ferrariensis rebus lucis plurimum assundit historia Ferrarensis Benvenuti de Bonifacius vendit Veneti insulam Cretæ, & regnum Thessaliam. Hanc Cretæ insulam habuisse testatur per Alexium imperatorem, filium Isach præfundit imperatoris pro centum millibus iperperis, que mihi data fuerunt per superscriptum Alexium imperatorem, solvi autem sibi a Venetis condicit tantas possessiones a parte occidentis, quarum redditus decem millia iperperia au- ri in singulos annos referant. Datum est instrumentum in suburbio Adriopolitanæ civitatis, indictione VII. anno 1204. die XII. intrante mense Augusti. Venditionem tamen illam exitu suo caruisse ad Thessaliam regnum quod attinet, notat historiæ illius scriptor, eo quod, ait, non diu post confectum instrumentum Henricus Dandulus Venetorum dux, quocum Bonifacius trans- egerat, diem clausit, neque condicta solutio a Venetis præstata fuit. Si venditio ista usque ad Henrici Danduli mortem substitut, errat profecto auctor annalium Flandrensis, qui regis Thessaliam titulo a Balduino insignitum fuisse Bonifacium testatur; etenim si regno illo cessit in commodum Venetorum, cur regis Thessaliam titulum sibi arrogaverit. Nec sane usque ad di- Post illud tempus usque ad captivitatem Balduini Dandulus vitam prorogavit, adeoque & pacta venditio nondum rescissa fuit, si vera prodit Benvenutus in Ferrarensi historia; qua- perseverante, nunquam regis Thessaliam dignitas Bonifacio conferri potuisset. Unum ergo super- est, sive venditionem hanc ante obitum Danduli, & Balduini captivitatem abruptam fuisse, accepisse. MANSI

Sacrilegia
a Latinis
commissa.

VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

CHRISTI
1205.INNOCENTII
III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

(a) Lib. 8a (a) omni officio plenis miserat ad Innocentium, ut de rebus gestis faceret certorem, epistolæ titulus hic est: Sanctissimo patri, & domino Innocentio divina providentia summo Pontifici suus Bonifacius marchio Montisferrati Dei gratia regni Thessalonicensis & Cretæ dominus, cum optato pedis osculo tam devotum obsequium quam paratum. Cui (b) Innocentius de ejus erga Apostolicam sedem pietatis studio: Gaudemus in Domino quod progenitorum tuorum vestigiis inhærendo. sicut nobis tuis literis intimasti & dilectus filius de Argento miles & munitus tuus nobis retulit plenus viva voce, in Apostolicæ sedis devotione persistis & tam personam quam terram tuam nostris beneplacitis, & mandatis exponis. Præterea Marie ejusdem marchionis uxori est gratulatus, (c) quod Græcorum ritibus abjectis Latinos amplexa eset. Fuerat illa nuptui tradita Isaacio Imperatori, de quibus nuptiis agit Niceta, eamque Mariam Pannoniam appellat, ac licet ex Ungarorum regia stirpe sata, ita Græcis ritibus assueverat, ut iis pertinacissime adhaeresceret, extintoque Isaacio post captam Constantinopolim marchioni Montisferrati in matrimonio collocata pristinos ritus exuere recusaret, sed tandem emollita ad Latinam Ecclesiam se traduxit, cui Apostolicam gratiam & clientelam flagitanti Innocentius est pollicitus.

IX.
Pacta
erucis-
gnatorum
justa ap-
probata,
iniqua
rescissa.
(d) Inn. l.
7. ep. 208.(e) Regest.
post eand.
ep.

(a) Lib. 8a (a) omni officio plenis miserat ad Innocentium, ut de rebus gestis faceret certorem, epistolæ titulus hic est: Sanctissimo patri, & domino Innocentio divina providentia summo Pontifici suus Bonifacius marchio Montisferrati Dei gratia regni Thessalonicensis & Cretæ dominus, cum optato pedis osculo tam devotum obsequium quam paratum. Cui (b) Innocentius de ejus erga Apostolicam sedem pietatis studio: Gaudemus in Domino quod progenitorum tuorum vestigiis inhærendo. sicut nobis tuis literis intimasti & dilectus filius de Argento miles & munitus tuus nobis retulit plenus viva voce, in Apostolicæ sedis devotione persistis & tam personam quam terram tuam nostris beneplacitis, & mandatis exponis. Præterea Marie ejusdem marchionis uxori est gratulatus, (c) quod Græcorum ritibus abjectis Latinos amplexa eset. Fuerat illa nuptui tradita Isaacio Imperatori, de quibus nuptiis agit Niceta, eamque Mariam Pannoniam appellat, ac licet ex Ungarorum regia stirpe sata, ita Græcis ritibus assueverat, ut iis pertinacissime adhaeresceret, extintoque Isaacio post captam Constantinopolim marchioni Montisferrati in matrimonio collocata pristinos ritus exuere recusaret, sed tandem emollita ad Latinam Ecclesiam se traduxit, cui Apostolicam gratiam & clientelam flagitanti Innocentius est pollicitus.

Quod ad allatas crucesignatorum passiones attinet; duas ex iis irritas esse jussit infregitque Innocentius (d) alteram qua statutum, ut ecclesiarum possessiones, reservata clericis portione, qua honorifice vitam sustinerent, Francos inter Venetosque dividerentur, alteram qua decretum ut ad eam partem e qua delectus non foret Imperator, electio patriarchæ spectaret; & quidem de prima ita Innocentius Dandulo Venetorum duci: Cum (e) ecclesiarum thesauros non sine creatris offensi manus diripuerit violentia, maiorem culpam incurrent, qui spoliatas thesauris ecclesias suis possessibus mutilarent, nec deceret Apostolicæ sedi illos hoc modo defendere, qui sic ecclesiasticam offendirent dignitatem. Præterea cum ad honorem Ecclesie Romanæ hujusmodi sint initæ petitiones, & fere in singulis his expressum, ut ad honorem ejus omnia provenirent, nec debuimus, nec potuimus confirmare, quod contra juramentum ab utraque parte communiter præstum honori sedis Apostolicæ derogaret. Flagitanti præterea Dandulo duci, ut ob etatis graviora incommoda nuncupato expeditionis Jerosolymitanæ voto solvere, his officiosis verbis suscepta religione ipsum liberaturum negavit Innocentius: Attendentes, quod tua circumspectio probitatis, subtilitas vivacis inge-

nii, & consilii maturitas senioris exercitiu Christiano multum sit in posterum profutura, cum Imperator prædictus, & crucesignati studium & solicitudinem tuam vehementer extollant, & inter homines de tua præsertim discretione confidant, petitioni hujusmodi ad præsens non duximus annuendum, ne vel nobis imputaretur ab aliquo, si hac occasione dissolvetur exercitus in Terræ sanctæ subsidium præparatus, vel tibi posset ab aliquo derogari, quod non in obsequium crucifixi assumptoris signum crucis, si tuam & tuorum jam ultus injuriam non ulciscereris opprobrium Jesu Christi, & debellatis hostibus tuis hostes fidei negligeres debellare. Verum cum sicut credimus, crucesignati adhuc peregrinationis propositum differre propinuant, & ad solidandum Imperium remanere amplius in partibus Romaniæ, circa statutum tuum, & necessitatem exercitus, cogitabimus amplius, & statuemus, dante Domino, quod viderimus expedire.

Parto ceterum a Latinis Græcorum Imperio non mediocri lætitia Innocentius, qui oppugnari illud incusus gravissimis censuris vetuerat, est delibutus, cum debellandæ facilis Mahumeticæ in Syria superstitutionis spes egregia arrideret, atque ad illud retinendum conatus suos duxit collocandos, justoque a nomine supplicio ob Ecclesie Romanæ conjunctiōnem tandiu spretam perculsus censuit,

(f) Ep. 69;
Pontifex
a Baldi-
no roga-
tus, ut
Latinos
ad peten-
dam Constan-
tinop. in-
vitaret.

X.

Retinen-
dum cen-
set Græc.
Imp. In-
noc.

ut ex ipsius literis (f) ad Rhemensem archiepiscopum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum, ac suffraganeos datis patet. Postquam Græcorum pipulus rupto vinculo pacis ab unitate discessit, elanguit, & circa fidem renuens conficeri, quod Spiritus sanctus, qui est unitatis, æquitatisque connexio procedat a Filio, sicut a Patre procedit. Quia igitur circa processionem Spiritus sancti profiteri renuit unitatem, merito tenebras mortis incurrit, cum ipse Spiritus omnem doceat veritatem, sicut Filius in Evangelio protestatur, spirituali etenim intellectu privat, quia peccavit in Spiritum, fermentum non ejecit a domo, ut epularetur in azymis sinceritatis & veritatis, sed veteri fermento retento corpus Christi, quantum in ipso est, comedit fermentatum, &c. Post hæc de Imperii translatione e Græcis schismaticis in Latinos catholicam fidem profitentes agit, additque de Balduino locutus: Hic igitur sublimatus mirabiliter, nobis humiliter supplicavit, ut Apostolicæ sedis devotos clericos simul, ac laicos nobiles & ignobiles cujuslibet conditionis & sexus Apostolicis dignaremur exhortationibus invitare, ut ad ipsius accedant Imperium, ab eo secundum qualitates, & merita personarum gratas divitias recepturi. Attendentes igitur, quod mutatio hujus Imperii dexteræ mutatio sit

XI.

(g) Ep. 71.
8. Ep. 71.

Quid vero a Balduino Imperatore rogatus ad universos Galliæ archiepiscopos, episcopos, ceterosque præsules scripte rit, ab eodem Pontifice refert audire, qui religiosissimi principis pietatem semipaternis monumentis consecratam reliquit (b) postularat enim ab Innocentio, ut viros pietate spectatissimos ad excelandum ipsius Imperium, ac libros sacros transmitteret, cui Pontifex ita est obscurus: Volentes Imperatorem eundem tanto benignius in suis petitionibus exaudiere, quanto majorem in majoribus frequenter sumus ejus fidei sinceritatem experti, vestras universitates rogo, atque hortor per Apostolicæ vobis scripta monentes, quatenus pium ejus desiderium, quantum in vobis fuerit, promoventes, de singulis ordinibus viros moribus, & scientia commendandos, ac in religione ferventes ad partes illas destinare curetis, per quos novella illa plantatio in disciplina Domini eruditum fructum reddit suis temporibus opportunum, & quod in eis est mirabiliter inceptum, ad laudem, & gloriam Re-

Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ

[1] Triusque cardinalis legati Soffredi, & Petri in Græciam adventus pro disponendis rebus ecclesiæ Cptanæ, dissidiisque inter Græcos Latinosque componentis in superiorum annum referendus erat, qua de re dubitate nos non permitit Siccardus Cremonensis in suo chronico vulgato rerum Italic. tom. VII. qui sane episcopus eidem Petro cardinali in ea legatione perpetuus comes additerat, eiusque iussa se in templo S. Sophia ordines celebrasse in sabbato quatuor temporum ante nativitatem Domini testatur. MANSI

CHRISTI
1205.INNOCENTII
III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

demptoris mirabilius consummetur. Memoratos quoque libros, quibus non solum abundare, sed superabundare vos novimus, ad partes illas saltem pro exemplaribus mittere procuretis, ut & vestra abundantia ilorum inopiam suppleat, & orientalis ecclesia in divinis laudibus ab occidentali non dissonet, sed sicut est unus Deus, & fides una, ita uno ore ipsum laudet, & glorificet oriens & occasus. Dat octavo Kal. junii. Hæc Innocentius, ejusdemque argumenti ad cunctos Parisienses magistros, atque scholasticos literas dedit (c) Id. ib. ad litterarum studia instauranda, ut ple- (d) Id. ib. rique Balduino Imperatore id exoptante, atque exposcente in Græciam trai- (e) Id. ib. cerent; præterea orientali consulens Im- perio, clero ac populo Christiano in ex- exercitu Constantinopoli versanti injunxit, (f) Id. ib. ut ad illud in Apostolicæ sedis ob- servantia, atque in Latinorum fide reti- (g) Id. ib. nendum moram in Romanæ partibus ad annum facerent, ni forte aliter res Ter- ræ sanctæ exposcerent; pergunt gesta.

Præfatus autem Balduinus comes Flan- driae postquam ad Constantinopolitanum Im- perium extitit sublimatus, per nuncios, & apices suos vocavit ad se præfatum Pe- trum tituli S. Marcelli presbyterum Car- dinalem Apostolicæ sedis legatum in Hierosolymitanâ provincia existentem, ut acce- dens in Græciam de personis, & rebus ecclesiasticis auctoritate Apostolicæ ordi- naret. Porro cum sœpeditus Goffredus tituli S. Praxedis presbyter Cardinalis fa- militer Apostolicæ sedis legatus nolet ibi remanere, post illum ambo pariter rece- dentes Constantinopolim acceperunt, facta prius sex annorum tregua cum Saracenis, & tanta eos secuta est multitudo, non solum laicorum, sed etiam clericorum, quod alienigenæ pene omnes, & indigenæ mul- ti Hierosolymitanâ provinciam deserentes Constantinopolim adierunt: sed præfa- tus Goffredus modicam faciens ibi moram per Thessalonicanum, ubi cum marchione Montisferrati est aliquandiu commoratus, ad sedem Apostolicam est reversus. [1] De reditu Goffredi mentionem fieri audi- mus in supra allatis Innocentii Papæ ad Montisferrati marchionem literis: gravi- ter vero tulit Innocentius legatum ita Syriam in magnum discrimen adductam deseruisse, ipsumque facti arguit desti- tuta provincia, ob quam crucem indu- erat, Constantinopolim opum cupidita- te advolasse. Ecce quod verebamur acci- dit, & quod timuimus, jam evenit, nam

Dd præ-

XII.
Balduinus
e Syria
legatum
Apostoli-
cum evo-
cat.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

præter id quod bonæ memorie patriareba Hierosolymitanu tunc temporis viam universæ carnis ingressu ecclesia Hierosolymitana vacabat, & ex guerra, quæ tunc inter charissimum in Christo filium nostrum Regem Armeniorum illustrem, & Tripolitanum comitem super principatum Antiochenum veritur, inter Christianos emulatio quedam erat, postmodum ex inclytæ recordat. A. Regis Hierosolymitani & filii ejus obitu improviso regnum Hierosolymitanum pene penitus omni est regimine liti obitus. destitutum. Eadem repetit alia epistola (a) Innoc. hoc ipso anno data (a) infra adducenda: at de Regis interitu Robertus (b) de monte hoc anno hæc historiæ tradidit: Moritur Hamericus magno illius Christianitatis damno. Queritur postea Pontifex traxisse secum Christianos Syros, atque ad mali cumulum crucesignatos perpetram Hierosolymitanæ profecionis voto liberasse ea lege, ut anno integro pro stabiliendis Constantinopolitani Imperii rebus arma gestarent, tum de ipsorum sceleribus queritur.

XIII. *Ecce quod cum mœrore referimus, & rubore, unde videbamur hactenus profecisse, deficimus, & angustiamur, unde credebamus potissimum dilatari: quomodo enim Græcorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligatur, ad unitatem ecclesiasticam, & devotionem sedis Apostolicæ revertetur, quæ in Latinis non nisi perditionis exemplum, & opera tenebrarum aperxit, ut jam merito illos abhorreat plus quam canes. Illi etenim, qui non quæ sua sunt, sed que Jesu Christi quærere credebantur, gladios, quod exercere credebantur in paganos, Christianorum sanguine cruentantes, nec religioni, nec actati, nec sexui pepercérunt, incestus, adulteria, & fornicationes in oculis omnium exercentes, & tam matronas, quam virgines etiam Deo dicatas exponentes spurcitiis gartionum. Nec sufficit eisdem imperiales divitias exaurire, ac diripere spolia principum, & minorum, nisi ad thesauros ecclesiæ, & quod gravius est, ad ipsarum possessiones extenderent manus suas, tabellas argenteas etiam de altaribus rapientes, & inter se confringentes in frusta, violantes sacraria & cruces, & reliquias aportantes. Ex his atque ex supra allatis totidem pene verbis Pontificis ad Montisferrati marchionem literis cernere est Nicetam Choniatam (c) ejusmodi facinora in Græcos perpetrata jure exprobrare, quamvis ea duces vertuissent, ut idem auctor testatur; etenim nobilem puellam a raptore quodam vindicans sic milites nostros compellavit: Vos enim edixistis, ne conjugatæ mulieris aut virginis aut dedicatæ Deo pueræ, vel impudico aspectu, sacrificari possit, quia contaminetur, & jurisjurandum ea*

(c) Nicet. chron. annal. l. 3.

de re sanctissimum dedistis. Pergit Innocentius: Non sit ergo in ore tuo verbum Domini alligatum, nec sis tanquam canis mutus latrare non valens, sed hoc loquere publice, ac coram omnibus protestare, ut tanto te amplius pro Deo, & propter Deum objurgantem inveniant, quanto magis te invenerunt hactenus negligentem. Hactenus Pontificis epistola, sed mutilla; nam in hujus anni regesto adjectum: (d) Super absolutione autem ducis, & populi Venetorum contra formam ecclesiasticam perperam attentata, non arguimus te ad præsens, cum per alias literas super hoc ad te specialiter destinatas te duxerimus arguendum. Sic ipse; non existat, quod viderim, hujusmodi epistola, inde tamen Innocentii vita scriptor ea quæ supra suo loco retulimus, monumentis videtur consignasse; pergunt acta: Recepit ab eis, Venetis scilicet, secundum formam Ecclesie juramento, fecit illos absolviri, quamvis in nullo satisficerint de commissione, malens eos habere claudos, quam mortuos, praesertim ne ipsorum contagium ceteros inquinaret.

Quod ad Benedictum Cardinalem attinet, quem Constantinopolim misit Pontifex, illum Balduino Imperatori, (e) ac præfulibus (f) in Constantinopolitano Imperio commorantibus plurimum commendavit, ubi nonnulla eleganter præfatus de Ecclesiæ unitate, quæ inconsutil illa Christi tunica adumbrata erat, deque Græcorum erroribus, quibus miserime erant involuti, subdit translato Imperio Sacerdotium transferri necesse esse, ac se quidem ad ecclesiam illam in optimo statu collocandam, si rerum gravitas, ac moles, quam sustinebat, non obstaret, eo profecturum, sed cum votis morem gerere non possit Cardinali tit. sanctæ Susanne legato vices suas demandasse. Legato etiam dato hoc ipso anno XIII. kal. junias diplomate (g) multa (g) Ep. 63. ad ejus legationem spectantia privilegia concessit; exinde ad eundem Cardinalem legatum de Constantinopolitanis ecclesiæ componendis scripsit, (h) quod cum (h) Ep. ad concordiam inter Francos, & Venetos servandam Apostolica sedes minus proba instituta confirmasset, ut quæ illicite decreta fuerant pontificia auctoritate iusta esse inciperent, atque ob id patriarchatum Veneto contulisset, ita alia sacerdotia, quæ Franciæ clericis fuerant attributa, si patriarcha obfisteret, iis concedi operam daret. Jam vero quid de patriarcha, ejusque electione Innocentii res gestæ tradant in medium afferamus: Qualiter autem, inquit, fuerit ad electionem patriarchæ processum, ex literis (i) (i) Lib. 7. domini Papæ colligitur evidenter in hunc ep. 204.

modum Imperatori directis: Postquam duxera Domini, quæ glorificata est in virtute,

fe

(a) Lib. 8.
ep. 65.

XV.

(d) 1nn. l.
8. ep. 125.
Arguitur
legatus
Apost.
Veneto.
rum du-
cem cum
suis ana-
thema-
liberasse.

te, &c. Nos earum loco contrahendas in pauca eas censuimus, quas ad clerum dedit, (a) e quibus historiæ veritas pulchrius, ac jucundius efflorescat.

Hortatus est ergo ecclesiasticos, qui Constantinopoli agebant, ut patriarcham debito honore exciperent, deque ejus electione differens eam se diligenter examine discussisse ait, & contra canones celebratam reperisse non vitio personæ, cuius virtus, & doctrina perspectæ, explorataeque sedi Apostolicæ essent, nec ob aliquorum repugnantiam, sed propterea cum viri laici quantumvis pii nulla auctoritate in res sacras polleant nullius principis jussu, Apostolico non expectato eligi jure potuisset: verum cum electus tantæ gerendæ dignitati pares virtutes afferat, atque absens, reique inscius ad patriarchatum vocatus sit, velitque sedes Apostolica, ad quam componendæ illius ecclesiæ jus spectet, idoneum virum præficere, tum devincere sibi Venetos, ut ad obsequium Christi promptiores advovent, cum etiam inter victores conventum fuerit, ut ex ea parte eligetur patriarcha, e qua Imperator electus non fuisset: se eidem eccl. Constantinopolitana administrationem commissee. Imperatorem quoque parum discrepanti litterarum (b) sententia, ac Dandulum Venetorum ducem excitavit, ut patriarchæ impenderent, cujus eligendi secuturo tempore normam prescripsit, nimurum ut cum ecclesiam vacare contineret, conventionalium ecclesiarum prælati in ecclesiam sanctæ Sophiæ una cum canonice convenirent, atque is ad dignitatem efferretur, in quem majoris vel senioris partis suffragia cecidissent.

Haurienda nobis jam est ex actis Innocentii historiæ veritas, deque Constantinopolitani patriarchæ consecratione Romæ a Pontifice celebrata agendum: Id igitur, inquit, dominus Innocentius præfatum Constantinopolitanum electum sabbato quatuor temporum quadragesimæ in diaconum ordinavit, & in sabbato hebdomadæ medianæ in sacerdotem promovit, & sequenti dominica Romæ apud sanctum Petrum in episcopum consecravit, ac postmodum contulit ei pallium, in signum videlicet plenitudinis pontificalis officii de corpore beati Petri Apostoli sumptum, re-

Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ

[i] **A**dde ex Annalibus contractis: cum vero inter ceteras passiones inter Græcos, ac Venetos confectas sustentari possent inter eos dividerentur, Innocentius iurandum illud perjurii genus rescidit, atque ad Balduinum imperatorem hac scripsit: (lib. 7. ep. 208.) Serenitatem tuam rogamus atente, ac monemus, & in remissionem tibi tuorum injungimus peccatorum, quatenus illius intuitu, qui te ad imperium sublimavit, ipsius sponsam habens propensius commendatam, ad divisionem possessionum suarum nullatenus procedas, & ipsa ab aliis dividi non permittas. MANST

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

cepto ab eo fidelitatis, & obedientiæ jumento sub ea forma jurandi antiqua & approbata, secundum quam primates, & metropolitan solent in susceptione pallii Romano Pontifici, & Ecclesiæ Romane jure, privilegium sibi sub hac forma concedens: Prærogativa dilectionis & gratiæ, quam Apostolica sedes exhibuit ecclesiæ Bizantinæ, cum eam in patriarchalem sedem erexit ecclesiastica plenitudine potestatis quam non homo, sed Deus, immo verius Deus homo in beato Petro Ecclesiæ Romanae concessit evidenter attestatur, & quod Romanus Pontifex ejus vicarius sit ostendit, qui & primos novissimos, & novissimos facit primos. Sane cum eadem ecclæ, quæ tunc Bizanzena, nunc autem Constantinopolitana vocatur, nec nomen, nec locum inter sedes Apostolicas haberet, Apostolica sedes fecit ei nomen grande juxta sedes nomen magnorum, qui sunt in terra, & ipsam quasi de pulvere suscitatam, usque adeo sublimavit, ut eam tam ecclesiæ Alexandrinae, quam Antiochenæ, ac Hierosolymitanæ dignitatis privilegio anteficeret, atque post se præ ceteris exaltaret; ita quod cum multæ filiæ dicitur congregantur, hæc sola per matris gratiam speciem supergressa fuerit universas. Licet autem eadem ecclesia interdum ab obedientia sedis Apostolicae declinarit, quia tamen ad eam per Dei gratiam humiliiter est reversa, tuis precibus annuentes eandem ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignoscis, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti pagina communimus. Adiecta sunt in regesto pontificio plura privilegia, quemadmodum a margine adnotantur, (c) eadem-

*(c) Id. l.
8. ep. 19.
20. 21.
22. 23.
25. Patriar-
cha a Ve-
netis ad
iniquiora
pauci
compul-
sus.*

que die data nempe Romæ apud sanctum Petrum 3. Kal. aprilis Innocentii Pontificatus anno 8. Subdit, qui acta conscripsit: Idem igitur patriarcha Venetias est reversus, ut inde Constantinopolim navigaret: sed a Venetis est compulsa quædam cum eis facere illicitas passiones, quæ cum ad summi Pontificis notitiam pervenissent, eas omnino cassavit, sicut per literas eidem patriarchæ directas appetet. Sed de his suis anno sequenti. [i]

Felicia & lœta hæc, quæ enarravimus, tristes ac funerti casus insecuri confuderunt, quippe divini moniti, in die (d) Eccl. XVII. bonorum ne immemoris malorum, Latini obliti, prosperis secundisque elati, in-

D d 2

in-

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

insolenter fese gessere, atque adeo reprimi meruere, de quo haec gesta Innocentii. Cum autem Latini jam pro majori parte Constantinopolitanum obtinuerint etiam Imperium, & in omnibus eis prospere successisset, ita ut terror ipsorum quasi fulgor de caelo ceciderit, non solum in Graecos, verum etiam in paganos, ipsi prosperitate nimis insolentes effecti, post vanitates suas libere declinare coepérunt, & Dominum ad iracundiam pravis operibus incitare. Unde quid eis merito pescatorum suorum evenerit, ex literis Henrici fratris Imperatoris summo Pontifici destinatis perpenditur manifeſte.

(a) Apud Innoc. l. 8. ep. 129.

Sanctissimo (a) patri ac domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, Henricus frater Imperatoris Constantinopolitani, & moderator Imperii, cum debita reverentia, humili, & devota pedum oscula.

Cum universum Christiani exercitus progressum, & laborum peregrinationis nostra seriem paternitati vestra per multiplices literas & nuncios frater meus, & dominus Imperator usque ad martium elapsum novissime satis lucide significaverit, eventus nostros ex tunc prioribus multum dissimiles, immo peccatis nostris exigentibus nimis miserabiles, vobis tanquam patri & domino dignum duxi propalare. Contigit Graecos, qui ex innata malitia, & perfidia consueta, post omne genus securitatis, & cautionis proditioni se semper pronos exhibent, statim post dimissionem nunciorum ad vos ultimo directorum proditionem, quam pridem mente conceperant, rebellione contra nos facta, detegere manifeſte. Quo comperto frater meus & dominus Imperator opportune paucioribus comitatus, quippe nobis per munitiones & marchias pro magna parte dispersis, contra caput rebellionis, Adrianopolim videlicet, que civitas est Graeciae munitissima, & montibus tantum interposita, Blachorum affinis populis, ulciscendi animum intendens urbem regiam egrefus est. Eramus tunc temporis sic divisiti; marchio Montisferrati ultra Thesalonicanam erat cum multis, ego ex altera parte brachii S. Georgii eram apud Andromiticum cum non paucis, Paganus de Aurelia, & Petrus de Bracel versus Nicæam ex eadem parte, E. de Tric. apud Philippopolim cum pluribus, & alii alibi per loca & munitiones dispersi. Porro auditio a Joannitio Blachorum domino, quod Latini in tanta virorum paucitate civitatem predictam obſedissent: quem etiam Graeci in auxilium suum, occulte tamen, ut magis leaderet, evocarant, irruit subito Blachus ille Joannitius in nostros cum multitudo Barbarorum innumera, Blachis videlicet. * Commannis, & aliis, quibus etiam nimis improvide obviam exequuntibus nostris, & remotius quam oportet instan-

Latinis in obſidione Adria- nopolis a Joannitio fusi.

* Cumna- nis.

tibus, & per inimicorum infidias tandem vallatis undique, prob dolor! dominus Imper. comes Ludovicus, Stephanus de Pertico, & quidam altii barones & milites, quod non sine sanguinearum lacrymarum effusione refrescere valeo, tanta obruti multitudine, non sine damno tamen illorum, ab inimicis intercepti sunt, nescimus revera, qui capti fuerint, qui occisi: acceptimus tamen ab exploratoribus nostris certissimis, & fama veridica, quod dominus meus Imperator sanus teneatur & vivus, qui ab eodem Joannitio satis, ut afferunt, pro tempore honorabiliter procuratur cum quibusdam altis, quos tamen adhuc expresse nescimus nominare.

Sciatis autem quod ab ea die, qua Graecorum fines ingressi fuimus, usque ad diem infelcis illius congressus, quantacumque nobis & nostris occurreret multitudo, licet aliquando nostri paucissimi fuissent, cum triumpho tamen semper & victoria recesserunt. Inestimabilem vero jacturam, quam tunc nobis dolemus, & plangimus accidisse, ex inconsulta nostrorum audacia, & peccatorum nostrorum meritis credimus contigisse. Illi itaque qui clapsi a prelio manus inimicorum evaserunt, consilio abbreviato cum iis, qui ad tentoria servanda remanserant, absque alio damno ab obſidione recesserunt; quibus tendentibus ad urbem regiam, & tam inopinabiliter desolatis, tantam Dominus subito dedit consolationem, ut quasi in momento omnes simul quotquot dispersi fuerant, tanquam convocati a Domino, apud civitatem quandam quæ dicitur Rodes fecerunt convenirent. Marchio tamen feliciter & victoriose in suis marchiis, E. de Tric. in suis partibus per Dei gratiam incolmis morabatur, & indemnis. Inspectis igitur ibidem nostrorum viribus, urbes & castella ex tunc munire cœpimus, quæ contra Graecorum rebellionem tenere posse videbamur, & inter agendum Constantinopolim usque profecti sumus.

De Graecorum a Latinis defectione, Adrianopoli a Balduino Imperatore obſessa, principeque ipso a Blachis devicto & capto fuse agit Niceta Choniata, qui ait nostros profligatos quintodecimo aprilis die, indictione octava, anno ab orbe condito sex millesimo septingentesimo tertiodecimo, Christi scilicet millesimo ducentesimo quinto. Quod de Hugone, S. Pauli comite nunc, neque posthac mentio fiat, ea est ratio, quia jam ante, ut idem auctor testatur defunctus fuerat, atque in Mangano monasterio, & S. Serenæ Augustæ monumento sepultus. Cæterum alios inter, qui ex hostium manibus evolarunt, seque Constantinopolim receperunt, Henricus Dandulus Venetiarum dux aſ fugit, quem Nicetas more suo carpenſ omnium Romanarum (Graecarum nempe) cladium præcipuum auctorem, ver-

XVIII.

XIX.

Balduinus a Bulgaris captivus vivus.

(a) Ni-cep. Greg. hif. Rom. l. 1.

versutissimumque proclamat. Addit Nicēphorus Gregoras, (a) qui historiæ sue initio hanc Bulgarorum victoriam, Balduinique captivitatem recenset, eundem ducem, haud multo post ex vulneribus in pugna acceptis diem obiisse. Pergit Henricus alter ad Innocentium.

XX. Balduinus ex acceptis vulneribus in vinculis obit.

Licet itaque in personis amissis infortunium lugubre nobis acciderit, speramus tamen in domino, & audenter confidimus, quod inimicorum nostrorum infidias, & aspaltus, diutius, volente domino, sustineremus, & etiam de longinquo subventionem, & auxilium expectare. Ecce tamen quod verebamur hoc accidit, & quod fama canebat publica, quoque per literas ipsius Blachi, confederationem ipsius cum Turcis, & ceteris crucis Christi inimicis continentibus edocti fuimus, quas etiam a nobis cum nuntiis ipsius interceptas Apostolatui vestro in utraque lingua transmisimus, &c. Ardentissimis ab Innocentio contendit precibus, ut Constantinopoli patrocinium suscipiat, cum ita illius causa cum Terra sanctæ recuperatione conjuncta sit, ut inde arma in Sarracenos verti facile possint, & religiosi fines latius circumferri, eoque amissio Terra quoque sancta demum a Sarracenis excindenda sit, & Christi nomen in ea penitus interitum: tum addit hæc, quæ in actis editis vita Innocentii defunt: Legatos igitur cum auctoritate Apostolica a latere vestro in Italiam, Franciam, & Alemanniam, & alias occidentalium regiones dimitti petimus, qui integrum indulgentiæ plenitudinem, in auxilium nostrum, & subventionem ad nos propter praedicta venturis deferant, quæ a sede vestra Apostolica indulta est per annum integrum in servitio Crucifixi in terra Syrie moraturis. Quoniam autem quæ paternitati vestra significare cupimus, longum est scriptis inservere, nuncios nostros, & fideles, præcipue venerabilem patrem nostrum Suestionensem episcopum, qui tam fideliter quam constanter pro Terra sanctæ subventione, & negotio Romane Ecclesiæ laboravit, & adhuc tanquam fidelis, & prudens talenti sibi commissi dispensator, sicut vos ipsi cernitis, laborare non definit, cuius absentia plurimum nobis esset damnosa, nisi cogens rei necessitas, & ipsa negotii arduitas nos ejus presentia ad tempus carere compellerent, & nobiles viros de Malli, & Joannem Bliaut paternitati vestra transmitto, rogans, & cupiens, ut eis in iis, quæ de facto isto Apostolatui vestro suggesterint, fidem indubitatam adhibere velitis & firmam, & consilium vestrum, & auxilium sicut Ecclesiæ totique Christianitati, nec non & domini, & fratris mei liberationi, qui se vestrum ubique devotum gererat, & dicebat militem, expedire vireritis apponatis. Datum in palatio anno

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

Dom. millesimo ducentesimo quinto noni jun.

Eorum igitur infortunis, subdunt Innocentii gesta, dominus Papa compatiens, pro liberatione Imperatoris certum nuncium ad prefatum Joannicium cum bujusmodi literis destinavit: Ex illa gratia speciali, (b) &c. pauca enim prælocutus hæc rum scriad rem nostram spectantia subjungit: psit.

Cum igitur regium diadema & militare (b) Ian. l. vexillum a nobis per legatum Apostolice 8. ep. 127.

sedis accepere, ut regnum tuum B. Petri sit speciale, providere volumus diligenter, ut ab hosti liberatus incurſibus undique tranquilla pace lateris.

No- veris ergo fili charissime, quod ingens ex- exercitus de occidentalibus partibus est in

Græciam profectus præter illum, qui nu- per accessit, unde tibi, & terræ tuae de- bes summopere providere, unde dum potes

pacem in eas cum Latinis, ne si forte ipsi ex una parte, & Ungari ex aliera te stu- duerint impugnare, non facile possis resi- stere conaribus utrorumque. Quocirca

serenitati tuae suggerimus, & consulimus re- Etia fide, quatenus cum Balduinum Con- stantinopolitanum Imperatorem dicaris te-

nere captivum, ita tibi provideas, ut per liberationem ipsius verum & firmam pa-

cem facias cum Latinis, ut ab impugna- tione tua & terre tuae penitus conuiscant.

Nos enim Henrico fratri ejusdem Imp. qui

Constantinopoli præest exercitu Latinorum,

per Apostolica scripta mandamus, ut ad

pacem tuam pro liberatione ipsius Impera- toris Latinos inclinet, & a tua molesta-

tione cesse omnino. Inspiret itaque tibi Deus, ut nostris monitis & consiliis acqui- escas, quatenus regnum tuum, quod beato Petro, & Ecclesiæ Romanae devotissime dedicasti, ab omni perturbatione ser- veur illæsum, ad quod diligens studium impendere cupimus, & operam efficacem.

Scriptum est . . . Trinovitano archiepiſco- po Bulgarorum & Blachorum primati, ut eum ad hoc diligenter moneat & inducat.

Hactenus ad Bulgarorum Regem Pon- tifex; extant aliæ etiam Henrico Im-

(c) Ep.

132.

Nobilitati tuae per Apostolica scripta

mandamus, quatenus ad liberationem fra- tris tui diligenter intendens veram & fir-

manam pacem stabilias cum charissimo in-

Christo filio nostro Calojoanne Rege Bul-

garorum, & Blachorum illustri, ut inter Bulgaros, & Latinos fidelis, & stabilis

amicitia de cetero perseveret breviter scri- bimus, quia opus est magis opere, quam sermone, multum enim utrique poterit esse

amicitia fructuosa. Datum, &c. Addit rerum Innocentii gelatarum anonymous scri- ptor, rescripsisse Joannicium, is est Ca-

lojoannes, de quo alias pluribus egi- mus, Pontifici, bellum se movisse, quod Latin nullam cum ipso pacem, nisi quas recuperarat terras, Imperio Constanti-

no-

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

Respon-
dit Joa-
nicius
Pontifici
Baldu-
num ob-
iisse, se-
que ad
pugnam
provo-
catum.

nopolitano restitueret, inire voluissent: quibus ipse respondisset longe justius eas terras a se obtineri, quam ab ipsis Constantinopolis teneretur, cum ipse ea recipisset, quæ ejus progenitores amiserant, ii vero ea occupassent, quæ nulla ad ipsos ratione spectarent; ipse corona regiam a summo Pontifice accepisset, at qui se Constantinopolitanum Imperatorem dicebat, eam temere invasisset, atque adeo Imperium potiori titulo ad se, quam ad Balduinum pertinuisse, proptereaque praeente vero vexillo a beato Petro accepto, ejusque insigniatio clavibus prælium audacter in eos suscepisse, qui adulterinas cruces humeris gestabant, atque ita a Latinis lacefsum, de iis gloriofissimam vistoriam volente numine, ac superbos obterente retulisse, quam non armorum potentiae, sed beati Petri Apostolorum principis clientelæ adscribebat. Cæterum Balduinum amplius a se vindicari in libertatem non posse, cum e vivis, dum in carcere teneretur, discessisset.

XXIII. Ante istas vero alias literas Bulgarorum acceperat Innocentius, de quibus ejus gesta: Profectus ergo, nempe in Bulgariam, legatus, Leo scilicet Cardinalis, de cuius legatione superiori anno, universa sicut fuerant constituta complevit, & rediens, tales ex parte Regis & primatis Bulgarorum literas reportavit, &c. Recitantur tum ibi, tum in hujus anni regento, (a) quas ex parte aliqua afferre gravitas argumenti exigere videatur: Hoc notum sit sanctitati vestrae patrum spiritualis regni mei domine Papa, quod dominus Leo legatus Apostolica sedis venit ad Imperium meum secum afferens coronam, & eam benedicens super caput Imperii mei imposuit, & in manibus meis dedit mihi sceptrum, atque vexillum, & benedixit sanctissimo patriarchæ regni mei, & totius Bulgariae ex præcepto vestrae sanctitatis, & valde Deo, & beatissime Dei genitrici, nec non & circumspetioni vestrae sanctitatis glorificauimus. Et paucis interiectis verbis: Scribo autem vobis, & de Hungaro, quoniam imperium meum non habet aliquam societatem regionum, vel aliquam rem cum eo, neque ei nocet, immo ipse parvipendit, & nocet regionibus imperii mei, & dominus Leo Cardinalis vidit, & vestrae sanctitati annunciat justum, vel injustum, quod est ab imperio meo, aut si ego parvipendo Hungarum; vel si ipse meum imperium parvipendit, & scribat ei sanctitas vestra, quatenus distet a regno meo, quoniam imperium meum nec eum habet parvipendere, nec contra terras ejus abiure. Si vero ipse venerit contra terras imperii mei, & Deus adjuverit, ut vincatur, non habeat sanctitas vestra imperium

(a) Lib. 7. ep. 230.
A legato Pontificis Bulgari insignia regia ab se consecrata tradita.

meum suspectum, sed sim liber. De Latinis quoque, qui Constantinopolim introje- runt, scribo sanctitati vestrae, ut eis scribatis, quatenus distet ab imperio meo, & sic imperium meum nullum malum eis facit, neque ipsi nos parvipendant. Si forte ipsi conati fuerint contra imperium meum, & parvipenderint illud, & occidant ex eis, non habeat sanctitas vestra imperium meum suspectum, sed sint universa libera. Misericordia tuam magnam sanctitatem pueros duos, unus vero nominatur Basilius, alius Bithelem, & dentur ex præcepto eis, ut addiscant in scholis literas Latinas, quoniam bic grammaticos non habemus, qui possint literas, quas mittitis nobis, transferre, & postquam ipsi addidicerint, remittantur ad Imperium meum. Nonnulla munera, quæ ad ipsum mittebat, recenset. Hisce alia adnectitur epistola, quam Basilius Bulgarorum primas ad eundem Pontificem scripsit, ubi pontificalibus insuper insignibus ac privilegiis, quæ sibi per illum miserat: de consecratione, quam ab eodem legato fuerat consecutus, eodemque die ipse metropolitanis impertierat, deque Rege corona redimoto mentionem facit; sed ad Balduinum redeamus.

Licet nonnulli morte violenta sublatum arbitrati sint, secus tamen accidisse tradidit Baptista Egnatius antiquus scriptor, ut Flandriæ annales plura, quæ attulimus, perstringendo hisce verbis posteriorum memoria propagarunt: Hadrianopolis urbs Græcorum firmissima, neque Gallis, neque Venetis parere in animum induxit, eo Græci complures odio nominis Latini refugerunt, accitaque in auxilium Valachorum gente, ita vocat, quos supra ab aliis Blachos appellatos audiavimus, tenere urbem contra nostros obstinatissimis perseverabant animis: eam civitatem Balduinus dum obfides, commissio prælio interceptuine, an occisus parum constat, nunquam posthac est inventus, sunt qui ab Joanne Valachorum Rege captum, ac clam decollatum constanter tradant, Baptista tamen Egnatius fatali refert decepsisse morte, Imperio fratri per manus tradito. Illum porro interfustum ex antiquioribus tradunt, Robertus de monte (b) Balduinum, aliosque (b) Rob. de Monte app. ad Sigeb. an. 1205. complures a Joanne de Blac in bello occisis inquiens, & Niceta Choniata qui hæc prorsus contraria iis, quæ Joannes Rex ad Romanum Pontificem scripsit, annualium suorum monumentis mandavit. Cæterum Balduini mors ita contingit. Scyibico bello captus, & vinculis, ut dixi oneratus longo tempore Ternobi fuit, cum autem Aspietes ad Latinos defecisset, Joannes ira austuans, & dolore in dies ingravescenti pene in rabiem actus Balduino educto e carcere pedes a genibus, & manus a brachiis Tenedia plane fecuti am-

puta-

Crudelissima Balduini mors, ex Choniata.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

putari, deinde ipsum in vallem præcipitari jubet, ubi tertio decimo die esca volucrum miserabiliter expiravit: neque vero bunc solum, sed Romanos etiam captivos eadem crudelitate interfecit, omni voce, & supplice gestu repudiato, &c. Afferenda quoque hic Georgii Logothetæ sententia ex MS. pervetusta a domino Leone Allatio optimè de literis merito in Latinum traducti, qui hæc a cæteris diversa tradit:

XXV. Ut (a) vero Itali universam Macedoniam subegerunt, res eorum, qui primus Constantinopoli Imperium tenuit, regie administrante Balduino, pro deditione Adrianopolitis solicitant; namque Rex Bulgarorum Joannes Philippopolim magna Romanorum clade, prædictaque ditatus præripuerat. Cum Italorum jugum Adrianopolitæ detrectassent, Itali in eos copias, quibus Balduinus Imperator & vices ducus Venetiarum Byzantii gerens aderant, educunt, quo Adrianopolitæ in summas angustias adducti ad regem Bulgarorum Joannem, ut suppetias ferret, & e scopulo in tranquillum deduceret, viros delegant; postulatis ille oblectatus, sociosque sibi Scythas ascessens cum palam in acie adversus Latinos prodire non posset, ex iniustiis eos opprimere statuit, & ipse quidem longe ab Adrianopoli aberat, Scythas vero in Italos mittit, ut Scyibico bellandi modo eos aggredierentur. Italis in more est, equis ferocitate exultantibus vehi, misericorde armis circumquaque toto corpore tecto, ideoque segnes, ac tardos in hostes ferri, verum Scytha cum levius armentur, liberius adversarios impetum: illud Itali ignorantes a Scythis præter opinionem superantur. Balduinus Imperator captus, & vinculis gravis ad Bulgarorum Regem Joannem adducitur, illius caput abscessum, sordibusque internis expurgatum, & ornamenti undique circumscriptum, poluli loco barbaro inserviisse fama est. Adrianopolitæ non statim rem percepérant, tunc enim urbe egressi castris adfultassent Italorum, ac bona diripiuerunt. Reliquæ tamen Italorum in tentoriis clivissimis lumenibus accensis, quasi adessent, media nocte pedem Constantinopolim referunt; eo mane cognito ab Adrianopolitanis, quæ in tentoriis remanerant, prædatum itum est. Quod ad Balduini Imperii tempus pertinet, cum ipse ad Innocentium scribat se dominica, misericordia Domini, nempe secunda post Pascha superioris anni, quæ in nonum diem maii incidit, Imperatorem electum & sequenti coronatum, tradat vero Niceta quintodecimo aprilis a Bulgaris captum, menses undecim, & dies sex imperasse dicendum est. At capto Balduino ii, ad quos Imperatoris electio pertinebat, neminem in ejus locum subrogandum duxere, nisi com-

Viisi Latini miliari artic. Barbarus crano Imp. poluli vice utitur.

perto ipsius obitu, qui post sexdecim lapsos menses contigit, ut ex Niceta patet, cum Henricus Balduini frater Imperator renunciatus est, quemadmodum sequenti anno disseremus. Interea de Balduino non ouiserim, laudatissimum principem extitisse, cujus pietatem observantiamque erga sedem Apostolicam Innocentius epistolis supra redditis testatam reliquit. Verum quid plura? ad ejus in refrænandis cupiditatibus temperantiam commendandam, inimici ipsius sint judices: etenim Niceta Choniata, cætero quin infenso in eum animo, veritatis omnibus notissimæ vi adactus, de ipso posteritati transfundit, quæ epitaphii pulcherrimi loco esse possint: Nondum, inquit, Balduinus annum etatis xxxii. excellerat, & alioquin vir erat pius, & modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quandiu a sua conjugi abfuerat: vacabat divinis laudibus, necessitatibus conflictantes sublevabat, sue sententia adversarios æquo animo audiebat, & quod maximum est, bis qualibet hebdomidat peri proclamari jubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attingisset. Hæc Græcus auctor (atque ex ipso novatores b) de principe digno pl. 13. c. 6. col. 672.

Balduini insignis castanova. (b) Centur. 13. c. 6. col. 672. (c) Sap. c. 4.

XXVI. Hec inter, ingentibus belli tumultibus concussa omnia, laceratumque Imperium nobiliores Græci discerpebant manu nova imperia. Exorta Trebisondæ ad pontum Euxinum, Prusiaque in Bithynia, Thessalonicae in Thessalia regnum præter Constantinopolitum eruperunt, de quibus Niceta: Unde multorum dominatus orientem depascet, tricipiti quadam bellua a recordibus implexa. Nam Maurozomes Michael Caius auxiliis fretus, cui non multo ante recuperato Iconio filiam desponderat, nihil non conabatur, ut imperatorio nomine potiretur, & omnem Maeandrium tractum cum Turcis vastabat, Theodorus Lascaris nobilissimo genere ortus, & Imperatoris affinitate inlytus, illo profigato, & rubro calceo induito, ab omnibus orientalibus urbibus Imperator consulatabatur. David porro Connenus exercitu ex Paphlagonia & Pontica Heraclea coacto, & Iberianum, qui ad Phasisdem habitant, legione Imperii conducta, pagos & urbes subigebat, & origo ut fratrem suum Alexium magnum redideret, præcursem ejus, & præconem a-

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAR.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

gebat. De Theodoro Lascari, qui hoc anno Imperatoris insignia Nicæa suscepit, hæc Georgius Logotheta (a) : *Ante directionem abscedens, & circa Nicæam Nicæos exorabat, ut scmet intus reciparent, subique veluti domino obtemperarent: cum non proficeret, acrius incumbens, vel uxorem solum admitterent, impense deprecaans, vix tandem illis hoc persuasit. Quare Nicæa uxore relicta, circa Prusiam loca omnia excurrebat eo animo, ut illi sibi subiiceret, & pro socero Alexio ipse velut Imperator res ageret ac ministraret: nec spes eum fefellit, namque interim ad Persarum principem sibi amicitia devinctum profectus atque auxiliaribus copiis auctus, quæ jam diu animo conceperat perfecit. Duobus itaque annis integris cum ab omnibus uti despota Lascaris agnoscetur, convenusque ex viris celeberrimis atque ex Ecclesiæ primis tibus Nicæa liberebatur, illud inter eos agitatum est, quem admittendum Thodorus ad illa usque tempore despota, Imperator acclamarebat. Subdit auctor Camaterum patriarcham, qui Didymothechi versabatur, cum excitus accedere respueret, Michaelem Antiryanum [1] in ejus locum sufficendum imperialibus ornamentiis Lascarim cinxisse.*

XXVII. Superest, ut dum in orientalibus versamur, Terræ sanctæ res percurramus cum Soffredus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus Hierosolymitanus patriarcha, ut vidimus, (b) designatus dignitatem illum abnuisset, ac post eum Vercellensis episc. electus esset, concurrentibus in eum omnium suffragiis ob egregias ejus virtutes, ob quas Innocentius legationis provinciam in Insubria illi commiserat, ratam habuit electionem Pontifex, ac munus arduum suscipere jussit. (c) Subdunt acta Vercellensem episcopum muneri demissio animo humeros submississe, adiisse Apostolicam sedem, promotumque in patriarcham non modo pallio decoratum, verum etiam gerend e in provincia sua Apostolicæ legationis ad quadriennium munere ornatum, prefectumque Januam in Syriam navigasse. (d) Extat Innocentii epistola ad cunctos archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, omnesque Christi fideles tam indigenas, quam peregrinos in Hierosolymana provincia constitutos, ubi se ex communis fratum consilio venerabileni Hierosolymitanum patriarcham Vercellensem olim episcopum (quem plurimum commendat) mittere, ait, illi ad quadriennium in eadem provincia legationis munus injungendum duxerat. Quapro-

(b) Ann.
1203.(c) Innoc.
1.7. ep.
222.
Vercel-
lensis e-
pisc. cre-
atur pa-
triarcha
Hieros-
lymata-
nus.
(d) Innoc.
1.8. ep.
100.

pter omnes eum demisse, atque honorifice sicut seipsum excipere jubet. Data est 16. kal. julii; incipitque, *Mediator Dei, & hominum homo Jesus Christus, &c.* Indulet præterea, ut idem patriarcha in quavis provincia pallio utatur, (e) ab excommunicationis vinculo absolvere possit tum eos, qui cum ipso traiicere vellent, (f) Ep. 167. (g) Ep. 168. (h) Ep. 170. (i) Ep. 172.

Inpinata (i) captione Constantinopolitanae urbis auditæ tam peregrini, qui erant in Hierosolymitanæ provincia, quam indigenæ, qui habitabant in ipsa ad Constantinopolitanæ partes subito transferunt. Ita quod ipsa Hierosolymitanæ provincia remansit viris, & viribus pene penitus destituta, quin etiam opibus, & operariis vacuata, quoque periculosis reputatur, cum Hierosolymitanus patriarcha decesserit, nostri recessere legati, & filii Regis defuncto, qui successurus erat in regnum, Rex quaque diem clausit extremum, nec est in eis, qui tempora iter, vel spiritualiter praest, ac proficit. Ad cumulum autem majoris timoris, & doloris accedit, quod inter comitem Tripolitanum, & Regem Armeniæ, qui pro Antiocheno principatu contendunt, tanta viget discordia, tantaque geritur guerra, ut ille pugillus hominum, qui remansit in terra, quasi totus sit divisus ad pugnam. Nam Templarii fovent comitem, & Hospitalarii favent Regi, Antiochenus populus sequitur viam comitis, & patriarcha prosecutus partem Regis. Filius autem Saladin, qui est Soldanus Aleppiæ, Tripolitanum adjuvare videtur, sed eundem impugnat dominus Denebodus: Sephidinus vero, qui dominatur in Damasco, Babylonia, & Egypto, postquam Constantinopolitanae urbis captionem audivit, adeo cum omnibus Saracenis indoluit, ut maluissent Hierusalem occupatam esse a Christianis, quam Constantinopolim a Litinis, statimque inita treuqua cum omnibus inimicis, ipsomet personaliter longe, lateque discurrat, ut contra Christianos confederet universos.

Rex quoque Elachorum, & Bulgarorum cum Cuman. Turcis, & Græcis adversus Latinos pugnantes Domino permittente vi-

XXVIII.
(i) Ep.
124.Pro Am-
tiocheno
principa-
tu inter
Armeni-
num &
Tripoli-
tanum di-
scordia.Sephad.
terrestris
ex Con-
stanti-
nop. ex-
pugnatio-
ne.XXX.
(b) Ep.
119.
* vos

NOTÆ

[1] **O** Uæ hic narrat Rainaldus de Michaeli Antonino, seu potius Autoriano, ut scrip-
tores Græci appellant, extra suum locum relata sunt. Michael enim iste teste Ni-
nempe anno 1206. quo pariter anno Theodorus Lascari imperator a Græcis salutatus fuit, ut
ex consensu omnium Græcorum scriptorum constat. MANSI

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAR.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

cerunt, majoribus in bello peremptis, unde cum multitudo sagittariorum redire vellet ad propria, dilectus filius Petrus tituli sancti Marcelli presbyter Cardinali legato vestro nostris in causis suspecto, immo aperto adversario, cum enim ad partes regni nostri tum ex injuncta sibi legatione, tum pro reformatione pacis inter nepotem nostrum, & comitem Tripol. contra justitiam & appellationem nostram ad Apostolicam audienciam factum Antiochiae principatum, usurpantem, ut credebatur, accessisset, dominus Catholicus venerabilis in Christo pater noster cum quibusdam suffraganeis suis & clero, nos cum baronibus fidelibus nostris, & principalibus nobilibus, peregrinis astantibus, quanta potimus honorificentia, & veneratione ob vestri revereniam illum suscepimus. Sequentibus diebus de obedientia Armeniæ ecclesie ad sanctam Romanam Ecclesiam, ad quam jam diu laboravimus, divini auxiliante gratia deliberavit, & ad hoc cum multo labore induxit ecclesiam Armeniam tempore pontificatus vestri meritorum vestrorum exigentia, ad quod progenitores nostri multis transactis temporibus inducere nequiverunt, ut ipse Petrus Cardinalis, & rerum est testis effectus. Dominus Catholicus cum solemnitate celebri & obedientiam & reverentiam per manus ipsius legati secundum literarum vestiarum formam & mandatum sancte Rominae Ecclesie, & vobis exhibens, pallium a beatitudine vestra destinatum coram predictis Catholico personis astantibus cum omni humilitate, & devotione suscepit, promittens in ordinatione suo singulis quinque annis per nuncios suos secundum capitularia Apostolica sanctam Romanam Ecclesiam visitare tanquam matrem, & magistrum omnium ecclesiarum, in cismarinis conciliis seu in persona propria, seu per nuncios suos interesse, & quod non deberent celebrari concilia ecclesiastica in cismarinis partibus absente eo, vel nuncio suo ab utraque parte statutum est.

Haec tenus Innocentius, qui alteram universis Christi fidelibus ad sacrum sub-sidium Constantinopolim pergere volentibus epistolam hoc eodem anno misit. (a) Audisti amantissimum patrem exitia- lia dissidia de principatu Antiocheno, Tripolitanum comitem inter Armeniæque Regem, cum aliis, quibus Christiana premebatur res publica, funestis malis deplo- rantem; extant hac de re in hujus anni pontificio regesto (quod licet ante date, hoc tamen anno, ut putamus, redditæ sunt) ejusdem Regis ad Innocentium Papam literæ prolixæ quidem, at rerum gravissimarum plenæ, atque adeo mea sententia silentio minime involvendæ.

Reverendissimo in Christo patri, & domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, & universali Papæ per eandem, & Romani Imperii gratiam Rex Armenus sanctitati sue devotus & obediens cum salute grata servitia, & pedum oscula.

Cum (b) constet nobis celeberrime pa- ter, & domine * totius sancte Ecclesie, & religionis Christianæ curam, & prælationem dante domino dignissime gerere, constat utique nos ad vestrum refugium tanquam ad tutissimum receptaculum debe- re recurrere, in quo tota spes nostra, & fiducia post Dominum dependet, & a beatitudine vestra in nostris necessitatibus praefidium postulare. Proinde clementissime pa- ter, & domine ad pedes sanctitatis ve- stræ genibus flexis, & cum omni suppli- Ann. Eccl. Tom. XX.

Ee in

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

in iudicio ipsis causam ipsam cognovimus testibus domino patriarcha Antiocheno, Hospitalariis, Templariis, & aliis viris religiosis, &c. De Petro Cardinale queritur secretum fodus cum Tripolitano comite, Templariis atque Antiochenis iniisse, iisque omnem operam porrexisse, quo animadverso adiicit se ad Apostolicam sedem provocasse, & causam suam armorum vi perseguiri coepisse, cumque sub ipsa Antiochiae incendia noctu accessisset, urbemque capere impetu, & incendere potuisset, Christianæ rei miserium armis temperasse, ac patriarcham Antiochenum excivisse, ut pacem conciliaret ipsum inter atque Antiochenos; interea Templarios, quorum bonis semper pepercerat, in arma profluisse, atque Armenos telis impetere coepisse, atque una cum Tripolitano comite, Antiochenis & soldano Alapiz percutto fœdere non parum Christiani sanguinis fuisse, se vero eo animadverso Templarios, qui in Armenia agebant, ejecisse, bonaque ipsorum occupasse, tumque Petro Card. urgenti acerrime, ut Templaris sua restitueret, id se facturum lubenter subjecisse, si ipsi nepotem suum ab Antiochia recuperanda non propulsaturos sponderent, quod negantibus Templariis cum pax confici non posset, ait Petrum Cardinalem absente Catholico Armeniæ in celebrato Antiochiae concilio [1] in Armenianam interdictum ecclesiasticum fulminasse, postquam ad sedem Apostolicam pro ea dirimenda causa appellatum esset: quid vero Armeni denunciata sibi ea sententia egrin, subiicit.

XXXII. Convenientibus itaque Catholico, & principalibus suffraganeis Catholicatus in unum, communicato diu consilio mirati sunt de tanta & tam subita exasperatione absente Catholico in Armenianam ecclesiam facta, & reducentis ad memoriam hoc quod statutum fuerat inter dominum Petrum Cardinalem, &c. Catholicor. Armenia, quia de concilio absens fuit ipse Catholicos, spernunt. & sine consensu suo data est in diaecesi sua a Cardinale interdictionis sententia, censuere patres nostri illam non tenere, nec observari* sententias, dicentes: Qui de mammillis matris nostra primo lac dulce,

Armeni interdic-
tum a le-
gato vi-
bratum vi-
spernunt.

* debere

& suave fugere sperabamus, nunc autem fel amarum & acetum potamus: sperabamus inbre salutifero irrigari, non a grandinosis procellis tempestari. Qui vero nimium emungit, ut bene scitis, elicit sanguinem. Quæ cum ad notitiam domini . . . Cardinalis, & legati devenissent, moleste tulit, & habito consilio cum domino Petro collegato suo ad se accedente, quia instantissime ad audiendum vestram appellabamus, procellam in auram consilio domini . . . Cardinalis convertere studuerunt, sicque factum est, ut ex mandato dominorum Cardinalium, illustris Regis . . . & Cypri, omniumque nobilium peregrinorum mense septembri ad partes Accon pro reformatione pacis inter nos & Antiochenos & Templarios nuntium nostrum nobilem Constantium de Camardesio dilectum consanguineum nostrum delegavimus, & mediante sapientia & discretione domini Cardinalis juris, & æquitatis anatoris pax reformata est inter nos & Templarios, sicut per literas ipsius intelligere poteritis. Nos vero nunquam a mandatis sanctæ Romanae Ecclesiae discessimus, nec recedemus vita comite, quanquam dominus Petrus Cardinalis ab ea nos eliminare laboret. Nos igitur, qui Dei & vestri gratia tempore pontificatus vestri nova sumus planta vestra facti, cupientes ad honorem Dei, & sanctæ Romanae Ecclesiae fructus odoriferos & suaves producere, ad pedes sanctitatis vestræ recurrimus, flexis genibus rogantes & deprecantes, ut in iudicio domini Petri Cardinalis & legati, quem suspectum, immo & apertum adversarium habemus, causam nepotis nostri non commitatis, &c. Haec enim Rex, ejusdemque argumenti epistolam Joannes Catholicus ad Pontificem dedit. (a)

Alias postea literas Armen. Rex querelis contra dictum Cardinalem plenas, quibus dolet ipsum ab æquitatis recto tramite deflexisse, eundemque versute egisse arguit, ac Tripolitani comitis, qui judicium sedis Apostolicae repudiabat, partes sustinuisse.

Reverendissimo (b) in Christo patri & domino metuendo Innocentio Dei gratia in M.S. sanctæ, & universalis Ecclesie summo Pontifici, Leo per eandem, & Romani imperii gratiam Rex Armenianorum sanctitatis

(a) Inn. l.
S. ep. 120.
xxxiii.

(b) Extat.
cod. Val-
lic. signa-
to B. 12.
tis

NOTÆ {1} C oncilium istud Antiochenum a Petro cardinali legato celebratum, ut interdicti sententiam in Armenos infigeret anno 1203. habitum fuisse arbitrator. Etenim coactum oportet postquam Petrus venit in Syriam, quod non prius anno 1203. contigisse censeo, cum Innocentius literis ad Soffridum cardinalem legatum datis anno illo, die IV. id. augusti scribat Petrum illum, quo tempore Soffridi ejusdem literæ pontifici redditæ fuerunt, navem transfretaturum intrasse. Sed neque post annum 1204. differri potest, cum celebratum fuerit quo tempore ambo legati cardinales Soffridus, & Petrus in Syria agebant; anno vero 1204. exerto satis multa agitata fuerint postquam desit concilium illud, ex quo turbæ excitate sunt plurimæ, hinc ad annum potius 1203. quam ad annum 1204. referendum puto. MANSI.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

ris sue servus devotus, & obediens cum debita reverentia grata servitia, & per- dum oscula.

Rex Armen. po-
scit ab
Innoc.
justitiam
sibi exhibi-
tio.

Cum sedes Apostolica omnium pene pul-
santium necessitatibus occurrit, ab omni-
bus filiis injustitiam patientibus, & op-
pressionem ad eam recurrunt, tanquam ad
maternæ viscera consolationis, juris, &
æquitatis amatricem, ut ab ea lac parvu-
lis, solidus cibus adultis, injuste oppres-
sis justitia pro necessitate ministretur, ejus-
que proinde clementissime pater, & domi-
ne reverendissime ad pedes sanctitatis ve-
stre, in qua tota spes nostra, fiducia, re-
fugium, & tutela post Deum dependet,
cum omni festinatione recurrimus conque-
rentes, & conqueri non cessantes de domi-
no Petro tit. S. Marcelli presbytero Cardi-
nali, solidus cibus adultis, injuste oppres-
sis justitia pro necessitate ministretur, ejus-
que proinde clementissime pater, & domi-
ne reverendissime ad pedes sanctitatis ve-
stre, in qua tota spes nostra, fiducia, re-
fugium, & tutela post Deum dependet,
cum omni festinatione recurrimus conque-
rentes, & conqueri non cessantes de domi-
no Petro tit. S. Marcelli presbytero Cardi-
nali, solidus cibus adultis, injuste oppres-
sis justitia pro necessitate ministretur, ejus-
que proinde clementissime pater, & domi-
ne reverendissime ad pedes sanctitatis ve-
stre, in qua tota spes nostra, fiducia, re-
fugium, & tutela post Deum dependet,
cum omni festinatione recurrimus conque-
rentes, & conqueri non cessantes de domi-
no Petro tit. S. Marcelli presbytero Cardi-
nali, solidus cibus adultis, injuste oppres-
sis justitia pro necessitate ministretur, ejus-
que proinde clementissime pater, & domi-
ne reverendissime ad pedes sanctitatis ve-
stre, in qua tota spes nostra, fiducia, re-
fugium, & tutela post Deum dependet,
cum omni festinatione recurrimus conque-
indice: de capillis Domini nostri Iesu Christi pueri: de spinea corona Domini spinam unam, costam unam sancti Philippi Apostoli cum uno dente ipsius, de panno lineo albo, in quo involutus fuit Salvator in præsepio, de purpureo indumento ipsius. Crux in vase aureo cum gemmis pretiosis ornamento posita est ad quantitatem ejus facta: alia reliquæ prædictæ posita habentur in alio vase aureo. Omnes reliquias prædictas Christianissimus Rex Francorum Henrico abbatи beati Dionysii propria manu in Parisiis tradidit 7. id junii: quas prædictus abbas cum gaudio lacrymarum pleno accipiens regali munificentia exhibitatus psalmos cum orationibus psallendo usque in dictum venit. Ubi processio monachorum beati Dionysii albis, & cappis sericis induiti, nudis pedibus cum universo clero, & populo obviam occurrit. Et data in eodem loco cum reliquiis benedictione, cum hymnis & laudibus pulsantibus campanis universis in ecclesia ter beati Dionysii super corpora sanctorum martyrum in vasis majoribus auro puro, & lapidibus pretiosis tectis, cum capite ipsius pretiosissimi martyris Dionysii, & scapula sancti Joannis Baptiste habentur reconditæ. Per omnia benedictus Deus, qui mihi seruo suo licet indigno, & fragili peccatori fere in senio jam existenti, divina, piezas videre concessit. Haec tenus Rigordus.

Sed ad res Anglie exponendas procurat oratio. Funestissimus, luctuosissimus que erat hisce temporibus illius ecclesiæ status, de quo gestorum Innocentii scriptor, dum de morte Huberti Cantuariensis archiepiscopi agit, quæ hoc ipso anno obtigit, isthac literis breviter propagavit: Licet beatos Thomas Cantuariensis archiepiscopus animam suam pro ecclesiastica posuerit libertate, nulla tamen utilitas quoad hoc in sanguine ejus erat, quoniam Anglicana ecclesia per principium insolentiam in profundo servitutis ancillata jacebat, ita ut Apostolicum quoque mandatum in Anglia jam quasi precarium haberetur, & electiones prælatorum nusquam libere fierent, ut de ceteris abusoribus taceatur. Contigit autem, ut defuncto Huberto Cantuariensi archiepiscopo, &c. Verum priusquam ad ejus enarrandam mortem nos accingamus, quæ primum occurre, præmittenda sunt. In primis ergo Innocentius Papa dato VII. idus martii ad Cantuariensem archiepiscopum, Hubertum scilicet, atque Eliensem, Londonensemque episcopos diplomate imperat, (k) Regem precibus, hortationibusque (k) Inn. l. omni studio inducant, Vintoniensis ep. 8. ep. 50. scripti eligendi potestatem liberam electoribus permittat, postea scriptis 10. kal. januarii ad Regem literis (l) hotatur, (l) Ep. ne S. Trinitatis moniales de Cadomo in 162. ius ad laicos judices vocari patiatur: un-

de indice: de capillis Domini nostri Iesu Christi pueri: de spinea corona Domini spinam unam, costam unam sancti Philippi Apostoli cum uno dente ipsius, de panno lineo albo, in quo involutus fuit Salvator in præsepio, de purpureo indumento ipsius. Crux in vase aureo cum gemmis pretiosis ornamento posita est ad quantitatem ejus facta: alia reliquæ prædictæ posita habentur in alio vase aureo. Omnes reliquias prædictas Christianissimus Rex Francorum Henrico abbatи beati Dionysii propria manu in Parisiis tradidit 7. id junii: quas prædictus abbas cum gaudio lacrymarum pleno accipiens regali munificentia exhibitatus psalmos cum orationibus psallendo usque in dictum venit. Ubi processio monachorum beati Dionysii albis, & cappis sericis induiti, nudis pedibus cum universo clero, & populo obviam occurrit. Et data in eodem loco cum reliquiis benedictione, cum hymnis & laudibus pulsantibus campanis universis in ecclesia ter beati Dionysii super corpora sanctorum martyrum in vasis majoribus auro puro, & lapidibus pretiosis tectis, cum capite ipsius pretiosissimi martyris Dionysii, & scapula sancti Joannis Baptiste habentur reconditæ. Per omnia benedictus Deus, qui mihi seruo suo licet indigno, & fragili peccatori fere in senio jam existenti, divina, piezas videre concessit. Haec tenus Rigordus.

Pontifex queritur denarium D. Petri in Anglia collectum a coacto-ribus alio averti.

(a) Inn. l. S. ep. 4.

(b) Ep. 175.

(c) Ep. 138. &

(d) Ep. 142.

(e) Ep. 178.

Libertas ecclesiastica in Anglia oppressa.

LXII.CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

de perspicuum est rerum Innocentii generum auctorem jure conquestum, Anglicanam ecclesiam redactam in servitatem, quæ ex dicendis paulo post patebunt.

Dum ecclesias Joannes oppugnaret divinum numen ipsius terras a Francorum Rege, cum quo ex Innocentii literis bellum cessisse constat, subiici permisit: ait enim Parisiis ipsum in Gallias expeditionem adornasse, atque a suis desertum, coactum redire paucis post diebus, quam mare concendisset, a nobilibus, populo, ac religiosis vim pecuniae innumeram corrasisse, objecisseque eos ad recuperanda amissa euntem sequi detrectasse, extintoque Huberto archiepiscopo Cantuariensi cuius mors non ingratia Joanni Regi extitit, apud quem nimia cum Francorum Rege conjunctionis suspicione laborabat. Narrat auctor Cantuarienses monachos non consulto Rege Reginaldum superiorem in archiepiscopum elegisse, ac noctu celebratis divinis laudibus primum altari, dein archiepiscopali solio imposuisse, electoque Romanam profecto, ac flagitantibus ab Innocentio, ut electioni suam adiiceret auctoritatem, respondisse Innocentium rem se diligenter excusurum. Reliquum est ut recenseantur breviter, quæ Innocentius cum Anglis per litteras egerit. Primum, ut ex ejus diplomate constat, Wintoniensis monasterii patrocinium suscepit, (a) dein Petro Wintoniensi episcopo (cui etiam patrocinium spondet) (b) imperat, (c) ut quæ in diœcesi tua emendanda sunt corrigat, postremo cunctis Anglicanis præsulibus mandat, (d) ut beati Petri denarium, qui cum fide quidem colligebatur in Anglia, sed ministrorum do-lo non integer ad Romanum Pontificem perveniebat, annis singulis exigendum, sibique sine ulla fraude deferendum curant.

Non in Anglia modo verum in Hispania a Regibus appetita dignitas ecclesiastica defendenda suoque splendori afferenda fuit, Regem enim Aragonum semel, iterumque monuit, rogavitque ecclesiam Helenensem vexare desisteret, atque in integrum restitueret, cuius opida, possessionesque eo nomine usurpatas retinuerat quod episcopi electionem sine sua auctoritate attentasset, occupaverat violenter, populatusque fuerat atque catenus retinuerat, quoad ecclesia eas imperata pecunia redimere cogeretur; ad hæc ejusmodi verba addidit: Nos autem, qui tuam nolumus impedire salutem, sed propensius desideramus in Christo, dilecto filio abbatis Cisterciensi P. de Castro novo & monachis Fontis frigi, Apostolicae sedis legati injungimus, ut te ad hoc vice nostra diligenter moneant & inducant, & si necesse fuerit, distinctione, quam vi-

derint expedire, cessante appellatione compellant. Datum Romæ apud S. Petrum IV. id martii. Quo etiam die aliis datis ad ipsum diplomaticis, episcopalem, sedem in Majorica erecturum pollicitus (e) est, (e) Ep. 93. si illa armis potiretur, eique liberam rerum possessionem est elargitus, (f) quas (f) Ep. 94. ab haereticis, aliisque, qui admoniti illorum conatibus non obstitissent, invaserint, archiepiscopos vero, episcopos a liosque ecclesiarum rectores in Aragonio regno constitutos Regi in expellendis impensis auxilio consilioque presto esse jubet, (g) fratribus de Calatrava eidem adversus Saracenos opitulari mandat, (b) ac (b) Ep. 96. demum Cisterciensi abbati, priorique de Castro novo injunxit, (i) ut Sciræ castrum eidem Aragonum Regi cum illud Deo juvante ab haereticis vindicasset, personaliter, ut ejus utar verbis, in feudum concederent, ita tamen, ut Romanæ Ecclesiæ fidem astringeret, quod id castrum supremo jure ad B. Petri patrimonium pertineret, annum censum Romanis Pontificibus solvendum statueret, idque literis publicis confirmaret.

Ex Aragonis rebus ad Castellaras dilabimur: Asperferat regis dignitati non levem maculam protrita libertate ecclesiastica, laxatique temere regni sui infidelibus fratribus, Alphonsus Castellæ Rex, quem hoc ipso anno Innocentius Papa tum a vexandis clericis Judæisque ac Sarracenis fevendis omni studio abducere conatus est (k): Ne charissime in Christo fili ecclesiasticam libertatem deprime, & synagogam, ac meschitam extolle, re videaris, neque in ecclesiam sponsam Christi, aut ministros ipsius exercetas, quæ tua fidei puritatem offuscent, serenitatem regiam monemus in Domino, & hor tamur, quatenus prædicta omnia & in te corrigas per te ipsum, & in aliis corrigi concessu tibi facias potestate. Alioquin quantumcunque personam tuam in Domino diligamus, quia ecclesiarum oppressionem, quarum est nobis cura commissi, pati nolumus, nec debemus, ut regi Deo potius, quam regi homini deferamus, venerabilibus fratribus nostris Oscensi, & Tirosonensi episcopis, & dilecto filio decano Tirosonensi nostris literis nos noveris injunxit, ut te ab hujusmodi per ceſuras ecclesiasticas appellazione remota compescant. Dat. III. nonas maii.

Haec tenus Innocentius, qui pariter dedidit operam, ut alios in viam reduceret, atque intra disciplinæ ecclesiasticae terminos compelleret. Placentini ob partata crimina sacris interdictum fuerat, cumque Apostolicas literas, quibus solita salutatio præmittebatur impetravissent, atque adeo anathemate se solitos jactarent, ipse ne crimina ab Ecclesia impunita viderentur, Insubres admonuit, Placentinos

VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.**LXI.**

Arguitur Aragonius quod Helenensem ep. vexet eo inscio elegendum.

de inde:

(k) Inn. l.

omni studio 8. ep. 50.

(l) Ep. 162.

de

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

(a) Lib. 7.
ep. 224. nos abolutionem hac ratione non con-
secutos. Hujus porro epistolæ (a) initium
est: Si aliquando, & habetur ex de sen-
tentia excommunicationis, cui inscripta
est dies ix. kal. martii: quo item die Pla-
centino & Terdonensi episcopis aliis li-
teris (b) mandavit, ut Placentinos, si
Ecclesiæ fecissent satis, absolverent, qua
vero ratione in Ecclesiæ gratiam redi-
erint, proximo anno dicetur. Quam pru-
denter cauteque in his se gerere consue-
verit Innocentius, amplius, clariusque
demonstrant ipsius literæ, quas ad Mu-
tinensem, ac Regiensem episcopos in
marchionis Palavicini filii causa conscri-
psit. Gravissimis contumeliis Romanam
Ecclesiam affecerat, ipsiusque legatum
spoliarat: quare sententia anathematis
irreitus, solvi non meruit, ni poeniten-
tia injuriam illatam sarcivisset.

LXVI.
Pisanus
archiep.
ob invasa
Sardinie
suprema
jura per-
strictus.
(c) Lib. 8.
ep. 80.

Cum insuper Pisanus archiepiscopus a
Calaritano marchione fidei sacramentum
sibi, suæque ecclesiæ delatum receperisset,
graviter ipsum arguens Pontifex, (c)
plurimum hac de re se mirari ait, cum
ad Romanæ Ecclesiæ jus, supremumque
dominiuni Sardiniam pertinere ipsi epi-
scopo compertum esset, magisque se
commotum subdidit, quod eundem virum
ab ejusmodi sacramento, ut imperarat,
absolvere neglexisset, quapropter ne cun-
stetur amplius monet, minisque inten-
tat; utque cætera crimina inulta non
reliquit, ita hæreseos pestem hoc anno
uti consueverat, delere aggressus est,
aliosque ad eam præfocandam incitavit.
Fovebant Viterbienses impios viros, ho-
noribusque augebant, atque ex ipsis plu-
res nefariis dogmatibus erant infecti: qua-
re pastor vigilantissimus lupos a grege
Dominico arcere studens ardentem, &
aculeatam hanc ad ipsos epistolam de-

(d) Ep. 85. dit: (d) In peccatis excellitis universos
facti perfidiores Judæi, & crudeliores
Paganis. Judæi siquidem semel Dominum
crucis patibulo affixerunt, sed vos in
membris suis jugiter crucifigentes eundem,
opprobriis ipsum, & contumeliis laceratis,
& cum illi credant, licet sub cæcitate pec-
cati, Deum Patrem visibilia, & invisibili-
lia condidisse, plerique vestrum a Lucife-
ro visibilia credunt esse condita, & crea-
ta. Pagani furebant in perimendis Chri-
stianorum corporibus, & mactandis, sed
vos necare intenditis totum hominem, ani-
mas fidelium latenter Christo subripientes,
& utrumque hominem pariter perimentes.
Verum nec isti, nec illi Christum Domi-
num cognoverunt, propter quod habere vi-
dentur excusationem aliquam in peccatis,
sed vos tanquam filii Effrem intendentis
arcum, Christi fuisisti chartere insigni-
ti, & adhuc in publico Christiana vultis
professione censeri, corde tamen abeuntes
retorsum, ac recedentes a fide, conversi

estis in arcum perversum hæreticorum la-
queis irretiti, ac eorum pravis dogmati-
bus deformati. Et infra:

Nos autem vestris miseriis compatientes
imminenti ruinæ vestræ occurtere volumus,
& viam patulam exterminii vestri præ-
cludere, si valemus, pulsantes Deum pre-
cibus, & Abrahæ vestigia imitantes, qui
a Domino volente subvertere Sodomam, &
Gomorrham, multiplicatis intercessionibus
impetravit, quod pro decem justis non per-
deret universos. Experiri siquidem volu-
mus utrum inter vos aliqui fideles reman-
serint, qui ante Baal sua genua non curva-
rint, & Ninivitarum exemplo succo & ci-
nere prostrati, iram Domini mitigent, &
fuorem, ut parcatur multis pro paucis,
ne simul pereant universi. Si quis igitur
Dei est, adjungat se nobis, nam gestare
volumus gladium Finees, & animadver-
sionem Mosaycam imitari, ac cum Maiba-
thia punire dæmonibus immolantes, ut au-
xiliante Domino eliminentur de templo per-
fidi, & indigni, & fermentum hæreticæ
pravitatis de massa confessoris dominicæ
salubriter expurgetur. Ideoque per Apo-
stolica vobis scripta monemus, & distri-
ctius præcipimus, quatenus cum quidam
vestri concives filii Belial in odium Jesu
Christi, & contemptum Apostolicæ sedis
& nostrum, post inhibitionem a nobis fa-
ctam quodam credentes Patarenorum in
consules eligere attentarint, ipsum, & hæ-
resiarcham videlicet... tiniens perditionis
filium, qui exigentibus iniquitatibus suis
de mandato nostro iamidum vinculo ex-
titit excommunicationis astrictus, & ad-
huc in contumacia sua perdurat, camera-
rium instituere non timentes in electos ip-
sos, & electores pariter, ac eorum com-
plices viriliter insurgatis, resistentes eis
magnanimititer, & potenter, ac eosdem a-
criter expugnantes, & ne valeant radi-
caris firma radice, primos ipsorum conatus
frustrare, ac contundere laboreis. Ut au-
tem evulsis radicibus stipes arestat peni-
tus, & siccat, &c. Hæc zelo fidei ca-
tholicæ æstuans optimus Pontifex, quæ
haud silentio dissimulare voluimus, quo
principes cæterique omnes præclaris ve-
stigiis insistant, impiosque universa in-
Christianam rempublicam mala invenien-
tes persecui, eiciere, ac suis finibus lon-
ge amandare discant. Demum Innocen-
tius Viterbiensi, ac Urbeverano epi-
scopis ejusdem argumenti literis (e) mis-
sis adversus Patarenos sibi auctoritatem
permisssam exercere jussit, Viterbium ad-
ire, electosque consules magistratu sub-
moveare.

Justissimas iras in improbos detonan-
tem audivimus, nunc æquum est, ut be-
neficia in pios effudentem conspiciamus;
monasteriorum sancti Vincentii Cenoma-
nensis, (f) sancti Petri Cluniacensis (g)

fan-
san-

185.

CHRISTI
1205.INNOCENTII III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. 8.
BALDUINI IMP. 2.

(a) Lib. 8. sancti Sylviani de Leproso, (a) sancti
(b) ib. ep. Petri Cabilonensis (b) privilegia confir-
mat, eademque monasteria in suam cli-
(c) ib. ep. entelam recipit, quod sancti Juliani de
99. Perejo magistro, fratribusque, (c) pri-
(d) Lib. 7. ori ac fratribus Vallis Caulium, (d) &
ep. 218. monialibus de Ganderiem concedit. (e)
(e) Id. 1. Compendiens abbati mitræ & annuli u-
ep. 43. sum permittit, (f) insuperque annuo
(f) idem 1. imposito censu patrocinium fratum ho-
(g) ibid. spitalis sancti Jacobi de Colle Bertanni,
ep. 199. (h) & hospitalis sancti Rainerii (h) no-
(b) Lib. 8. (i) nobilis viri W. de Giurchia (i) ecclesiæ,
ep. 66. (j) quam pia mulier in honorem san-
(i) ibid. ctæ Mariæ Baroli extruxerat, prioris,
ep. 48. fratumque hospitalis Trinitatis de Ur-
(k) Ep. 49. nolio, (l) ac Vindocinensis (m) abba-
(l) Ep. 89. tis, ejusque successorum suscepit.
(m) Ep. 163. Claudet periodum hujus anni lugubris
LXIX. enarratio de Gualtero Brenensi comite,
Brenensis cuius egregia facinora supra suis locis
comitis recensuimus: quippe in rebus gestis In-
virtus nocentii Papæ hæc de illo anonymous scri-
bellica. ptor monumentis mandavit: Comes au-
tem Brenensis cum multa fuisset magnifi-
ce operatus, quæ longum esset per singula
explicare, usque adeo compressit Theutoni-
cos, ut vix auderent de castellis exire,
quæ cum essent necessariis destituta, spera-
batur in omnibus, quod ea non possent diu-
nit obtinere: nam & apud Salernum ob-
tinuerat Terracinam, & Turrem majorem
tenebat obßessam. Ipse vero nimis securus
effectus personæ sue custodiam negligebat,
de quo cum argueretur a multis, interdum
arroganter respondit, quod Theutonici ar-
mati non auderent aggredi Francos iner-
mes; unde cum quoddam Diupuldi castrum
quod * Sarnum dicitur obſideret, Diupul-

* Sarnum
al. Soc-
clum.

(e) Ibid.
ep. 104.

LXVIII.
Privil-
gia in

plures ab
Innocen-
tio colla-
ta.

(f) Lib. 7.
ep. 184.

(g) ib. ep.

dus ipsius prævidens incautelam summo di-
nimium luculo armatus cum suis super comitem, & sibi præ-
suos nudos in tentoriis quiescentes irruit fidens ca-
improvitus, multosque peremit, & cepit i-
que ex psum comitem fortiter repugnantem sagit.
vulneri-
bus obit.

se possint:

Heu regale genus jubar, & decus omne Brenensis
Quiritum?
Heu genus opositum vitiis, virtute po-
titum,
Quod cito sic cecidit, multorum gloria,
virtus!
Multis Apuliae, caput est a corde re-
cisum,
Et datur, ut culmo viridi cedut Diu-
puldo.

Hæc auctor impolito carmine; at Gual-
terus posthumum filium suo appellatum
nomine reliquit, cuius uxor postea Trica-
riensi comiti nupsit, ut ex memoratis In-
nocentii gestis traditur; atque haec tenus
de strenuissimo duce. Subdit Richardus
victorē Diupuldum Salernum, cuius ar-
cem tenebat, reversum in cives favisse.

JESU CHRISTI
ANNUS
1206.

INNOCENTII PAP. III. VACAT. IMP. OCCID 9.
ANNUS HENRICI IMP. I.
9.

I. Iniquum a patriarcha Constantino-
p. exortum Venetiis sacra-
mentum. **A**d tuendam nobilissimæ orientis pa-
triarchalis sedis majestatem, liberta-
temque defendendam anno a salute mun-
di millesimo ducentesimo sexto indictio-
ne nona curæ Apostolicæ convertendæ
fuerunt. Disregerat quidem funesti schis-
matis vincula Constantinopolitana eccle-
sia, atque eo ad majorem sese extule-
rat dignitatem, quo demissius in Roma-
næ Ecclesiæ obsequium procubuerat: sed
cum Veneti patriarcham a sede Aposto-
lica redeuntem ad conventiones compu-
lissent, quæ in cæterarum nationum in-
juriam redundabant, Innocentius cuius
Apostolicum studium non in Venetos mo-
do, sed in cæteras omnes nationes se
diffundebat, justitiae zelo incensus sacra-
menti vim labefactavit, atque hæc im-
peria dedit patriarchæ, quem ut timidi
animi perstrinxit humanis minis, ac ter-
rori succubuisse.

II. Rescindi-
tur ab In-
nocentio. **P**räsentium tibi auctoritate mandamus
& in virtute Spiritus sancti districte præ-
cipimus, quatenus juramentum illud nequa-
quam observes, cum sanctuarium Dei non
sit hereditario jure ab aliquibus possiden-
dum, sed in omni gente, qui facit justi-
tiam, acceptus sit Deo præcavens diligen-
ter, ne post hoc Apostolicæ sedis præceptum
in præmissis articulis utcumque delinquas,
quia si de cætero solos Venetos in ecclesia
sanctæ Sophiae canonicos institueris, vel
ad hoc impenderis operam qualemunque,
ut semper in eadem ecclesiæ sit Venetus pa-
triarcha, neminem in ipsa ponendo cano-
nicum, nisi juret, quod nunquam aliun-
de, nisi de Venetis eliget, aut recipiet
patriarcham, nulla deinceps ratione su-
per his poteris excusari. Sed nec illud
observes, quod absque juramento diceris
promisisse, ut neminem archiepiscopum
præter Venetum in tota facies Romania.
Et paucis interjectis verbis: *Licet autem
plus debueris Dominum timere, quam ho-
mines, ne jurares aliquid propter homi-
nes contra Deum, si tamen in illo juramen-
to per vim & metum extorto præscriptam
adhibuisti cautelam, ut juraveris salvo in
omnibus Apostolicæ sedis jure, auctorita-
te, reverentia, & honore, nos tibi deli-
ctum tuum humiliter confidenti de speciali
gratia indulgemus, ut bujusmodi juramen-
tum nullum tibi possit præjudicium genera-
re, dummodo præceptum, quod salubriter
tibi fecimus ad silvandum jus, reveren-
tiam, auctoritatem, & honorem Apostoli-
cæ sedis, contra cuius statuta ea, quæ sunt
jurata redundant, fideleriter exequaris, &c.*
Datum Ferentini. Hactenus Innocentius,
(a) *Innoc.*
(a) *ep. 129.*
*continetur, additurque dat. Ferentini,
ubi pariter xi. kal. juli anno nono (hoc*

scilicet) aliæ ejusdem argumenti Inno-
centii literæ scriptæ leguntur (b) ad Pe-
trum tit. sancti Marcelli, & Benedictum
tit. sanctæ Susannæ presbyteros Cardina-
les, quibus præcipit patriarcham mo-
neant, ac pro viribus inducant benefi-
cia ecclesiastica religiosis, honestis ac li-
teratis viris cujusvis nationis in Constan-
tinopolitanæ urbis ecclesiis, maximeque
in sancte Sophiæ templo deferat.

Qui autem tumultus patriarcha Con-
stantinopolim accedente a Franciis conci-
tatus, utque tandem per Apostolicæ se-
dis legatum compressus fuerit, aucta enar-
rant. Et quidem patriarcha antequam
urbem ingredetur, literas ad clerus, Galli cle-
& populum dedit, quibus adventus sui fa-
ctos certiores, officii commonuit, ut ad
ipsum debito honore excipendum se ac-
tingerent: sed Franci clericis ipsum exci-
pere, moremve ei gerere respuerunt, &
objecere ipsius promotionem mendacio ab
Apostolica sede surreptam, & ad ipsam
coram Cardinali legato unanimi consen-
su provocarunt; quorum appellationem
admittendam censuit legatus, nec ipsos
ad obsequiuni patriarchæ deferendum ad-
egit. At patriarcha in ipsos, ut contu-
maces anathematis sententiam distinxit,
quam illi servare contempserunt, quæ di-
scordia tamdiu tenuit, donec Benedictus
tituli sanctæ Susannæ presbyter Cardina-
lis legatus a latere in Imperio Constan-
tinopolano constitutus Bytantium appu-
lit, suaque auctoritate discordiam extin-
xit, ac nonnullas patriarcham inter &
Francos conventiones confecit, quarum
ea princeps extitit, ut ex omnibus terris,
quæ armorum vi ab hoste compararen-
tur, decimaquinta pars Constantinopolitanæ
ecclesiæ attribueretur. In nomine
(c) Domini Dei, & Salvatoris nostri (c) Ep.
Iesu Christi anno Domini millesimo ducen-
tesimo sexio mense martii indictione nona,
Constantinopoli. Hæc est forma concor-
diae factæ inter dominum Benedictum ti-
tuli sanctæ Susannæ presbyterum Cardina-
lem Apostolicæ sedis legatum, & dominum
Thomam Mauroensem sanctæ Constantino-
politanae ecclesiæ patriarcham ex una par-
te, & dominum Henricum, & barones, &
milites, & populum ex alia in conquisis, &
acquirendis intra & extra Imperium Ro-
manum. Dominus Henricus de consilio, &
assensu omnium principum, baronum, mi-
litum, & populi dat ecclesiis, & promittit
se daturum in eaurundem recompensatio-
nen possestionum, sicut inferius denotatur,
extra muros civitatis Constantinopolitanæ
quintam decimam partem omnium posse-
stionum, civitatum, castrorum, casalium,
camporum, vinearum, nemorum, sylva-
rum,

(b) Ep. 100.
(c) Ep. 142.
Conven-
tiones in-
ter patr.
& Imper.

CHRISTI
1206.

INNOCENTII III. PAP.
9.

VACAT. IMP. OCCID. 2.
HENRICI IMP. 2.

rum, pratorum, pomeriorum, bortorum,
salinarum, passagiorum, teloneorum terræ,
& maris, pisciarum in mari, & in aqua
dulci, & omnium possestionum, et se in præ-
fenti scripto non reperiantur insolidum de-
clarare: his exceptis, quod de terra, quam
habent juxta muros nominatae civitatis &
porta aurea usque ad portam Blachernæ
infra murum ipsius, & mare dare quin-
tamdecimam nullatenus tenebuntur; nec e-
tiam de casalibus monetæ, in quorum re-
penstationem casalium dominus Henricus,
& prædicti secundum eorumdem casalium
valorem in prima conquisitione satisfacere
de quintadecima ecclesiæ tenebuntur.

De commercio, quod infra Constanti-
nopoli, vel extra nomine civitatis rece-
perint quintamdecimam non dabunt, si in
ipsa civitate Constantinopolitana nomine
alterius civitatis, aut loci, vel alibi co-
mercium solvetur quintam decimam dabunt
Ecclesiæ: si vero cum aliqua civitate, vel
castro, vel terra, vel insula, quam do-
minus Henricus subjugare sibi, & Imper-
rio non poterit, per annum censum com-
positum fuerit, quintamdecimam dabunt
ecclesiæ: sed si feudare, vel donare, vel
alienare voluerit, hoc faciat salva primo
ecclesiæ quintadecima parte. Divisio-
nes possestionum inter ecclesiæ & prædi-
ctos hoc modo fierint, quod boni viri post
bullatum præsens instrumentum infra octo
dierum spatium ab utraque parte eligen-
tur, qui jurati bona fide de possestione cu-
juslibet terræ & aquæ quindecim partes
facient, & sortes mittent, si aliter con-
venire non possint, & supra quam cecide-
rit fors ecclesiæ, erit ecclesiæ. Hæc au-
tem usque ad Pentecostes festum proximum
venturum bona fide complebuntur. Claustra
quoque omnia tam infra civitatem, quam
extra libera erunt ecclesiæ, nec in quin-
tagdecima computanda. Si de quantitate
claustrorum questio oriatur, utraque par-
tium eligat virum idoneum post questio-
nem motam infra octo dierum spatium, &
illi duo per sacramentum suum tertium eli-
gant, & quod illi tres, vel major pars
eorum astricti sacramento infra viginti di-
es super hoc bona fide duxerint facien-
dum, stabile permaneat. Si pro ardua ne-
cessitate terræ aliqua claustra fuerint in-
castellanda, incastellentur, de assensu do-
mini patriarchæ, vel diœcesani episcopi,
qui si cum incastellatoribus concordare ne-
quinerint, sicut supradictum est, de clau-
stris questio terminetur. Dabunt etiam de-
cimas Latinorum omnium in perpetuum,
videlicet de blado, legumine & omnibus
fructibus terræ & vinearum, quas exco-
tent, vel propriis sumptibus excoli facient,
& de fructibus arborum, & bortorum,
quos pater familias in usus comedendi, &
munusculorum bona fide convertet.

De nutrimentis animalium quadrupedum,
& de apibus, & lanis decimæ solventur,
& si progressu temporis Ecclesiæ a Græcis
decimas per exhortationem, & admonitionem
acquirere poterit, per eos nullum im-
pedimentum præstabitur. Præterea clerici,
& ecclesiæ universæ & earum possestiones,
& manentes in ipsis possestionibus, & ec-
clesis, & religiosæ personæ tam Græco-
rum, quam Latinorum, & morantes cum
prædictis, & claustra ecclesiæ, & ha-
bitantes in eis, & qui ad ecclesiæ con-
fugerint, liberi erunt ab omni laicali ju-
risdictione, secundum liberaliorem consue-
tudinem Francie, salva in omnibus aucto-
ritate Ecclesiæ Romanæ, nec non & Con-
stantinopolis & honore, & jure domini pa-
triarchæ, & Imperatoris, & Imperii, &
salvis in omnibus capitulois supradictis.
De terris vero, quæ Deo volente de cæ-
tero conquirentur, primo habebit Ecclesiæ
quintamdecimam partem, antequam alicui
distribuantur. Hæc autem omnia dominus
Henricus, & barones ipsius bona fide at-
tendent, & curabunt pro posse effectui de-
bito mancipare. Nulli omnino hominum li-
ceat banc paginam concordia, vel pactic-
onis infringere, vel ei ansie temerario con-
traire. Si quis autem &c. hanc autem com-
positionem dominus patriarcha pro se, &
successoribus suis se firmiter observaturum
promisit, & dominus Henricus, & baro-
nes, & milites, & populus similiter pro
se, & successoribus suis, & hæc excepta
communi parte Venetorum se firmiter ob-
servaturos promiserunt. Datum Constanti-
nopoli apud sanctam Sopham 16. Kalend.
Aprilis. Nulli ergo &c. Hanc paginam no-
stræ præceptionis infringere &c. Si quis
autem &c. Datum Ferentini non. aug. an-
no ix. Has conventiones Innocentius cum
Ecclesiæ utilitatibus cederent, Apostolica au-
toritate corroboravit, easque uti jacent, (a) Inn.
ep. 192.

Animadvertisisti lector Henricum, qui
primo semper loco principes inter recen-
setur, nunquam Imperatoris titulo insi-
gniri, idque dedita opera factum scias:
quanius enim clavum Imperii teneret, impera-
tor & gubernacula reipublicæ tractaret, non-
dandum tamen Imperator renunciatus erat,
quippe Niceta Choniata Græcus auctor
hæc literis mandavit: *Ipsi Byzantium re-
versi (de nostris loquitur) Henricum Bal-
duini primi ex Latinis Byzantio domina-
ti fratrem Imperatorem declarant. [1] Cum
Ann. Eccl. Tom. XX.*

VI.
Henricus
Imperium
regit non
obtenta
impera-
ria digni-
tate.

G g
du-

NOTÆ [1] **M**ensem & diem, quo Henricus imperii coronam assumpit, Henricus ipse prodit in
epistola, quam dedit ad Geraldum S. Amati Duaci præpositum vulgata in Thesau-
ro monumento Martenii to. I. col. 1073. in qua plura de rebus gestis a Latinis hoc, & su-
perio-

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

etiam unum annum & menses quatuor rem-publicam sine Imperatore administrarent, nemini popularium suorum regni inaugura-tionem condonare voluerunt, nisi Balduini morte prius explorata. Hæc ipse, ubi cum afferat per annum, menses quatuor rem-publicam sine Imperatore administratam esse, Balduinum vero quintodecimo aprilis die captum significet, dicere necesse est Henricum hoc anno, sed non ante xvi. augusti diem Imperatorem declara-tum; sed redeamus ad Innocentii ge-sta: Post hæc, inquit, patriarcha præ-fatus solemnes nuncios cum gratuitis ob-sequuis ad Apostolicam sedem direxit, super diversis articulis querelas, consil-tationes, & preces inculcans. Ad qua omnia dominus Papa rescriptit eodem hoc modo: Inter quatuor animalia, &c. afferat Innocentii epistolam, qua plura dubia solvuntur, quæ ad regimen illius ecclesiæ spectabant, & quanvis expressum non habeatur, quoniam die, vel anno ex-a-rata fuerit, in regesto (a) tamen additur: Dat. Ferentini 4. non. aug. anno nono; cum vero prolixior sit atque in-lucem edita, ne fastidium lectori affera-mus, omittendam censemus. Haud ta-men taciti præterimus Innocentium ex iis, quæ ibi afferit, hoc eodem anno, Nicosiensem archiepiscopum in jus vo-casse, (b) quo cognosceretur, an Con-stantinopolitano patriarchæ, vel non sub-iici deberet. Nec prætermittendum, Ni-cetam Choniatani de Thoma Constan-tinopolitano patriarcha nuper, ut ait, Venetiis profecto mentionem etiam fa-cere, atque hæc in annales suos contulisse: Is patrio vestitu induitus erat, qui corpus ita constringebat, ut acibus illi as-sutus videretur, manibus dumtaxat & pe-ctore aperto: malis ita rasis, ut quemad-modum in impuberi puer, nullum pili ve-figium cerneretur. Per hæc tempora Bo-

(a) Lib. 9.
ep. 140.(b) Ibid.
ep. 141.

nifacius marchio Montisferrati ad Inno-centium Pontificem cancellarium suum oratorem misit, ad quem Innocentius of-ficiofissimas literas (c) reddidit, in qui-bus summis ipsum laudibus prosecutus est, ejusque postulatis ita respondit:

Super iis, de quibus nos per tuas lite-ras consulere studiisti, tibi jamdudum cu-ravimus per nostras literas plenarie respon-dere, sed quia forte nondum ad te illæ li-teræ pervenerunt, transcriptum ipsarum, de registris nostris assumptum, per præ-dictum nuncium nobilitati tuæ duximus transmittendum, ut perpendas ex eis quod sequitur ad Apostolicam sedem direxit, super diversis articulis querelas, consil-tationes, & preces inculcans. Ad qua omnia dominus Papa rescriptit eodem hoc modo: Inter quatuor animalia, &c. afferat Innocentii epistolam, qua plura dubia solvuntur, quæ ad regimen illius ecclesiæ spectabant, & quanvis expressum non habeatur, quoniam die, vel anno ex-a-rata fuerit, in regesto (a) tamen additur: Dat. Ferentini 4. non. aug. anno nono; cum vero prolixior sit atque in-lucem edita, ne fastidium lectori affera-mus, omittendam censemus. Haud ta-men taciti præterimus Innocentium ex iis, quæ ibi afferit, hoc eodem anno, Nicosiensem archiepiscopum in jus vo-casse, (b) quo cognosceretur, an Con-stantinopolitano patriarchæ, vel non sub-iici deberet. Nec prætermittendum, Ni-cetam Choniatani de Thoma Constan-tinopolitano patriarcha nuper, ut ait, Venetiis profecto mentionem etiam fa-cere, atque hæc in annales suos contulisse: Is patrio vestitu induitus erat, qui corpus ita constringebat, ut acibus illi as-sutus videretur, manibus dumtaxat & pe-ctore aperto: malis ita rasis, ut quemad-modum in impuberi puer, nullum pili ve-figium cerneretur. Per hæc tempora Bo-

Hic

NOTÆ periori anno narrat. Ait igitur Balduino capto in prælio Adrianopolitano *bajulum* imperiū ascitum se fuisse. Non diu post ex urbe educto exercitu, civitates & loca regionis ad impe-riū coegisse, tum redisse in urbem circa festum S. Remigii Kal. nempe octobris. Anno vero sequenti 1206. circa festum Purificationis R. M. nostros insidiis Blacorum ad urbem Rossam cir-cumventos trucidatos fuisse. Inter hæc cives Philippopolis, quibus princeps datus erat a Balduino Rainerus de Thriti conjurationem in eum fecisse, eodemque ejecto, e gente sua impe-ratorem sibi constituisse. Sed ab imperatore Blacorum oblesia urbs illi cessit. Vicissim autem cives Adrianopolis, & Didimoticho a Blachis, quibus fidem juraverant, ad Latinos transisse, & cum a barbaris eius defectionis gratia ob siderentur prompte accurrisse Latinos, & dediti-rios suos liberasse. Tunc vero primum certiorem se factum fuisse, addit, de nece Balduini a Joannico Blacorum Imperatore interfecti. Qua comperta de imperatore eligendo inter Latinos deliberalatum fuisse, & quamquam Venetis cum patriarcha primo repugnantibus; dein & illis pariter assentientibus favore, & opera Benedicti apostolice sedis legati, in assumptionem suam convenisse omnes; atque ita rebus comparatis, solemnni ritu imperii coronam manu eiusdem Benedicti accepisse die dominica post Assumptionem B. Mariae Virginis, idest die 20. augusti. Mane alterius diei, ait, cum ad nos perlatum fuisse Blacos ob sidere Adrianopolim ex urbe eductum exercitum eo deduximus, sed ad famam nostri adventus barbarus reducens ab ob sidio-ne copiis fugit. Hæc Henricus in epistola illa signata Adrianopoli anno Domini MCCXI. men-si septembri. Porro Blacorum nomine gentem illam designari, quæ hodie Walorum dicitur Ortelius in Thesauro monet. MANSI

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

VIII.
(a) Inn. I. tium hoc itidem anno (a) Antiocheni
9. ep. 47. patriarchæ culpam gratia delevisse, cum ad salutanda Apostolorum limina non accessisset, ac superest, ut antequam ex oriente sermo revocetur, de rebus, Terre sanctæ aliqua adducamus, quæ semper Pontifici charissimæ extiterunt: qua propter hoc eodem anno Namurensem marchionem, cæterosque Christi fideles cohortatur, & rogat, quamprimum Constantinopolim proficiscantur, quo Hierosolymitanæ provinciæ recuperandæ operam dare possint, cujus epistolæ (b) partem annualibus adscribemus, cum alia scitu dignissima ad Henrici Imperatoris historiam spectantia perstringant: Nobilitati vestre præmissa auctoritate distri-cte præcipimus monentes, quatenus cum di-cto episcopo, nimirum Suezionensi, ad eundem portum, Januensem scilicet, accede-re studeatis, transfretaturi pariter cum eodem, ne, quod absit, exercitus domini occasione qualibet dissolvatur, ipsius epis-copi, qui super hoc fideliter, & devote laborat, consiliis intendentes. Præterea præ-sentibus vobis literis innotescat, quod post-

* Baldwi-nus quam illuftris memoria Constantinus Im-

* Baldwi-ni * frater Imperator illustris ab univer-

bens, querimoniam in alterum a duce Venetorum ad Apostolicam sedem perla-tam ait, utque mores emendet admonet; alterum vero ad ecclesiæ suam, quam in eremum profectus deseruerat, reverti quamprimum jubet; atque de his sa-tis.

Jam ex orientali ad occidentale Imperiū orationem traducamus. Otho Rex Imperator designatus nuncium suum Cameracensem episcopum ad Innocentium misit, quem Pontifex benigno vultu ex-cepit, ac quamvis postea idem Rex ab ipso nuncio, cum in Germaniam esset re-versus, certior fieri debuisset tum de Pon-tificis consilio, atque eiā de Imperiū statu, ne tamen hoc interim spatio in fraudem ab scelesto aliquo induci posset, prudens ac providus Pontifex suum erga eum studium explicit; continentur hæc in ipsius epistola, (i) ubi constantiam suam (i) Libell. Vat. de praesentibus literis premunimus, reddentes neg. Rom. Imp. ep. 135.

* Baldwi-ni * frater Imperator illustris ab univer-

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAR.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

(a) God. in Ann. 1206. X. Oto per proditio- rem a Philippo fatus.

Philippum ingenti cinctum exercitu Adolphique auxiliis fultum in inferiores Germaniae partes irrupisse, obviamque occurrisse Othonem, qui secum Brunonem ducebatur, atque Henrici Limburgensis proditione ad castrum Vassimberch cum in loca iniquiora & paludosa adductus esset, mox ab hoste undique irruente circumfusum, profligatum, fugatumque, tum Othonem cum archiepiscopo oppidum ingressum ab hostibus circumclusum fuisse, eoque animadverso cum tribus sociis inde se proripuisse, paulo vero post ad deditionem compulsum oppidum ac Brunonem in Philippi potestatem redactum vinculis oneratum, militem vero armis rebusque omnibus foedissime spoliatum dimissum esse. Eadem de proditione ducis Limburgensis, Othonianorum cæde, fuga Othonis, deque Brunonis captivitate breviter Lubecensis (b). De iis hæc tradidit Albertus Stadensis hujus temporis scriptor (c): Philippus & Otho iterum vires suas circa Colontiam sunt experti, & Otho iterum graviter vulneratus; pergit Godefridus ambos electos opera Henrici de Kaliuthin Coloniam prope in colloquium descendisse, que vero inter se egissent, plerosque latuisse; de hujusmodi colloquio Robertus de Monte, (d) Othonem Regem ait cum Philippo duce Suevia multa de pace locutum, re infecta Coloniam reliquisse. Verum Stadensis (e) utrumque sub quadam conditione reconciliacionem spopondisse tradit. Coepit narrationem Godefridus, Philippum e colloquio reversum montem, cui Gymnich nomen erat, insedisse, arcemque imposuisse militari praesidio munitam, ut Colonensibus frenum iniiceret, quo illi metu percussi cum toto sibi adversante Imperio Germanico conitus suos elusos viderent, Brabantia ducis opera Philippo conciliatos, qui Spirensim episcopum, ut in suam fidem eos adigeret, misit. Subiicit Godefridus Othonem afflitis ita suis rebus in Angliam fugisse, magnoque a Joanne Rege avunculo honore suscepimus, accepta ingenti pecuniae vi ad bellum instaurandum rediisse, quibus consimilia alii recentiores (f) historiæ mandarunt. At Robertus de Monte, Matthæusque Parissus adventum Othonis in Angliam sequenti anno recensent, additque illorum alter certis cum Rege contractis pactis, Othonem triginta milia marcharum argenti secum asportasse, atque in Germaniam rediisse; alter vero tradit Othonem cum Joanne fecisse verba, ac quinque millibus ab eo marchis acceptis reversum.

XI. Ad efferendas insuper Othonis partes

Innocentius Brunoni Colonensi archiepiscopo, præterea detano, & magistro H. Scholastico sancti Gereonis, item Colonensibus imperat (g) dent operam, (g) Ep. 137. ut Monasterientis episcopus delato juriu-rando starebat, atque etiam ad id præstantum, si opus foret, ecclesiasticis censuris compellant, idemque ut subditur, in Osnaburgensem episcopum ad eosdem judices scriptum est. Adolphum itidem Colonensem olim archiepiscopum, Imperii Ecclesiaeque perduelleum, literis suis resipisceret, hortatus est. (b) Ep. 97.

Adolphi quondam Colonien. archiep.

Quoties te monitis, & consiliis precibus, & præceptis, minis, & terroribus inducere curaverimus, ne conversus in arcum perversum sine causa nobis illuderes, quos ad favendum illi. Regi Othoni, per literas, & nuncios induxit, parcens saluti, & famæ tuae, nondum, sic credimus, es oblitus, quamvis exigentibus culpis tuis, sis in reprobum sensum datus. Sed ecce, justo judicio primus ipse in foveam incidisti, quam alii præparasti, quia cum velles prædictum Regem deiicere, dejetus es ipse prior propter notum perjurium, præditionem vulgatam, publicam excommunicationem, & inobedientiam manifestam. O si diligenter attenderes, quod laici de te sentiant, quod clerici de te dicant, quomodo tuam vilificasti personam, fædasti ordinem, officium deturpasti, factus tibi ipsi contrarius, & reprobans temetipsum, procul dubio non minus erubesceres de infamia, quam doleas de jactura. Condolemus utique tibi, si tamen tu doleas, non quidem ad exercitum vindictam, sed ad pœnitentiam peragendam, quoniam inutiliter vincere te studebas, posset autem utiliter pœnitere. Quid enim tibi possunt prodeesse homicidia, sacrilegia, furtum, incendia, & alia facinora, que committis? putas ne, per illa vales apud dominum, aut etiam apud nos indulgentiam promerari? facta sunt novissima tua pejora prioribus, dum accumulando peccata peccatis pressus pondere vitiorum, ad inferni te profunda demergis. Ne putas, quod verba ista de cordis amaritudine proferamus, cum etiæ tuam odiamus offendam, diligamus naturam, memores adhuc illius dilectionis antiquæ, qua te inter fratres & coepiscopos nostros affectuosus amabamus; sed ex compassionis affectu, novit dominus, verba ista proferimus, quoniam gemimus, & tristamur, dum audimus te de malo vergere semper in pejus, quia licet graviter lades alios, gravius tamen lades te ipsum, & inde deficit amplius, unde magis proficere te confidis.

Memorare novissima tua, si forsan a tanto respicias errore, ad illum per humilem pœnitentiam te convertens, a quo te per contumacem inobedientiam avertisti,

quo-

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAR.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

contumax atque in Romanam Ecclesiam contumeliosus, frequentius ab Innocentio monitus, ad se tandem rediens, nuncios literasque pro reconciliatione obtinenda supplices mittit, in omnibus uti profitetur se morem gerere paratum, ut veniam consequatur, ut vero tanta hæc geta, exactius discutiendam est. Præceperat novissime Innoc. Aquilejeni patriarchæ, ut errantem filium monitis ac minis ad officium revocare studeret, quod ille egregie præstitit, idque ponctificie ad ipsum reddite literæ (c) te- libet. ep. 139.

Aquilejeni patriarchæ.

Dignas fraternitatæ tuæ gratiarum referimus actiones, quod circa principem illum, quem nosti, mandatum nostrum fideliter exequi studiisti, credentes quod quantum in te fuit, nihil apud eum omisisti de contingentibus, quamvis ex iis, que tibi mandata fuerunt, aliqui videaris apud alios omisisti, responsorem autem ipsius gratiam in multis habemus, tum quia sapit catholicam veritatem, tum quia piam devotionem ostendit, verum tam in facto ecclesiæ Mtguntinæ nec justæ, nec honestæ respondit, quia sicut ex ipsis scripto perpendiculariter manifeste, sic vult dimittere Liupuldum intrusum, ut & nos Siffredum archiepiscopum faciamus omnino cessare, quod quam sit iniquum, frivolum & absurdum, tua sicut credimus fraternitas non ignorat. Nisi igitur postquam correctionem ipsius diutius expectavimus, cumque fecimus frequentius admoneri, super hoc, auctore domino procedemus, sicut videbimus expedire. Illud autem habemus acceptum, quod inter ipsum, & adversarium suum tregua libenter, ut afferit, admisisset, si ad illum nostri potuissent numeri per venisse. Cumque nos ad pacem Imperii aspiremus, suggestimus alteri parti, ut tregua non solum recipiat, sed exposcat, & tu venerabilis frater in Christo, sicut patris amator, suggestus principi memorato, ut cum tregua postulata fuerint, illas sine difficultate concedat, quatenus nos ex illis occasionem & materiam assumamus, ad pacem Imperii salubriter procurandam, quam utique toti orbi Christiano necessariam reputamus. Hactenus Pontifex, qui de his Othonem Regem certiore fecit, (d) adhortatus, inducias cum Philippo ad annum iniret.

(d) ib. ep. 140.

XV.

Ut ferocienit Adolphi elatos animos compressit, ita Echeberto Bambergensi episcopo, qui cum ob defectionem, ab Innocentio ecclesiasticis censuris jam ante irreitus ac munere interdictus fuit, demum ad frugem reversus, clericum suum Romam ad Apostolicæ sedis implorandum misericordiam miserat, absolu-

tionis beneficium largitur (a) atque ad fidem servandam animos addidit; extat episcopi ejusdem rescriptum (b) ipsius sigillo munitum ab eoque ad Romanum Pontificem transmissum, quo professus est, se ex fidelitatis (ut ait) obedientia que juramento olim in consecratione sua concepto, teneri domini Papæ mandatis in negocio etiæ Romani Imperii obtemperare. Ego Echebertus Babenbergensis episcopus, per hoc scriptum sigillo meo munatum volo fieri manifestum, quod & illo juramento fidelitatis & obedientiae, quod in consecratione mea corporaliter præstisti, profiteor me teneri ad obedientiam etiam super negotio Romani Imperii mandatis domini Papæ. Unde sub illo juramento spondeo, & promitto, quod super negotio Romani Imperii mandatis domini mei Papæ Innocentii fine fraude purebo, & cum ab eo vocatus fuero cessante justo impedimento ad presentiam ejus accedam. Mandavi præterea Liupuldo clero meo, & mandatum non revocavi, ut prescripta juret in animam meam.

Verum dum principes alii refractarii, de quibus modo diximus, in meritas reprehensiones incurrit, Philippus Sueviae dux Othonis in Imperio æmulus, adeo

(e) Id. ib.

ep. 138.

memorit Innocentius, extat in memorato bello (e) ubi postquam pluribus ostendere conatus est, se defuncto Henrico Augusto fratre suo totis viribus omnique studio contendisse, ut Fridericus ejus filius Imperio potiretur, verum cum nullum ex principibus in sententiam suam adducere potuisset, tandem non ambatio.

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

tione, sed illis instantibus atque urgentibus coactum principatum adiisse, de Lupoldo deque aliis que Innocentius in redita modo epistola attigerat, plura affert, e quibus haec delibanda putavi. *Scriptum Philippi ad dominum Papam, &c.*

De domino Lupoldo hoc scitote. Contigit statim post mortem Conradi Maguntium archiepiscopi, & nos venisse Maguntiam & ejus interesse sepulturæ, & tunc concordi, & unanimi electione cleri accedentibus votis ministerialium, & omnium eorum, quorum intererat & assensu, & mirabili clamore populi, ipse Lupoldus fuit electus, sive nobis praesentatus, & quia nostrum non est discutere de episcoporum electione tantummodo ut ipsa sit concors, & unitimis, de regalibus eum investivimus postmodum dominus Siffridus apud Pinginum, ut vere putamus, a tribus, vel ad plus a quatuor se permisit eligi, sed cum nos a dilecto fideli nostro VV. patriarcha Aquilegen. & a luto presentium venerabili priore voluntatem vestram intelleximus, statim concepimus animum dimitendi Lupoldum ob honorem, & reverentiam sanctitatis vestrae, & ob dignitatem sacrosancta Romana Ecclesie, quam nos recognoscimus esse matrem, & dominam omnium ecclesiarum, & quam nos semper reverenti volumus, & honorare sicut matrem nostram catholicam, & Apostol. & pro posse & viribus nostris eam semper defendere volumus, & efficaciter suæ intendere exaltationi, ita quoque volumus dimittere Lupoldum ut & vos inspecto honore Imperii, cuius exaltationi & honori vos tenemini plenitudine auctoritatis, que apud vos est dominum Siffridum cōfesse faciatis, & nos tunc ad voluntatem vestram, & pro honore vestro ipsum dominum Siffridum in gratiam nostram recipiemus, quamvis in multis gravissime ipse nos offendaverit, & vel in curia nostra honorifice tenebimus eum, vel de bonis nostris honestos redditus sibi assignabimus, quoque nos provideamus ei in loco magna, & honesta dignitatis, accedente ad hoc auxilio vestro & Apostolica auctoritate, quod ut putamus, fieri posset in brevi.

XVI. Ad hæc sicut petitis pro reverentia vestra & licet nobis non multum esset honorificum vel expediens, inter nos & dominum Oddonem treguas libenter admissemus, si praefati nunci vestri usque ad eum pervenirent potuissent. Præterea pro reformatu pace & concordia inter vos & nos, inter Sacerdotium, & Imperium, quam nos semper desideravimus, subiiciemus nos vestris Cardinalibus, & nostris principibus, qui tales sint, qui ut viri catholici pacem, & concordiam sine omni scrupulo dolositas debeant affectare. Item si nos in aliquos vos, vel sacrosanctam Romanam Ecclesiam offendisse videmur, nos pro bo-

nore domini nostri Jesu Christi, cuius vicem in terris geritis & ob reverentiam beatissimi Petri principis Apostolorum, cuius vicarius es, & ob salutem nostram nos ad satisfaciendum vobis supponimus: si vero vos in aliquo nos vel Imperium læsse videmini, conscientiae vestrae super iis vos relinquimus. Cum enim nos pie credamus, & ante passionem, & post passionem dominum nostrum Jesum Christum B. Petro Apostolo claves regni colorum contulisse, & tradidisse jus ligandi, atque solvendi, sumus & protestamur, quod vos, qui in locum suum cum plenitudine potestatis successis, in hujusmodi articulis ab homine non estis judicandus, sed judicium vestrum soli Deo reservatur, cuius judicium, & examen, quod sibi soli debetur, nobis non querimus usurpare. Ad hæc pater suntemus, quod nos putamus a quibusdam emulis nostris fuisse excommunicatione innotatos ab antecessore vestro, nunquam verum esse scitote, & tantum presumimus de mira honestate vestra, & prudentia, quod si super hoc testimonium vestrum invocaremus, vos hujus rei dicere nos esse innocentes, quod utique vere dicere possitis. Et utinam apud Ecclesiam triumphantem ab omni vinculo secretæ excommunicationis nos sciremus nos esse solutos, sicut apud Ecclesiam militantem, cuius nos membrum esse confidimus, vere scimus nos nullo modo unquam manifeste fuisse ligatos. Super omnibus autem aliis, quæ nobis obiectare decreveritis, sicut devotus filius vester obedienter nos discretioni vestrae submittemus: confidimus quoque in domino, quod manifestata vobis tota veritate, & cum plene vobis constiterit, quod multa falsa de nobis sepiissime vobis suggerita sunt, vos in intims visceribus paternæ vestrae dilectionis nos colligendo, pio nos adhuc affectu obligare debeatis, & cum scieritis obedientiam & devotionem nostram, quam nos vobis, ut christissimo patri nostro spirituali, cum omni humilitate procurabimus exhibere, scimus quoque verissime, quod in omni nostra tribulatione nunquam adhuc vos, vel sacrosanctam Romanam Ecclesiam dictis vel factis offendimus, quod etiam Deo dante nunquam faciemus; ceterum verbis latoris presentium filium firmam adhibere dignemini. Huc usque Philippus, qui præterea nunciis ad Apostolicam sedem nissis hanc ad Innocentium epistolam dedit: (a)

(a) Cit. libell. ep. 142.

Reverendo in Christo patri D. Innocentio sacrosancta Romana Ecclesie summo Pontifici, Philippus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus salutem, & cum omni reverentia filialis devotionis affectionem.

Dilectum, ac familiarem nostrum VV. philippus venerabilem Aquilegen. patriarcham, & præcipuum Imperii principem, una quoque cum

Pontifex ab humi-
ne non
potest ju-
dicari.

Philippus purgat se a Cælestino devin-
ctum ana-
themate non fuisse.

XVII. Innocentii in con-
cilianis coniunctaque principi-
bus studi-
tum.

(a) Urf-
berg. in
chr. an.
1206.

(b) Cit.
libell. ep.
143.

Innocentius, &c.

XVIII. Ejus imitando vestigia, qui omnium visitera in se gerens ajebat: Quis scandalizatur & ego non uror, paterno condolentes affectu, si forsitan summi sacerdotis exemplo, qui reconciliatio factus est in tempore iracundiae, hujusmodi possemus reconciliare scissuram ad restaurandam concordiam in Imperio & stabiliendam inter ipsum, & Ecclesiam veram pacem, diligens

NOTÆ [1] Hugonem & Leonem cardinales nonnisi sequenti anno in Germaniam venisse afferit qui chronicus Lambertus parvus, qui sequenti anno hæc notat: Duo cardinales a papa Innocentio in Alemanniam mittuntur, ut concordiam inter Regem Othonem, & Philippum Suevum facerent, sed non profecerunt. Hinc ergo standum est, cui & Godefridus assentitur, rejecto Uspergenii, qui in chronologia saepe offendit. MANSI

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

sum ipso alios fideles, ac familiares nostros G. Buregravium Magdeburgen. Henricum de Smalinechi, & Eribardum de Lurra, presentium latores, a latere nostro ad vestram destinavimus sanctitatem, quibus dedimus plenitudinem potestatis, & auctoritatem omnimodam, inter Ecclesiam, & Imperium, & inter vos, & nos pacem, & concordiam reformare, & periculosam regni, & sacerdotii scissuram feliciter restaurare. Prædictos utique nuncios, quos ad tam excellens factum idoneos reputavimus, ad vos accedentes, a vestra hilariter postulamus recipi paternitate, rogantes attentius, & commonentes, quod omnibus iis, quæ ex parte nostra prudentia vestrae intimaverint, fidem, & certitudinem dignemini adhibere, ipsi enim a nostra sublimitate tali modo, & eo fine recessere, quod sacrosancta Romana Ecclesia semper in nobis tanquam mater in filio sinceram dilectionem, & debitam invenit devotionem, duntaxat nos ejus, & vestrum aliquando sentiemus affectum. Quæcumque praefati nunci nostri pro nobis polliciti fuerint, ut Romana Ecclesia benevolentiam habeamus, & favorem, nos paratus sumus gratanter eadem affectu prosequente complere, & ipsorum ordinationem per omnia ratam habere & inconcussam.

At Innocentius, cui nihil antiquius, quam ut Christianos principes Ecclesiæ obsequentes inter se conjungeret, Hugonem episcopum Ostiensem, ac Leonem tituli S. Crucis presbyterum Cardinalem ut pacem inter illos conciliaret in Germaniam legavit. [1] Hoc enim contigisse hoc anno tradit Conradus Urspergensis abbas, (a) vel in sequenti, ut Godefridus auctior recentior describit, qui paulo ante predictam legationem recenset, eamque Germaniæ principibus missam. At his vero legatis Innocentius ad regionum earum principes ecclesiasticos & saeculares scripsit, (b) quibus sensus animi illustrat, paternum suggesterit consilium, legatosque suos plurimum iis commendat.

Illi tamen si justa paternitatis vestrae meritis valuerint vicissitudine respondere, ad hos se debent abundantius recognoscere debitores, quos specialis prærogativa dilectionis, & evidenteris gratia manifestis indicis honoratis. Licet enim ad obediendum, & obsequendum sanctitatis vestrae beneficis Regis Dan. ad Inn. lite. Christiæ professionis generalibus institutis & gentibus universis communibus tenemur, specialis tamen immensa benignitatis & benevolentiae vestrae nobis impensa stimulis urgentioribus excitati ad persistendum benevolere universa, quæ vestrae discretioni noverimus complacere, nos profecto recognoscimus firmius obligatos, qui non solum antecessorum vestrorum, qui antec-

(c) Arn.
Lubec.
chron.
Slav. 1.7.
c.6.

XIX. Inn. ope-
ra pro li-
berando
Walde-
maro epi-
sc. e car-
cere.

(d) Apud
Inn. 1.8.
ep. 187.

Cum universi quarumcumque per orbem Regis terrarum diffusi Christianæ fidei sectatores sanctitatis vestrae excellentiam venerari, & diligere non servilis, sed filialis devotionis obsequiis teneantur, illi tamen

devotionis obsequiis teneantur, illi tamen

erant vici-

Illius er-

ga Pont.

Rom. stu-

dium.

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

cessores nostros, & regnum eorum since-re semper charitatis brachis amplexati sunt vestigiis incedentes vos constitutissis dilectionis, quam ad ipsos habuerant successores, verum etiam eam studiis incre-mentis spe quoque majoribus adaugere, & ad perficiendum nostrum beneplacitum, & honorem nostrum, & regni pariter promovendum paterna solicitudine laborare. Suscepitis autem pietatis vestrae literis, in quibus nos super liberatione Valdemari episcopi sincero affectu & benevolo monui-stis, cum ut salva dilectionis vestrae plenitudo loquimur, plerisque quod petebatur difficile, vel penitus impossibile vide-retur, eas gratanter recepimus & benigne, nihil grave, quod vobis facile de-creveritis, quantumcumque damnum nobis, vel periculum in persona, vel rebus immi-neat arbitrantes, tanta nobis ex prae-dentibus meritis vestris dilectionis integri-tate & constantia demonstrata, quod cer-tissimi sumus, quia circa utilitatem, & proiectum nostrum tam diligentia sollicitudine vigiletis, quod ad praeavendum in posterum universa dama & incomoda, quae nobis pene regni nostri universitas mi-natur, & metuit imminere, tale debeatis adhibere remedium & cautelam, quod ne-quaque super iis oporteat dubitare, ideo ad implendum omne tamest ardum vi-deatur incunctanter, & omni deliberatio-ne postposita nobis cognoscimus, obsequen-dum, quicquid vestra providentia nobis viderit imperandum.

XX. Nisi enim projectis post tergum nostrum omnibus excessibus, & delictis, quibus in nos deliquit episcopus prelibatus, ad eq-oculos nullatenus retorquentes in Domino querela. Ejusdem in Walde-marum

Eiusdem in Walde-marum

Nisi enim projectis post tergum nostrum omnibus excessibus, & delictis, quibus in nos deliquit episcopus prelibatus, ad eq-oculos nullatenus retorquentes in Domino querela. Ejusdem in Walde-marum

poneremus, nos sicut alii pene cuncti, non solum difficile, sed impossibile crederemus, quod nobis modo urgenti præcipue benevolentie vestra plenitude facile judicamus. Sane licet providentiam vestram pluribus occupatam inviti longis sermonibus molestemus; quod tamen ipsum contra nos ma-xime excitavit, vestra dilectioni breviter revelandum per nuncium arbitramur, ut odium pro dilectione, & pro bono malum ipsum nobis reddidisse evidentius de-claretur. Cum enim Rex Canutus avunculus noster fuisse ab inimicis suis innocenter & immerito interemptus, quædam de qua adhuc sub judice lis est, utrum eam habuerit concubinam, istum de quo nobis est mensio procreavit. Sed cum de genera-tione istius tanta esset ambiguitas, quippe post mortem ejus, cuius filium se affir-mat, & de matrimonio illegitimo procre-sum, utrum eum filium prelibati vellet asserere, sive non, patris nostri arbitrio linqueretur, ipse tamen divina retribu-tionis intuitu in suuorem partem dubia-exponendo, ipsum in genus regale, & suuam

progeniem dignanter suscepit, & non so-lum in cognatum, & consanguineum, sed quasi in proprium filium adoptavit. Pa-tre autem nostro de medio sublato, cum frater noster piae memorie Rex Canutus regni gubernacula suscepisset, a patris piis operibus non declinans, se ejusdem dilectionis, quam pater noster ad hunc habu-erat, successorem constituit, & heredem, & benevolentiam, & dilectionem illi sem-per exhibuit pleniorum, tantam gratiam, quam a patre nostro suscepit augmentando. Quod inter cetera ad tempus du-catum, qui nobis debebatur, ei nobis in annis teneris constitutis, concessit, eumque abunde innumeris beneficiis, & honori-bus ampliavit, sed unde benevolentiam se credidit plenus promerer, inde ipsius indignationem, & odium contra se & nos sensit graviter, & inexorabiliter excita-ri. Nam cum nobis annis infantiae jam transcursis ducatus noster & hereditas pa-tris nostri redderetur, cuius ipse, ut supra dictum, fuerat ad tempus procurator, dilectionis sinceræ vicissitudinem, quam i-psi, & nobis reddere tenebatur, in ran-core, & odium indeficiens commutavit. Quod & postmodum (nam secundum pro-prium ipsum in die consecrationis sue pro-gnosticum, nihil occultum quod non reve-letur, neque absconditum quod non sciatur) indicis nimis evidenter patefecit, o-minum enim beneficiorum, quæ a patre no-stro, & fratre suscepit, ut de nobis i-psi sileamus, immemor, vel ingratus præmissum fratrem nostrum, & nos regno molitus est, quamvis adjuvante divina cle-mentia *, removere, & Regis, & epis-copi minus decenter & juste sibi nomini-bus maritatis contra nos pugnaturus aciem instaurare. Si itaque brevitatis causa o-minibus aliis prætermis, quæ contra nos relata, & gravia perpetravit, hæc ad me-moriam revocentur, nisi vestra in o-minibus, & super omnia benevolentia attendatur, quid de illo boni potest coniici, qui etiam in mortem nostram tam innocenter & immerito non timuit malignari?

Cum igitur & nos & nostra vestra per omnia committimus ordinationi, procuret vestra providentia, ut si ipsum admonitionis vestra intuitu dimittamus, ita dispo-natis, ut taliter ad vos perducatur, quod ab inimicis non possit in itinere deprehen-di, quia quamvis opera nostra id cognoscamus nullatenus meruisse, Philippus ta-men dux Sueviae inimicis nostris magis se sociat quam amicis, & qualiter inter nos & Regem Francie res se habeat, ve-stra magnificientia non convenit revelari. Ideoque si in manus premissi nostri adver-sarii deveniret, si possent per eum nobis & regno nostro molestias irrogarent, & tum perverterit, sicut per litteras vestras & nuncios nostros accepimus, eum in aliquo alio

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

alio loco ubi opportunum cognoveritis collocetis; quoniam cum ad dilectionis since-ritatem beneficia, quæ ei prius a fratre nostro, & nobis impensa sunt, nequaquam sufficimus augmentare, timemus quod nul-latenus melius modo, quam prius possimus ejus benevolentiam promerer, ideoque magis ejus absentiam, quam præsentiam affectamus, cui formidamus posse sinceri effectus constituta copulari. Quod si nec ipsum secure ad vos poteritis perducere, nec sicut dictum est, ei in alio loco mune-ra providere, cum benevolentia vestra i-psum ne nobis noceat permittatis de cete-ro retinere; tanto clementius nobiscum fu-cientes, quod fere omnium nobis attinentium consilio prætermisso a vestro nequaquam con-silio, & beneplacito volumus declinare. Cæ-tera nunciis nostris vobis committimus e-narranda.

XXII.(a) Inn. I.
3. ep. 188.Innoc. ad
Regem
Daniae
lit.

His literis acceptis Innocentius missio ex Cardinalium consilio legato, Regem hortatus est ut solutum vinculis episco-pum ad Ungarorum Regem, dein ad Apostolicam sedem perducendum illi tra-deret; extat hæc Pontificis insignis amo-rit, notis epistola (a) ad Danorum Re-gem redditia, qua virtutes ejus verbis ornat, commendatque.

Illustri Regi Daniae.

Gratias agimus gratiarum omnium lar-gitor, quod in serenissimo pectori tuo eam virtutum abundantiam cumulavit, ut inveniatur in eo, quod universitas hauriat, nec desit ibidem, quod affectio familiaris assumat. Nos igitur specialis dilectionis tue prærogativa gaudentes, tanto securius tibi preces effundimus, quanto ex tuae cel-situdinis literis nostro nuper Apostolatui destinatis purioris devotionis, quam ad nos habere dignosceris, argumenta tenemus. Sic autem fili charissime convenit, ut per bonorum præteriorum memoriam, quæ tam a nobis, quam prædecessoribus nostris tibi, ac progenitoribus tuis sunt affluenter ex-hibita, te ipsum excites ad majora, nec illa debellatrix virtutum, ingratitudo videlicet ullum, quod absit, in te locum inventiat, quæ cum malorum sit provocatrix, & ex-terminalatrix meritorum, quocunque semel se ingerit, vix sine gravi detimento rece-dit. Ex dictarum namque perpendimus serie literarum, quod licet Valdemarus Selfovicensis episcopus pontificalis officit gravitate, ut in se regnum sacerdotio cou-niret, contra claræ memorie. Regem Danorum fratrem tuum, cui juramento fide-litatis tenebatur affrictus, temere conju-ravit, omniumque beneficiorum, quæ tam a te, quam tuis progenitoribus copiose su-scepit, impudenter oblitus multa gravia contra honorem regium perpetravit, tu tam-tenquam Rex clemens, & princeps catholicus, quique doles quoties cogeris es-se ferus, ob reverentiam summi Regis,

Ann. Eccl. Tom. XX.

& salubrem admonitionem Apostolicæ se-dis, quantumcumque idem episcopus te ac-tuum regnum offenderit, quantumcumque etiam id tibi grave, multis etiam impos-sibile videretur, nobis, tamen pro libera-tione ipsius exhortantibus & exorantibus incessanter, velociter etiam omni delibe-ratione postposita duxisti humiliiter obse-quendam, nihil difficile reputans, quod ti-bi duximus injungendum, firmam spem & fiduciam obtinens, quod circa utilitatem, & profectum tuum tam diligenti sollicitu-dine vigilamus, quod ad præcatendum in posterum damna, & incomoda universa, quæ pene universitas Regni tui minatur tibi, ac metuit imminere, tale debeamus providere remedium, quod nequaquam super iis tibi deinceps sit dubitan-dum.

Nos igitur plurimum acceptantes devo-tionis regia puritatem, ac cupientes tam

salutis tuae, quam tranquillitati regni tui diligenti sollicitudine providere, de com-muni fratribus nostrorum consilio dilectum

Rogat

legato

Walde-

marum

commis-

tat.

Promittit

se regni

quieti

consul-tu-

rum.

Hortatur
ad cle-
mentiam
erga
Walde-
marum.

Regem Da-norum fratrem tuum, cui juramento fide-litatis tenebatur affrictus, temere conju-ravit, omniumque beneficiorum, quæ tam a te, quam tuis progenitoribus copiose su-scepit, impudenter oblitus multa gravia contra honorem regium perpetravit, tu tam-tenquam Rex clemens, & princeps catholicus, quique doles quoties cogeris es-se ferus, ob reverentiam summi Regis,

H h

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

tum subrogari, noverit regalis prudentia, quod petitionem hujusmodi non potius adimplere, cum sanctorum patrum canonice sanctiones expresse prohibeant, ne quis locum viventis usurpet, antequam idem ab eo canonica fuerit censura remotus. Cum autem idem episcopus ad presentiam nostram pervererit, quia tunc intelligi poterit suae redditus libertati, nos de iis que pertinuerint ad cautelam, nihil auctore Domino super hoc negotio dimittemus. In fine autem tuam celsitudinem monemus, atque etiam rogamus, quatenus dictum magistrum sic decenter recipias, & honeste pertractes, ut exinde non immerito tua valeat magnificientia commendari. Datum 13. Kal. februarii.

XXIV. Cum in Germanos reges inciderit mentio, addendum videtur Innocentium, cum Bohemiae Rex legitima uxore repudiata aliam sibi adjunxit, ejus caufam Salisburgensi archiepiscopo cognoscendam detulisse. (a)

(a) Inn. l. 9. ep. 62. Salzburgen, archiepiscopo, & abbati

Ex parte dilecti filii nobilis viri.... marchionis Misniensis, & sororis ipsius nostris est auribus intimatum, quod cum charissimus filius noster... Bohemiae Rex illistris ipsius... duxisset legitimè in uxorem, ac eum decem, & octo annis, & amplius velut uxorem legitimam pertractasset, filii & filiabus ex ea suscepit, tandem suadente humani generis inimico ilbam a suo consortio separavit; & venerabilis filius noster Pragensis episcopus habito quorundam prælatorum consilio in quodam monasterio ad petitionem, & mandatum ipsius Regis, ipsa volente ad eos accedere, ut suas coram eis proponeret rationes; militibus ejusdem Regis prohibentibus, bis, vel ter ingressum eidem, & ex parte illius appellatione ad sedem Apostolicam interposita, sententiam inter eos non est veritus promulgare, ac denique ipse Rex quandam aliam... sororem videlicet chrisissimi in Christo filii nostri... Regis Ungarie superduxit. Super hoc autem cum ad nos querimonia devenisset, causam ipsam venerabili fratri nostro Alberstensi episcopo, & coniunctibus ejus duximus committendam, cui postmodum eundem causam instructam ad nostram presentiam remiserunt. Cum denuo tibi fratri... Salzburgenfi, & bona memoria... Magdeburgensi archiepiscopis, & dilecto filio... præposito Romano causam commississimus eandem, ipsi prefatsum Regem propter idem negotium citaverunt. Sed quoniam idem Rex nuncios eorum, ut afferitur, fecit inhoneste tractari, ipsi non processerunt amplius super causa.

XXV. Interea vero præfatus Rex correctus a Domino sic ut dicitur, & magna contra ipsum ad veritatem surgente, reversus ad ipsum dixisse proponitur: Merito hæc pa-

tior, quia legitimam uxorem meam sine causa dimisi, & propter hoc filios meos, filiasque confudi. Cumque reatum suum taliter recognoscere, convocatis majoribus terræ sue nibilominus etiam liberis, & ministerialibus fratris ejusdem uxoris sue, juravit ipse, fecitque jurari per suos, quod superinductam expelleret, & legitimam revocaret: quod postmodum non implevit, licet illud per literas signatas sigillo proprio confirmarit. Quimvis igitur ex Apostolicæ servitutis officio simus omnibus in iustitia debito, volentes tam ita prædictorum marchionis & sororis ipsius justas petitiones admittere, ut præfatorum Regis Bohemiae, ac sororis Regis Ungariae iustitiam non ledamus, discretionem vestram monemus per Apostolicâ scripta, atque præcipimus, quatenus ad diem, & locum partibus competenter vocatis coram vobis, quos videritis evocando in ipso negotio mediante iustitia usque ad calculum diffinitivæ sententiae, sublati appellationis obiectu, procedatis, & causam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, præfigentes partibus terminum congruentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui reprætentent, sententiam auctore domino recepturos. Testes autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 6. Kalendas maii anno 9. Atque de Germania Regibus haec tenus.

Supereft, ut de finitimo, nempe Un-garo nonnulla subiiciamus. Erat is Andreas, qui defuncto nepoti puer, ut ex dictis anno superiori apparet, in regnum successerat; cum optimi principis specimen daret, morem ei gesit Pontifex atque universis Pannoniæ archiepiscopis, episcopis, ceterisque præfulibus, cunctis principibus præcepit (b), ut ejus proxime feliciter, ut sperabat, nascitu-77.

77. data est hujusmodi epistola Ferentini 7. idus julii anno nono. Post hæc vero accepto de nato filio Iæto nuncio Bamber-gensi episcopo Reginæ fratri, Romæ 3. Kal. decembr. rescribens, injunxit (c), (c) Ep. ut Regem adiret, suoque nomine gra-tularetur. Cæterum antequam ex illis re-gionibus sermo revocetur, non est præ-tereundum de Nidrosensi antistite Innocentium in hujus, successorumque gratiam dato diplomate (d) archiepiscopum con-stituisse, missoque pallio in Norvegia re-gno metropolitanum confirmasse, clericorum percussores absolvendi facultatem dedisse, (e) tum etiam tribuisse, (f) (e) Ep. ne quis nisi facta ab ipso potestate in e. 210. ius metropoli episcopos consecrare aude-ret, mandasse (g) denique, ut beati Pe-tri censum per provinciam colligendum studeret, atque ad se Romanam transmis-teret. Postremo ne quid septentrionalium rerum ad hunc annum spectantium præ-

XXVI.
Res Un-garica.(d) Lib. 8.
ep. 209.(b) Lib. q.
proxime feliciter, uti sperabat, nascitu-

77.

77.

(c) Ep.

185.

185.

(d) Ep.

212.

(g) Ep.

212.

212.

(a) Ep. 12.
XXVII.(b) lib. Inn.
lib. o. ep.
132.(c) Id ib.
ep. 68.Didaci ad
legatos
Apol. sa-
lubre mo-
nitum.

S. Dom-i-nicus Di-daci epi-scopi soci-us.

NOTÆ [1]

O

Uæ hic narrat Annalista de adventu S. Dominici cum Didaco Oxomensi episcopo in Provinciam ad superiorem annum 1205. referenda esse demonstrabimus in nota ad A. 1207. I. Porro de exordiis utriusque ordinis prædicatorum, & Minorum, nescio an vetustius aliud testimonium afferri possit eo quod exhibet anonymous scriptor chronicus Montis Se-reni prope Hallam Saxonæ quod ad annum usque 1225. perductum legitur inter scriptores rerum Germanicarum Menkenii to. II. Ita vero ille ad A. 1224. Duo nova conversationis in pro-vincia, & in ipsa civitate Magdeburg haberi caperunt, unus eorum qui sanctos Prædicatores se nominant, alter eorum, qui Minores fratres appellantur, de quibus ferunt quod ante hoc tem-pus XX. annis instituti, & ab Innocentio papâ fuerunt confirmati; & prior quidem clericorum tantum est: sequens vero, & clericos, & laicos recipit, quem dicunt ab insitore quodam prin-cipium accepisse. Ex hoc æquali scriptore deduci posset utriusque hujus ordinis religiosi epo-cham anno 1204. figuram esse; nisi familiaris consuetudo ejusmodi scriptorum obliterat, qui saepe in gratiam numeri rotundi addere aliquid, vel demere non recusat. MANSI

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

præterire videamur, adiicimus Innocen-tium A. præpositi, qui Magdeburgen-sis archiepiscopus fuerat designatus, elec-tionem confirmasse (a).

Rapiunt ad se orationem nostram Gal-licæ res, utque a finitimis Germaniæ du-camus initium, hoc anno Cameracenses cives atrocissimis injuryis episcopum suum affecerant, atque ab eo deficientes civi-tatem hosti traditam, oppidaque ac pos-sessions Cameracensis Ecclesiæ ferro, i-gneque vastatas occuparant, ob quæ co-e-tu fidelium moti sacris violatis divini officia celebrare præsumperant. Tantis

dulphum monachos Cisterciens Aposto-licæ sedis legatos incurrens ad refu-men-dos animos cohortatus est, abjectaque omni comitatus pompa Apostolorum mo-re pedites sine pecuniis incederent, re-gionemque obeundo, virtutum splendo-re omnibus prælucerent, respondentibus que id se libenter facturos, si in re adeo nova vir aliquis magnæ auctoratis ex-emplo præiret, vir divinus familia Oxo-mium missa cum iis monachis sine pom-pa, ac fastu in erudiendis catholicis, con-futandis hæreticis, evel lendisque vitiis studiū, operam jue defixit. [1]

XXVIII.
Abb. 12.
Cisterc.
cum Ar-
nal. alii-
que mo-
nachis
contra
hæret.
prædi-
cant.

Cæterum Arnaldus Cisterci abbas cum ad celebranda ordinis comitia perrexis-set, iis peractis secum alios duodecim ab-bates, pluresque ejusdem ordinis religio-sos viros adduxit, qui ut ab Oxomen-si episcopo edocti erant, summa humili-tate, paupertateque more Apostolico eas regiones lustravere, sui cuique limites se-rendi verbi divini definiti. Intercedebant pe-dibus, viatum ostiatim queritabant, sumi-mo que zelo hæreos errores discutiebant. Inter cæteras porro cum sectariis conser-tas publicas disputationes celeberrima illa fuit, quæ cum Balduino hæretarcha, ejusque nequitæ socio Theoderico in castro Carmano magno zel, ac veritatis triunpho habita est: argumentis enim e-piscopi Oxomensis irretitus hæreticus, ne-gans tamen fateri veritatem, ac ætuans:

Scio, inquit Theodoricus, scio cujus spi-ritus sis, siquidem in spiritu Elie veni-sti. Ad hæc sanctos: Et si ego in Elie spi-ritu veni, tu venisti in spiritu Anti-christi. Quanquam etiam divinum numen nonnulla miracula ad incutendum impis-terorem explicuit, inter quæ illud insi-gne, quod Petrus Vallisarnen. narrat (d) ex segetibus die festo sancti Joannis a melioribus cæsis sanguinem fluxisse: Con-tigit tempore illo prope Carcassonam mi-raculum, quod præteriri non debet. Mete-bant hæretici segetes suas in die nativi-tatis sancti Joannis Baptiste: ipsum enim non prophetam, sed malignissimum esse di-cebant, dum igitur meterent, aspiciens u-nus ex iis, manum suam vidit, & mani-

Didaci ad
hæreti-
cum ele-
gans re-
sponsum.
(d) Petrus
Vallisar-
bi. Al-
beg. c. 3.

Sanguis e
segetibus
fluit.

H h 2 pu-

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAR.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

pulum suum sanguinolentum, quod videns putarunt, quod incidisset manum, sed inviens eam sanam, exclamatuit sociis: Quid ultra? Aspicientes singuli manipulos, quos tenebant, invenerunt eos sanguinolentos, manibus conservatis illæsis. Venerabilis autem abbas vallum Guido tunc erat in illa terra, qui manipulum sanguinolentum vidit, & ipse mibi hoc narravit, &c. [1]

XXIX. Affert etiam (a) auctor illustre aliud S. Domini miraculum, quod beati Dominici opera ad hæresecos falsitatem evincendam, defigendamque in perfidorum oculis Deus patravit: schedula enim in qua fides catholica a sancto exarata erat, ter flamnis injecta ad probandam fidem ter illæsa resilivit. Disputaverant quadam die qui-

Fidei schedula e flamnis illæsa exit.

ignem. Ille autem cui vir Dei tradiderat schedulam, produxit eam in medium; tunc dixerunt socii sui, ut in medium ignem illam proticeret, & si schedula illa combureretur, vera esset fides, immo perfidia hæreticorum; si vero incombusta maneret, fidem, quam prædicabant nostri, veram esse faterentur. Quid plura? in hoc consentiunt omnes, schedula in ignem proicitur, sed cum in medio igne aliquantulum moram fecisset, incombusta penitus ab igne resiliit, stupentibus, qui aderant; unus ceteris durior, ait illis: Proicitur in ignem iterum, iterum resiliit incombusta; quod videns ille durus, & tardus ad credendum, dixit iterum: Trina vice proicitur, & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus: proticitur tertio, nec tunc quidem comburitur, sed integra ab igne resiliit, & illæsa: hæretici autem visis tot signis, nec tunc ad fidem voluerunt converti, sed in sua manentes malitia, districissime sibi invicem inhibuerunt, ne miraculum istud per narrationem alicujus ad nostrorum notitiam deveniret: sed miles quidam, qui erat cum illis, qui aliquan-

NOTÆ [1] Aciniam hanc in annalibus contractis assuit Raynaldus: Narrat aliud insigne prodigium a S. Dominico editum vita illius auctor, quo novem nobiles Matrone hæreticorum virtutis irretita, fugiente ab iis visibili, ac tetra specie demone, fidei orthodoxæ veritatem amplexa sunt: cum, inquit, in Tolofæ partibus apud castrum quod Faunum Jovis vocant, prædicaret vir Dei, cum aliquando fidem catholicam egregie adstruens hæreticorum perfidiam multis modis confutasset, absoluta concione, more solito in ecclesia precandi causa remansit: & ecce novem matronæ nobiles ex illo castro veniunt, intrant in templum, cadunt ad pedes ejus, & dicunt: Serve Dei adjuva nos. Si vera sunt quæ hodie pro concione dixisti jam prius nos mentes nostras necesse est spiritus erroris occæcarit: nam itis, quos tu hæreticos vocas, & nos homines bonos appellamus, usque in præsens credimus, & adhæsimus toto corde; nunc vero prorsus fluctuamus animis: Serve Dei adjuva nos & ora Deum tuum, ut notam nobis faciat fidem suam, in qua vivamus, moriamur, & salvæ fiamus. Tum vir Dei stans, & aliquandiu intra se orans, paulo post dixit ad eas: Constantes esto, & expectate intrepidæ; confido enim in Domino Deo meo, quod ille, qui neminem vult perire, iam declarabit vobis eumodo domino hæstenus adhæseritis: moxque viderunt e medio sui felem teterium proflire, canis magnitudine, crassis oculis, & igneis, lingua oblonga, lata, sanguinolenta, & usque ad umbilicum producta, cauda brevi, & in sublime erecta, ita ut loci ejus turpitudinem quocumque se verteret hominum oculis ostenderet, foetore intolerabili inde exhalante; cumque apud matronas illas sepe hora una, hac illacque agitasset, ad restim quæ e campana pendebat insiliens, & per eam sursum scandens, tandem disparuit, foeda post se vestigia derelinquens. Conversus autem ad matronas S. Dominicus, nimium territas consolabatur ita dicens: En ex eo quod coram oculis vestris, Deo volente, apparuit, potestis animadvertere, qualis sit ille, cui huc usque servisisti. At illæ gratias Deo agentes ad fidem catholicam integerrime se receperunt.

Exantlae eundem S. Dominicum gravissimos labores, & contumelias late animo pertulisse, dum evangelium inter hæreticos predicabat, singulaque oppida luftrabat, narrat idem auctor quæ hæc subiungit: accedit eo tempore ut disputatio solemnis deberet cum hæreticis ventilari, ad quam cum episcopus loci cum multa se pompa præpararet itum, dixit ad eum pæco Christi: non sic, mi domine pater, non sic est contra filios superbiæ procedendum: humilitatis, ac patientia, religionis, aliiisque virtutum exemplis convincendi sunt veritatis adversarii, non fastu elationis, & ostentatione gloriae secularis. Arremur ergo devotis orationibus, & humilitatis indicia præferentes, discalecati contra Goliath procedamus. Assensit episcopus consilio pietatis, & discalecati sunt omnes: cumque de via dubitarent obviam habuerunt hæreticum, quem catholicum existimabant, qui eos ad locum recto itinere, ut spoponderat non perduxit, sed ad nemus quoddam perfidus malitiose seduxit, ubi inter vepres, & spinas pedes eorum vulnerati sunt, & crura sanguine respersa. Tunc pugil Dei cum omni patientia sufferens, & in jucundam Dei laudem prorumpens, ad collaudandum, & sustinendum cum patientia omnes hortatus est, dicens: confidite in Domino charissimi, quia de celo vos manet triumphus, jam enim peccata nostra sanguine expiantur. Cernens malignus ille miram eorum, & latam patientiam, optimisque sermonibus Sancti compunctus, malitiam confessus, hæresim abjuravit: venientibus autem ad locum rectis corde orta est latitia, perversis vero confusio, & tristitia. MANSI

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAR.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

tulum consentiebat fidei nostræ, noluit celare, quod viderat, sed pluribus enarravit. Factum est autem hoc apud Montem regalem, sicut ab ore viri religiosissimi audiui, qui schedulam hæretico tradidit super scriptam, &c.

XXX. Cum superius Arnaldi ad Cisterciæ comitia profecti mentionem ediderimus, atque inde secundum duodecim abbates ad confutandos hæreticos adduxisse viderimus, prætereundum non est Innocentium ad eos religiosos viros coactos Cisterciæ dedisse literas quibus se eorum precibus impense commendabat, urgebatque ut in divina amplificanda gloria operam strenue collocarent. (a)

(a) Inn. l. 9. ep. 119. Universis abbatis in generali Cistercien. capitulo congregatis.

Commentat se Innoc. pre-cibus Cisterciensi-um.

Postquam vocante Domino ad officium suimus pescatoris assumpti; naviculam nobis creditam duximus supra mare, ut rete nostrum ad capiendos pisces in verbo Domini laxaremus. Verum hoc mare magnum, & spacio summae tempestatis fragoribus concitatum tot & tantis adversus eandem naviculam cœpit fluctibus tumultuose, ut non solum impedita sit aliquatenus pescationis industria, verum etiam gubernandi naviculam pene decerit disciplina, fremunt etenim maris gurgites, & aquarum colles nunc se undis exagitat extenuant, nunc vero alluvionum concubibus, se reinstant. Sevit tota pelagi superficies, & quietis impatiens, nec ad navigandum exhibet se tractabilem, nec habilem ad pescandum, occultis quoque ventorum spiraculis patefactis ad conuulsandum naviculam, quasi conjurata societas a quatuor mundi partibus multiplices venti prodierunt, & in circuitu ejus mutuo inter se contrarietate configunt, mutare compellit ipse malus crebro elitus spiritu procellarum, ac rudentum regimine, crepitu minante fracturam, quasi scinduntur velorum carbasu, & universu fere torpescunt nautici moderaminis argumenta. Accedit autem ad hujus calamitatis augumentum, quod cum in præfacentis aequoris vastitate reptilia, quorum non est numerus, commorenunt, ferales bestie inter ipsa discurrunt, quæ nisi mutuo se devoarent, parum putant esse crudelè, quod aliorum mortibus non indulgent, præter hæc insuper & piratarum infidæ non obdormiunt, qui diversas perambulant vias maris, & quos mare, marisque bellum, rabiesque ventorum incessanter exagitant, ipsi sæviore iis omnibus quotidiana persecutio molestant, ut de charybdi, & scilla, ceterisque maris periculis taceamus. Quamvis igitur tot effemus difficultatibus circumplexi, naviculam tamen ipsam quibusunque potuimus gubernare curavimus argumentis, ac interdum in mari hoc rete pescatoris extenso, pisces non modicos con-

clusimus in eodem, quos cum ad portum educere crederemus, eorum aliqui rete ruperunt, & non solum ipsi protinus in ventrem pelagi sunt relapsi, sed & altos post se computrue relabi. Laborantes denique reficeret rete fractum aquas etiam, quæ naviculam intraverunt, & computrue rerunt in ipsa, conati sumus eicere ab eodem, neve præ confusione maris, & fluctuum naufragio possit eam inflans procella demergere, oportet nos ipsam in solo Dei nomine per anchoram fidei stabilire. Quæ sint autem hæc dilectissimi filii, & sub quorum vobis stilo dicantur, prudentiam vestram credimus non latere, si ad ea subtiliter indaganda discrete considerationis aciem extendatis.

Cum igitur inter tot, & tanta pericula constituti vestris indigeamus meritis, & orationibus adjuvari, oramus, & obsecramus vos per viscera misericordiae Dei nostri, quatenus nobis in maris altitudine, fluctuantibus charitatis vestre suffragium impendatis, & remis orationum vestrarum pescatorem, & naviculam sublevantes, illum, qui mari, & ventis imperat, exireis, ut per suam misericordiam infinitam super nos illuminans vultum suum, interior, & exteriorum tempestatem serenet, compescat undique ventos, & mare circumcunque tranquillet, nosque flami sanceti Spiritus navigationis nostræ vela pandentes, dextera sancta sua dirigat, & conservet, mittatque nobis spiritum suum a quatuor ventis cœli, quo gubernatore, quo duce, impleta demum sagena pescibus, scopulos valeamus insidianum monstorum effugere, ac inter ferventia procellarum discrimina merces dominicas ad portus taurissimos asportare. De plenitudine vero gratiae nostræ securi ad sanctæ religionis cultum latius propagandum ferventius insistatis, & de vinea Domini Sabaoth vestre curæ commissa, quæ per ipsius gratiam a mari usque ad mare palmites jam extendet; studeatis eradicare nociva, & utilia plantare cureatis, quia bona opinonis odorem, & piæ conversationis fructum apud Dominum & homines proferentes de virtute in virtutem ascendere mereamini, donec Dominum Deorum in Sion videatis. Datum Ferentini 5. id. juli anno 9.

Eodem anno pridie nonas junii Alam. Reginam Francorum Regis matrem e viuis ereptam testatur Rigordus; (b) quo pariter anno & mense, ut auctor idem gestis phil. Aug. Franc. Reg. addit, audiens Philippus Joannem Anglorum Regem magnis cum copiis ad Rupellam appulisse, collecto exercitu Pictaviam ingressus, cum civitatem principem aliaque loca prædiis munivisset, firmassetque, Parisios rediit, Joannes vero Andegavum admotis castris cepit, vastavitque; cunique Toarcensis vicecomes a Gallo descivisset, foedusque cum Anglo iniis- set,

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

set, Philippus in Picstaviam reversus atque adversa utrimque acie ad pugnam instructa, Joanne Toarci commorante, vicecomitis ditionem pene delevit; tandem

(a) Rob. de Monte an. a festo omnium sanctorum die ad duos annos conciliatæ inter Reges inducæ, fesse illi domum receperunt; eadem de inducī ad duos annos contractis Robertus de Monte, (a) & Matthæus Parisius ann.

XXXIII. Jam vero quidnam in exorta Cantuariensis archiepiscopatus superiori anno controversia definitum, ex Parisio videamus: Joannes Rex misit Romam nuncios suos, ut electio de Norwicensi episcopo a Papa confirmaretur: eodem tempore Cantuariensis ecclesiæ suffraganei procuratores Romam mittunt, querentes, quod Cantuarienses monachi sine se archiepiscopi electionem fecissent, monachi vero abserbant, illam ad se solos pertinere. Audit Innocentius utramque partem, præfigit tempus ad dicendam sententiam 12. Kal. Januarii. Hæc ipse; & paulo post sententiam pro monachis latam recitat, cuius initium est: Majoris ecclesiæ causas, &c. Rejecta enim episcoporum electione, factam a monachis approbat. His recitatius Innocentii literis, narrationem prolixam auctor exponit de ostensis cœlitus sancti Juliani opera cuidam rusticano purgatori, inferorunque pœnæ, sanctorumque immensa gloria, quæ ab ipso lector petere poterit, nec enim instituti nostri est, singulari hæc divinitus immissa annalibus intexere. Quod attinet ad res Anglicanas, hoc eodem anno Innocentius datis ad archiepiscopos, ceterosque præfules literis,

(c) Inn. l. (c) Salesberiensis decani electionem reficit, idque, ut ait, ipsius electionis defectu, non personæ. Roffensem episcopum monet, (d) ne quamvis senio, ac laboribus confectus, a pontificalibus exercendis muneribus abstineret, ac sanctæ Mariæ in Via Lata Cardinalem, Apostolicae sedis legatum ab inferendis decano Wintoniensi, aliisque injuriis Angliae Regem revocare jut. (e) De Joanne Ferentino Apostolice sedis lega-

(f) Paris. to meniuit Matthæus Parisius, (f) dum bñ. Angl. ait, hoc anno profectum in Angliam, ea an. 1206. que perlustrata ingentem pecuniam vini coegisse, tandemque apud Rodiagum sancti Lucæ Evangelistæ festo die celebrata synodo, ex Anglia reversum: consuevit olim Apostolicam sedem legatos ad exigendas collectas in provincias mittere, in ecclesiastica historia frequentissime legitur. Nec taciti prætereamus Rom. Pontificum prædecessorum exemplum eodem anno Innocentium sectatum, dato ad priorem sancti Andreæ Apostoli in Sco-

(g) Inn. l. tia, ejusque fratres diplomate, (g) in 9. ep. 85. tutelam beati Petri, suamque accepisse, eorumque privilegia confirmasse, auxisse-

que; hæc de Anglicis, Scotticisque rebus suffecerint, jam Hispanicas percurramus.

Toletano in primis archiepiscopo, & episcopo Zamorensi hanc provinciam tradidit (b) Innocentius, ut Castellæ Regem Hierosolymitani hospitalis fratribus quædam oppida, possessionesque restituere compellat, cui etiam Compostellanoque mandat, (i) ut controversias, quas Castellanus, & Legionensis Reges

de quibusdam oppidis exercebant, componere studeret; cumque Petri Aragoniæ Regis frater Oxiensi episcopo Regi obstante, ne ille tum temporis annos decem natus Almodovarense ecclesiæ præficeretur, multa ac nefaria flagitia perpetrasset, Innocentius (k) officium suum, (k) b. q. partesque interposuit. Quod spectat ad Petrum Regem; Pamplonensi episcopo, & P. de Castro novo, fratrique R. Fontis frigi monachis Apostolicæ sedis legatis imperat, ut de conjugio inter ipsum, & G... de monte Pesulano filiam (de quo idem Rex ad Pontificem ipsum scripsérat) cognoscant, (l) utque castrum (l) Ep. 92. de Siuna, quod ad Apostolicam sedem pertinebat, ipsi Petro traderetur operam adhiberent, si ei adversus hæreticos pugnanti opus sit, dummodo ab jure ejusdem sedis non subtraheretur, cui etiam hæreticorum bona, quæ invasisset, retinendi, potestatem fecit (m). Producen-

(m) Ep. 101. dum vero in lucem putavimus ob rei dignitatem diploma Pontificium, quo Petrus Regi concessit, (n) ut ipsius successores Reges, ac Reginæ a Tarracōnensi archiepiscopo regia inunctione Cæsarau-gusta linirentur, aliisque ornamenti cingerentur: Cum quanta gloria & honore, tripliū & applausu regium regni Romæ de manu nostra in monasterio beati Pancratii suscepérat diadema, (c) postquam per venerabilem fratrem nostrum P. Portuensem episcopum in Regem fecimus te inungi, tua sublimitas non ignorat. Ut dilectionis autem affectum, quem ad tuam habemus personam, per exhibitionem operis evidentius monstraremus, regalia insignia universa, mantum videlicet, & colobium, sceptrum, & pomum, coronam, & mitram ad opus tuum non minus pretiosa, quam speciosa facimus præparari, & ea liberaliter tibi donavimus in signum gratiae specialis. Tu vero tanquam devotus princeps, & catholicus Rex super altare beati Petri Apostolorum principis regnum tuum nobis, & per nos Apostolicæ sedi cum multo devotionis affectu per privilegii paginam obtulisti, illud ei constitens in perpetuum censuale, firmiter promittendo, quod juramentum fidelitatis, & obedientiæ in coronatione tua nobis exhibitum inviolabiliter observabis, & ad illud exhibendum & observandum

successores tuos obligari volebas. Nos igitur

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.

tur gratiam tibi a nobis exhibitam ad successores tuos derivari volentes, præsentium auctoritate concedimus, ut cum ipsi decreverint coronari, coronam a sede Apostolica requirent, de speciali mandato per Tarracōnensem archiepiscopum apud Cæsarau-gustum solemniter coronentur, præfita super prædictis cautione idonea. Et quoniam jure civili statutum est, ut mulieres maritorum honoribus decorarent, præsentium auctoritate concedimus, ut per manus ejusdem archiepiscopi eas liceat coronari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei a fu temerario contraire, si quis autem, &c. Adscripta huic diplomati dies in gestis Innocentii non reperitur, in regesto vero ita apposita est. Dat. Ferent. 15. Kal. jul.

XXXV. Induenda adversus alterius partis Hispaniarum, nimirum Lusitanæ Regem se veritas fuit Innocentio, conculcata enim æquitate princeps monasterium de Lurban Columbriensis dioecesis, pulsis ejusque monachis, filiæ ac monialibus tradiderat, quo accepto Pontifex (ad quem de eodem Rege multæ hujusmodi quærlæ sèpissime delatae) monasterium atque omnia alia ad illud pertinentia restitu justit, Zamorensique episcopo aliisque injunxit, ut si Apostolica imperia respueret, ecclesiasticis censuris reluctantem compellerent. Hæc omnia fusi in literis ab Innocentio hoc anno ad episcopum, cæterosque datis (a). Nec vero omittenda Innocentii Hispanis responsa e Petri cathedra data; consultus in primis a Bracharense episcopo de tribus quæ ambigueret: primum, utrum in singulis Apostolorum pævigliis jejuniū servandum, cum id compluribus placet, ut solemnis is cultus sex tantum tribueretur: deinde an etiam in sacro Christi Domini adventu ad servanda jejuniū obstricti simus, cum de ea re aliud alii sentiant: postremo si festus dies alicuius sancti, cuius pævilio jejunatur, in secundam feriam incidat, in præcedens sabbatum jejuniū reiciendum sit: propositis hisce, aliisque quæstionibus Pontifex sigillatim respondit (b).

(a) Ep. 171. Responsa Innoc. Hispaniæ præsulibus.

De jejuni.

(b) Ep. 3. habetur

c. consili-
um no-
strum de
observ. je-
jun.

Innocentius, &c. Nos tibi super hoc taliter respondemus, quod apud nos omnium Apostolorum vigiliae in observatione jejuniū celebrantur præter vigiliæ sanctorum Philippi, & Jacobi & beati Joannis Evangelistæ, quoniam illorum festivitas infra solemnitatem paschalem, istius autem infra natalem Domini celebratur. Jejunium etiam apud nos in adventu Domini agitur, & sanctorum vigilias, quorum festivitates oportet secunda feria celebrari, jejunamus in sabbato præcedenti. Præterea postulasti Apostolicum responsum habere de illis, qui in quadragesima, vel etiam aliis jejuniis solemnis

bus infirmantur, & petunt sibi eum car- De come- nū indulgeri. Quorum quidam promit dentibus tunc eleemosynam se facturos, quidam ve- carnes in quadrag. ob vale- tudinem. (c) Ep. 4.

Quoniam vero non ingrata esse exi- XXXVI. De testi- stimo sapientissimi Pontificis lectori respon- monio pro con- ponsa, non abs re erit proximas lite- ras huc afferre, quibus propositis ab Au- secrandis dando.

Innocentius, &c. (d) Eod. 1.

Quæstivisti per sedem Apostolicam edoce- ri, ut cum episcopi ad conservationes episcoporum ab archiepiscopo suo, vel etiam alio evocentur, & ipsi metropolitano ele- ctum offerant consecrandum, dicentes: Re- verende pater, postulat sancta Mater Ec- clesia hunc electum in episcopum conse- crari, & interrogante archiepiscopo, si sciant illum esse dignum, respondeant, quod il- lum sciant, & credunt pariter esse dignum, & te in responsione hujusmodi, ne offenderes hominem, Deum existimes offendisse quandoque contra conscientiam respon- dendo, cum electi conversatio aut minus bene tibi cognita, aut penitus sit ignota; qualiter in hujusmodi interrogationibus sal- va conscientia valeas respondere; ad quod fraternitati tue taliter duximus respon- dendum. Quod cum nos aliquem in dia- conum, vel presbyterum promovemus, prior Quo sen- su dicantur digni.

subdiaconum, vel diaconum ad onus dia- conatus, vel presbyteratus assumi; & no- bis interrogantibus, si eum cognoverit esse dignum idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse finit, & scit, & testificatur illum ad hujusmodi onus esse dignum. Unde in tali responseone aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur, quia non sim- plicer se scire illum assertit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse finit, cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat estimare. Dat. Ro- me apud S. Petrum id. mart. anno. IX. Haecenus Innocentius qui Toletano ar- chiepiscopo præcepit, (e) presbyterum 201. fe

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.

Ite indignum existimantem, qui canonem missæ recitaret, ejus loco per simplicitatem psalmum Miserere subjecerat absolveret; atque hæc de Hispanicis; jam ad Sardinia res orationem traducamus. Quamvis Sardinia ad jus Ecclesiæ Romanæ spectaret, ut sæpe diximus, extorserat Pisanus archiepiscopus sibi ecclesiæque suæ a Massa marchione Calaritanio judice fidei jusjurandum, quod soli Apostolicæ sedi præstandum erat; cumque frequenter Innocentius institisset, prædictum marchionem sacramenti religione liberaret, nec ille morem gereret, hoc ipso anno imperia minacibus literis exequi jussit (a), vel ut saltem intra mensem vel ipse, vel alius procuratoris jure ac nomine ab ipso missus Apostolicæ sedi se sisteret. Præterea Florentino episcopo injunxit, (b) primum ut Pisanum populum instrumenta quædam publica juribus Ecclesiæ Romanæ de Sardinia insula supremo dominio contraria discerpere compellat, deinde (c) Gallurensi dominam cogat ad viri Pontificis consobrini consortium thorumque conjugalem redire.

(a) Ep. 21. & 65.
Pisani ju-
re in Sard.
prætentio
jussi ab-
scedere.
(b) Ep. 20.
(c) Ep.
247.

XXXVII

* legen.
Petrus
Zianus.

Negat
Inn. pal.
lum Ja-
dertino
electio.

Verum res aliæ orationem nostram ad se rapiunt, atque hæc de Italicis affert gestorum Innocentii scriptor: *Defuncto apud Constantinopolim Henrico Dandulo Venetorum duce Petrus tyrannus apud Venetas est promotus * in ducem: qui abbatem sancti Felicis de Venetiis eligi fecit in archiepiscopum Jadertinum, & auctoritate patriarchæ Gradensis confirmari, & consecrari, mittens solemnes nuncios ad summum Pontificem pro pallio impetrando, quod ei altera vice fuerat denegatum: memor autem offense quam in destructione Jadæ Veneti commiserunt, taliter ei dominus Papa rescripsit: Apostolicæ servitatis officium laudabiliter exercemus, si juxta quod docet Apostolus, arguimus, obsecramus, & increpamus in omni patientia, & doctrina, &c. Extant etiam hæliteræ in Pontificio regesto, ubi ad calcem additur adscripta dies, quæ desideratur in actis. Dat. Ferentini non. aug. anno nono; scilicet Pontificatus, qui est hic idem annus. Porro earum summa hæc est, Venetos arguit de Jadertino excidio, de quo dictum supra, maximum inde Terræ sanctæ locis illatum damnum ostendit: quippe Christianum ipsi exercitum summo studio atque infinito sumptu collectum avertissent: Non ergo, inquit post alia in hanc sententiam adjecta, nos brevi duritate imputetis, sed vestrae ascribatis offendæ, quod preces quas pro pallio deslinnando abbati S. Felicis, quem vos Jadertinum appellatis electum, per præfatos nobis nuncios porrexistis, non duximus admittendas, quia cum ex iis, quæ per vos acta sunt contra Jadaram nimis contra nos scandalizatus sit populus Christianus, noluimus pro-*

**VACAT. IMP. OCCID. 9.
HENRICI IMP. I.**

pter vos aliquid agere circa Jaderam, pro quo amplius contra nos scandalizari posset Ecclesia generalis, quod utique fieret, si ad petitionem vestram ei pallium largiendo, absque omni satisfactione factam remississe videamur offendam, cum juxta sententiam Salomonis, in quo quis peccat, in eo sit puniendum, quamvis hæc dilatio non tam poena sit quam cautela, per quam & nobis & vobis intendimus providere. Hæc ipse, qui demum admonet, ut Deo & Ecclesiæ faciant satis.

Arguit præterea hoc anno Innocentius (d) Ep. 161. tum Spoletinos tabelliones, & ju- Ferrarienses a Romana Ecclesia, sub cuius ensim ab Eccl. de- editione erant, defecisse; qua de re arden- tes hujusmodi ad eos literas dedit (e): (e) Ep.

Innocentius &c.

Quantum fuerit laboratum apud bonæ memoriae Lucium Papam prædecessorem nostrum Veronæ existentem, ut civitatem vestram a dominio Ecclesiæ Romanæ transferret in aliam potestatem, vestra, sicut credimus prudentia non ignorat. Ipse vero cognoscens hoc nec sibi, nec vobis aliquatenus expedire, negavit omnino, quod cum multa instantia petebatur, volens vos sub Apostolicæ sedis dominio retinere, quæ de se vere dicere potest: Jugum meum suave est, & onus meum leve, cum fidèles suos non opprimat sicut seruos, sed foreat tanquam filios, a quibus obsequia non extorquet indebita, sed gratuita beneficia elargitur. Vos autem, sicut audivimus, ab innocetio dolemus, in contemptum ipsius vestras redire ad fine causa cervices alieno dominio submissi, ut de vobis dicere valeat cum prophetâ: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt & claudicaverunt a semitis suis, &c. Imperat male, coepit emendare, ni faciant iustarum penarum terrorem infligit. Nec refractiones Placentinos insultos reliquit, namque episcopalem eis sedem ademit: (f) In Placentiæ subres per literas ad episcopos datas ad piti in bellum in eos gerendum cohortatur: altera vero ad Placentinos missa epistola revertuntur.

(g) ipsi minas incutit, quas etiam ad Vercellensem episcopum scribens auget: (f) Eod. 1. 9. ep. 166. (g) Ep. 167. (h) quibus omnibus ii præceptis monitique parentis optimi parere statuunt. (b) Ep. 168. Quamobrem Pontifex erga Romanam Ecclesiam illis obedientiam gratulatus, eximi ecclesiasticis censuris jussit. (i) Venerum Placentinis in veterem gratiam receptis, Sutrinos etiam, qui nulla a se potestate facta magistratum regendæ civitati præfecerant, anathematis vinculis absolvit (k). Rebus etiam Italæ componendis summopere intentus Innocentius (l) Lib. 8. Aquilejeni patriarchæ mandat (l), absente pastore Tridentinæ eccl. curam gerat, tum Emonensem, Justinianumque (m) Lib. 8. ep. 178. episcopatus conjungat (m). Firmano lecto

CHRISTI
1206.INNOCENTII III. PAP.
9.

lecto tum spiritualem & civilem jurisdictionem delatam confirmat (a), immunitatesque plures ac privilegia ipsi ac successoribus elargitur (b).

XXXIX. Laborandum etiam in Alexandrinorum, & Aquensium conciliandis dirimendisque controversiis Pontifici fuit, quos demum ad concordiam adduxit, quæ, ut se habuerint, ex ipso Pontifice cognoscemus, (c) Literis (c) enim suis pauca præfatus, ita ad Alexandrinos suam orationem convertit.

Innocentius &c.

& gratiae quatuor annulos aureos cum
diversis lapidibus pretiosis tuæ magnitu-
dini destinamus, in quibus te volumus spe-
cialiter intelligere formam, numerum, ma-
teriam, & colorem, ut mysterium potius,
quam donum attendas, &c.* Pergit aperi-
re mysteria, quod præstiterat, cum Ric-
hardo ejus fratre, cui, ut suo loco vi-
dimus, id genus donum miserat. His ita
gestis adiicit Parisius Innocentium literas
ad Regem Anglorum dedit, quibus hor-
tabatur Stephanum sancti Chrysogoni
presbyterum Cardinalem canonice archi-
epi-
His non
delimitur
Joannes

INNOCENTII III. PAR.
10.

VACAT. IMP. OCCID. IO.
HENRICI IMP.

Pelluntur episcopum Cantuariensem electum, dimissi, & pie exciperet, ac tum Regem efferatum iussisse monachos Cantuarienses ex Anglia facessere, qui in Belgium Cantuar. se subduxere, quod factum verit ipsi au-

episcopum Cantuariensem electum, de-
misce, & pie exciperet, ac tum Regem
efferatum iussisse monachos Cantuarien-
ses ex Anglia facessere, qui in Belgium
se subduxere, quod factum vertit ipsis au-
ctor vitio, cum Rex nullam vim intu-
lisset, pulsisque ita monachis Cantuarien-
sibus addit Joannem acerbas, & arden-
tes literas ad Innocentium dedisse, qui-
bus querebatur Norvicensi episcopo ini-
que repulso ignotum hominem, qui diu
in regno Francorum haeserat, malæ su-
spectum Angliæ fidei ad Cantuariensem
archiepiscopatum extulisse, violata re-
gni jura, suum consensum a monachis
expeditum non frustra mirari se Anglo-

Joann. a
Inn. atre
ces lite-
rae.

Quod ad res orientales attinet, Constantinopolitanus patriarcha in Venetos Constantinopoli degentes ob sacram Deipare effigiem ab iis raptam sententiam anathematis dilstrinxit, quam Innocentius habere ratam ab illo rogatus, confirmavit (*b*), rescriptisque :

mam profecturis interclusurum, ne divitiis Anglia exauriatur, & cum regni sui presules scientia, aliisque dotibus pollent, ab exteris justitiam non emendicaturum.

XVIII.
Refringit
objesta
Innocen-
tius.

Receptis iis literis Innocentius fero-
cientem principem emollire conatus est,
ut literæ pontificiæ a Parisio adductæ il-
lustrant, quibus primum questus pro be-
nignis, ac suavibus literis aculeatas, &
acres sibi redditas, ac si egregia Anglo-
rum Regis erga sedem Apostolicanam vo-
luntas sibi necessaria sit, suam pariter
gratiam ipsi necessariam videri, detulisse
se ipsius juribus, expetitum ejus con-
fessum fuisse literas ea de re missas, sed
a suis interceptas, electum non ipsi igno-
rum cum eum tribus literis in Angliam
evocare voluisset, si docuerit Parisiis,
non id vitio, sed gloriæ gentis adscri-
bendum; demum addit: *Tu ergo fili charissime, cuius honori supra jus deferri*
cur evimus, secundum jus nostro studeas
honori deferre, ut gratiam divinam, &
nostram uberioris merearis, ne forte si se-
cus egeris, in eam te difficultatem indu-
cas, de quo non facile valeas expediri:
cum tandem oporteat eum vincere, cui fle-
titur omne genu cœlestium, terrestrium,
& infernorum, cuius nos vices in terris,
licet immeriti, exercemus. Dicit. Literas

Extorſio. *pontificatus nostri anno 10. Extorſit præ-
terea ab Anglis Joannes ingeniem pecu-
niarum vim, omnium enim, ut addit
Parisius, bonorum cum laicorum, tum
ecclesiasticorum tertiamdecimam partem
contradicente nemine, uno excepto Gau-
frido Eboracensi archiepiscopo fratre suo,
corrasit: is enim ex Anglia recedens, in
omnes qui ecclesiæ suæ invasissent bona,
anathematis sententiam tulit. Postremo
subiicit Parisius, Regem hoc itidem anno
ſandi Remigii feſto die ſuceptum ex*

Isabella uxore sua primogenitum filium,
Henricum nuncupasse.

Hoc anno in cœlum migrasse traditur
S. Julianus secundus Conchen. episc. ob
effusam in pauperes liberalitatem insi-
gnis, episcopatus enim censum omnem
illis erogabat, ac Davidico oraculo sibi
proposito, labores (α) manuum tuarum
quia manducabis beatus es, & bene tibi
erit, canistros contexendo sibi, ac beato
Lesmo, qui tum ei ministrabat, victum
comparabat, ac prope octogenarius obiit,
miraculisque in gentibus effulsi, extat in
Bibliotheca nostra ejus vitæ brevissime
conscriptæ exemplum.

XIX

(b) *Inn. I.*
9. ep 241.
Ven-
ti i-
maginem
Deipar~~z~~
p etam a
D. Luca
rapiunt.

CHRISTI
1207.INNOCENTII III. PAP.
IO.VACAT. IMP. OCCID. IO.
HENRICI IMP. 2.

Si eisdem, ne quod male incepserant, præsumerent consummare. Sed cum nec sic a perpetratione sacrilegii desitissent, prædictam potestatem cum omnibus consiliariis, & fautoribus suis, candelis accensis publice, ac solemniter vinculo anathematis, innodasti; ipsi vero tam anathematis, quam interdicti sententia vilipensa ostia sacrarum confregerunt, & asportantes exinde violenter iconam, eam in ecclesia, quæ Græce Pantocrator dicitur, collocarunt. Tu vero ad dilectum filium.. tituli sanctæ Susanna presbyterum Cardinalem sanctæ sedis Apostolica legatum accedens ipsi rei seriem intimasti, qui eodem die latam a te sententiam confirmavit ecclesias omnes, quæ sunt in parte sacrilegorum ipsorum subiecti interdicto; unde nobis humiliter supplicasti, ut utramque sententiam dignaremur Apostolico munimine laborare. Licet igitur nos opinionem illum qua quidam Græci existimant, quod spiritus beatæ Virginis in predicta imagine requiescat, propter quod ipsam forte

plus debito venerantur, tanquam superstitionem minime approbemus, & pactionem firmat in de partiendis reliquis, & aliis factis initam, tamquam illicitam detestemur, ne tamen sacrilegii crimen remaneat incoram utramque sententiam interdicti, & excommunicationis videlicet, sicut rationabiliter sunt prælatæ auctoritate Apostolica confirmamus & præcipimus usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota firmiter observari. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum id. januarii anno 9. Hactenus Innocentius in Constantinopolitanos Venetos, qui pietatis ac venerationis in Virginem, quo flagabant studio, pietatem læserant. Demum datis ad Suesionensem episcopum literis (a) Ep. (a) in Suesionensi dioecesi quidquid illo 150. (b) Rob. de Monte ap. absente tentatum fuisset, rescidit. Cæterum de eodem episcopo Robertus de Monte (b) hæc tradit: Episcopus Suesionum cum magna multitudine Constantiopolim adiit.

JESU CHRISTI
ANNUS
1208.INNOCENTII PAP. III. VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3

I. Surrexerat pene ad votorum cumulum Philippus Suevus, atque Othonis fracta potentia, dissipatis ejus amicis, atque ad se pellectis, tum quod rei caput videbatur, conciliato sibi Innocentio atque Ecclesiæ gratia comparata, a gente Pontifice pacem cum Othoni agitabat, qua sibi Imperium firmaret atque Othonem juncta illi thoro filia arctissimis vinculis astrinxeret, cum anno Christi millesimo ducentesimo octavo, undecima indictione, Imperii, quod jamjam consentientibus omnium votis erat consecuturus, spem crudelissimi proditoris scelere cum vita amisit; atque ita cæso Philippo dejectæ Othonis res redintegrata, Innocentioque annidente confirmata fuerunt. Sed antequam aggrediamur, de Philippi

necis tempore breviter dicendum est; illam in superiore annum refert Henricus Stero (a): at adversantur cæteri autores veteres gravissimi videntur et Conradus abbas Urspergensis, (b) alter Conradus episcopus Maguntiæ historie scriptor, (c) Albertus abbas Stadensis, (d) Godefridus, (e) Siffridus, (f) Rigordus, (g) Matthæus Parisius, (h) Richardus e sancto Germano (i) chronicon Fossenovæ, (k) aliquæ plures: ut vero strenuissimi ducis cedes patrata, ex Apostolicæ sedis legato, rem ad Innocentium Papam scribente historiæ veritatem petebat. Ang. mus.

(i) Ricard. de sancto Germ. in ci Hug. miseratione divina Ostien. & Velletron. episcopus, cum debita devotione fideliter.

Cum essem (l) Mantua, ibique dominum.. Cardinalem corporis infirmitate gravatum per dies aliquot expectationem feria secunda proxima post festum Apostolorum Petri, & Pauli de morte domini Philippi graves involuere rumores. Et infra: Sabato proximo ante festum sancti Joannis Baptista, quo treguas interpositas Dominus præviderat non sine alterius exterminio terminari, dominus Philippus cum partibus fragmenti historici incert. auditor, aliquique eod. ann.

(l) Libell. Vatic. super neg. Rom. Imp. ep. 153.

Palatinus comes, cui dominus Philippus filiam dederat, & abstulerat, cum

Palatinus duce Bavariae, & marchione Istrie fratre

in Philip. ejusdem episcopi, & aliis decem viris ar-

matis palantium, in quo dominus Philippus

erat, ingressus, pulvrausque ad osium came-

ræ more admittitur consueto. A quo cum Philippus verba jucunda & joculatoria, sicut consueverat, expectaret, ille statim cultellum, quo erat accinctus exeruit, & D. Philippo gladio ludere prohibenti respondit: Non erit hic tibi ludus, & incontinenti Dei timore postposito ipsum transfigerit gladio, & Henrico imperii senescalco, facinus prohibere violenti, letale vulnus infligent, eum quem jam occiderat, timens vivere, jugulavit, & sic homicida fautorum suorum auxilio munitus exiluit, ac piacularē flagitium, toto jam dissoluto exercitu adhuc sicut Domino placuit extitit impunitum. Officio igitur legationis injunctæ judicio divini numinis expirante ad vos cum festinatione regredior, a quo invitatus, licet obedire non reniens, sum egressus. Hactenus ille.

Jam pergratum lectori facturos arbitramur, si a legatis enarrata ex iis, quæ paulo ante citati autores tradunt, confirmare studeamus. Verum audiamus primum, quæ a Philippo postremo peracta Godefridus (m) annalium monumentis impressit. Ait ergo Philippum amplissimam legationem ad Innocentium decrevisse, quam Aquilejensis patriarcha, alii que conspicui dignitate viri obiere (de qua ante Godefridum Urspergensis (n) egit) ut nimirum cœptum pacis foedus confirmaret, Adolphum pristinæ restitueret dignitati, atque ab Apostolica sede ornamenta Imperii obtineret: eam vero legationem honorifice suscepit ab Innocentio atque Adolphum benigno vultu exceptum, re tamen certis diebus Pacis leges coniuncte jaætata, Brunoni archiepiscopatum adjudicasse, deque ea re ad Colonienses literas dedisse; pacis vero leges, quam legati conciliare cœperant approbase, ac legatos nimirum Hugonem ac Leonem, ut rem perficerent in Germaniam transmisisti: de quorum reditu Urspergensis agit, (o) nosque inferius adductis literis, quibus eam ipsis provinciam demandavit, differemus: eos vero cum Alpes transiliissent, infausto interfecti Philippi a comite Palatino rumore percussos fuissent. At legatos non Italia, sed in Germania eum nuncium hausisse ipsi testantur, immo Innocentius litteris suis significat, qui ipsis accepta Philippi nece eam provinciam imposuit, ut cœptum de Philippi filia Othoni in matrinonium collocanda tractatum in opus perducerent, ut hoc pacto pax Germaniæ redderetur,

II.

(m) Godef. in annal. hoc ann. Oratores a Phil. missi ad Inn.

(n) Urs.

perg. in

chron.

Legati ad

rem per-

fic. missi

in Germ.

(o) Id. ib.

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAR.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

atque utraque pars adversa in mutuam concordiam coalesceret. Sed de ea legatione anno sequenti. [1]

III.
(a) Arnold. Quæ porro causa proditorem in Philip-
pum efferarit, ab (a) Arnoldo Lubecen-
si, qui ea tempestate scribebat in Ger-
mania, accipere operæ pretium est: Sa-
l. 7. c. 14. ne Philippus Rex filiam suam Othoni, ut-
bist. Sax. h. poter nobili viro desponsare decreverat:
1.7. c. 29. sed quia idem Otho nimis erat crudelis,
Cur filiam tum desponsationis mutaverat, quod intel-
ligens Otho palatinus pro filia Henrici du-
sponsam, Philippus abstule-
rit.

Philippus tamen non sine ratione literas videlicet desponsationis, nostra mediante majestate melius consummetur. Cui Rex: Id quam devotus faciam, & ille gavisus obtulit litteras de instanti negotio ordinatas, & Rex: Vade, ait, & post modicum revertere, & invenies literas bullatas. Illo abeunte, mutata sunt literæ in contrarium, & signata bulla regia. Cumque Palatinus literas accepisset, perspexit in schedula maculam quandam exteriorem, sic que concepit suspicionem, veniensque ad suum quandam familiarem: Aperi, inquit, mihi literas, ut earum sciām tenorem, qui perspectis literis expavit, dicens: Rogo, ut Dei intuitu literas me vobis expōnere non arctetis, quia nihil aliud nisi mortem mibi immunere vdeo, si eas exposuerō, sicque acceptis literis Palatinus alteri nimis importune insistebat, & ita tenorem ipsarum cognoscēbat, unde graviter efferatus, nihil nisi mortem Regis animo versabat. Dissimulata tamen ira ad Philippum quasi jucundans, & congratulans intrabat. Una igitur dierum Philippo secessit in cubiculo consistente, quia medianam in utroque brachio inciderat. Palatinus nudo gladio in atrio regali quasi ludens incedebat, sicque accedens ad cubiculum Regis, ostium clanculo pulsabat, & ingressus simili modo coram Rege se gerebat, cui Rex: Depone, ait, gladium, quia non est hic locus modo. Et ille: Immo est locus, ut tu perfidiam tuam luas. Et sta-

Palatinus Philip-
pum occi-
furū lū-
dum fin-
git.

tim uno ictu cervicem ejus tetigit, nec secundum vulnus apposuit, cumque qui aderant, eum impetrare vellent, ille aperto oculo violenter exiliens * fugam dedit. Si milia referunt Conradus (b) Urspergen-
(b) Urs- sis & alii. Ex iis quæ a Lubecensi au- per. in chron. divimus, facile intelligitur, quid legati ad calcem prædictæ epistolæ significare velint, dum ajunt Philippum nequissimo proditori gladium exerenti, ludicram armorum tractationem vetuisse. In quam sententiam fragmenti historici incertus auctor hæc scriptis mandavit: (c) Pala- (c) Frag. tinus de Vvitesbach, qui lubricus erat, bifi. au- & multorum nobilium homicid. auctor hoc ann.

Philipps tamen non sine ratione literas IV. mutaverat, quia pueri, quam Otho desponsare cupiebat, consanguinitate Philippum ex matre coningebat: ideoque Regi dis- plicebat, ut vir tam crudelis & impius & imprudens tam nobili virginis jungetur. Idem quoque Palatinus crudelitate nimia quandam de melioribus terræ, Vvolff nomine, occiderat: unde graviter Philippum offenderat, ipsius tamen regnum ces- savit tali facta consummatione, quam con- summationem cuidam spirituali viro in Ra- cesburg per visionem manifestare Deus di- gnatus fuit his verbis: Anno MCCVIII. erit consummatio: quæ quidem consumma- tio ignota fuit, sed circa festum beati Jo- annis Baptiste ipso anno tali modo impleta est. Hæc ille, atque ex ipso alii. Ce-

Mors

Philippi

divinitus

sed obscu-

re ostend.

a.

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAR.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

Romanis tunc pertinebat creare senatum, sed quo-
agnoscunt niam unius reperiri non poterat, qui esset utri-
juris esse que parti communis, consulebant domino Pa-
Pontifici pœ, ut concederet populo quinquaginta sex
creare senatores, qui prædicens illis quod per tot
Senatores urbs commode regi non poterat
rem. quoniam ad invicem discordarent, pro in-
stanti tamen necessitate annuit postulatis.

Senatores Electi sunt igitur quinquaginta sex se-
natores, qui omnes juraverunt domino Pa-
creantur ab Innoc. pœ fidelitatem, & fidem, & inter prædi-
cos discordantes talem qualam pacem fe-
cerunt, cœpitque urbs a bellorum strepitu
paullum respirare, ac prædicti schismati-
cici contra D. Papam, & Romanam Ec-
clesiam obloqui cessaverunt. In tantum er-
go virtus & constans D. Papæ profecit,
at statum Ecclesie, quasi de servitute ad
libertatem reduxit, ut non oporteret eam
semper a persequitionibus se redimere tor-
quentibus tantum, ut extorquerent, sancta
& omnium una vox erat eademque senten-
tia, quod ipse Pontifex fecit non poterat
injuriis vel offensis, sed obsequio & ho-
nore. Ut vero ingens ille senatorum nu-
merus suscepsum munus adeo male ad-
ministrarit, ut populus unum senatorem
agitare coactus fuerit, subiiciunt acta:

Senatores autem, sicut D. Papa prædix-
erat, tam male in officii regimine se ges-
teribus ferunt, ut a quolibet tam intra urbem,
unus tan-
tum crea-
tur.

Reverendo in Christo parri ac domino
charissimo D. Innocentio Dei gratia sanctæ
Romanae sedis summo Pontifici, Otho ea-
dem gratia & sua Romanorum Rex & sem-
per Augustus debitam subjectionem ac reue-
rentiam cum filiali dilectione.

Quod hactenus fuimus, quod sumus, aut
erimus quantum ad regni pertinet promo-
tionem, totum vobis, & Ecclesie Romanae
post Deum debentes, quod & gratuitissime
recognoscimus, pro omnibus vestræ gra-
tiae beneficis uberrimas sanctitati vestræ
referimus actiones, erga vos & omnes,
quibus bonum vultis, exhibitam nobis be-
nignitatem studioissime semper merituri.
Vestræ proinde paternitati attentissime sup-
plicamus, ut intuitu omnis devotionis no-
stræ, & honoris Dei, ac vestri ipsius,
ac promotionis Ecclesie Romane respectu,
ex quo misericordia Dei, ut speramus, con-
sanguineo nostro sublato de medio, tempus
vobis contulit faciendi, omne vestræ disre-
tionis consilium, & auxilium nostræ promo-
tioni, quæ sine dubio vestra est, propen-
sus impendatis. Scire præterea vos volu-
mus, quod archiepiscopus Magdeburgensis
& Halvestadensis & Mindensis episcopi ad no-
strum auxilium, & servitium acceperunt.

(a) Ibid. VIII. Sublato
Philippo Fridericus Im-
perium affectat.
(a) Ibi-
ep. 133. Hoc
est quoniam
ad eum
eligeretur
Romanorum Regem, vel

intungere seu corona redimire sub anathe-
matis poena ipso facto incurrienda vetuit:
universis principibus ecclesiasticis alisque
præcepit (b) Othonis partes omnino
sequerentur, cumque iam ante Bohemo-
rum Rex nunciis, litterisque Innocentio
sempore significasset, non voluntate, sed ne-
cessitate coactum, ab Othonis partibus
alienum se simulasse, ita illum Innocen-
tius (c) adhortari atque urgere: Cum
ergo ipsi necessitas divino iudicio sit su-
blata, excusationem non haberes, si ei de
cetero non impenderes auxilium & favorem;

& paucis interjectis verbis subiicit: Alio-
quin præter divinam offensam Apostolicam
quoque censuram incurres, cum eidem Re-
gi nolimus in suo jure deesse, qui sumus
omnibus in sua justitia debitores. Ejusdem
argumenti ad Thuringiæ Lantgravum,
ad Brabantum ducem, aliosque princi-
pes, (d) qui prædicto Regi aliquando
adhæserant, litteras dedit, Othonemque
Salisburgen, aliisque Germaniæ archiepis-
copis (e) Zaringiæ, (f) Moraviæ, Sa-
xonie, Bavariæ, atque Austriae ducibus
& Misnensi, Brandenburgi, atque Landes-
bechen, marchionibus valde commendat
atque in eo commendando precibus jus-
tisque minas adjungit. Præterea ad An-
glorum Regem (g) ejus avunculum, ut
commendatum haberet, gravissime scri-
bit. Post hæc perlatæ ad ipsum fuere
Othonis literæ, (h) quæ cum rerum ge-
starum post Philippi interitum seriem e-
narrent, in medium videntur adducendæ:

Reverendo in Christo parri ac domino
charissimo D. Innocentio Dei gratia sanctæ
Romanae sedis summo Pontifici, Otho ea-
dem gratia & sua Romanorum Rex & sem-
per Augustus debitam subjectionem ac reue-
rentiam cum filiali dilectione.

Quod hactenus fuimus, quod sumus, aut
erimus quantum ad regni pertinet promo-
tionem, totum vobis, & Ecclesie Romanae
post Deum debentes, quod & gratuitissime
recognoscimus, pro omnibus vestræ gra-
tiae beneficis uberrimas sanctitati vestræ
referimus actiones, erga vos & omnes,
quibus bonum vultis, exhibitam nobis be-
nignitatem studioissime semper merituri.
Vestræ proinde paternitati attentissime sup-
plicamus, ut intuitu omnis devotionis no-
stræ, & honoris Dei, ac vestri ipsius,
ac promotionis Ecclesie Romane respectu,
ex quo misericordia Dei, ut speramus, con-
sanguineo nostro sublato de medio, tempus
vobis contulit faciendi, omne vestræ disre-
tionis consilium, & auxilium nostræ promo-
tioni, quæ sine dubio vestra est, propen-
sus impendatis. Scire præterea vos volu-
mus, quod archiepiscopus Magdeburgensis
& Halvestadensis & Mindensis episcopi ad no-
strum auxilium, & servitium acceperunt.

Habes Innocentii literas (i) ad Mag-
deburgensem archiepiscopum, quibus ipsi 163.
hac

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAR.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

hac de re gratias agit; subdit Otho suc-
cessus alios prosperos, ducem Bernardum
Palatinum comitem procereisque multos
atque antistites tam in Suevia, quam in
Rhenanis provinciis ad illius obsequium
certatum confluxisse; tum rogat, ut Ger-
manos, Italosque, qui nondum se ipsi
subdidere, sua auctoritate ad ejus par-
tes pelliciat. Et infra: Rogamus item,
ut si de ecclesiæ Bremensi & ejus electis
vobis, sive per Regem * Daciæ, sive per
quemcumque mentio facta fuerit, aut peti-
tio ejus negotii executionem usque ad ad-
ventum nuntiorum nostrorum, quos vobis
super eo idoneos quæ intocytus mittemus, dif-
feratis scientes pro certo, quia secunda
electio sicut & prior & contra Deum, &
contra ius, & rationem facta est, & neu-
trius promotio, vel vobis vel nobis nosci-
tur expedire. Ejusmodi electi Waldemar-
ius Slevicensis episcopus, cuius supra
meminimus, & Burchardius major Bre-
menensis præpositus fuere, ut Arnoldus Lu-
becensis testatur (a). Subdit Waldemar-
Lub. cbr. rum electoribus suis stipatum Pontificem
Slav. l. 7. adiisse, exceptumque honorificissime
c. 12. & ab Innocentio, qui tamen promovere
13. ipsum respuit, ni de ejus electione illu-
strius conflaret, eoque in aula pontificia
agente Hamburgensem & Waldemari
Danie Regis oratores accessisse, ejusque
electioni adversari cœpisse, atque sacra-
mentum exposuisse, quo episcopus se de-
vinixerat, nunquam in eo loco aucturum,
in quo suspicionem aliquam sui ac mole-
stiam Regi movere posset: hisque accep-
tis Innocent. Waldemarum electum cu-
stodiæ tradidisse, [i] donec quid sibi agen-
dum esset cum Cardinalibus decerneret;
illum vero lapsum e custodia ad Philip-
pum Suevum non petita a Pontifice fa-
cilitate trans fugisse, atque ab eo Bremam
adductum, tum vero Innocentium laces-
ticum ea Waldemari audacia, ipsum ex-
aratus ad Germanos literis fidelium com-
munione depulisse.

x.

Redimus ad Othonis literas, quibus
finem hinc verbis imponit: Super omnia
autem nos & causam nostram, in vestram
vestro subiicimus consilio & voluntati cer-
tissimi, quod paterne erga nos cœpisti,
in quo bene hactenus perseverasti, ad lau-
dem, & gloriam Dei, & Ecclesie Roma-
ne, & utilitatem optime perficere debeas-
tis. Hæc Otho, cui Innocentius in hæc
verba rescripsit (b): Priusquam ad nos
libel. Va-
fili charissime, post occasum Philippi quon-
tic. ep. 162. dam duci Sueviæ, quisquam ex parte tua
Ann. Ecl. Tom. XX.

NOTÆ

[i] Ejectio ista Waldemari, lataque in illum excommunicatio ad sequentem annum constan-
tillæ, qui num. VI. productus est hæc narrat ad eundem annum 1209. episcopus Waldemarus ejus-
tus est a sede Bremensi, & tandem excommunicatus. Author iste chronicon suum anno 1300.
absolvit; eundem pariter annum 1209. affixat chronista alter, qui anno 1308. definit. MANSE

nuncius cum literis pervenisset, peregi-
mus universa, quæ post a nobis per tuas Philippo
literas postulasti, quin etiam scriptimus Othonem
multis aliis, prout imminent negotio cre-
didimus expedire, parati semper efficere, noc.

* Daniæ

(c) ib. ep.

163.

literas postulasti, auditio tamen quod prin-
cipes Alemanniæ apud Virceburch, in-

nativitate beatæ Mariæ debeant convenire

de Imperio tractaturi, protinus per nun-

cium nostrum cum tuo ad eos literas Apo-

stolicas destinavimus, quales promotioni tuæ

credimus opportunitas executorem manda-

ti nostri constituentes dilectum filium Her-

bipolen. electum, de quo plenam fiduciam

obtinemus. Extant hujusmodi mandati (d) ib. ep.

164.

At quomodo Innocentius morem gesse-

rit Othoni petenti, sicut vidimus, ad se

quamprimum Maguntinum & Colonien-

sem archiepiscopos remitteret, Godefri-

fridum Maguntinum archiepiscopum ca-

1208.

Siffridus Luipul-

dum Ma-

guntia

pellit.

Brunone metu victoris Colonia exeu-

tem ad Apostolicam sedem se contulisse

atque in ecclesia S. Sabinæ, cuius titulo

in Cardinalatu decoratus erat, biennio

commoratum, ac Philippo imperfecto re-

versum in Germaniam, Luipuldum, qui

sedi Maguntinæ per nefas incubabat, pe-

pulisse, Brunonem etiam archiepiscopum

Colonensem rediisse, exceptumque a suis

magno apparatu atque illi Adolphum,

cæterosque nobiles se submisisse, provin-

cialiam compositam ac pacatam fuisse,

sed paulo post ingenti luctu suorum gau-

dia morte inopina confuditus. Quod ad

Adolphum Colonensem olim archiepisco-

pum attinet, extat Innocentii data ad i-

psum epistola (f) x. kalend. novemb. ex-

cusanti enim se flagitantique causam suam

in Germania cognoscendam idoneis viris

mandaret, Pontifex justis id de causis

negat, sedique Apostolicæ sistere se ju-

bet.

Sed rursus eundem Pontificem pro O-

thone laborantem intueamur; cum enim

ab eo poposcisset Philippus Francorum.

Othoni obicit.

XII.

Phil.

Gall. Rex

Othoni

obicit.

L 1 2 fit,

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

(a) Ib. ep. sit, verum hortatus est, (a) veteres cum illo susceptas inimicitias poneret.

Innocentius, &c.

Illi⁹ Q. Nosse te quidem afferis, quod Romana thoni Ecclesi⁹ p̄fatum Othonem, ut saepe di conciliare etum Philippum posset deprimere, modis nititur Innoc.

Quare Franco rum Rex ab Otho ne alienus esset. Nosse te quidem afferis, quod Romana thoni Ecclesi⁹ p̄fatum Othonem, ut saepe di conciliare etum Philippum posset deprimere, modis nititur Innoc.

Friderici cesserunt in fata, nec aliquis de filiis ejus extat, qui possit ad Imperium promoveri, nobis attentius supplicasti, ne ipsum Othonem ad Imperium promovere vellemus, quia nepos est Regis Anglorum, cum quo habes inimicitias capitales, & qui te multoties per satellites suis procuravit occidi, ac idem Otho cum olim comes Pictavien. exilleret, terram tuam, ecclesi⁹ que coibussit, & tibi ac terrae tue mala omnia, quae potuit irrogavit, nec aliquam inde satisfactionem impedit; siquidem persecutio Friderici ab Ecclesi⁹ mente non excidit, quae profecto praeter alia impedimenta, quae Philippo ad Imperium obtinendum obstat, non ex minima parte nos fecit ab ijsus declinare favore, Dei zelotis exemplo peccata patrum in filios usque in teriam, & quartam progeniem vindicantis, in iis maxime, qui oderunt eum, id est, in illis, qui contra ipsum paternum odium imitantur. Ceterum providentiam tuam in Domino commendamus, quod ita p̄e devotionis patrum tuorum memoria delectaris, ut tamen impietatem detestaris illorum, qui sunt Ecclesi⁹ persecuti. Sed cum Ludovicus illustris memoria pater tuus zelo Ecclesiasticae religionis accensus non dubitaverit se opponere Friderico, quando in schismate gemitbat Ecclesia, & Imperium in unitate vigebat, quanto securius factus robustior patre tuo potuisti cessare a favore Philipi Suevi filii Friderici, & fratrī Henrici persecutorum Ecclesi⁹, saepe monitus, & rogatus a nobis, & maxime tempore quo schisma premebat Imperium, & unitas Ecclesi⁹ extollebat, praeferim cum ille causam soreret inquam. Unde cum tu ei duxeris adhærendum, qui erat offensus, & inde votus Ecclesi⁹ habere pro indigno non debes, si nos favimus in partem istius humilis, ac devoti, cum tandem melius nos tibi cavere potuissimus ab isto quā tu cavere nobis potuisses ab illo, eo quod utique nos in isto, tu vero nequaquam jurisdictionem haberes in illo.

XIII. Præterea subjunxi, quod idem Cibo numquam posset in Imperium sublimari, quin in tuum ac regni tui, & ecclesiarum dispensum redundaret. Enimvero tanta devotione regnum tuum Ecclesi⁹, tantaque dilectione illa tibi est conjuncta, ut neutri sine alterius lassione possit contingere detrimentum. Quod utique nos sollicitate attenden-

tes, non tua requisitione jamdudum, sed affectu, quem circa te gerimus provocati indemnitati tua, ac Regni tui super hoc curavimus preceavere, certa promissione ab eodem Othone recepta sub aurea bulla scripto pariter, & juramento firmata, quod de pace, vel concordia tecum componenda, & observanda nostro per omnia parebit arbitrio & mandato, sicut nunc tui quibus rescriptum ipsius ostendimus intuendum, tam de ipsa, quam de aliis circumstantiis, de quibus contulimus, cum eisdem tua regali prudentie vivi voce poterunt enarrare. Cum itaque videatur rebus taliter se habentibus expedire, ut ad faciendum inter vos pacem, & concordiam intendere debeamus, tu modum, & formam pacis, & concordiae pertractandæ si eam duxeris acceptandam, nobis poteris intimare, nosque tua voluntate comperta dante Deo ad ipsam quanto certius, tanto efficacius procedemus. Præterea si eo quod de Imperii civitatibus tu regno vicinis per tuas nobis literas suggestisti, tua regalis prudenter aitigenier adveriat, utrum tibi, vel tuo regno expediatur, ut ad res Imperii manum mittas. Dat. Sorœ xv. Kal. octobr. Pont. nostri anno II. Huc usque Innocentius. Postea vero nimirum pridie nonas decembris Othoni significavit, se complures principes, ad quos literas pro ipso dederat, quique Apostolicam sedem consuluerant, cui ipsos adhæsuros mallet, semel iterumque hortatum, ipsi præribus faverent, in his Aquileensem patriarcham, Magdeburgensem archiepiscopum, Adolphum olim Colonensem, Spirensim episcopum, Bohemiæ Regem, Austriae & Zaringiæ duces; plures ex iis extant Innocentii epistole (b).

At quomodo Othone Philippi ducis filiae, qua cum consanguinitate erat conjunctus, nuptias cupiente, Innocentius lege ecclesiastica solvendum censuerit, ex Pontificis literis licet agnoscere (c).

Licet eodem duce defuncto dispensandi necessitas ex majori parte cessaverit, quia tamen adhuc ad illam aspiras sicut pertuas nobis literas intimasti, nos ex illa gratia speciali, quam ad tuam regalem personam & habuimus, & habemus, quod tunc circumspecta deliberatione providimus & nunc provida circumspectione voluntus adimplere, committendo legatis nostris duobus, vel uni quos, aut quem ad presentiam tuam pro negotiis Ecclesi⁹ ac Imperii proposimus destinare, ut si urgens necessitas, vel evidens utilitas postulaverit, super hoc auctoritate nostra dispensent. Dat. Lateran. non. decemb. Pon. nostri anno II. Ceterum tradit Lu-

bicensis (d) Othorem in frequenti principe conventu, qui hoc eodem anno cbr. Slav. B. Martini festo die Francofurti (at Lubicensis Franckeneyorde habet) celebra-

(d) Lub. cbr. Slav. B. Martini festo die Francofurti (at Lubicensis Franckeneyorde habet) celebra-

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

pacata Germania Othonis cum Philippo filia

bratus est, rogantibus illis spopondisse Beatrixem Philippi filiam uxorem se daturum, si consanguinitatis impedimenta removerentur, additque: Suscepit igitur eam cum patrimonio & dicitis multis, & trecentis quinquaginta casulis; ibi etiam representata sunt domino Regi omnia imperialia cum plenitudine potestatis, & honoris, & benevolentiae, & favoris. Hæc Lubecensis paucisque adjectis verbis finem scribendi facit, ad calcem tamen quædam deesse videntur. Iis similia quæ ex auctore retulimus, tradunt Albertus Stadensis (a) Otho de S. Blasio (b), Godfridus (c) aliique recentiores. Nec taciti præterimus, quod in Fosse novæ chronicō (d) extat, Innocentium tristis nuncio de Philippi nece accepto, duos designasse legatos, videlicet Ugolinum Hostiensem episcopum ac Leonem Brancalensis S. Crucis presbyterum Cardinalem, eosque in Germaniam misse, quo Regem Othonem ad insignia Imperii excipienda Romanum perducerent. Sed de his anno sequenti.

XV. Reliquum est, ut de Gallicis rebus sermonem instituamus, de quibus Robertus de Monte pauca hæc literis (e) commendavit: Multi in Gallia crucis in pectoribus acceperunt, fūgnaturi contra Albigenses hereticos. Sed Rigordus id fuis suis monumentis mandavit; Innocentium nimirum delenda hæreses avidum Gualterium S. Mariæ in portico diaconi Cardinalem legati munere ornatum misse in Gallias, atque ad Philippum Francorum Regem aliosque principes ardenter zelo literas misse, ut Tolosanam, Cadurcensem, Albigensem, Narbonensem, Biterensem, aliasque

circumiectas regiones hæresi inquinatis mas bello peterent, & invaderent, atque ob id crucem induentibus se auctoritate Apostolica omnium criminum veniam toto vitæ decursu commissorum, de quibus confessi apud sacerdotem esent impetriri. Eadem de amplissima dilectorum indulgentia a Dei vicario ea de causa impetrata refert historiæ Albigenium auctor. (f) [i]

Movit vero maxime Pontificem ad cogendam sacram militiam, atque in hæreticos effundendam mors F. Petri de Castro novo, qui cum reliktis alii sociis in Provinciam ad componendam pacem se contulisset, ut Provincialium ope Narbonenses ab hæresi revocaret, Raymundum Tolosanum osoren pacis defixit censuris ecclesiasticis, quem nobilibus, provinciæ conjunctis foedere, atque in arma coortis ad pacem admittendam firmandamque sacramento compulerat, atque ob crebra ejus perjuria durioribus saepius verbis perstrinxerat: unde illius contracto odio Raymundus subornavit perditissimos satellites, qui legatum Rhodanum tractetur hasta transfodere. Describit illius mortem, & causam Innocentius in literis Pontificis hoc anno datis (g), (g) Recubibus in illius necis artificem Raymundum petr. vallis. c. 8.

Innocentius episcopus servus servorum (h) vallis. D. i. dilectis filiis nobilibus viris, comitibus, baronibus & universi milibus, per (b) Lit. Narbonensem, Arlitensem, Tbredunensem, Inn. dele. Aquensem, & Vienensem provincias constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Rem credulam audivimus, & in communem luctum generalis Ecclesiæ deducendam,

NOTÆ [i] M Ifsum ab Innocentio hoc anno in Gallias legatum Gualterium diaconum cardinalem S. Mariæ in portico Annalista hic notat. Sed quis iste Gualterius tit. S. Mariæ in portico? Rigordus, unde hæc desumpta, nomen cardinalis his compendiariis notis indicat: misit legatum Gual. tituli S. Maria in portico. Ex hoc Gualterium suum annalista expressit: Ciaconius in vita Clemencis III. ab eo Pontifice renunciatum scribit diaconum cardinalem S. Mariæ in portico Gregorium Galganum, quem dein Innocentius III. ad cardinalem presbiterum S. Athanasie transtulerit, ac denum sub eodem pontifice obierit. Oldoinus in additionibus ad eumdem Ciaconium corrigendum illum censet affirmans Gregorium hunc ad annum saltem 1225. vitam prorogasse eodem semper titulo S. Mariæ in portico retento, cujus rei testem assert bullam Honorii III. eodem anno datam apud Ughellum to. II. in vita Gualterii Ravenatensem. Sed in ea bulla apud Ughellum nomen cardinalis illius compendiariis hisce notis ex primitur G. G. ex quibus nihil certi in rem præsentem deduci potest. Viciſſin autem Labbeus in collectione conciliorum recitat ad hunc annum constitutiones a Gallo, seu Gualo diacono cardinali S. Mariæ in portico A. S. L. quem ipsum esse legatum apostolicum hoc anno ab Innocentio in Gallias missum Cossartius in nota ad eas constitutiones non dubitat, cum id nomen compendiariis rigordi nota patiantur, atque Gallonius cardinalis obitus ad diem II. Kal. junii in martyrologia S. Victoris Parisiensis adnotatum idem Cossartius legerit. Insuper S. Antonius hist. par. III. tit. 10 cap. 1. Gallicam hanc legationem Gauloni cardinali iniunctam scribit. Denique ex epistolis Gervasi Præmonstratensis nuper vulgaris a Carolo Ludovico Hugone scimus Innocentio III. regnante Gualum S. Mariæ in portico diaconum cardinalem A. S. L. in Galliis egisse. Ex his omnibus duo inferas I. Gualterium diaconum cardinalem S. Mariæ in portico nullum per hec tempora fuisse. II. errasse Oldoinum affirmantem Gregorium Galganum a Clemente III. diaconum cardinalem S. Mariæ in portico ad annum usque 1225. viatam prorogasse, & vera forte scripsisse Ciaconium in eo saltē quod Gregorii obitum sub Innocentio consignarit. Facile enim Gregorio ante hunc annum 1308. vita funda Gallo, seu Gualo successit. MANSI

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

dam, quod cum sanctæ memorie F. Petrus de Castronovo monachus & sacerdos, vir inter viros utique virtuosus, vita scientia, & fama præclarus, ad evangelizandam pacem & confirmandam fidem in provincia Auxitana cum aliis destinatus in commissio sibi ministerio laudabiliter profecisset, & proficere non cessaret: quippe qui plene in schola Christi didicerat, quod diceret, & qui secundum doctrinam & fidelem obtinendo sermonem, in sana poterat exhortari doctrina & contradicentes revincere paratus omni poscenti semper reddere rationem, ut poterat vir in fide catholica in lege peritus, in sermone fæcundus, &c. Concitavit adversus ipsum diabolus ministrum suum comitem Tolosanum Raymundum, qui pro multis & magnis excessibus, quos in ecclesiam commiserat & in Deum sepe censuram ecclesiasticam incurrerat & sicut homo versipellis & calidus lubricus & inconstans pœnitudine simulata fuerat absolutus, tandem odium continere non pœvalens, quod cœperat contra ipsum, eo quod erat in ore ejus verbum veritatis ad faciendam vindictam in nationibus & increpationes in populis, ac eo fortius in eodem comite quo magis pro majoribus erat ipse facinoribus increpandus, tam ipsum quam collegam suum Apostolicæ sedis legatos ad villum S. Aegidii convocavit, promittens super cunctis quibus inpetebatur capitulis satisfactionem plenariam exhibere.

XVI.

Ut insidia
a Ray-
mundo
strucitæ
legato.

rem, & Christi magistri sui cum B. Stephano fecutus exemplum, dixit ad ipsum: Deus tibi dimittat, quia ego dimitto, patientis & patientiæ verbum sæpius repetendo. Deinde sic transfixus, acerbitate illati vulneris spe cœlestium est oblitus, & instanti sue pretiosæ mortis articulo, cum ministerii sui sociis, qui fidem promoverent, * iuges & pacem non desinens ordinare post * iustas orationes in Christo feliciter obdormivit.

Qui profecto cum ob fidem & pacem, XVII. quibus nulla est prorsus causa laudabilior ad martyrium, sanguinem suum fuderit, claris jam, ut credimus, miraculis coruscans, nisi hoc illorum incredulitas impedit. De quorum similibus in Evangelio legitur, quia ibi virtutes Jesus non faciebat multas propter incredulitatem eorum, quia quamquam miracula non fidelibus, sed infidelibus sint in signum, Salvator tamen presentatus Herodi, qui teste Luca valde gavisus est viso ipso pro eo quod signum aliquid ab eo fieri sperabat, & facere dignatus est signum, & reddere interroganti responsum sciens quia incredulitas signorum, non credulitatis inducit, sed vanitatis illum admiratio delectabat. Licet autem ipsa prava generatio & perversa Provincialium non sit digna; ut tam cito, sicut forsitan ipsa querit, de suo sibi martyre signum detur, expedisse tamen credimus, ut unus ipse pro ipsa, ne tota pereat, moreretur, quæ contagio hæreticæ pravitatis infecta per interpellantem occisi sanguinem, a suo melius revocetur errore: hoc est enim vetus sacrificium Jesu Christi hoc miraculosum ingenium Salvatoris, ut cum in suis esse vicitus putatur, trium. tunc vincat fortius in eisdem & ea virtute qua ipse mortem moriendo destruxit, a superatis interdum famulis suis superatum faciat superari. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, plurimum fructum affert.

Sperantes igitur, quod de morte hujus XVIII. fecundissimi grani sit fructus in Christi Ecclesia proventurus, cum profecto sit dure culpabilis & culpabiliter durus, cuius animam ipsius gladius non pertransit, nec unquam penitus desperantes, cum utilitas tanta debeat in sanguine suo esse, quod suæ prædicationis nunciis circa memoriam Provinciam, pro qua ipse in corruptionem descendit tanta Deus tribuat incrementa, venerabiles fratres nostros archiepiscopos eorumque suffraganeos monendos duximus attentius, & bortandos per Spiritum sanctorum in virtute obedientiæ districte præcipiendo, ut verbum pacis & fidei seminatum, ab eo suæ prædicationis irriguis convalescere facientes & ad impugnandum hæreticam pravitatem, ac fidem catholicam confirmandam, ad extirpan-

Extremæ
martyris
voces.CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

plana virtus & plantandas virtutes inde- fidelitatis, sive societatis, aut fœderis hu- fuisse studio sedulitatis instantes, jam di- jusmodi juramento tenentur astricti auto- clam Dei famuli occisorem & universos, quorum ope, vel opere, consilio, vel favo- re tantum facinus perpetrat, receptato- res quoque vel defensores illius ex parte omnipotentis Dei Patris, Filii, & Spi- ritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli & nostra, excommunicatos & anathematizatos per suas dioeceses denunciant universos, & omnia loca prorsus, ad quæ ipse, vel aliquis ipsorum devenient præsentibus eis interdicto faciant Ecclesiastico subjacere: singulis diebus dominicis & festis, pul- satis campanis & candelis accensis, donec ad sedem Apostolicam accedentes per satisfactionem condignam mereantur ab solvi sententiam hujusmodi solemniter in- novantes. Illi autem, qui orthodoxæ fidei zelo succensi ad vindicandum sanguinem justum, qui de terra clamare non ces- sat ad cœlum, donec ad confundendum sub- versos, & subversores de cœlo descendat ad terram Deus ultionum, viriliter se ac- cinxerint adversus hos pestilentes, qui simul in unam pacem & veritatem impugnant, suorum remissionem peccaminum a Deo eis que vicario secure promittant in- dultam, ut eis labor hujusmodi ad operis satisfactionem sufficiat similiter illis offenditis, pro quibus cordis contritionem & veram confessionem oris obtulerint vero Deo, hujusmodi sequidem pestilentes Provinciales, non tam jam nostra diripere, sed nos perimere moluntur, nec solum ad perimen- das animas linguas aciunt, verum etiam ad perdenda corpora manus extendunt per- ditores animarum effecti, & corporum pe- remptores, &c.

XIX.

Poenæ
Raymun-
do incus-
sa.

Dein in Raymundum anathema intor- quet, qui illius criminis infamia ob ja- etas in martyrem minas aspersus erat, subditos fidei sacramento liberat terras que salvo supremo dominii jure inva- dentibus exponit: Licit autem præfatus comes pro multis & magnis flagitiis, quæ longum esset per omnia enarrare, jamdu- dum sit anathematis mucrone percussus, quia tamen certis indiciis mortis sancti vi- ri præsumitur esse reus, non solum ex eo, quod publice communatus est ei mortem & infidias paravit eidem, verum etiam ex eo quod occisorem ipsius in multam familiariatem admisi, & magnis donis remuneravit eundem, ut de ceteris præsumptionibus taceamus, quæ plenius inno- tescent multis. Ob hanc quoque causam, idem archiepiscopi, & episcopi publice nuntient anathematizatum eundem, & cum iuxta sanctorum patrum canonicas sanctio- nes, ei qui fidem Deo non servat, fides servanda non sit, a communione fidelium segregato, utpote qui vitandus est prius quam foendus, omnes qui dicto comiti fidelitatis, sive societatis, aut fœderis hu- jusmodi juramento tenentur astricti auto- clam Dei famuli occisorem & universos, quorum ope, vel opere, consilio, vel favo- re tantum facinus perpetrat, receptato- res quoque vel defensores illius ex parte omnipotentis Dei Patris, Filii, & Spi- ritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli & nostra, excommunicatos & anathematizatos per suas dioeceses denunciant universos, & omnia loca prorsus, ad quæ ipse, vel aliquis ipsorum devenient præsentibus eis interdicto faciant Ecclesiastico subjacere: singulis diebus dominicis & festis, pul- satis campanis & candelis accensis, donec ad sedem Apostolicam accedentes per satisfactionem condignam mereantur ab solvi sententiam hujusmodi solemniter in- novantes. Illi autem, qui orthodoxæ fidei zelo succensi ad vindicandum sanguinem justum, qui de terra clamare non ces- sat ad cœlum, donec ad confundendum sub- versos, & subversores de cœlo descendat ad terram Deus ultionum, viriliter se ac- cinxerint adversus hos pestilentes, qui simul in unam pacem & veritatem impugnant, suorum remissionem peccaminum a Deo eis que vicario secure promittant in- dultam, ut eis labor hujusmodi ad operis satisfactionem sufficiat similiter illis offenditis, pro quibus cordis contritionem & veram confessionem oris obtulerint vero Deo, hujusmodi sequidem pestilentes Provinciales, non tam jam nostra diripere, sed nos perimere moluntur, nec solum ad perimen- das animas linguas aciunt, verum etiam ad perdenda corpora manus extendunt per- ditores animarum effecti, & corporum pe- remptores, &c.

Dein in Raymundum anathema intor- quet, qui illius criminis infamia ob ja- etas in martyrem minas aspersus erat, subditos fidei sacramento liberat terras que salvo supremo dominii jure inva- dentibus exponit: Licit autem præfatus comes pro multis & magnis flagitiis, quæ longum esset per omnia enarrare, jamdu- dum sit anathematis mucrone percussus, quia tamen certis indiciis mortis sancti vi- ri præsumitur esse reus, non solum ex eo, quod publice communatus est ei mortem & infidias paravit eidem, verum etiam ex eo quod occisorem ipsius in multam familiariatem admisi, & magnis donis remuneravit eundem, ut de ceteris præsumptionibus taceamus, quæ plenius inno- tescent multis. Ob hanc quoque causam, idem archiepiscopi, & episcopi publice nuntient anathematizatum eundem, & cum iuxta sanctorum patrum canonicas sanctio- nes, ei qui fidem Deo non servat, fides servanda non sit, a communione fidelium segregato, utpote qui vitandus est prius quam foendus, omnes qui dicto comiti

XX.

Exhorta-
tio ad
cruce-
gnatos.

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

Eius vero a canoniceis cum multo gaudio & bonore Viennam, illic a tribus archiepiscopis solemniter est consecratus anno gratiae millesimo ducentesimo octavo; hæc ille, corrigendus tamen dum paulo ante affirmat B. Hugonem Lincolniensem episcopum ferre ante biennium e vita migrasse: ejus enim obitus in annum ducentesimum supra millesimum incidit, ut suo loco vidimus. Interea ex Gallicis rebus ad Anglicanas sermonem convertamus.

XXVI. Hoc anno, ut Matthæus Parisius (a) testatur, Innocentius Papa cum Joannem Anglorum Regem nec blandis monitis, nec asperis minis, ad Stephanum novum Cantuariensem archiepiscopum excipendum inflectere posset, regnum de Cardinalium consilio sacris interdixit, qua de re haec Innocentii gesta: *Quod sic denique factum est, nimurum Anglia interdicto percussa, [1] Domino mirabiliter operante, ut per totum Regnum Anglie simul, ac semel curaret interdictum, quod tam districte servabatur ubique, ut praeter paenitentiam morientium & baptizandarum, parvulorum nusquam celebraretur divinum officium, aut exhiberetur ecclesiasticum Sacramentum, ita quod non solum monachorum, & clericorum, aut quorumlibet regularium, sed etiam episcoporum cadavera servarentur extra cæmeterium inhumata. Quod denum Rex, propter generalē clamorem, sustinere non prevalens, satisfactionem obtulit per nuncios, & literas suas, quam archiepiscopo in Flandria expectanti denunciavit hoc modo.*

Innocentius, &c.

Joan. *Rex flecta. Quod denum Rex, propter generalē clamorem, sustinere non prevalens, satisfactionem obtulit per nuncios, & literas suas, quam archiepiscopo in Flandria expectanti denunciavit hoc modo.*

Charissimus in Christo filius noster Joannes Rex Anglorum illustris nuper nobis per dilectum filium abbatem Belliloci literas hujusmodi destinavit, ut quæ nobis ex parte sua proponeret, crederemus: ipsis vero proposuit, quod licet se in negotio Cantuarien. ecclesiæ reputaret multipliciter aggravatum, ob devotionem tam, & reverentiam, quam erga Romanam Ecclesiam, nostramque personam asserit se habere, paratus est sicut Cantuarien. episcopum te recipere ac tractare, præstata securitate tam tibi, quam tuis, quæ ad hoc visa fuerit opportuna restitutio plenariam ablatorum promittens, personis pariter & ecclesiæ faciendo. Refert enim Parisius, Joannem Regem, ubi sacra a sacerdotibus in Anglia non fieri

Jam vero in Italianam recurrat oratio. MCCVIII. inquit Fossæ novæ chronicon, Sorella xi. Kal. martii anno decimo domini Innocentii Papæ, quamvis si ejus electio spectetur, annus undecimus volvatur, Sorella capta est & non. Januarii Sora tradita est & a Theutonicorum tyrannide liberata. Factum est hoc per domini Innocentii Papæ III. sollers studium & laborem in manu camerarii sui domini Stephani, eum & Fossa nova fuisse insinuat Richardus notarius, (b) germani sui Riccardi, domini Cardinalis Petri de Sasso rectoris Campana anno.

NOTÆ [1] *D* e anno, quo Anglia subjecta fuit interdicto scriptores omnes convenient, mensem, & diem, nemo, quem sciām, prodit. Ex tempore tamen quo illud perseveravit certum ejus exordium elicetur. Parisio teste censura illa ligavit Anglos annis sex, mensibus tribus, & diebus quatuordecim. Remissa vero fuit anno 1214. die dominica pridie nonas juli, ex quo deducta supputatio pervenit ad annum 1208. diem 23. martii, quæ tunc dominica erat, & solemnī huic sententia ferenda aptissima. Porro die illa pridie nonas juli anni 1214. non ve- ro die 29. junii, ut creditum est hucusque, interdictum ex Anglia sublatum fuisse in nota ad annum 1214. 24. demonstrabitur. MANSI

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

Germani e Sicilia panis. Sora autem tulta est per abbatem Cassinensem Roffridum & Malgerium Sorrellum & quosdam alios. Duravit hoc Theutonicorum jugum gravissimum 17. annis, per quos tota regio multifarie multisque modis afflictæ est & depauperata per plurimum. Et infra: In ipso loco, nimurum in Fossæ novæ monasterio ubi tum Pontifex morabatur, eo namque post celebratum Dominicæ ascensionis festum ex urbe se contulit, postea vero ipsum S. Germanum venisse, ibique a Roffrido abbatem cum Cardinalibus honorificentissime exceptum, habitumque docet Richardus:

(c) Rich.
l.c.
Frater
Innoc.
creatur
Soræ co-

(a) dominus Richardus frater D. Papæ factus est comes Soræ, & exaltatus, & buccina vociferatus per protonotarium a domino Friderico Rege Siciliæ pro hoc delegatum. Quæ Innocentii vite auctor luculenter re a suo petita principio tradidit. Porro Ferentini dum esset Innocentius xi. kal. octob. (eo profectus per mensem ibi commoratus est, ut in Fossæ novæ chronicò traditur) Ricchardus Soranus comes ejus frater fidei sacramentum Joannis scrinario hoc eodem anno Innocentii Pontificatus xi. eidem Pontifici successoribusque detulit. Extat juramenti exemplum in libro, (b) qui censum inscribitur: In nomine Domini anno incarnationis ejusdem MCCVIII. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno xi. indict. xi. mense octob. die vi. comes Richardus de Sora juravit fidelitatem, & fecit ligium homagium D. Papæ Innocentio, successoribus suis, & sanctæ Romanae Ecclesiæ in præsenzia DD. Iohannis Albani Joannis Sabini. Nicolai Tuscul. ugolini Ostiensis episcoporum, Cinthii tit. S. Laurentii in Lucina, Cinthii tit. SS. Joannis & Pauli, Benedicti tit. S. Susannæ, Rogerii tit. S. Anastasie, Petri tit. S. Pudentianæ presbyterorum Cardinalium, & Joannis S. Mariæ in Cosmedin. S. R. E. Cancellarii, Iohannis S. Mariæ in via lata, Pelagii S. Lucie in septem solis diaconorum Cardinalium. Juravit similiter facere guerram, & pacem ad mandatum ipsorum salva fidilitate & mandato Regis Siciliæ: & idem D. Papa investivit dictum comitem per cupam argenteam deauratam præsentibus, consentientibus, & approbutibus omnibus præscriptis episcopis, presbyteris, & diaconis Cardinalibus, injungentibus mihi scrinario, ut hujus juramentum publicis Ann. Eccl. Tom. XX.

Jecit hoc anno sanctus Franciscus prima celsioris sanctitatis, ordinisque sui Conventio S. Francisci. (d) Mattheo. xx. expugnat: Nolite possidere aurum, neque argenum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Sibi eam regulam servandam proposuit, & eremiticam, quam biennio induerat vestem religioso habitu, quem postea suis prescriptis, hoc anno commutavit (e). Hæc cum aliis auctoribus Lucas Wadingus, Vvad. ann. min. ad calcem p. (e) Luc. parat.

ann. Imperii indict. 4. Christi anno 1215. De his satis; nonnulla nunc ad pie-

tem spectantia in hujus anni calce congeremus.

Hoc

NOTÆ [1] *L*lustris ordinis Minorum exordium densis tenebris obvolutum est adeo, ut quo potissimum anno statuendum sit pene jaceat in obscurō. Constat equidem utriusque laudissimi ordinis P.ædicatorum & Minorum epocham vel eodem ipso anno figura esse vel proxime se invicem contigisse; quanquam neminem legi verutam scriptorem qui P.ædicatorum ordinem Minorum ordini non præferat; quæ sane prælatio antiquioris originis indicium esse potest. Albericus quidem abbas Trium fontium qui chronicon suum cum anno 1241. claudit, anno 1207. cœpisse P.ædicatorum ordinem institutore fratre Dominico Hispano & fratre Renaldo Aurelianense S. Aniani cantore affirmat; tum subdit; Cœpit insuper hoc eodem anno (1207.) aliis ordo no-

vus

CHRISTI
1208.INNOCENTII III. PAP.
II.VACAT. IMP. OCCID. II.
HENRICI IMP. 3.

S. An- Hoc eodem anno S. Andreæ Apostoli drea reli- corpus Constantinopoli Amalphim trans- quiæ A- latum in illius ecclesiae monumentis ex- malphim ratum est, quæ recenset Cardinalis Ba- translate. ronius, dum de eadem translatione in Romani Martyrologii notis mentionem (a) Bar. facit; (a) eorum vero exemplum pu- blica auctoritate munitum, in Vallicel- mart. die lana nostra bibliotheca asservatur, sed in 9. maii. aliquibus emendatione eget. Porro eo delatum est sacrum pignus a Petro tituli sancti Marcelli presbytero Cardinali ante in orientalibus regionibus, ut supra dictum est, legationis munere perfuncto, qui Amalphitanus cum esset, patriam tanto munere decorare voluit; ibi vero

Petrus Cardinalis laudibus cumulatur tum ob generis claritatem, tum ob bene legationem gestam, tum ob egregias ani- mi dotes, quo nomine, præclaro hoc elogio insignitur: *Petrus sanctæ Romanae Ecclesie tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis scientia, moribus, & honestate in Romana Ecclesia velut lucifer inter astra nitebat.* Hæc ibi, quæ proponere voluimus, ut lector, norit jure Innocentium in rebus magni ponderis legationis onus, aliaque tanto viro imposuisse, utque hujusmodi literis Petri sepulcrum decorari posset, de ipso enim uti jam defuncto suis literis post sequentem (b) Inn. l. annum datis Innocentius meminit (b). 13. ep. Emer. 157.

NOTÆ *vus in Tuscia apud Assium &c.* Ex quo non incongrue deduceremus uno eodemque anno 1207. ordinem utrumque cœpisse. Sed præterquamquod in assignando anno exorti ordinis S. Domini Albericus egregie fallitur; adeoque nihil accuriora de exordiis Minorum tradidisse cœli posset; verba illa Alberici ex editione Lebinitii expressa mendosa sunt; cum probatissimus Menkenii codex ex quo variantes dedit Rer. Germanic. to. I. pro illo eodem anno, legit eodem tempore, unde nihil certi quoad annum institute societatis hujus eruitur. Res hic posceret ut de longe præclarissima utraque hac monastica sodalitate fusori calimo dissererem. Sed Annalistam ago non econiamst; cum præsentem celebrandæ essent laudes clarissimorum illorum cœtuum de quibus fama ipsa per ora hominum voluntans majora prædicet quam quæ nos calamo exhiberemus. Valuit uterque ordo morum sanctimonita, valuit doctrina & eruditione; ut per infelicia illa tempora si quid antiquæ probitatis, si quid doctrina superfuit, id unice apud Prædicatores Minoresque monachos reperiatur. Nihil exortum est hæresum quod ipsi non extinxerint; nihil irrepit abusus quod ipsi reformandum non suscepserint; nihil bellorum levavit quod ipsi vel non pacaverint, vel pacandum non tentaverint. Si qua obeundæ erant arduæ a fide apostolica ad principes nababantur legati. Si quæ barbaræ regiones ad promulgandam fidem excurrendæ, ex alterutra societate viri insignes mittebantur. Si quæ tandem pericula subeunda ipsi se ultra exponebant. Ecclesia tandem tunc temporis concussæ regendæ firmandæque a Deo, qui rebus ejus attenta cura invigilat, uterque monachorum ordo datus est, quemadmodum S. Dominico per visum ostensum est, & res ipsa demonstravit. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUSINNOCENTII PAP. III.
ANNUSOTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

1209.

12.

I.
Otho po-
lititur Ger-
manico
sceptro.

E Merit ex civili intestinoque bello Ger- mania, quo tamdiu concussa ac lanata fuerat, cum anno Christi millesimo ducentesimo nono indictione duodecima, sublato æmulo altero, Otho ab Innocentio summo Pontifice Romæ sacratus Imperator ac diadematè solemini apparatu redimitus pacem adduxit. Id enim hoc obtigisse anno Innocentii, Othonisque infra adducendæ literæ veteresque scriptores communi sententia testantur: ve- rum antequam ad eorum narrationem nos comparemus, quæ præcessere pro more nostro in medium afferemus. Igitur Innocentius acceptis primis ab Othono nunciis, paucis rescriptis quibus suam ægritudinem significavit, monuit (a) blande, instruxitque, qua ratione in mit- tendis ad sedem Apostolicam legationib[us] se gerere debeat.

Illu. Regi Othoni in Roman. Imp. electo.

Jucundus tuorum nunciorum adventus ita nos est in ea, quæ tenebamur ægritudinis molestia, consolatus, ut ex gratis rumoribus, quos de tuis successibus attulerunt, quadam medicinali virtute nos fecerit de languoris doloribus in sanitatis gaudia respirare. Licet autem super negotiis, pro quibus latores præsentium, viros utique providos, & fideles ad nostram præsen- tiam destinisti, consueverint secundum

Mittendi proceres pro corona peten- da. morem antiquum maxime pro petitione imperialis coronæ magni principes ad sedem Apostolicam destinari, quia tamen hoc fuit magis in modum consultationis, quam petitionis propositum, & quod nondum est factum, adhuc poterit fieri, nos qui, ut tuo deferre possimus honori, hoc æquanimiter ferimus ex gratia speciali, auditis & intellectis petitionibus, quas iidem nuncii tuo nobis nomine porrexerunt, super eorum aliquibus literas fieri mox præcepimus, sicut novimus expedire, ac per legatos nostros, quos ad tuam regalem præsentiam e vestigio destinamus, gra- tum responsum tibi cum Deo tam super ne- gocio matrimonii quam etiam super aliis impendemus, cum eos & ob hoc inter ca- tera specialiter providerimus destinandos, ut ad negocii tui robur ipsi, qui vice no- stra fungentur, circa singula, quæ con- gunt, auxilium tibi conferant opportunum, ut ex eorum adventu honorificentia tibi major accrescat. Aleo namque tuum zelamur honorem, ut honori nostro reputemus accrescere, quicquid per nos tuo regali accrescit honori, firmam gerentes de tua serenitate fiduciam, quod id ipsum de nobis zelanter affectes. Dat. Later. non. januar. pont. nostri anno undecimo.

Hactenus literæ Innocentii, qui alias paucis post diebus xv. kal. feb. ad eun-

dem Othonem misit, ut videat lector, Pontificii quantam Romani Pontifices circumspē- consiliū in dispensatione maturitatē consiliū adhibere maturitas soliti fuerint, in principibus, quantum- vis in celsiore fastigio dignitatis colloca- tis, ecclesiastica lege solvendis; rogante enim Othono matr. monium cum Philippi Sueviae ducis filia, consanguinitate sibi conjuncta, inire liceret, id responsum dedit (b). Pro adducenda quidem antea (b) ib. ep. pace e re Christiane reipublicæ fuisse, si 179. Philippi filie matrimonio jungetur, cum vero jam ille e vivis sublatus fu- erit, sublatam quoque illius contrahendi & legis ecclesiastice relaxandæ cau- sam videri; cum vero in pristino ducen- dæ illius consilio perstet, ac magna inde utilitatis spes affulget, se legis Car- dinalibus de consanguinitatis gradibus inquirendi ac in ea re statuendi provin- ciā impoñisse. Duobus vero ante die- bus, nimirum xvii. Kalend. februar. pon- tificatus anno xi. ad eundem Othonem literas dederat (c), ubi, commendata (c) Ep. primum ipsius pietate, ad peritandum in 180. mutua conjunctione cohortatus, subdit se quædam illi postulata proponere, quæ ad compositam Imperium inter atque Ec- chiesiam concordiam perpetuo firmandam, atque ad tollendam posthac omnem dis- cordiarum occasionem, & materiem plu- rimum valeant, queque uti rationi con- sentanea, nullo prouerso modo negare de- beret. Ad hæc igitur obtinenda, atque ad morem ipsi Regi gerendum in iis, quæ per literas, ac nuncios suos postulaverat, dummodo intra recti honestique fines continerentur, mittere se ait Hugonem Ostiensem episcopum, ac Leonem tituli S. Crucis presbyterum Cardinalem, Apo- stolicæ sedis legatos, quos tum ipsi, tum Germaniae (d) præsulibus principibusque (d) Ep. plurimum commendavit; seorsum vero 181. eodem die archiepiscopos, atque epis- copos illos certiores fecit, (e) & ejus ma- trimonii negotium iisdem legatis commi- ssisse. Cum vero in primis ad archiepi- scopos, atque episopos ac Germanicum clerus literis pontificiæ solicitudinis ma- gnitudo eniteat, eas annalibus summa- tim censemus commendandas.

Archiepiscopis, & episopis, & dilectis filiis abbatis, & aliis ecclesiistarum præ- latis in Theutonia constitutis.

Cum (f) acceptam Angelus dudum phia- lam iracundia Dei plenam in populos Theu- (f) Ep. tonicos effudit, effusa est contentio su- per principes eorumdem, qui diuturni schi- smatis hostilitate contriti, quasi de torcu- lari sue contributionis expressum cali- cem iræ Dei profundum, & latum non so- ti in Ger- lum ipsi bibere, verum etiam aliis prop- maniam. na-

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAR.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4

narunt. Dominus autem, qui cogitat consilium non afflictionis, sed pacis, reprobus consilia principum, & cogitationes dissipans populorum, ab eis tandem discordie causam abstulit, ipsoque ad viam concordiae revocavit. Quapropter nos, qui ex officiis nostri debito ad hoc scandalum removendum indefessa solicitudine laboravimus, non possumus non gaudere, quod fidelis Dominus sperantes in se tentari ultra quam possent sustinere non pertulit, & in via misericordiae memor factus flagellum digna sua indignationis avertit, faciens ita multos ipsius disciplina proficie, quod exercitatis per eam pacatum videtur fructum justitiae reddidisse, jam per Dei gratiam non paenitet nos constanter cursum cæpti cucuruisse certaminis. Jam feliciter Dominus labores nostri consummavit agnus, jam illa Gamalielis sententia nostrum probat a Domino processisse consilium, jam humana vis impedire non potuit cœlestis voluntatis effectum. Nam Altissimus id dispositus, & quis potuit interrumpere? Omnipotens hoc decrevit, & quis valuit immutare? Emulabaris hæc tenuis te ad invicem Theutonia omnis tu, & in partes divisa, mutuis te animositatum tuarum similitatibus conterebas; immisso namque desuper in te spiritu circumferebare virginis, & erroris freno, quod juxta propbat erat in maxillis populorum, abducta per graves circuitus ducebaris, filii quippe tui fædera fraternalia dissoluerant, & invidiæ sauciati livoribus sese passim alter alterutrum trucidabant, vocaverat enim Dominus exercitum in te tempus, in quo juxta vaticinium sancti viri, vir non parceret fratri suo, & quasi carnem brachii sui, immo quoque voraret Manassen Effraim, & Effraim offenderet Manassen.

IV.
Dissenfio
Imperi
cladum
Orientis
causa.

Hinc igitur non tu sola, quinimo pene totus offendebatur populus Christianus, lugentibus equidem viis Sion, ideo quod non essent, qui solemnitates dominicas visitarent; ora Deo canentium ex permagna parte conclusa torpebant, cultuque divino per usum bellicum minorato, hostilibus impendebatur excubitis quod spiritualibus vigiliis debebatur: denique Terra sancta debita sibi & lugebat, & luget suffragia defuisse, quæ pro peccatis nostris in extremam necessitatem perducta, operas, & impensis, quibus juvari potuerat, in domesticæ cladi excidium frustra pertransisse deplorat, ut de malis cœteris taceamus, quæ præter multiplicem desolationem regni dudum in seipso divisi universum quoque Dei Ecclesiam offendebant. Nos autem percicula tot, & tanta videntes, nimiaque scandalizantium charitate perusti duro passionis eorum fixorio frigebamus, ac scientes opus justitiae pacem esse, justitia non defutimus, donec Dominus de cœlo prospexit, & multo a nobis studio procuratae initia pacis dedit, potens adhuc in tantum eam suæ gratia dilatare, ut juxta prophetantis eloquium populus suus in pulchritudine pacis sedeat, & plebs ejus in justitia tabernaculis ac requie opulenta quieteat. Quia igitur plagam, quæ de novo circumligata est, negligi non oportet, eo quod custodita potest ad perfectam sanitatem proficere, neglecta vero in deteriorem corruptelam redire, venerabilem fratrem nostrum Hug. Ostien. episcopum, & dilectum filium Leonem tituli Sanctæ Crucis presbyterum Cardinalem Apostolice sedis legatos, viros utique providos, & honestos, quos inter cœteros fratres nostros speciali charitate diligimus, ad partes ipsas duximus destinando, qui more prudentium medicorum, prout quævis morbi cura poposcit, viam sciant, & oleum superfundere, ac pace jam ex parte in Imperio reformata, satagant unumquemque perfectius informare: commissa sibi pariter potestate dissipandi, & evellendi, & diffricandi nibilominus, & plantandi, quæ utrorumlibet horum opera noverint indigere. Quocirca universitatem vestram rogamus attentius, & monemus per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus eos, immo nos in ipsis, cum debito suscipientes honore providis monitis, & mandatis ipsorum efficaciter intendatis. Alioquin sententiam quam tulerint in rebellis, ratam habebimus, & usque ad satisfactionem condignam auctore Domino faciemus inviolabiliter observari. Dat. Lat. 17. Kal. febr. Ponific. nostri an. XI.

Apersus fuerat Papembergensis episcopus conflatæ in Philippum conjuratio- nis, ac societatis cum proditore initæ infamia, atque adeo Innocentius nefarii criminis vindicta legatis partes imposuit, ut de episcopi causa cognoscerent: Si super nece, inquit, (a) claræ memoriae Philippi ducis Sueviae accusatore contra eum legitimo comparente culpabilis coram vobis fuerit comprobatus, vos eum sublatu contradictionis, & appellatio- nis obtenu, ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponatis. Alioquin indicatis ei purgationem canoniam, in qua si forte defecerit, eadem ipsum censura damnetis. Quod si legitimate se purgaverit, denuntietis eum super objecto crimine penitus innocentem, ante omnia providentes, ut si quid contra eum vel ejus ecclesiam est perperam attentatum, in statum debitum revocetur. Dat. ut supra, scilicet XVII. Kal. febr. Quo item die Magdeburgensi archiepisco- po injunxit, (b) ad ea feliciter pro- movenda, quæ Hugo & Leo legati ei proposuerant, diligens studium gratiamque efficacem impenderet. Cum vero Leo alter Apostolica sedis legatus ab Innocentio semel atque iterum S. Crucis pres-

v. Papem. berg. c. psc. Phi- lipp. re- cis accu- fatus. (a) Cit. lib. ep. 184.

VI. Theodo- ricus Coloniensis. a. Iudiciorum episcop. confecra- tus.

V.

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAP.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

(a) Ib. ep. 187.
ter. v. Kal. martii Pont. nostri anno duodecimo. In eandem rationem, ut subditur, ad Tusciæ civitates, quæ ad Imperium pertinebant, scriptis, idque Aquilejensi (a) patriarchæ significavit, dum gratulatus est ob partes Othonianas, uti jusserrat, defensas, susceptumque legationis in Italia gerendæ onus ab illo injunctum: mandatque comitissæ Mathildis terram in Romanæ Ecclesiæ ditionem redigendam curaret: Super eo vero, quod de terra comitissæ Mathildis nobis per latorem præsentium intimasti, hoc tibi duximus respondendum, ut eam ex mandato prædicti Regis repeatas nomine nostro, & ad opus Ecclesiæ Romanæ recipias, si fuerit restituta, cum idem Rex eam nobis recuperare promiserit, sicut apparet ex scripto literarum suarum, quarum tenorem præsenti pagina tibi mittimus interclusum.

VIII.
(b) Ib. ep. 188.
Fridericus Imperium affec-
stat.
Non repulit preces Innocentii Otho, cum illius ope egeret, perlatæ enim hoc tempore ipsius literæ (b) fuere, quibus significabat Pontifici, certissime se comparsus, Siciliæ Regem Henrici olim Imperatoris filium, Imperii quietem turbare, ac res novas moliri, propterea que rogare ne opera sua consilioque Fridericum juvaret.

Innocentio &c.
(c) Ib. ep. 188.
Officiosæ Othonis ad Innoc. lit.
Paternitati (c) vestræ immensas exsolventes gratiarum actiones, scire vos volumus certissime, quod optatos eventus nostris post Deum vobis adscribimus & omnem gloriam, qua divina nos dignata fuerit clementia sublimare, cum Romana Ecclesia habere semper cupimus pro indiviso, non immerito perpendentes, quod ipsa nullo unquam tempore suum nobis subtraxerit auxilium, & favorem; siquidem sanctitati vestræ duximus intimandum, a quibusdam veridica nos accepisse relatione, quod filius Imperatoris H. damnum & malum nobis velit, & ut nostram & Imperii turbare velit quietem, idem quoque petitionibus & precibus, & præmis ad hoc inducit, & hortatur: unde cum Imperii tranquillitas, & regiae eminentiae finalis promotio a vestra adhuc, sicut habemus, prudentia pendere videatur; apostolico stolatus vestri æquitatem omni precum in favet.

Rogat ne
Friderico
stolatus vestri æquitatem omni precum in
faveat. Stantia rogamus, & monemus supplicantes vobis, quatenus prefato pueru consilium, & auxilium vestrum ad sua contra nos subtrahatis negocia & ea quæ sibi ad præsens expedire possint, sicut de vobis confidimus, nullatenus faciat sicut nobis & vobis utile erit usque dum Deo auxiliante nos ad partes Italæ, & ad vos veniamus inibis se personaliter vobiscum collocuturi: sicut enim illius voluntatis ac commodatum datum est.

Promittit in o-
mnibus se personaliter vobiscum collocuturi: sicut enim illius vo-
luntati-
bus ac-
commo-
daturum. seritis non recusabimus; & si Deus ali-

quando optatae præsentia vestra copiam nobis dederit, nos juxta consilium vestrum pro communi commodo, & pace Ecclesiæ cum sepefacto pueru ad honorem Imperii, & ipsius componere curabinus utilitatem. Cetera præsentium lator dilectus familaris notarius noster magister H.. cuius di-
(a) fe-
tis fidem adhibeat is indubitatam.

Confudit postea hæc omnia promissa Otho insigni perfidia, cui futurorum ne-
scius, ut docebat prudentia, respondit Innocentius, ita se Friderici pueri rebus conimodiisque consulturn, ut nullum Othonis rationibus damnum inferret; at ipsum hæc differentem Pontificem (d) ib. q.
(d) fe-
audire refert.

Ill. Regi Othoni in Romanorum Imp.
electo.

Cum charissimus in Christo filius noster Fredericus Siciliæ Rex illustris tam ex paterna, quam ex materna dispositione finali sit Apostolice curæ ac tutelæ relietus, ipseque totum Regnum Siciliæ a Romana teneat, & recognoscit Ecclesia, sicut idem nobis tanquam vassallus domino ratione fidelitatis debet astringi, sic nos idem tanquam dominus vassallo, ratione legalitatis debemus adesse: unde super iis, quæ ad regnum ipsius pertinere noscuntur, nec volumus, nec debemus ei nostrum subtrahere auxilium, vel favorem, cum secundum Apostolum omnibus simus in justitia debitores. Porro nec ipse nec alii nostrum contra te disposuimus favorem, vel auxilium impetriri, quem tantopere studiuimus promovere, cum pro certo speremus, quod sicut per tuas nobis literas intimasti, tuos optatos eventus post Deum nobis adscribas, & omnem gloriam, qua te divina dignata fuerit clementia sublimare, cum Romana velis Ecclesia pro indiviso semper habere, absque dubio recognoscens, quod deficientibus ceteris, ipsa tibi nunquam subtraxerit, sed suum semper impenderit auxilium, & favorem. Recepisti igitur, & intellectis apicibus, quos per dilectum filium latorem præsentium regalis nobis sublimitas destinavit, hoc tibi duximus reservendum, quod de plenitudine gratiae vestrae securus, de qua nec debuisti, nec debes aliquatenus dubitare, tuam secundum Deum exercetas potestatem, cum quo si corde puro recte processeris, ipse in viam salutis, & pacis diriget gressus tuos. Dat. Later. vi. id. martii pontificatus nostri anno duodecimo.

X.
Quo etiam mense sacramentum fidei ab Othone hisce verbis (e) conceptum pro (e) Cit.
Romana Ecclesia exhibutum est (f): In lib. ep.
nomine sanctæ, & individua Trinitatis. (f) Bull.
Otho quartus divina favente clementia MS. a
Romanorum Rex, & semper Augustus. Bened.
Recognoscentes ab eo vestrae promotionis do- XI. colla-
num misericorditer processisse, a quo est left.
omne datum optimum, & omne donum per- fe-

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAP.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

Othonis featum, ipsum ejusque vicarium, & sponsam ejus sanctam Ecclesiam disposuimus, Inn. præ & decrevimus magnifice honorare, ut qui nobis in præsente temporale contulit Regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis reverendissime pater, & domine summe Pontifex Innocenti, quem pro multis beneficiis nobis impensis sincerissimo veneramur affectu, vestrisque catholicis successoribus, & Ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam, & reverentiam semper simili corde, ac devo-
(d) fe-
to spiritu impendemus, quam prædecessores nostri Reges, & Imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nihil ex iis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius eniteat. Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur, in electionibus prælatorum concedimus, & sancimus, ut electiones prælatorum libere, ac canonicæ fi-
(e) fe-
ant, quatenus ille præficiatur ecclesiæ vi-
duæ, quem totum capitulum, vel ma-
jor, & senior pars ipsius duxerit eligen-
dum, dummodo nihil ei obstat de canoni-
cis institutis. Appellationes autem in ne-
gotiis, & causis ecclesiasticis ad Aposto-
ticam sedem libere fiant, eorumque prosecu-
tionem, sive processum nullus impedi-
re præsumat. Illum quoque dimittimus, &
refutamus abusum, quem in occupandis bo-
nis decendentium prælatorum, aut etiam ec-
clesiarum vicariis nostri consueverunt
antecessores committere, pro motu propriæ voluntatis; omnia vero spiritualia vobis & aliis ecclesiarum prælatis relinquimus
libere disponenda, ut quæ sunt Cæsaris Cæ-
sari, & quæ sunt Dei Deo recta distri-
butione redundantur. Super eradicando au-
tem hæreticæ pravitatis errore auxilium
dabimus, & operam efficacem.

Deletu-
rum hæ-
reticos.
XI.
Omnes
Ecclesiæ
posse-
siones resti-
tutum iri.
Alia con-
firmatio
jurium
Roman-
Ecccl. fa-
cta ab O-
thone.

Possessiones etiam, quas Romana Ecclesia recuperavit ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas, & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas retinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus erimus adjutores, & quæcumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagamus. Ad hanc pertinet tota terra, quæ est a Radicofano usque Ceperatum, Marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissæ Mathildis, comitatus Britennorii, exarchatus Ravennæ, Pentapolis, cum aliis adjacentibus terris, expre-
sis in multis privilegiis Imperatorum & Regum, a tempore Ludovici, ut eas ba-
beat Romana Ecclesia in perpetuum cum omni jurisdictione, districtu & honore suo: veruntamen cum ad recipiendam coronam Imperii, vel pro necessitatibus ecclesiæ ab Apostolica sede vocati venerimus, de manu-
do summi Pontificis recipiemus procurat.

(a) Extat
in lib.
privile-
Rom.

Ann. Ecl. Tom. XX.

OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

tiones, sive fodrum ab illis. Adjutores etiam erimus ad retinendum, & defendendum Ecclesiæ Romanæ, regnum Sicilia, Pro con-
act cætera jura, quæ ad eam pertinere tinenda in ejus fide Sicil. operam daturum.

XII.

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAP.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4

consistorio ipsius nomine **rata** omnia privilegia habuit ab aliis Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ concessa.

XIII. Othonis iter in Italiam.

Post hæc vero Otho, comparatis instructisque omnibus pro Imperii corona obtainenda Italianam ingressus est, cuius iter Otho de sancto Blasio exactissime recenset, atque asserit primum ab eo Augustæ Vindelicorum Imperii comitia celebrata, dein valle Tridentina duxisse exercitum, Bononiāmque pervenisse, atque ibi cum Italis principibus habitis aliis comitiis Mediolanum perrexisse, ubi copias Italis sibi conjunctis auxerit. In quam sententiam ait Godefridus, (a) Othonem magnō cum apparatu Italianam hoc anno ingressum insubriæque principibus sibi honoris gratia obviam euntibus, honorificentissime exceptum, urbes, oppida, atque infinitam ex vestigialibus terris ab Henrici Imperatoris temporibus coactam pecuniam recepisse. Subdit Otho de sancto Blasio: * Pyrenæum transiens Tusciam applicuit, nuncios ad dominum Apostoli- cum patriarcham Aquilejensem, & episcopum Spirensim cancellarium suum Romam præmisit. Qui ex persona regis, compositione imperialis consecrationis cum Apostolico facta, ad regem regrediuntur, ipsumque cum universo exercitu ex parte domini Apostolici filiali affectu compositionem consecrationis intimantes, salutaverunt.

(a) Godef. in Annal. an. 1209.

* Apenni- num.

XIV. Videamus quæ ipse de accessu suo, deque legatione quam mittebat ad Pontificem scripsit (b).

(b) Libel. de neg. Imp. ep. 191.

Reverendus in Christo domino, & patri suo dilectissimo Innocentio sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici Otho Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus salutem in Domino, & totius filialis dilectionis plenitudinem.

Otho gratias agit obtinendo Romanum Imperium, licet cum Innoc. de multo labore, & sudore post Deum vobis obtento adscribimus, non immerito nobis de vobis Imperio. est presumendum, & in sanctitate vestra est confidendum, quod vos de omni profertate, & salute nostra sub affectu paternæ dilectionis nobis congaudere debeatis. Significamus igitur vestræ sanctitati, quod nos juxta honorem nostrum, & Imperii feliciter dispossitis & ordinatis in Alemannia nostris negotiis, cum exercitu forti, & glorioso montes magnos transfiximus, & jam ad Paduanam transmeavimus processum ad vos, ut recipiamus a manu vestra benedictionem, & consecrationem diadematis Imperialis. Et infra:

Recepis denique nuntiis vestris quos ad nos transmisericordis videlicet Andrea subdiacono & clero vestro, & Thurando fratre hospitale sancti Joannis, auditis quoque omnibus iis, quæ ipsi nobis ex parte vestra prudenter & discrete proposuerunt, & iis pleno intellectis habito concilio principum,

& fideliū, nuncios nostros honestos, & solemnē latores præsentium dilectos fideles nostros videlicet Conradum Spirensim episcopum, & regalis aulae nostræ cancellarium Brixinensem episcopum, Joannem Cameracem episcopum, & Henricum Mantuanum episcopum, & magistrum Henricum scholasticum S. Gereonis in Colonia, Ganzilinum senescalcum nostrum, Cunonem camerarium nostrum H... de Finalneche viros utique providos, & honestos ad præsentiam vestræ sanctitatis duximus destinandos, verbum nostrum ad vos deferendum ipsis plenissime committentes, &c. Mandamus igitur vobis, & omni precum vos instantia * ut vos iis omnibus fidem in dubitatam adhibeatis, quæ ipsi ex parte nosstræ vestræ proposuerint paternitati.

Hactenus Otho, ad quem rescribens XV. Innocentius benigne atque honorifice ejus oratores se exceperit ait, (c) ac Petrum Urbis præfectum & magistrum Ph. notarium suum se mittere, hortaturque fidem illis præstet, suaque imperia exequi non negligat.

Illustri Regi Othoni in Rom. Imp. electo. Quantum auxili & favoris impendimus Gratulati bi charissime fili ad Imperium obtendum, tur Inn. totus pene orbis agnoscit, & opera protestantur, que perhibent testimonium veritati, teste veritate quæ dicit: Arbor ex iorem le fructu cognoscitur; id est charitas ab effe- ctu. Licet ergo ferventes, & efficaces fuerimus ad tuum promovendum honorem tam in principio, quam in medio, longe tamen ferventiores, & efficaciores esse desideramus in fine, ut ex omni parte cognoscas dilectionis affectum, quem ad tuam regalem personam habemus, pro certo sperantes, quod tu semper tantæ dilectionis memor existens grata nobis curabis vicissitudine respondere, cum etsi tua nobis devo- tio valde sit necessaria, nostra tamen dilectio multum sit tibi omni tempore opportuna. Recepimus igitur honorabilis tuæ sublimitatis nuncios honorifice ac benigne, qui bus diligenter auditis gratum solito more curavimus dare respondsum. Ut autem intentionis nostræ propositum tibi plenius innotescat, mittimus ad tuam regalem præsentiam dilectos filios nobilem virum Petrum Urbis præfectum, & magistrum Ph. notarium nostrum, quibus fidem adhibeas super iis, quæ tibi ex parte nostra duxerint proponenda providens diligenter, ut consilium nostrum exequi non postponas.

Cæterum etsi palam non exprimit quidnam ab eo exegerit, id tamen fuisse arbitramur fidei sacramentum, quod proxime subiicitur: (d) Otho Dei gratia (d) Ep. Romanorum Rex, & semper Augustus. 193.

Notum fieri volumus universis, præsentem Orthonis sacramen- paginam intuentibus, quod nos juramenta tum de securitatis venerabilibus patribus nostris In- securitate Rom. Ro-

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAP.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

Romanæ Ecclesiæ & rerum ipsorum, & torius populi Romani in coronatione nostra illuc eundo, ibi stando, & inde redeundo, quæ principes, comites, barones, nobiles, & alii Imperii fideles de mandato nostro, & in nostra fecerunt præsentia, rata habemus, & ea secundum quod in scripto distinetum, & bona fide utrinque est intellectum, nos observatos promittimus, & firmiter, & inviolabiliter faciemus observari. Datum in castris in monte Malo

4. non. octobris indit. 13. Sed ad Othonis de sancto Blasio narrationem redeamus:

Qui mox ad urbem tendens exercitum castra metari ante portas urbis fecit: ipseque crastina die dominica ante festum S. Michaelis, quod eo anno 5. Kal. octobris evenit (a) Godefridus id factum ait

dominica proxima a festo S. Michaelis 111. non. octobris Parisius 4. non. octobris.

*Verum Fossæ novæ chronicon infra redendum * kal. octob. obtigisse testatur)*

a D. Papa Innocentio, & a Romanis ho- norifice suscipitur, datoque sacramento co-

ram ecclesiæ se justum judicem, ac vidua- run & orphanorum tutorem, necnon ecclae-

færum, & præcipue patrimonii S. Petri

defensorem pro posse existere, ab Aposto- lico consecratus coronatur, Imperatorisque & Augusti nomen, nonagesimus sextus ab

Augusto, ponitur ab aliis nonagesimus quartus, sortitur. Consecrationem igitur

desideratam adeptus cum magni tripudio

ab urbe recessens, in partes Tuscicæ di- vertit. Hactenus Otho de S. Blasio, his-

que finem scribendi facit [1].

Cæterum de Othoni Imperii corona- hoc anno redimoto, agunt etiam (b)

Richardus notarius, (c) Robertus de

Monte, (d) Albertus Stadenus, (e) Con-

radus Urspergenensis, (f) Godefridus (g)

fragmenti historici incertus auctor, (h)

(i) Godef. in annal.

(g) Par. Angl. hoc anno.

(b) Dlu. gos. hist. Pol. l. 6.

(i) Fossæ nov. cbr. an. 1209.

Ann. Eccl. Tom. XX.

OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

vicinas terras, tum Viterbiū revertebatur, & tandem ibi stetit quoque advenit Oddo Rex cum magno, & in usitato exercitu; dominus Papa pro sua voluntate cum Oddone Rege multa locutus, reversus est Romanum, & Rex Oddo post eum cum exercitu * Kal. octobris; dominus * al. 5. Papa in ecclesia sancti Petri honorifice corona- ronavit dictum Oddonem Imperiali corona;

celebrato sacrificio coronationis dominus Pa- pa volens reverti Romanum, non poterat propter innumerabiles armatos equites Theu-

tonicos, qui manebant extra januas sancti Petri, usque in portam Romæ pontis sancti Petri. Oddo coronatus Imperator vestitus imperialibus vestimentis sacratis, mitratus & coronatus ivit cum domino Pa- pa usque ad portam Romæ, & dominus Papa ibi eum benedixit, & licentiauit, & rogavit eum, ut alio die adveniente recederet a territorio Romano, quod ipse minime fecit, sed deficiente Romano fodro, & adveniente in castris panis & vini inopia, volens nolens recessit a Roma. Cum nunc primo de consecratione Imperato- ris egerimus, gratum lectori fore arbitra- mur, si ritum qui observari solet ex veteribus monumentis in medium adduxerimus. In Vaticano igitur libro censuum, qui sub hæc tempora conscriptus fuit, hæc produntur: *Incipit ordo Romanus ad benedicendum Imperatorem quando coronam accipit.*

In nomine Christi promitto, spondeo, at- que polliceor ego N. Imperator coram Deo, & beato Petro me protectorem, ac defen- sorem esse, &c. Deinceps orationem primam * debet Albanen episcopus ante portam ar- genteam basilicæ beati Petri:

Deus in cuius manu corda sunt Regum, inclinat ad preces humilitatis nostræ aures misericordiae tuae, & Imperatori nostro N. famulo tuo regimen tuae appone sapientie, ut haustis de tuo fonte consiliis, & tibi placeat, & super omnia regna præcellat. Per, &c.

Orationem vero secundam * debet epi- scop. Portuen. inter ecclesiam beati Petri in medio rotæ:

N n 2 Deus

NOTÆ [1] O Thonis iter in Italiam accuratius percensendum est verisque chronologicis charac- die XXIX. augusti celebratur) italicam expeditionem suscepit, teste Rainero in continuatio- excipitur. Paucis evolutis diebus, subjugatis sibi civitatibus Romam venit... Consecratusque est IV. nonas octobris. De certa die, qua Otho corona insignitus fuit dissidium est inter Scri- ptores etiam coævos, cum alii, ut apud Raynaldum hic cernere licet, diem III. nonas octobris, alii V. kal. octobris assignent; sed vera scripsisse Rainerum, nec alia, quam IV. nonas octobris, qua dies anno illo in dominicam incidit, Othonem imperii insignia suscepisse dit sacramenti formula, signata eadem consecrationis suæ die IV. nonas octobris, Regem se legenda constat. Non ergo imperii coronam ante hanc diem, adeoque nec die V. Kal. octobris accepit. Vicissim autem dies IV. non. octobris diei III. non. octobr. præferenda est, cum die illa in dominicam tunc incidet, & solemnies illi ritus diei dominica plerumque æta-

CHRISTI
1209.

INNOCENTII III. PAP.

OTHONIS IMP. 1
HENRICI IMP. 4

Deus inenarrabilis auctor mundi, conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator regni, qui ex : tero fidelis amici tui patriarchæ nostri Abrabæ prælegisti Regem sæculis futurum, tu præsentem Regem hunc cum exercitu suo per intercessionem omnium sanctorum tuorum uberi benedictione locupleta, & in solium regni firma stabilitate connecte, visita eum, sicut Moysen in mari rubro, Jesum nave in prælio, Gedeonem in agro, Samuelem in templo, & illum cum benedictione sydeream, & sapientiæ tuae ratione perfunde, quam beatus David in psalterio, Salomon filius ejus te renuntiante percepit a cœlo, sis ei contra aries iamicorum lorica, in adversis galea, in prosperis potentia, in protectione clipeus sempiternus : præsta, ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligent charitatem, abstineant se a cupiditate, loquantur justitiam, custodiunt veritatem, & ita populus ille pulchritudinibus eternitatis, ut semper maneat tripidantes in pace victores ; quod ipse præstare dignetur.

XIX. Deinde vadit ante confessionem beati Petri Apostoli, & prosteruit se primum in terram, & archidiaconus faciat litaniam, qua finita episcopus Ostiensis ungat ei de oleo exorcizato brachium dext. rum & inter scapulas, & dicat hanc orationem:

Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas, & dignitas, te supplici oratione seu deputatione atque humillima pace deponscimus, ut huic famulo tuo prosperum Imperatorie dignitatis concedas effectum, ut in tua dispositione constituto ad regendam Ecclesiam tuam sanctam nihil ei praesentia officiant, futuraque non obstant, sed inspirante spiritu tui dono, populum tibi subditum aequo iusticie libramine regere valat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi jugiter placere contendat. Per unitatem ejusdem, &c. Sequitur haec oratio: Deus, Dei Filius Iesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exultationis unctus est praे participibus suis, ipse per presentem sacræunctionis effusionem Spiritus paraclitus super caput tuum infundat benedictionem; eandem usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quantum hoc visibili, & tractabili dono invisibilia percipere, & temporali regno iustis miserationibus executo aeternaliter conregnare merearis, qui solus sine peccato

vivit, & gloriatur cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, &c. Demum vero Pontifex Romanus sursum altare imponit ei diadema, ea dicens: Accipe signum gloriae in nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti, ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiosis vitiorum omnium sic iudicium, & justitiam diligas, & ita misericorditer vivas, ut ab ipso Domino nostro Iesu Christo in consortio sanctorum

eterni regni coronam percipiās, qui cum
Patre, & Spiritu sancto, &c.

Delibutus Imperiali inunctione Otho
cum Roma discessisset, in Pontificis con-
gressum & colloquium venire postulavit;
verum Innocentius insidiarum metu, jam
enim non leviter animi exulcerari cœpe-
rant, pluribus de causis recusavit, cum
id per internuncios præstari posset; hoc
enim datæ ultro citroque literæ osten-
dunt (*a*). Ceterum Innocentii epistola
data est Laterani v. id octob. Pontifica-
tus anno XII, omniumque postrema est,
quæ in sèpe laudato libello Vaticano
continetur. Addit Robertus de Monte
(*b*) nonnullos ex Cardinalibus ac sena-
toribus pro viribus obstitisse, ne Otho
regiis insignibus decoraretur, propterea
que triduo bellum in urbe commissum.
De pugna etiam inter cives, Germa-
nosque, quamvis de trium dierum spa-
tio taceant, agunt quoque Ricchardus,
(*c*) Conradus Urspergensis abbas, (*d*) & Rigordus (*e*) qui in illa pugna Ger-
manos multos cecidisse tradit, tum Jor-
danichus, quod si dicitur, non afferat.

XX

(a) Cita-
lib. ep.
194. 1

Turba
urbe
ta.
(b) Rob.
Mont.
pend.
hunc

(c) Ric
de S.
Germ.
chron.

danus, qui has discordiae causas afferit. (d) Us
Propter hoc (nimurum præstitum ab O-
thone pontifici defendendorum S. Petri ad-
versus quoscunque jurium sacramentum) (e) Rig
& propter expensis quas ab Imperatore, ges. Pl
Romanii petebant orta discordia Romani Aug.
cum eo confixerunt, multique de Theuto- France.
nicis occisi sunt. Imperator quoque cum de Reg. 12
damnis resarcendi ageretur dicebat se MS. V.
MC. equos amississe. Pergit Fossæ novæ tic. sign
chronici auctor: Ab ipso tempore Oddo n. 10
Imperator perjurando cœpit habere irrita
& vacua omnia præcepta domini Papæ, Otheou
& infestare, & minuere omnia jura Ec- post acc
clesiæ; sed quia Dei iudicio exercitus ejus ptum
fame consequente decrescebat quotidie, fe- diadem
rocitatem animi sui non poterat perficere: perfidia
unde dominus Papa cœpit eum monere per
archiepiscopum Pisanum & alios episcopos
& abbates, ut recederet ab iniustitate &
infestatione ecclesiæ, quod facere contem-
psit, & recognosceret Deum, & viveret
secundum legem Dei omnipotentis, & ra-
tionem & justitiam, & obedientiam Ec-
clesiæ observaret, & perficeret, quæ jure-
jurando promiserat; omnia vilipendens fa-
cere recusavit. Tandem dominus Papa
eum excommunicavit. Per Lombardiam,
& per Tusciam Oddo dictus Imperator by-
mavit, &c.

His consentit Urspergensis, qui scribit Othonem exercitum primum dissoluisse atque Italiae possessionem iniisse, Mediolanensibus Imperii ornamenta commendata reliquise, eoque facto eorum gratiam sibi conciliaffe: deinde refectis copiis regressum in Hetruriam & Marchiam contra fidei sacramentum datum Pontifici terras ecclesiasticæ ditionis invasisse, præterea violato jurejurando de iun-

OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

INNOCENTII III. PAR.

CHRIS
1209

jungenda cum Philippo Galliarum ac Frierico Siciliae Regibus pace, ne Ecclesia bello civili laceraretur, Apuliam ingressum, plures Siciliae Regis urbes suæ potestati subjecisse, Capuam subegisse, atque in urbis palatio sedem fixisse, cumque crebris oratoribus rogatus ab Innocentio, ut coepitis absisteret, fidemque servaret, monita Apostolica repudiasset, ut contumacem anathemate defixum fuisse. Verum de ejus in Campaniam ingressu, deque anathemate in illum fulminato, anno sequenti referemus. Atque hanc ingratus princeps benemerito de se Pontifici gratiam reposuit, qui hoc ipso anno ad Innocentium scribens, sic illum compellarat (*a*): *Scire vos volumus certissime, quod optatos eventus nostros post Deum quibus adscribimus* & omnem glo-

(a) Cid
libel. i
ep. 1 § 8

XX
Bellum
sacrum
Gallis
versus
hæreti-
cos.
(b) Pet-
rull. I.
Albig. I.
74.
Raym.
Telos.
arges.

Cum hæretici in Galliis grassarentur, Pontifex illos opera crucesignatorum, quos anno superiori conscriptos vidimus, omnino delendos curavit. Eorum præcipui duces erant (*b*): archiepiscopus Senonensis, episcopus Eduensis, episcopus Claromontensis, episcopus Nivernensis, dux Burgundiæ, Odo comes Nivernensis, comes sancti Pauli, comes Montisfortis, comes Barrensis, Guichardus de bello-joco, Willelmus e rupibus seneschallus Andegaviae, [*i*] &c. Imminebant jam Franci cruce insigniti hæreticos ferro delleturi, quos viri religiosi verbo divino convertere non potuerant, quibus Raymundus Tolosanus comes obviam progressus, in omnibus se Ecclesiæ paritum præfert: securitatis ergo castra tradit, filium in obsidem, vel sese offert, atque ita iis conciliatus crucesignatis conjungitur, unaque contra nepotem Biterrarum vicecomitem pergit. Confluerat eo omnium vitiorum sentina, nec adductis eorum criminibus stylum foedare libet. Percepto illi impendentis belli rumore se ad excipiendos arcendosque crucesignatos comparabant, cum Deus significare iis hoc miraculo voluit frustra impios sese contra hostes munire, cum ex alto Deus ipse vindictam atque iras effun-

Biterren-
sium sce-
lera.

NOTÆ [i] **P** Oft verba illa *Senescalcus Andegavie*, adde ex Annalibus contractis : *Incitatos divinitus in sacra armis hos fuisse ex calcis viso objecto Jacobo de Vitriaco postea cardinali memorat Guillelmus de Podio Laurentii* : mittitur, inquit, in Francia a legato dominus Tolosanus episcopus prædicaturus crucem cum aliis, qui mandatum habuerant de eodem, cum quibus fuit magister Jacobus de Vitriaco, vir magnæ honestatis, litteraturæ, & eloquentiæ, qui postea fuit episcopus Acconensis, deinde in Romana curia cardinalis : de quo etiam audivi dominum episcopum Tolosanum referentem, quod ab eo audiverat sibi injunctum fuisse per visionem in somnis a B. Saturnino protopræsule, ut contra suum populum prædicaret : & hoc episcopus referebat quærens ab eo, an ipse prius ignoraret, quod fuerit aliquando Tolosæ pontifex Saturninus nomine, & in ista prædictione multos cruce signavit. **MANSI**

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAR.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

etiam ecclesiam sanguine domini sui, vicerecomitis videlicet, nec non episcopi fœdaverant canes impudentissimi; in eadem etiam ecclesia in qua, ut sepe dictum est, dominum suum occiderant cives Biterrenses, ipsa die captionis civitatis fuerunt usque ad septem millia de ipsis Biterrensis interfecti. Notabiliter est notandum quod si cut civitas Jerusalēm 42. anno a passione Domini nostri a Tito & Vespasiano fuit destruta, ita civitas Biterrensis 42. anno ab interfictione domini sui per Francigenas est vastata. Hoc quoque non est omissendum quod s̄pedicta civitas multoies devastata fuerit ob causam superius memoratam semper in die festi S. Mariæ Magdalēna, in cuius ecclesia tantum scelus perpetratum fuerat, dignam recepit sceleris ultionem.

XXIII. Deletis Biterris movent adversus Carcassonam cruce signati, quo vicecomes conflata suorum manu sese incluserat. Primum illius suburbium factō impetu episcopis, abbatibus & clero hymnum: *Veni S. Spiritus canentibus captum.* Ad alterius expugnationem accincti primum ob lapidum ab hostibus effusam grandinem repulsi, ubi milite cruce signato in fossa fracto crure derelicto, Montfortius strenuum virutis exemplum præbuit: insigni enim vitæ discrimine altero stipatus in fossatum sese injectit jacentem militem liberaturus: suffosso postea muro arctiori obsidione presa Carcassona, ubi illud memoria celebrandum evenit: *Contingebat in illa obsidione quoddam quod non prætermittendum, sed pro maximo miraculo est habendum. Dicebatur quod in exercitu erant homines usque ad quinquaginta millia, hostes autem nostri omnia in circuitu civitatis molendina destruxerant, ita quod non poterant nostri panem habere, nisi de paucis castris circumiacentibus, & tamen in tanta abundantia erat ibi panis, quod modicissimo pretio vendebatur, inde & dicebant hæretici quod abbas Cisterciensis magus erat, dæmonesque adduxerat in specie hominum, quia videbatur eis, quod nostri non comedebant. Ut vero nostri abundabant comeatu, contra obseci rerum penuria adacti ditionem iis legibus fecere, ut nudi exirent, salvis membris ac libertate; vicecomes vero in vinculis teneretur. Eam Carcassonensis calamitatem olim Berengarius urbis episcopus prædixerat: Tunc adimpletum est quod dictum fuerat per venerabilem virum Berengarium, qui fuerat episcopus Carcassona. Hic cum quadam die in civitate sua prædicaret, cibisque, sicut solitus erat, hæresim improprietor, noluerunt eum audire; quibus ille: *Vos me audire non vultis, credite mihi ego tantum mugitum emitam contra vos, quod a remotis mundi partibus venient, qui destruent villam istam. Certis-**

Montfortii virtutis exemplum.

Abundant in cætris non sine miraculo commens.

Carcassona ad ditionem compulsa.

Prædictio excidii urbis.

sime autem scialis quod si ferrei & altissimi essent muri civitatis istius, non possetis vos defendere, quin pro vestra incredulitate & malitia condignam recipiatis a justissimo judice ultionem. Propter hæc & his similia, quæ eis vir sanctissimus intonabat, quodam tempore expulerunt eum dicti cives de civitate, inhibendo præconis voce districtissime & sub pena gravissimæ ultionis, ne quis in emendo vel vendendo sibi vel suis auderet in aliquo communicare.

Coactum postea concilium est prælatorum ac virorum nobilium de præficiendo terræ armis crucis signatorum partæ & comparandæ principe, omniumque suffragia in Montfortium cecidere: quod cum ille recusaret, seque indignum diceret,

Cisterciensis abbas legatus Apostolicus atque Odo Burgundiae dux in genua pro-

voluti infimis precibus, ut eam admittet

dignitatem, postulavere, eoque

ad hanc legatus apostolica au-

toritate usus, præcepit ei, ut ait auctor, tuus eligi.

districtissime in virtute obedientiæ, ut fa-

cere quod petebant. Suscepit igitur terræ

gubernaculum vir præfatus ad laudem Dei

& honorem Ecclesiæ, & depressionem hæ-

reticæ pravitatis. Subiectus non vulga-

re divine providentiae signum, quo ad

eam præfecturam cœlitus evocabatur: Re-

digebat (a) quadam die venerabilis abbas

(a) ib. c. vallium Sarnay Guido nomine supradictus,

qui negotium fidei contra hæreticos in quan-

tum poterat promovebat, a duce Burgun-

dia, ipsis ducis litteras habens secum con-

tingentes, quod dux rogabat comitem Mon-

fortis, ut cum ipso se accingeret ad mi-

litiam Jesu Christi contra hæreticos, inge-

nita dona offerens, si in hoc aquiescere vel-

let ei. Contigit autem, ut dictus abbas

veniens a duce dictum comitem inveniret

in ecclesia cuiusdam castri ipsius comitis,

quod dicitur Rupis fortis, quibusdam ne-

gociis occupatum: cumque abbas vocasset

illum in partem, ducis literas ostensurus,

transiens idem comes per cancellum ecclæ-

siæ, librum psalterii quem super formulam

invenit, apprehendens divino nutu ex in-

dustry aperit digitum suum super pri-

marum lineam tenens dixit abbat: Exponi-

te mihi scripturam istam; Angelis suis

Deus mandavit de te, ut custodian te

in omnibus viis tuis, in manibus porta-

bunt te, ne forte offendas ad lapidem pe-

dem tuum; quod divina dispositione pro-

vidum, rei exitus manifestissime compro-

bavit, &c.

Præfectus ergo Montfortius excinden-

dæ earum regionum hæresi, licet exerci-

tu cruce signato ex parte dissoluto, mu-

nus non impigre aggressus, plures hære-

torum urbes qua vi qua ditione ce-

pit. Obtenta porro urbe, cui Castro no-

men, insigne miraculum obtigit: duobus

enim

Castrum ab eo ca-

ptum.

CHRISTI
1209.INNOCENTII III. PAR.
12.OTHONIS IMP. I.
HENRICI IMP. 4.

dumque Ptissanum ditionis comitis Fuxensis ob sideret accidente Fuxensi, pollicenteque in omnibus Ecclesiæ paritum, ob sidionem solvit Montfortius.

x. Veruni majorem etiam erga Joannem Angliae Regem severitatem coactus est adhibere, uti Matthæus Parisius testatur: qui prius de legatione ad Pontificem misa ait Pandulphum subdiaconum ac Durandum Templarium ad Joannem accelsisse, ut de concilianda pace agitarent, Regemque assensisse, ut archiepiscopus Cantuariensis, episcopi, aliique ejeci restituerentur; ut vero illata sarciret damnæ ac fisco addicta redderet, adduci nunquam potuisse, atque ita rem ad exitum non perductam. Cæterum de Cantuariensi archiepiscopo aliisque in exilium actis addit Rigordus (c) Idem vero sanctus archipræful (Stephanus scilicet Cantuariensis quem paulo ante sanctæ opinio- nis virum nominat) & alii episcopi a Philippo Rege liberaliter recepti in regno Franciæ exulabant; verum cum nec ea ratio ne flectere pervicacem Regem posset Innocen. quibus remedii ejus audaciam furorē compescuerit, enarrat Parisius, nimirum Anglos omnes prestiti Joanni sacramenti religione liberasse atque objecto anathematis terrore vetitum ne ipsi in consuetudine familiari, mensa, vel consilio communicarent; additque iniquissimis tunc consiliariis corruptum fuisse. His vero auctoribus ac suasoribus innu mera ingentia flagitia commisit, de quibus sèpe queritur Parisius ut nullo refellantur negotio impudentissimi novatores, qui coeco furore perciti, in æquissimum Pontificem, Joannis sclera ulciscem, iniqua efficiunt (d).

XI. Nefaria etiam facinora eo tempore patrabat Rex Lusitanus, quorum narrationem complectitur Innocentii ad ipsum hoc anno data epistola, (e) qua eundem, ut par erat, arguere, minarique non destitit, subditque: Obsecramus te fili charisime per misericordiam Jesu Christi quatenus illa mensura contentus, quam Deus tibi donavit, ad ecclesiastica jura non extendas aliquatenus manus tuas, sicut nec nos ad regalia jura manus nostras extendimus, relinquens nobis judicium clericorum sicut & nos laicorum judicium tibi relinquimus, quia secundum Apostolum servus suo domino stat, aut cadit, nisi alienum tibi officium usurpaveris, exemplo Oziae Regis divinam ultiōrem sentias. Quoniam igitur excessus hujusmodi multipliciter apud homines obnubilat famam tuam, & conscientiam maculant apud Deum, serenitatem tuam rogamus attentius, & monemus

(a) Cent.
13. c. 10.
col. 987.

XI.

Corripi-
tur Rex
Lufita-
nus.

(e) L. 14.

ep. 8.

Religiosa
ad eum
monita.

salubriter consulentes, quatenus habens respectum ad illum cui nuda sunt quælibet, & aperta, qui etiam nec falli poterit, nec corrumpi, predictum episcopum propriæ restituens libertati ablata eidem restituas universa, & de dannis, injuriis, & gravaminibus sibi, & ecclesiæ irrogatis satisfaciens competenter, ab eisdem & similibus sic desistis, ut maiestatem divinam, quam propter hoc graviter offendisti, valles complacare, ac cum defeceris, intabernacula reciparis æternam. Alioquin quantumcumque te in Domino diligamus, & honoris tuo deferre velimus, quia magis est Regi Deo, quam Regi homini deferendum, neveris quod in jure suo non deerimus episcopo memorato, qui sumus omnibus in iustitia debitorum. Dat. Later. vii. Kal. mart. anno xiv. Haec tenus Innocentius.

Ejusdem argumenti literas Compostelano archiepiscopo misit, (f) mandavit que ni Rex fleteretur monitis, ecclesiastica in eum censura animadverteret; evenitque, ut divinæ in eum severitatis aculeis excitatus tandem oculos aperiret, adeo verum illud divinum oraculum, (g) Ep. 19. vexatio dabit intellectum auditui; qui enim prosperis rebus elatus, sui Deique oblitus, plura in Ecclesiam flagitia patratar, morbo implicitus percussusque a Deo consilia saniora suscepit, ut minime de eo dici possit quod in sacris litteris de Rege Afa legitur (h): Nec in (b) 2. Pa- infirmitate sui quæsivit Dominum; ipsi vero supremam voluntatem ab Apostolica sede confirmari expetenti, ita rescriptis (i) Innocentius.

Illus. Regi Portugallia. (i) Lib. 14. ep. 55.

Is qui tangit montes & fumigant, cor tuum tetigisse videtur ad penitentiam salutarem, dum corporali ægritudine te affligens, ad sanandas spirituales ægritudines te induxit, quatenus recognitando annos tuos in amaritudine animæ tuae, pro excessibus tuis, quibus Creatorem tuum multipliciter offendisti, offerres ei sacrificium vespertinum. Unde licet infirmus corpore, animo tamen sanus legit. Gratulacioni condidisti, sicut accepimus, testatur pœnitentia Inn. c. 16. catorum piis locis & viris religiosis, nec non infirmis, & indigentibus multa legasti, de filiis, & filiabus, nepotibus & neplibus tuis, nec non & aliis quibusdam personis, ac etiam de ipso regno provida deliberatione disponens, quæ omnia suppli citer postulasti, per sedem Apostolicam confirmari, sicut in scriptis autenticis continentur expressa. Et nos autem ipsius seriem testamenti coram nobis perlegi fecimus diligenter, & intelleximus omnia rite disposita; illis dumtaxat exceptis, quæ de quibusdam monasteriis disponere præmat illius sumpisti, nisi forsan de jure intellexeris testamentum.

CHRISTI
1211.

INNOCENTII III. PAP.

14.

nes nulla sit laicis de rebus ecclesiasticis disponendi attributa facultas: quare tuis supplicationibus inclinati, testamentum ipsum in ceteris omnibus approbantes, illud juxta finale tuae dispositionis arbitrium statuimus, & præcipimus inviolabiliter observandum. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, & præceptio- nis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare pœsumperit, indignationem omnipotentis Dei, &c. usque incursum. Datum Laterani vi. Kalend. Jun. Pridie vero ejus diei ad eundem epistolam dederat, (a) ac sexto die kalend. jun. Compostellano archiepiscopo, & Bracarense, ac Zamorense episcopis præcepit, (b) darent operam ne quisquam contra hujusmodi testamentum apostolica auctoritate fultum venire au- deret.

XIII.
Obitus
Lusitani
Reg.
(c) Ep.
114.
(d) Ep.
116.
(e) Ep.
106. 108.
(f) Ep. 4.
(g) Ep. 3.

Porro Regem eodem anno defunctum, Innocentii ad ejus filias misse epistola ostendere videntur, namque hoc ipso anno III. id. octob. scripsisse reperitur M.. (c) ac Terasiae (d) Reginæ & S.. Lusitani Regis filiabus, quibus Apostolicæ sedis patrocinium, quod enixe poposcerant, pollicetur; qua de re etiam ad Compostellanum archiepiscop. aliosque Hispanos præsules scriptis (e). Ceterum qui Lusitanum Regem pœnitentem benigne exceptit Innocentius, alios Hispanos principes virtute spectabiles commendavit, omnemque eis favorem impedit. Decreverant Alphonsus Castellæ Rex atque Fernandus filius Saracenos suis finibus arcere, quare Pontifex utrisque animos addit, (f) proptereaque Hispanæ præsulibus imperat, (g) ecclesiasticis censuris in eos Reges animadverterent, qui pacem & inducias inter ipsos & Alphonsum ejusque filium firmatas violare essent ausi, dum illi aduersus Saracenos bellum gererent. Testantur hæc tum ad episcopos, tum ad Alphonsum Fernandumque datæ literæ.

Ne vero interea tumultus aliquis in Hispaniis oriretur, unde hujusmodi expeditio magno Christi fidelium damno perturbari posset, Innocentius quamvis a Toletano archiepiscopo rogatus, nihil de illius sedis primatu decernere voluit, sed supersedendum censuit. Præterea Petro Aragonensi Regi, cui erat in animo Christiani nonini hostes delere, permisit, (h) ut quidquid cuiquam ante legitimæ etatis tempus magno cum detimento dedisset (majorem namque reddituum partem in largitiones profuderat) rescinderet, ea tamen lege, ut donationes ecclesiæ, aliisve piis locis factæ, si quæ revocandæ essent, non alterius quam ecclæstici judicis decreto revocarentur.

Vindicantem nunc scelera Innocentium

CHRISTI
1211.

INNOCENTII III. PAP.

14.

OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.

intueamur; extant ejus literæ ad Arelatensem archiepiscopum ejusque suffraganeos, adversus Raymundum Tolosanum comitem date (i) quibus latam in eum ab Apostolice sedis legatis sententiam promulgari jussit: quibus præterea mandat (k), ut ad recuperanda ecclesiarum oppida aliaque ab impio comite usurpata, viriliter prudenterque incumberent; cujus etiam auctoritate suffulti crucisignati in Galliis comite Simone duce, preclara in Albigenes facinora explicaverunt. Hoc vero anno Tolosanus comes vetera scelera Fulcone episc. Tolosano urbe exire iusso, novo scelere cumulavit: cum enim episcopus post medianum quadragesimam, ut mos est in ecclesiis episcopalibus, ordines collaturus comitem sacris depulsum per nuncios rogasset, urbe tantisper ludendi spatiandive captata occasione abesset, dum ipse facros ordines celebrasset, quos præsentente ipso in urbe non poterat: sed comes in iras efferatus viri nobilis opera, ut urbe protinus abiret imperavit, quod episcopus intrepide detrectavit, cuius constantiam ita Vallisarnensis describit: (l)

(i) Ep. 34.

(k) Ep.
37.(l) Pet.
Val. b. 34.
Albig.
cap. 31.Constan-
tia episc.
Tolos.
adversus
comitis
minas.

Vir autem venerabilis hæc audiens in ferore spiritus mente intrepida clarissimo vultu tale fertur militi dedisse responsum: Comes (inquit) Tolosanus non me fecit episcopum, nec per ipsum hic ordinatus sum, vel pro ipso, ecclæstica me elegit humilitas, non intrusus violentia principalis, non ex eo propter eum, veniat si audet, paratus sum excipere gladium, ut pertingam ad majestatem per calicem passionis: veniat tyrannus stipatus militibus & armatus, solum me reperiet & inerem: attendo bravum, non timebo quid faciat mibi homo. O constantia animi! O mirificum robur mentis! manens igitur intrepidus ille Dei famulus de die in diem expectabat tyranni gladium.

Cum diutius martyrii palmam expectasset, ad comitem Montfortium Vauvensi obsidionis strenue incubentem se contulit; id porro oppidum munitissimum divina potius virtute a crucisignatis Francis, Germanisque, quam humana capitum, dieque festo sanctæ Crucis debellati crucis inimici, qui in cruces catholiconrum papilionibus eminentes deiiciendas tela jaculari solebant, fassique ipsi sunt, Vaurus dum adducta machina impetus in muros caput, imprimeretur, canentium sacerdotum crucem magis vocibus, quam hostilium armorum gnatis. strepitu fuisse percussos, (m) quod hisce (m) ib. c. 52. verbis Vallisarnensis testatur: *Dum autem nostri in expugnatione ista instantissime laborarent, episcopi, qui aderant, & quidam venerabilis abbas curia Dei Cisterciensis ordinis, qui de mandato legatorum ipsorum vices in exercitu tunc agebat, universusque clerus congregati in u-*

CHRISTI
1211.

INNOCENTII III. PAP.

14.

num cum devotione maxima, Veni creator spiritus decantabant; quod videntes & audientes adversarii ita Deo disponente stuprati sunt, & vires resistendi penitus peritius amiserunt, quia sicut postea confessi sunt, plus timebant eos cantantes quam pugnantes, psallentes quam infilientes, orantes quam infestantes. Muro igitur perforato jam nostris intrantibus, & adversariis cum iam non possent resistere se redentibus, volente Deo & misericorditer nostros visitante, in festo inventionis sanæ Crucis captum est castrum Vauri.

Eadem de expugnatæ Vauri die Bernardus, (a) qui addit quadringentos haereticos perfectos, ut vocat qui nimis nullis rationibus, ut virus evomerent, adduci poterant, flammis injectos; Aymericum montis Regalis & Lauriaci dominum, qui arcem defendendam suscep- rat, cum viris aliquot nobilibus suspen- dio necatum, octoginta alios gladio cæ- sos; Gerardam urbis dominam atque Aymerici sororem in odium haereses in- puteum projectas, ac lapidibus obrutas.

Ita divinum numen quas continuerat iras in scelestæ capita graviter opera crucisignitorum effudit, quorum se ducem præcipuum, & quam grata majestati suæ eorum mors esset, qui in eo bello sacro crucem sumerent, occumberentes, aliquot miraculæ ostendit: apud Vaurum enim addit (b) Vallisarnensis contigisse mi- raculum, quod sui admiratione multos perculit. Casu namque ardente militis veste redactaque in cineres ea sola pars, cui crux astuta erat, integra remansit.

XVII. Longe illustrius aliud miraculum subdit auctor. (c) Cum enim, dum Vaurum obsideretur, innumeri crucisignati impellente Tolosano comite a Fuxensi ruptariis stipato comparatis insidiis, dum incautius incederent atque ad Montfortium properarent, in manissime trucidati essent, accedente ad locum Montfortio post captum Vaurum, columna ignea in occisorum corpora delabi visa est, quæ manibus postea in crucis formam passis reperta sunt: Comes igitur noster movens castra cœpit tendere ad quoddam castrum quod dicitur Mons Gaudii, ubi a comite Fuxi peregrini fuerant interficti. Factum est autem dum exercitus tenderet ad castrum illud & dum aliquantulum longe esset, apparuit in loco illo, ubi occisi fu- erant peregrini a comite Fuxi columna ignis videntibus nostris, lucens & descendens super corpora occisorum. Venientes autem nostri ad locum viderunt omnes occisos jaceere resupinos brachii in modum crucis extensis. O res mira! istud audiri miraculum ab ore venerabilis episcopi Tolosani Fulconis, qui præsens erat. Con-

firmat hæc Bernardus, (d) qui ait, episcopum Tolosanum suis oculis illud mi-

OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.(e) Vin-
cent. Bel-
lor. spe-
cif. l. 30.
c. 2.

raculum hauiisse atque veritati testimoniū exhibuisse; his simili de fortissimis Christi athletis tradit Vincentius, (e) innumeram nostrorum multitudinem trucidat, atque in jacentium corpora igneum globum de celo delapsum a pluribus fuisse conspectum; additque illa in coemeterio ab episcopis atque abbatibus rite dictato sepulturæ esse mandata: atque eodem temporis momento illorum animas letantium Angelorum cœtu sapatas, in cœlum ferri Mariam Oignacensem longissimo licet locorum intervallo disjunctam, suis oculis suspexisse.

(f) Jacobus
de Vitriaco
Cardinalis
episcopus
Tusculanus,
qui ejus ge-
sta conscripsit.

Hoc porro tempore (g) Montfortius

XVIII.

cum exercitu crucisignato movere bellum Tolosano comiti cœpit, tam quod Tolosanus ab ipso exulcerato animo disces-

Bellæ sacri
moles in
comitem
Tolos.

siffet, Vaurum suos ad illud defendendum submisset, crucisignatorum inermem multitudinem Fuxensis opera trucidasset,

Clerus
Tolosa
exit.

vetus ne comeatus machinæque ad

Castrum
Ferrandi
captum.

cruce insignitos adducerentur, maxime que defixus anathemate a legatis, ejusque ditio exposita esset: tum vero Tolosanus episcopus clerum Tolosa disces-

Tolosa
frustra
obfessa.

restitutus, apud Vaurum enim addit (b) Vallisarnensis contigisse mi- raculum, quod sui admiratione multos perculit. Casu namque ardente militis veste redactaque in cineres ea sola pars,

Longe
illustrius
aliud
miraculum
subdit
auctor.

cui crux astuta erat, integra remansit.

XVIII. Longe illustrius aliud miraculum subdit auctor. (c) Cum enim, dum Vaurum obsideretur, innumeri crucisignati impellente Tolosano comite a Fuxensi ruptariis stipato comparatis insidiis, dum incautius incederent atque ad Montfortium properarent, in manissime trucidati essent, accedente ad locum Montfortio post captum Vaurum, columna ignea in occisorum corpora delabi visa est, quæ manibus postea in crucis formam passis reperta sunt: Comes igitur noster movens castra cœpit tendere ad quoddam castrum quod dicitur Mons Gaudii, ubi a comite Fuxi peregrini fuerant interficti. Factum est autem dum exercitus tenderet ad castrum illud & dum aliquantulum longe esset, apparuit in loco illo, ubi occisi fu- erant peregrini a comite Fuxi columna ignis videntibus nostris, lucens & descendens super corpora occisorum. Venientes autem nostri ad locum viderunt omnes occisos jaceere resupinos brachii in modum crucis extensis. O res mira! istud audiri miraculum ab ore venerabilis episcopi Tolosani Fulconis, qui præsens erat. Con-

* Castuti-
um Cay-
lus.

firmat hæc Bernardus, (d) qui ait, episcopum Tolosanum suis oculis illud mi-

Aliquot
loca acce-
pta.

Venerabilis
Montfor-
tii vox.

novi itineri se accingeret, subjicit:

Totum de Deo præsumens (refert Valli- sarnen.) putatis, inquit, quod timeam? Chri- sti geritur negotium, universa pro me orat ecclæsin, scio, quod non poterimus su- perari.

Cin-

CHRISTI
1211.INNOCENTII III. PAP.
14.OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.

XIX. Cincto mox obsidione Castro novo a comitibus Tolosæ, Fuxi, Gastone de Bearno, aliisque Vasconibus innumera multitudine stipatis eorum impetus exceptis viriliter, ac suorum parte ipsius justi reversa ex bello contra Mahometanos Hispaniæ, quos Petro Regi in auxilium submisserat, est recreatus. Verum Petrus malam illi retulerat gratiam, qui reduntibus pro impensa opera insidias conflat, de quibus moniti alio itinere deflexerunt, hostili quippe in Montfortium animo erat Petrus, hereticorumque partibus fecissime implicitus. Hoc fretus auxilio comes ingentem paulo post hostium multitudinem fudit, delevitque: adeo singuli Montfortiani contra triginta hereticos, quorum dux Fuxensis erat, dimicavere. Hostis vero in fugam actus, ut stragem evaderet, arte usus, Montfortium inclamare cœperat, quasi sub illius signis hostem persequeretur, cui catholicus vicit: Si noster es, hunc fugientem obtrunca, hereticum palabundum demonstrans, moxque cum socium urgente metu trucidasset, ipse cœdebat a nostris, contrariaque hac arte elusi heretici intrumeri cecidere; cum e catholicis paucissimi fuerint desiderati. Ea relata divinitus victoria reversus comes, ubi castrum ingressus est, desiliens equo, nudis pedibus ecclesiastici adiit, gratias solemnes Deo redditurus. Fuxensis tamen ut callidus erat, partam victoriam, & Castrum novum captum ementitus, nonnulla oppida ad defectionem traxit, crucisignati etiam aliqui insidiis interfecti, e quibus Gaufridus ab hostibus undique circumfusus ac suffosso equo exceptus in pedes inclamanti hosti, ut se dederet, strenue respondit: (a) Chriſto me reddidi, absit, ut ejus me reddam inimicis; atque ita ab hostibus cœsus palmam nobiliorem collecturus in cœlum evolavit.

Montfor-
tianorum
virtus e-
ximia.Fraus mi-
litaris.Victoria
parta de
hereticis.Pietas
Montfor-
tii.(a) Ib. c.
58. Cruce-
signati for-
tissima
vox.XX. Ronceli-
nus Apo-
stata Ma-
ffilia do-
minus.(b) Inn. I.
14. ep. 35.
&c. Poeniten-
ti permit-
tit Re-
publ. ad-
ministra-
tio.(c) Ib. ep.
93. 94. insectatus, eamque ab Ecclesia arcuit,

ut testantur ejus literæ ad S. Stephani Bononiensem abbatem, & Greg. decreto- rum doctorem in Alexandrinum episcopum hoc ipso anno datæ, (d) illum enim a pontificali sacerdotalique munere removendum decrevit, quod ad gratiam ab Apostolica sede aucupandam, simoniacas passiones confecisset; postea vero in Bisuntinum archiepiscopum, simoniacæ la- bis aliorumque criminum postulatum re- scripsit (e). Quod Innocentius paulo ante ex Apostolo dixerat, omnem simoniæ 124, occasionem a fidelibus submovendam stu- duit, quo circa sanxit, ut sacerdotia non vacantia ex Lateranensis concilii præscri- pto obtineri non posset: (f) nec ea tan- tum, quæ fœdarent mores, verum etiam 15, 16, quæ Christianos parum decent, a com- missa sibi Ecclesia nîlus eit propulsare: (g) Ep. 128. b. betur i. sciu ne clericis initiatu. Cum optime sciret, præsumum vigilan- tiam, & curam Ecclesiæ Christique cul- toribus plurimum prodesse, ita minus i. Inepii doneorum desidiam ingentia mala affer- re, qui essent ejusmodi, episcopatu fe- abdicarent operam dedit, atque adeo Au- xitanum Archiepiscopum tanto oneri, im- parem, ultro dignitatem mandat (h) de- (b) Ep. 12. Reg. p. 1. ponere, atque ad Uticensem episc. & Ci- sterciensem abbatem Apostolicæ sedis le- gatos scribit, ad id adducere nitantur: idemque Rhuteno episcopo præcipit, (i) (i) Ep. 33. cui jam dudum postulant, abeundi episcopatu fecerat potestatem. Præterea Uticensem episcopum A. S. L. Carcassonensis episcopi votis indulgere jubet, (k) (k) Ep. 34. qui etiam episcopali onere levari enixe petierat, quod Turritano etiam archiprä- fuli, Serano episcopo, qui idem postularant, permisit; (l) cujus etiam archie- piscopi fidei alia negotia demandavit. Ut vero illi conspicuum erat, nil majores 103. Christiane reipublicæ clades, quam odia discordiasque conflare, arctiori concordiae nexus Christianorum animos obstringere contendit. Cum igitur vita functio Suero, qui Norvegia regno præfuerat, inter Ingone illius nepotem, ac Philippum genere moribusque præclarum, magna de rerum summa dissensio flagraret, ad eam extinguendam Nidrosiensis archiepiscopo ejusque suffraganeis scripsit, (m) de utri- usque juribus inquireret. Defunctus por- ro Suero is erat tyrannus, qui sacerdotio abjecto genus suum ementitus sceptrum Norvegia invaserat, & cœdibus ac rapinis regnum illud funestar, in quem plures ab Innocentio exaratas li- teras retulimus in annales (n). Tyranni (n) Ann. studiosi nepotem illius regiis insignibus 1198. decorare nitebantur, contra alii quendam alium Philippum nomine ex veterum Regum prosapia satum ad regnum effere- bant,

CHRISTI
1211.INNOCENTII III. PAP.
14.OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.

bant, belloque civili ardente conventum erat, ut uterque regiam dignitatem in diversis Norvegia partibus retineret. Sed paulo post circumventus Philippus ab ho- stibus cum juberetur regno cedere, res- pondit se Pontificis judicio stare paratissimum, quod alii respuerunt; in quos di- scussa melius veritate Innocentius censu- ras distingue meditabatur.

Nidrosien archiep. & suff. ejus.

* al. Vir- chibani

regno præsiderat, fautores ejus, qui * Virleibani dicuntur, quendam ipsius nepo- tem Ingone nomine sublimare nitebantur in Regem, quorum conatus viri pruden- tes, & nobiles, qui genus regium Nor- vegia plene noverant, resistentes, juvenem quendam Philippum nomine, a claræ memoriæ Magno & Ingone antiquis, & ca- tholicis Norvegia Regibus trahentem ori- ginem, insignem genere, ac morum bo- nestate præclarum in regem concorditer e- legerunt. Ipsis itaque pro regno certan- tibus, & destruentibus male terram, tan- dem divina ex alto prospiciente clementia, per tuam frater archiepiscope, ac venera- bilis fratris nostri Aloensis episcopi solici- tudinem, & operam diligentem, sic sunt

Composi- tio inter amulos regni Norve- giae facta.

Violatur ab Ingone Reg. p. 1. ty- ranni ne- pote.

sicut accepimus, hereditario jure spectat, cum adversariis suis colloquium habiturus accessit, quem iidem adversarii sui cum in- numeris multitudine circumdantes, licet prius fuerit datis obsidibus definitum, cum quantis deberent utrique sociis convenire, asserebant firmiter se cum ipso Philippo pa- cies fœdus nullatenus inituros, nisi a se nomen regium abdicaret, qui constitutus in arce, ne nobilitatem sui generis ma- cularet infamia, & fœdus pacis initæ vio- laret, ad appellationis remedium convo- lavit; committens causam suam nostro ar- bitrio terminandam, ut videlicet, quem magis idoneum judicaremus, ille regio su- blimaretur nomine ac honore. Quod prin- cipes * Virleibani penitus renuentes, se nostro nunquam stare velle judicio pro- ponebant. Licet autem super iis quorum- dam testimoniales literæ nobis fuerint de- finitæ, quia tamen per eas non est facta de re in nobis super tali, & tanto nogocio plena- guire.

Ann. Eccl. Tom. XX.

fides, per Apostolica vobis scripta præci- pimus mandantes, quatenus Deum haben- tes præ oculis, inquiratis super iis plenif- forme veritatem, & eam nobis per literas vestras fideliter intimetis, ut per vestram relationem instructi, securius in ipso nego- cio procedere valeamus. Dat. Later. vii. id. jun. pontificatus nostri anno xiv. [1]

XXIII.

Ad enascentes vero inter præsules vi- rosque religiosos discordias tollendas non minorem Pontifex curam adhibuit; ita Regem Ungaræ hortatus (a), ut si qua forsan Strigonensem inter & Colocen- Pro conciliandi ecclæ- sticæ Inn. curæ.

(a) Id. ib. ep. 81.

(b) Id. ib. ep. 107.

(c) Eod. 1. 4. ep. 6. 18. 40.

42. 43. 46. 59. 62. 105.

135. 141. (d) Ib. ep. 44.

& honestate aliqua fuerit inter eos mate- ria litis exorta, vos sine mora partes ve- stras interponatis ad pacem inter eos ami- cabiliter reformandam &c. Munivit præ- terea alios religiosos viros sua cliente- la, ac pluribus prærogativis contentis in literis pontificiis, (c) quarum numeros in

margine apponimus. Eximio etiam suo

in Ecclesiam studio promeruit Polonia

dux, ut Innocentius illius ditionem Apo- stolico patrocinio committeret, in cuius

rei argumentum quatuor argenti mar- charum stipendum persolvere est jussus:

(d) Cum a nobis petitur quod iustum est, 44.

& honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitu-

dinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Domino filiæ

devotionis tuae sinceritatem, quam circa li- bertatem ecclesiasticam geris, & quam ec- clesiæ & personis ecclesiasticis in tuo du-

catu recognovisse digniseris, attendentes, ut ab Ecclesia protectionis gratiam

senitis, quam satagit honorare; personam tuam cum universis bonis, quæ in præsen- tiarum rationabiliter possides, aut in futu- rum præstante Domino iustis modis poteris adipisci, sub B. Petri & nostra pro- tectione suscipimus & præsentis scriptis pa- trocinio committere. Ad indicium au- tem hujus a sede Apostolica protectionis

perceptæ quatuor marchas, gratis oblatas, singulis trienniis nobis, nostrisque succe- soribus ad Poloniæ pondus persolves. De- cernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat banc paginam nostræ protectionis

R x in-

Dux Po- lon. im- posito censi in protec- tionem arri- pitur.

NOTÆ [1] Innocentii literæ ad Nidrosiensem archiepiscopum in Annalibus pariter contractis refe- runtur, sed aliam temporis adscriptionem exhibent. Ita enim ibi: Datum Laterani VII. id. januarii pontificatus nostri anno XIV. quæ si genuina sit inscriptio in annum sequentem, quem referunt notæ istæ chronologicæ, reiiciendæ sunt. MANSI

CHRISTI
1211.INNOCENTII III. PAP.
14OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.

infringere, vel ei &c. usque incursum.
Dat. Lat. III. id. maii anno XIV. alia
Innocentii diplomata possent adiici, sed
de his deque occidentalibus rebus satis,
ad orientales nos conferamus.

XXIV.
Thomae
Mauroce-
ni Patr.
mors.

(a) Id. ib.
ep. 92.

(b) Id. ib.
ep. 97.

(c) Ib. 92.

(d) Ep.
108.

Innocentius, &c.

Licet jam saepe pro restitutione ipsius tibi direxerimus scripta nostra, tu tamē preces nostras pertransisti hac tenus aure surda, prout debueras non attendens quam benigne, & efficaciter tuas preces curaverimus exaudire, quantumve nostrum auxilium tibi fuerit hac tenus opportunum; quod si tibi forsitan tua promerente duri- tia duxerimus subtrahendum, experimen- to cognosces, quantum tibi utile fuerit, quantumve subtractum adferat detrimen- tum. Dat. Later. III. non. octob.

XXV.
Quid porro in Armenia Regem eorum- dem fratrum bona occupantem rescripserit, ab ipso Pontifice accipiamus, qui ad patriarcham Hierosolymitanum literas (e) transmisit, quarum partem sub- iicio. Nos igitur sustinere nolentes, ut saepati fratres suis possessionibus spoliatur, que ad defensionem Terræ sanctæ sunt potissimum deputatae; praesertim cum ipsi semper parati fuerint eidem Regi iustitiam exhibere, ac ipse contempta iustitia possessiones easdem per violentiam oc- cuparit, venerabilibus fratribus nostris patriarchæ Antiocheno & archiepiscopo Ti- ren. & Sidonien. Tripolitano, & Ante- radensi, Nimotensi, & Famagustano epi- scopis nostris damus literis in præceptis, ut auctoritate nostra prædictam excom- municationis sententiam tam apud peregrinos, quam apud indigenas terræ solemniter publicantes, eandem faciant per cen- suram ecclesiasticam, usque ad satisfactio- nem congruam, sublato appellationis obsta- calo inviolabiliter observari. Charissimum quoque in Christo filium nostrum Joannem Regem Hierosolymitanum illustrem per scri- pta nostra monendum duximus, & hor-

tandum. Universis etiam tam indigenis quam peregrinis in Hierosolymitanis partibus commorantibus dedimus in manda- tis, ut pro reverentia beati Petri, & no- stra, nec non & intuitu Terræ sanctæ diam ad- fratribus ipsi, quorum subsidium eidem ducere ntitur. Concor- terræ noscitur non modicum profuturum, juxta quod tuo discreto consilio duxeris pro- videndum, ad recuperandum jura sua præ- sentum suum auxilium, & favorem &c. Dat. Later. XVI. Kal. jun. pontificatus nostri anno quartodecimo. Extant ejusdem ar- gumenti literæ aliæ ad Antiochenum pa- triarcham (f) & ad Joannem Hierosolymorum Regem (g) quod etiam alias (g) Ep. 33. scriptum additur. Rursus Hierosolymita- no patriarchæ munus imposuit, G. mon- tis Beliardi Hierosolymitani regni magi- strum equitum ab Hugone Cypri Rege in gratiam recipi, ablataque per inju- (h) Id. ib. ep. 108.

Quod ad Antiochenum patriarcham attinet, de quo paulo ante mentio fa- data; plura illi alia Pontifex commisit, nimirum duodeviginti canonis, qui in ejus ecclesia erant, duos adjungeret, (i) (i) Ep. 67. ut ejusdem ecclesia possessiones quasdam, ob bella factas deteriores, in emphyteu- sim tradere posset, (k) ut inquirat, (l) num (k) Ep. 68. dicti Cypri Regis soror, quam Rupinus (l) Ep. Armeniæ Regis nepos matrimonio sibi 104. conjunxerat, antea ab O... de Dempe- ra, quemadmodum apud sedem Aposto- licam querebatur, legitimate ducta cogni- taque fuisse: incerentem ob Terræ sanctæ clades solatur, (m) hortaturque, una (m) Ib. q. cum aliis Christi fidelibus ad spurcitiam 69. Zelus In- omnem, libidinumque fordes extra Ter- ram sanctam amandas procul totis vi- ribus incumberet, auxiliumque pollice- tur; tum ad eiicendos Sarracenos Avo- guiae Regem excitavit, dum inter alia hæc ad ipsum scribit. (n)

Ill. Regi Avoguiae.

Rex noster potentissimus Jesus Christus, qui dominatur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terra, postquam pro redemptione humani generis semetipsum exinanivit formam servi acci- Amplitu- pensis, & mortis denum angustias sponta- do eccl- nea voluntate subivit in Cruce positus sa- cratissimi sui corporis extensa brachia ter- nuit ad signandum, quod non solum post- quam aßumptus esset, omnia prout promi- jerat, traheret ad seipsum; verum etiam sue fidei sc̄tatores, in hereditatis sua subsidium, in qua salutem fuerat opera- tus, assidua mutatione vocaret, ut ad i- ipsius patrimonium defensandum auxilia de- votione concurrerent, pro quorum redem- ptione preciosissimi sui sanguinis pretium ineffabili pietate persolvit. Propter quod universos principes Christianos, qui sub ipsius tuitionis umbraculo salubri disposi- tione proficiunt, tanto solicitus ad Terræ

Hie-

CHRISTI
1211.INNOCENTII III. PAP.
14OTHONIS IMP. 3.
HENRICI IMP. 6.

nixe commendavit, ne permitteret ipsius ecclesiam a suis Sarracenis infestari.

Nob. viro Soldano de Alapia.

Sicut veridica multorum relatione didi- cimus, et si nondum Christianæ religionis suscepitis sacramenta, fidem catholicam tamen veneraris, in multis Christi fide- libus deferendo. Unde de illius immensa pietate confidimus, quod te suæ visitatio- nis radiis illustrabit, ut gratia divine cognitionis accepta, ad cultum æterni, & veri Dei, qui pro salute hominum factus est temporaliter verus homo, devotus af- pires. Quapropter in nomine Iesu Christi Hortatur Soldan. Alapiæ ad Christ. fidem.

Postremo, ut hisce rebus ab Innocen- tio gestis coronidem imponamus, non prætermittendum, post recensitam modo epistolam, aliam ejusdem Pontificis ex- tare ad Soldanum (a) Alapiæ, ut ad Chri- stum pelliceret, cuius religione licet im- butus non esset, Christianis favebat: cui propterea Antiochenum patriarcham e-

XXVII.
Soldanus
Alapiæ
Christia-
nis favet.
(a) Ib. ep.
66.

JESU CHRISTI
ANNUS
1212.

INNOCENTII III. PAP.
ANNUS
15.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

Partis de Sarracenis in Hispania, de Albigenibus in Gallia, de Othonianis in Germania victoriis, illustris affligeret annus a redempto humano genere millesimus supra ducentesimum duodecimum indictione quintadecima, quo tria ardua difficillimaque consilia, ut scribit Urspergensis (a), meditatus est Innocentius, exauktorare nimirum Othonem ac frangere quem flectere non potuerat; Saracenos e Terra sancta eiicere, atque ecumenicam synodum, ad expoliendos Christianorum mores ecclesiamque pristino splendori restituendani, celebrare: sed cum de his anno sequenti literæ datæ reperiantur, eo commodius derivanda videntur, nunc de abrogando Othoni Imperio dicere aggrediamur. Cum plura ab Othoni equitati contraria statuerentur, Pontifex illa convulsit (b) inter quæ sententiam in Cumanum episcopum latam irritam jussit esse: vetuit ne (c) quis adversus Ravennatem ecclesiam Othonis rescriptis uteretur, quidquid adversus Lanensis ecclesiæ utilitatem tentatum esset, convulsit (d). Præterea datis ad Maguntinum, & Magdeburgensem archiepiscopos, sedis Apostolicæ legatos prohibuit (e) ne quis eorum sacerdoria munerae, qui ab Othoni discessissent, vel essent discessuri, sibi ab Othoni delata accipere auderet: in Melphensem episcopum Othonis communione pollutum, nefandissimorumque criminum reum animadverbendum statuit: (f) Mediolanensem populum adhortatur (g), Othoni relatio Ecclesiæ auctoritatem & jussa sequantur, gravissimasque minas fulminat (h), ni Pontifici morem gerant: quod Alexandrino etiam Italie populo imperavit (i). Inter hæc Otho, percepito Germanorum tumultuum rumore ex Italia discessit, illum enim Urspergensis in Germaniam profectum ait, exercitum comparasse, in Thuringia Lantgravium, aliosque, qui a se defecerant, vere atque æstate bellum gessisse. Interea Fridericum Imp. designatum e Tridentina valle per asperrima & invia Alpium loca, Curiensem Rhoetiam petiisse, indeque a Curiensi episcopo, aliisque Constantiam perductum; tum Othonem accepto Friderici adventu, e Thuringia reversum, illumque comprehendere, vel necare cogitasse, tandem a suis destitutum in Saxoniam se recepisse; atque a deo ipso e regno pulso, Fridericum corona Aquisgrani redimitum. Hæc Urspergensis aliique. Porro hoc anno, ut Albertus Stadensis (k), & Australis chronicus auctor (l) aliquie testantur Philippi Suevi filiæ celebres nuptiæ, quam O-

(a) Ursperg. chr.
hoc ann.
Ardua ab
Inn. suscep-
ta consilia.

(b) Inn. I.
15. ep. 30.
Et 36.
Othonis
rege-
scindun-
tur.
(c) ib. ep.
83.
(d) Ep. 34.
(e) Ep. 19.

(f) Ep.
114.
(g) Ep.
121.
(h) Ep.
187.
(i) Ep.
137.

Othonis
reditus
in Ger-
maniam.

Illius co-
natus
irriti.
(k) Stad.
in chron.
an. 1212.
(l) Chron.
Aust.
Nauci. in
chr. Cran-
tz. hist.
Sax. 1.7.
c. 34.

tho uxorem duxerat, brevi illa extincta in lugubres exequias conversæ sunt.

Quod ad Fridericum attinet, Innocentium Papam, illum in Othonem concitatæ, Pontificisque opera, plures ad illum civitates pellestas Stadensis affirmat, (m) additque historici fragmenti scriptor, (n) Innocentium nuncios misisse in Siciliam, atque illum ad id induxit, universisque principibus mandasse, Regis gmen. loco illum haberent, ac per suæ ditio- nis fines iter habentem stiparent. At refert Fossæ novæ chronici verba hoc loco inserere: *Fridericus Rex Sicilie sola misericordia Dei vocatus in Alemanniam factus electus Imperator, arripiens iter eundi in Alemanniam, xvi. Kal. Aprilis, quod fuit sabbato palmarum applicavit Cajetam, ibi honorifice receptus, & ministratus man- sit per mensum, postea ivit Romam, &c.* Ex sequentibus quorum nonnulla consumpta vetustate, ac deleta desiderantur, colligitur illum a summo Pontifice honorificentissime exceptum, atque magnis opibus auditum, instructumque, demum consensu trecentis Januam applicuisse. Contulisse se ad Romanam aulam Fridericum testatur etiam regium hujusmodi diploma, quo donationem Fundani comitatus, in Romanam Ecclesiam, ut superiori anno vidimus collatam, confirmavit (o). *Sanctissimo patri, & domino in lumen. Innocentio summo Pontifici Fridericus Dei gratia, & sua Rex Sicilæ, ducatus Apulie, & principatus Capuae, in Romanorum Imperatorem electus, & semper Augustus. De gratia vestra, quam frequen- tissime sumus experti, indubitatam fiduciæ obtinentes præsentis pagina duximus concedendum, quatenus cum dilectum fide- lem nostrum R. Fundatum comitem * ce- * comedere in fata contingit, tam de comitatu re Fundano, quam universa terra citra Galorianum posita, libere disponatis; ipsum donando, vel obligando, retinendo, vel concedendo, seu committendo cuicunque personæ juxta vestra beneficium voluntatis. Ad hujus autem concessionis nostræ memo- riam præsens privilegium per manus Petri notarii, & fidelis nostri scribi præcepimus, & sigillo nostro jussimus roborari, anno, mense, & indictione subscripta. Dat. Ro- ma anno dominice incarnationis MCCXII. mense aprilis xv. indictione.*

Digressus Roma Fridericus, pontificalia benevolentia munitus hostium infidias evasit, Insubriamque Othoni addictissimam Estensi marchione, ita jubente Innocentio, stipatus, ut scribit monachus Patavinus, (p) succinctusque Papiensium copiarum flore penetravit, unde Mediola- (p) Mon. pat. cbr. nenses Papiensibus bellum intulere. At li.

mox

CHRISTI
1212.

INNOCENTII III. PAP.
15.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

mox Innocentius arrepto eorum patroci- nio, quos ceperant, libertati restituere jussit, objecitque graffari apud ipsos hæreticos, quos nisi eiicerent, quantocuyus bellum sacrum iis se indictum est com- minatus (a). Interea superatis Alpibus Fridericus pari felicitate Othonis infidias elusit, qua ante Mediolanensem arma- declinarat. Si enim paulo tardius Con- stantiam pervenisset, in hostis potestatem cecidisset; hæc enim de ipso Rigordus,

(a) Lib.
15. ep.
187.

(b) Rigor.
in gest.
Philt. Fr.
Reg. Jord.
MS. bibl.
Vato. si-
gnat. n.
1960.

Illius ja-
german-
ian pa-
netio.
centurus erat Otho in eandem civitatem, & jam præmisserat famulos suos & coquos, qui jam cibos paraverant, nec distabant a civitate per tres leugas, quando Fre- dericus cum sexaginta militibus intravit, quem Otho cum ducentis militibus ejus ad- ventum sciens, sequebatur. Sed Friderico recepto clausi est Othoni janua, & ipse cum suis viliter est repulsus, & dicunt quod si Fredericus moram fecisset per tres horas, nunquam intrasset Alemanniam. [1]

Cum in Germaniam sit delapsa oratio, supersunt ad regiones illas quedam spe- cstantia, quæ opportune hoc loco addenda videantur. Tyrannidem in Bremensi ecclesia occupaverat nequissimus Walde- marus, olim episcopus, sed a sede A- postolica exauktoratus, aduersus quem hæc Romanus Pontifex hoc anno decer- nit (c): *Ne igitur idem Vv. & fautores ipsius plene vilesant de sui nequitia gloria- ri; fraternitati vestrae per Apostolica- scripta præcipiendo mandamus, quatenus in eos latae sententias singulis diebus do- minicis, & festis per vestras ecclesiæ in- novetis, & faciat per vestras diæceses innovari. Dat. Later. III. Kal. martii pon- tificatus nostri anno decimoquinto, &c.*

Eodem argumento, ut in regesto subdi- tur, ad alias Germanos præfules scriptis, quos etiam ad Bremensem urbem profi- cisci, lataisque in Waldemarum, ejusque fautores, sententias iterum promulgare, ac per totam Bremensem provinciam pu- blice ferre jubet (d). Cæterum hic no- vatorum non mirari execrarique vesaniam non possumus, qui odio quo in Roma- nam Ecclesiam imbuti sunt, furiisque agitati, latam in Waldemarum ac Theodo- ricum, quem paulo ante menoravimus, sententiam in invidiam adducere non ve- rentur.

(a) Cont.
13. c. 6.
col. 60.
606.

(b) Inn. I.
15. ep. 14.

NOTÆ [1] D E celebri Friderici in Germaniam ingressu agens Reinerus in chronicis mensem rei

hujus gestæ, quem alii silent, ipse unicus prodit, ait enim: *Puer Apulia Frideri-*

eus Alemanjam ingreditur cum favore domini papa, & regis Francia, & majore parte partis

Italia, mense septembri Hagenon ingreditur octobri mense. MANSI

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

Hoc anno ascensionis Domini perva- gilio Adolphus Colonensis archiepisco- pus, ut notat Godefroidus, (e) Coloniam accedens Theodoricum censuris defixum a Siffrido Maguntino ob defensas Othonis partes depulit, ac se a Pontifice ar- chiepiscopatu indutum ementiens in eam occupat. (e) Godef. in annal. an. 1212. Theodo- ricus eii- citur.

(f) Cas. 7. c. 41.

(g) Vit. Engerbert.

(h) Col. 1.1.c. 3. a.

(i) Sur. 10.6. die

(j) nov. 7. nov.

(k) Mathil- dis

Lunden. arch. stu- dium in fide pro- pag.

(l) Lundeni. Archiepiscopo A. S. L.

15. ep. 14.

Illud silentio involvendum, desu- dante in paganorum conversione Lunden- si archiepiscopo Innocentium ut ei ad tam egregium opus perficiendum animos ad- deret, Apostolicæ sedis legati dignitatem contulisse. (b)

(b) Inn. I.

15. ep. 14.

Lundeni. Archiepiscopo A. S. L.

15. ep. 14.

Illud de probitate tua fi-

duciam obtinemus, ut tibi vices nostras

secure in arduis negotiis committimus, spe-

rantes, quod ad divini nominis gloriam, &

Apostolicæ sedis honorem ea satages pro-

movere. Cum igitur Christianæ fidei ze-

lo succensus ad convertendum circumstan-

tes paganos ab errore ad veritatem non

modicum laboraveris & adhuc laborare,

disponas, ut hoc plenijs, & efficacius e-

xequivaris, nos tibi vices nostras duximus

committendas. Venerabilibus fratribus no-

stris Upssilensi archiepiscopo, & suffraga-

nies ejus, & episcopis, ac aliis ecclesiæ

prælatis per Daciam, & Sueciam

constitutis per scripta nostra mandantes,

ut tibi ad hoc opus fideliter laboranti tam-

quam legato Apostolicæ sedis intendant, ut

corum adjutus auxilio talentum tibi com-

missum cum multiplici nobis lucro resigne-

cum

CHRISTI
1212.

INNOCENTII III. PAP.
15.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

eum te a prædicationis officio, Deo duce, contigerit remeare. Nos enim liberam tibi concedimus potestatem, ut juxta verbum propheticum evellas, & destruas, & adfices & plantes, prout utrumque secundum Deum videris faciendum. Datum Laterani 2. non. aprilis pontificatus nostri anno decimoquinto. Preterea dominici propagandi pascendique gregis studiosissimus pastor, Christiano Philippo, aliisque Cisterciensibus monachis, de quibus supra, (a) in Prussia verbum Dei disseminantibus auxilium explicuit, ac Cisterciensibus abbatis, qui generalia comitia ea tempestate celebrabant, quique illos dicebant acephalos, imperavit (b) ne a fratribus exagitari, traducique permetterent, quos tamen commendatitiis Gnesnensis archiepiscopi literis munitos esse voluit, ne vagandi alii occasio præberetur; epistola adscripta est dies 1v. id. augusti, subditurum in regesto, eadem de re ad Poloniæ Pomeraniæque Cistercienses monachos, tum ad Gnesnensem archiepiscopum datas a Pontifice literas. Neque his contentus, pro iis, qui nuper in Prussia Christianis sacris erant initiati, ad Poloniæ Pomeraniæque duces literas tanto dignas Pontifice scripsit, quas hic referre operæ pretium ducimus, ut discant principes cæterique potentes viri, quomodo cum ejusmodi ad Christi fidem conversionis se gerere debeant.

VI.
Innoc.
queritur
gravari
conversos
ad fidem.
(c) Ep.
144.

Quidam vestrum, sicut accepimus, quærentes quæ sua sunt, non quæ Christi, quam cito intelligunt aliquos ex gentilibus per Prussum constitutis, novæ regenerationis gratiam suscepisse, statim oneribus eos servilibus aggravant, (c) & venientes ad Christianæ fidei libertatem, deterioris conditionis efficiunt, quam essent, dum sub iugo servitutis pristinæ permanerunt; per hoc multorum impedientes salutem, qui fuerant credituri, & temporale commodum Angelorum gaudio præferentes, qui super pœnitentiam agentibus gloriantur. Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus & exhortamur in domino, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus intuitu ejus, qui venit salvum facere quod perierat, & dare animam suam, redemptionem pro multis, hujusmodi novellæ plantationis filios non gravetis; sed agatis tanto clementius cum eisdem quanto memoria pristina conversationis infirmi facilius in antiquum relaberentur errorem, cum veteres utres vix vinum novum contineant, juxta evangelicam veritatem. Nos enim venerabili fratri nostro H.... Gnesnensi archiepiscopo nostris damus literis in mandatis, ut tales foreat propensius propter Deum, & defendat eosdem a molestis indebitis, & pressatis, oppressores eorum indebitos monitione præmissa per censuram ecclesiasticam sublato appellacionis impedimento

compescens. Datum Signæ id. aug. pontificatus nostri anno xv. Antea vero hoc eodem anno 8. Kal. februarias ad magistrum fratresque militæ Tenupli in Riga dedit literas (d), (d) ib. 1, quibus Deo gratias agit ob barbaros ibi 148. ad Christi cultum perductos, petitione de episcopali sede inibi erigenda supercedendum decrevit. Hic vero insinuandum videtur, Innocentium ejusdem militæ magistro fratribusque concessisse, (e) ut si quis eorum clericis, aliisque religiosis vim attulisset, a diœcesanis episcopis absolví posset, modo percussio immanis non esset; denum ejusdem ordinis Hierosolymitanis fratribus, in Bremensi diœcesi commorantibus, vetat (f) (f) Ep. ne anathemate damnatos homines ecclæsticæ sepulturae honore, quod ab ipsis fieri accepérat, afficere audenter; atque de his haec tenus; nunc res Ungaricas prosequamur. Gravis ardebat controvergia inter Strigonensem & Colocensem archiepiscopos de conferendæ regiæ inunctionis auctoritate ac prærogativa, quam Rex Ungariæ ita diremerat, ut refert Innocentius (g); Prima coronatio Regum Ungariæ specialiter spectat ad solam Strigonensem ecclesiam; verumtamen si Strigonensis archiepiscopus non posset vel malitiose nollet Regem coronare, vel Strigon. 14. Ep. coronet Regem chiep. Colocensis, nullum ex tali coronatione jus spectat sibi vendicando in prima coronatione. Secunda coronatio ei deinceps æqualiter pertinet ad utrumque, &c. Convulsit hæc gravissimis de causis Pontifex, ne nova inde pericula ingravescerent, subdit enim: Nos igitur attendentes, quod olim nobis multa precum instantia supplicaras, ut super jure coronandi Reges Ungarie Strigonensi ecclesiæ privilegium concedere dignaremur; nosque tuis precibus inclinati, ei super hoc privilegium concesserimus, fratum nostrorum subscriptionibus roboratum, considerantes etiam, quod si potestas coronandi Regis Ungariæ, penes diversas ecclesiæ refideret, toti Regno grave periculum, & heredibus tuis grande posset dispendium generare; cum sicut plenius ipse nosti, frequenter inter Regum Ungarie coheredes, super obtinenda regni corona, scandalum sit exortum: quod utique posset facilius suboriri; si eos diversos coronatores contingere invenire, propter contradictiones & rationes præscriptas, compositionem hujusmodi non potuimus, sicut nec debuimus confirmare. Qua de re ad Strigonensem quoque archiepiscopum, & capitulum scripsit (h); verum ex Unaria in Gallias orationem deflectamus.

Petierat Philippus Francorum Rex novissime, ut sepe antea per nuncios, ab Innocentio Papa, initum cum Regina matrimonium dissolvere liceret; verum Pon-

CHRISTI
1212.

INNOCENTII III. PAP.
15.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

(a) Matth. Pontifex divinæ memor sententiae (a):
19. Marc. Quod Deus conjunxit, homo non separat, rebus omnibus cum Cardinalibus diligentissime expensis libratisque, morem gerere nullo modo posse, datis huma-

(b) Inn. l. VII.
15. ep. quibus Deo gratias agit ob barbaros ibi 148.

(c) Ibid. 104.
(d) Ibid. 105.
De Pilip. 118.

pi. Reg. 14. ep.
gnovit; pro eo forte quod et si commixtio

sexuum eorum carnali commercio intercesserit, commixtio tamen seminum in vase muliebri non extitit subsecuta, nos confessiones ejusdem Reginæ sub jurejurando factas subtiliter attendentes, & salutem ipsius Regis paterno zelantes affectu, per nostras eum literas exhortamur, ut suum de cætero ab hujusmodi falsis insanis averiat auditum, & præstatim. Reginam pro Deo, & propter Deum habeat commendatam, quæ pro servanda lege conjugi, quam Deus in paradiſo ante peccatum constituit, longo est martyrio macerata. Aliis vero literis (d) Regi omnem dissolvi conjugii spem ademit; id nimurum a se sine amittendi Pontificatus periculo tentari non posse: Si super hoc absque generali deliberatione concilii determinare aliquid tentaremus, præter divinam offendam, & mundanam infamiam, quam ex eo possimus incurrire, forsitan ordinis,

(e) Rigord. 14. ep.
in Philo. 15. ep.
effiss. 104.

Regina jurejuran-
do te-
stata ma-
trimoni-
um con-
summa-
tum.

(f) Ead. 16. ep.
107.

(g) Ibid. 112.
(h) Ibid. 108.

(i) Lib. 14. ep.
104.

(k) Lib. 15. ep.
104.

(l) Ibid. 90. ep.
in amplificanda divina gloria posuisse studium constat ex Innocentii ad Hele-

nensem episc. literis, (m) ubi de non-

quam Reges & principes melius vincuntur mansuetudine, quam rigore. At quomodo pax inter eos conciliata, anno sequenti dicetur; jam prosequamur reliqua, quæ Pontifex in Galliis sanxerit.

IX.
Confutat
Inn. rebus
Gallianæ
Eccles.

Cum studiorum causa rixæ creberrimæ excitari consuevissent, Innocentius Parisiensibus academicis expertentibus S. Victoris abbati eos absolvendi, qui ob percuttos clericos in latas a canonice legibus poenas incidunt, modo injuria immanis non esset, fecerat potestatem: cumque ille de quorundam sententia assererent beneficia principum latissime interpretanda, Parisiensibus discipulis, qui violentas manus alibi etiam in clericos injecissent, absolutionis gratiam impetritus esset, de hoc Pontifex ipsum arguit, idque ne in posterum facere audeat prohibet, (i) eosque quos ipse absolvit, nullo modo absolutos pronuntiavit, si alibi quam Parisis eo se crinita. 14. ep.
ne contaminassent. Deinde querentibus apud Apostolicam sedem sanctæ Columbae Senonensis abbate & conventu, quod cum in ecclesia sua beati Lupi Senonensis archiepiscopi corpus integrum cum capite, ut perspicuum erat conditum esset; abbas tamen ac monachi sancti Petri Vivivi Senonensis sancti caput, atque aliqua ejusdem membra apud se servari jactarent, idque per suos concionatores longe lateque circumferrent, Innocentius sancti Victoris abbatem, aliosque ab inicio desistere, intentatis ecclesiasticis censuris, jussit, (k) cum nec saluti, nec famæ ipsorum congrueret, de prædicacione mendacii quæstum turpem aucupari. Ut vero hos monachos juste coercuit, ita aliorum clientelam suscepit. Traduxerant se ad fidem catholicam Waldenses nonnulli insignes, Durandus de Osca ejusque socii, qui ab Innocentio ecclesiæ fuerant aggregati, quique ut converterentur hæreticis uti decreverant, operam natare atque cum catholicis libere agere possent, Pontifex commendatias pro iis literas dedit Massiliensi, Oscensi, Barcinonensi episcopis nec non Narbonensi archiepiscopo atque Uticensi episcopo Apostolicæ sedis legatis, ut finiam omne illis suspicionem amoverent. Quo vero Durandus de Osca socios probe ad virtutem excolare posset, Pontifex tum illi tum alteri Durando auctoritatem tradidit, (l) ut sodalium, (l) ib. ep.
noxas plectere possent. Egregium vero in amplificanda divina gloria posuisse studium constat ex Innocentii ad Hele-

(m) Ep.
81.

(n) ubi de non-

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4
HENRICI IMP. 7.

rant confirmari. Innocentius vero episcopo mandat, si illud e catholice puritatis fonte emanare comperisset, assensum ac favorem Apostolica fultus auctoritate præberet. Decurrit sua jam sponte oratio ad tropheas, quæ de perdomita Albigenis hæresi Christi athletæ hoc anno statuerunt.

X.

(a) Petr. Val. hist. Albeg. e. &c. &c.

Crux in cœlo conspecta contra Tolosates tendens. Non tam e terris, quam e cœlo sacram bellum Albigenibus illatum, ut Petrus Vallisarnensis testis oculatus, quem in hac historia sequimur, demonstrat, (a) & quasi cœlestis Imperator suas acies congeret ad sui nominis hostes profligandos, visa sunt illius vexilla in cœlo defixa: dum enim viri religiosi incitandis ad induendam crucem populis incumberent, e quibus abbas Bonavallenensis Cisterciensis ordinis dum in Rhutenen*s* diœcesi pro foribus ecclesiæ, quod loci angustie multitudinem non caperent, populum ad crucifignatae militiæ adscribendum nomen, pro concione ardenti zelo inflammaret: Subito, inquit Vallisarnensis, videntibus cunctis apparuit crux in aere, quæ versus partes Tolosanas tendere videbatur. Quod miraculum auctor ab ipsius abbatis ore affirmat excepisse. [1] In Germania quoque Jacobus e Vitriaco, & in Gallia Guillelmus archidiaconus Parisiensis, plures suis concionibus ad capessendam crucem incensos ad Montfortium traxere, quorum stipatus auxiliis plura loca qua vi, qua deditio in suam potestatem redegit. Quo tempore duo insignes crucis concionatores abbates Cistercienses ad episcopatus dignitate in evesti, Guido nimurum Carcassonensis, Arnaldus Narbonensis praefecti.

XI. Abbates Cisterciens. creati e- piskopi. Ita porro Montfortium virtus bellica commendabat, ut illum magis pietas ornaret quam hostes traducere probrisque lacerare ingenti suo malo gestiebant. Instabat obsidione castri sancti Marcelli, ad quod propugnandum Tolosanus, Fuxensis & Convenarum comites procurerant,

ac parasceves die in tentorio prætorio diuinum officium solemni ritu jusserrat celebrari. At hostes auditis celebrantium modulatis vocibus, immanes ululatus per contemptum ac ludibrium, quandiu sa-

Albigen.
impicias.

mirum videri debet, si numen ipsum in divinarum rerum contemplatores sèpius cœlum armari, ut in Altipulli expugnatione accidit: ea enim arx munitissima die quarta ab obsidione defixa cœlesti terrore ob densissimam nebulam post occasum solis castrum obruentem perfusis hostibus, ac in fugam erumpentibus, in nostrorum venit potestatem.

Inter cetera etiam (b) egregia facinora Aginnum prænobilem urbem ab e. (b) b. 63. piscopo evocatus, atque honorifice exceptus, Tolosano comiti eripuit, atque a civibus fidei sacramento adactis in dominum est suscepitus. Spectaverat ea urbs ad Anglum, sed Richardus cum foro Raymundo comiti in uxorem daret, dotis nomine tradiderat; ac mox Pennæ arx ab eodem Richardo munita, obsidione cincta a Montfortio, confluentibus cruce insignitis militibus, deditio ne recepta. Inde Mosaicum in quo monasterium nobile olim a Pipino ad alenos mille monachos excitatum, ac tum prophanatum ab hæreticis, expugnatum Hæret. est: jugumque reliqua oppida, exceptis corum monte Albano ac Tolosa, accepere. At ferta.

in ejus obsidione præterire non possum, quoties hæretici aliquem e catholicis peremerant, circundare corpus gladioisque in illius sanguine tingere confueviste, il ludve quod impetu facto in secundum arcis vallum, dignum historia refert Vallisarnensis: Cum fieret autem insulæ i. Ritus s. ste, episcopus Carcassona & ego per exercitum discurrebamus nostros exhortantes: contra archiepiscopum autem Rhemensis & Tullen sis & Albigenis episcopi, & Guillelmus archidiaconus Parisiensis, abbas etiam Monaci cum quibusdam monachis, reliquis que

NOTÆ [1] Hæc porro crux in cœlo visa plane diversa est a cruce ter diversis vicibus in cœlo pariter spectata, dum ab Oliverio Colonensi Scholastico, & sedis apostolica legato in loco quodam Monasteriensis diœcesis crux in expeditionem terra sanctæ prædicaretur; qua de re Oliverius ipse epistolam ad comitem Namucensem dedit vulgatam in Collectione Martenii tom. I. col. 1115. Hanc crucem, in duplice Crucem primo visam afferit, dum ipse in quadam villa Frisia, quam Bethum appellat, pro concione ad populum loqueretur, anno gratiae MCCXIV. Cœlestis visum non quidem omnibus ostensum fuit, sed plures quam centum aspexisse ipse ibidem affirmat, inter quos puellas quandam divitem, quæ ætatis ann XI. non excedebat. Procedente tempore, addit, in alia statione ejusdem terra apparuit Crux sine forma humani corporis (quæ in priori visu apparuerat, habens colorum biris contra solem, quam vidit abbas de valle S. Petri (ordinis Cisterciensis in Colonensi diœcesi) & monachus ejus, & plures de populo quam Bethum (idest plures quam illi, qui prius visum ad Bethum spectaverant) Deinde in alia statione in die S. Bonifacii apud portum Frisia, qui Vocab. nominatur, ubi beatus Bonifacius martyrio fuit coronatus, apparuit Crux magna (nobis) qui eramus in statione aprilis plusquam decem millia ut creditur. Albi coloris erat crux qua pau latim movebatur in aere. Cruces istæ prædicationem cruciatæ pro Terra sancta confirmabant; quam vero memorat Vallisarnensis crux in Cœlo visa ante duos ab his annos apparuerat, & cruciatam non quidem contra Albigenes, ut illa, sed contra Saracenos commendabat. MANSI

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

que clerus exercitus, in monte descendens ante castrum stabant induiti vestibus albis, & nudis pedibus tenentes ante se erunt cum reliquiis sanctorum voce altissima & devotissima cantabant: Veni creator Spiritus, divinum auxilium flagitantes: nec defuit exorantibus paracletus, sed mox, ut versum hymni: Hostem repellas longius, tertio repetentes incœperunt, exterriti adversarii divinitus & repulsi, dimissis baculis ad castrum configerunt seque intra murorum ambitum concluserunt. Nec pius comitissime Montisfortis & episcopi Carcassonensis charitatis exemplum silere possumus; qui cum ad comitem pergerent, deficientes ob æstum, crucelignatos pauperes modo in suos e quos efferebant, modo desilentes ex e quis duos equis singulis imponebant, ipsique pedites incedebant. Commandandum pariter aeternitati illud Montfortii facinus ac dictum: cum enim Murellum cum flore exercitus ingressus in altera ripa pedites imbellemque turbam vidisset hosti expositam, redire decrevit, cui Marecallo dicente morti expolitum iri subiecit: Absit a me, ut faciam quod confutis, pauperes Christi expositi sunt gladio & ego in manitione manebo? fiat de me voluntas Domini, certe ego ibo cum eis; ac mox cum paucis trajectit hæsite, donec confecto ponte totus exercitus traicere posset. [1]

Egregie Montfortii voces. Continetibus Montfortii victoriis metu percussus Raymundus Tolosanus comes, cum ex una parte ad Murellum, Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [1] Post illa verba trajicere posset additur in annalibus contractis. De restorente vero in Gallia Narbonensi religione catholicæ literas dedere ad Innocentium presules illius provinciæ congregati Aurasia, gratesque illi egere, quod studio apostolico hæresim excideret; verum Tolosam totius mali fontem, arcamque hæreses adducere, atque eam debellandam consuluerunt priora mala recrudescerent: quæ litera X. Kil. martii hujus anni consignata sunt. Forte ramentum hæc ad sequentem annum spectant, cum annus 1212. cum die illa februario conjunctus veteri ejus ætatis Francorum stilo annum novi stili 1213. referat. MANSI

[2] V Erba illa: Ad Petrum Aragonum configuit, ita continuant Annales contracti: Cumque idem rex Aragonum preferendi imperii cupidine illeitus ad Raymundum comitem & Tolosanos, ut clientes suos armis tuendis se compararet, Andreas Narbonensis archiepiscopus apostolica sedis legatus illum literis premonuit (extant apud Duches. tom. 5.) ex inito cum hæreticis fædere anathematizans infamiam contracturum, ac milites, quos ad ferendas iis suspectias mitteret, ritu solemnis & fidelium communione depulsum iri.

Sprevit infelix princeps salubria legati monitas, illiusque auxiliaribus armis fulti hæretici crevere animis; at S. Dominico divinitus ostensum Petrum regem in eo bello peritum, ut narrat ejus vita author (vit. S. Dom. l. 1. cap. 11.) egregium fidei catholicæ propaginatorem se præbebat illustris montis fortis comes Simon; sed comes Tolosanus regis Aragonum fretus auxiliis acriter homini resistebat, ut non parum hæretici prævalere viderentur. Porro conversus quidam Cisterciensis illic præsens ait ad S. Dominicum: magister Dominicus numquam ne finem habitura sunt tot mala? vir autem Dei reticens illo, importunus instante, tandem præsentे fratre Stephano ita respondit: finem certe habebit isthæc Tolosanorum malitia, sed procul adhuc absit ille finis: multis interim fundetur sanguis, & rex quidam in hoc bello occidetur. Illis formidantibus, ne rex Franciæ esset, qui recens Albigense negotium suscepserat, beatus vir ait aliis quam Franciæ rex erit, ejusque vitam varii belli casus extinguunt. Proximo anno cæsus est Rex Aragonum, atque utinam arma ferens adversus Ecclesiæ non aeternam appetierit mortem. Non dubium, quin hæc ita eventura propheticæ spiritus illustratione sanctus vir præviderit & prædixerit; nec immerito quidem tota enim illa quadragesima pane solo, & aqua vixit, nec cubavit in lecto suo, adveniente autem paschate sancto, & viribus erat robustior, & facie elegantior. MANSI.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

ex altera apud Verdunum castris defixis ad Tolosæ portas sèpius excurrerent, auxilia aliunde contracturus ad Petrum Aragonum [2] configuit, cujus rei occasione hæc auctor subjungit: (a) O misericordissimi fratris, videlicet P. de Castro novo veridica sententia! dicebat siquidem vir bonus, sicut ab illis audiri, qui ab illius ore sèpius audierunt: Negotium inquietebat Jesu Christi in partibus istis nunc propter fortiter effectum, donec aliquis de nobis prædicatoribus pro defensione fidei moriatur, & utinam ego prior persequitoris exciperem gladium. Ecce miser ille comes Tolosanus cum mortem huic sanctissimo viro videlicet intulisset, eo quod ipsum de perpetratis nequitis publice & in facie redargueret, vir bonus post hæc se evasisse putavit, post hæc recuperare se credidit terram suam, sed Dominino retribuente vindictam, sanguinemque sui martyris vindicante, unde speravit se habere lucrum, nisi dispendium gravissimum inde, ac damnum irreparabile reportavit.

Addit Vallisarnensis a comite martyris carnis in pretio ac honore habitum, adeo ut illum omnibus ut sui amantis ostentaret; cum tamen illum horrent animalia, ut nec ipse canis ab ejus manu ab eo tempore excipere dignaretur: Diligenter etiam est notandum, quod dictus comes miser ille occisorem viri Dei in maximo amore & familiaritate receperat, adeo quod per civitates & castella ipsum dicens quasi pro spectaculo

S. lo

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

Horrent
bruta
Martyris
occiso-
rem.

XIV.
Solicita-
tur In-
nocen-
tium
Raymundi
di alteri
tradere.
(a) Inn. l.
15. ep.
105.
Pontifex
rem dif-
fert.

Cur ita se
gesserit.

XV.

lo omnibus dicebat: Iste solus me diligit, iste solus concordat maxime votis meis: ille eripuit me ab inimico; licet autem crudelissimum homicidum illum comes prædictus ita extolleret, ipsum muta etiam anima abhorrebant. Sicut enim multorum & proborum virorum canonicorum Tolosanæ ecclesie veridica relatione audivimus, ab illo die quo prædictus homicida memoratum virum Dei occidit, in detestationem tanti sceleris, nunquam canis dignatus est accipere de manu ejus.

Dum Montfortius Raymundi ditionem suæ potestati subiiceret, R. Uticensis episcopus atque electus Narbonensis Apolloniacæ sedis legati, qui Raymundi terras prædæ exposuerant, ab Innocentio flagitavere, ut dominii in Teodosages jura in alterum transfunderet, quibus Pontifex hæc respondit (a): *Quia nondum est damnatus de heresi vel de nece sanctæ memoriæ P. de Castro novo, eis de illis sit valde suspectus, mandavimus, ut si contra eum intra certum tempus appireret legitimus accusator, indiceretur illi purgatio secundum formam in literis nostris expressam, diffinitiva nobis sententia reservata. Necnum est ex mandato illo processum, non intelligimus qui ratione possemus adhuc alii concedere terram eius, que sibi vel heredibus suis abjudicata non est, presentim ne videremur in do-*

la castra nobis exhibita de suis manibus extorisse, cum non solum a malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinerere. Subdit se Regensi episcopo & Theodisio canonico Januensi munus demandaturum, ut in causa ex Apostolicis imperiis procedant, & si comes in contumacia persistenter, ipsi aliisque denuntient Pontificem, ut pacis & fidei causa exigerit, rem acturum: quæ afferre voluntus ad pontificii consilii maturitatem in Raymundi causa adhibitam illiusque veniam principis illustrandam: ob recentia enim ac immania ejus sclera a legatis ad purgandum se postea non est admissus.

Sentiebant cum Raymundo Fuxi, Conveniarum comites ac Beneardi dominus, qui gravissima mala catholicis intulere, inter quos Rogerius Bernardi Fuxensis comitis filius immani quadam rabie effratus in crucisignatos, quos latrocino & insidiis ceperat, horrendam carnificinam exercuit, quam ita describit Vallisarnensis.

Traditores in his nequitiae suæ providebant, quia videlicet lento passu, & per stratum publicam ambulabant, ut non esset facile advertere, quod non essent de nostris; ut autem appropinquaverunt ad inuicem statim crudelissimi carnifices insurrexerunt in uostros, qui pauci erant & inertes, ut pote proditoris ignari, occidentesque plures de nostris & membratim delace-

rantes, reliquos secum duxerunt usque Fuxum, ubi eos tenentes in vinculis tormentis Crudelitas Fugenesis co- validissimis dilaniabant: cum maximo. sequi- mitis.

dem studio nova quotidie & inexperta ex- cogitabant supplicia, quibus suos afflige- rent captivos, sicut enim ab ore cujusdam militis nostri audivi, qui ibi tenebatur in vinculis, qui præsens erat & videbat, cap- tivos suos cruciabant illi tot & tantis tor- mentis, quod Diocletiano & Maximiano posset æquiparari malitia, vel etiam anteferri: ut enim prætermittamus ibi mini- ma, ipsos sacerdotes & divini mysterii tra- Etatores frequentius suspendebant, quandoque etiam, quod dictu horribile, ligatis ad genitalia membrorum funibus ferociissime di- strahabant. Sed tetra adeo scelerata per- censere horret oratio: ab impio & scelerato heretico ad strenuum Christi athle- tam Montfortium redeamus.

Celebrasse illum anno Apamiis o- mnium ordinum ditionis suæ conventum refert Vallisarnensis (b) ad nefarias con- suetudines excindendas, delendam hæ- sim, potentiorum tyrannidem comprimen- dam, informandos bonis legibus popu- los probisque moribus perpoliendos; ut- que leges optimæ decernerentur, duo- decim dignitate virtuteque conspicuos vi- ros electos, qui sacramento se devinxer- e, optimas quas suggestisset prudentia consuetudines, legesque provinciæ imposi- sum iri; quas cum in scripta redigissent, Montfortii pru- dentia in ferendis legibus.

Alphon- sus bellii primus auctor.

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

bus moneant, & inducent in remissionem omnium peccatorum ex parte Dei, & no- stra vere pœnitentibus injungentes, ut cum Sarracenis in octavis pentecostes proximo affuturis campestre bellum indixeris, in hoc tibi necessitatibus articulo succurrentes, necessarium impendant auxilium in rebus pariter, & personis, ut per haec, & alia, quæ fecerint, cœlestis regni gloriam con- sequuntur. Pari quoque remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria de- votione undecimque processerint, ad idem opus fideliter exequendum. Quænam porro hujusmodi adversæ res fuerint, in literis ad Galliarum præsules datis aperit atque illustrat.

XVIII. *Recepimus literas dolore plenas, & ti- Castellæ a more non vacuas, quibus charissimus in- Sarrac. Chriſto filius noster Alphonsus Rex Ca- bellæ illuſtris significare curavit, (a) quod (b) Cyp. 65. 66. (c) Lib. 14. Sarraceni hoc anno intrantes Hispaniam, in ep. 155. multitudine gravi quoddam caſtrum Ciſter- ciensis ordinis fratrum, quod Salva terra vocatur, hostiliter obſederunt: quod bellicis machinis infestantes, ad ultimum oc- euparunt. Eadem Lucas Tudensis dum de Regis consilio præfatur, Alphonsum ge- rendi cum Sarracenis belli avidum quod- dam oppidum, cui Moya nomen est, in regni limite vastasse, ac barbarum Mi- ramomelinum Abenfaco, Mumillinum ve- ro Rigordus appellat, per oratores de- injuria questum rapto exercitu oppidum Salvam terram dictum impetu cepisse ac delevisse; his similia Rodericus (b) To- letanus archiepiscopus aliique post eum tradidere. Nec solum ad Francos, ut modo audisti verum & ad Hispanos, etiam præfuses hac de re scriptis (c) In- nocentius, imperavitque ut ad pacem in- duciasque, ex præscripto fervandas, His- paniarum Reges monerent, atque indu- cerent, utque ecclesiasticis censuris, si opus foret, adigerent, atque ad mutuo se- se juvandos tuendosque compellerent ad- versus Christi nominis hostes, qui non mo- do Hispaniarum perniciem exitiumque moliebantur, verum alias etiam Christianos ad internectionem, de quibus nos in- fra delere minitabantur: præterea pro im- perio Reges cæteros coercent, ne suas cum Sarracenis copias & auxilia conju- gerent, neve in Christianos, infideles re- opera, consilioque juvarent. In compa- rando crucisignatorum exercitu ad retun- dendos Miramomelini impetus multum o- peræ & laboris præ cæteris Hispaniarum præfusibus Rodericus Toletanus archie- piscopus magna cum pietatis laude con- tulit. De quo Lucas Tudensis monumen- tis historiarum commendavit, ipsum Gal- lias petuisse, instructumque Innocentii au- thoritate urbes obire cœpisse populosque ad induendam contra Sarracenos crucem inflammare, ac tum plures Gallos Deo*

XX. Mulieres omnes & solas præcedat crux dominica sanctæ Mariæ majoris. Et in pri- ma parte processionis sunt sanctimoniales, in ultima vero reliquæ mulieres, que sine auro, & gemmis, & serice indumentis pro- cedant orando cum devotione, ac humili- tate, in fletu, & genitu nudis pedibus o- mnes, qui possunt, & per Merulanum, & ante sanctum Bartholomeum veniant in campum Lateranen. & collocent se ante fel- lioniam in silentio permanentes: clericos au- tem crux fraternitatis præcedat, & in pri- ma processionis parte sint monachi, & ca- nonici regulares, in ultima vero rectores, & cæteri clerici procedentes prædicto modo per viam majorem, & arcum Basiliæ, ve- niant ante palatium episcopi Albanensis, & ibi directe in medio campi se collocent. Laicos autem præcedat crux dominica san-cti Petri, & post illum sequantur primi hospitalis, & postremi cæteri laici sicut præscriptum est incidentes, & per SS. Jo- annem & Paulum, & ante S. Nicolau[m] de- formis in campum veniant & collocent se ab altera parte.

XXI. Interim vero Romanus Pontifex cum episcopis, & Cardinalibus, & capellanis basilikam ingrediatur, que dicitur sancta Sanctorum, & inde reverenter assumpto ligno vivificæ Crucis processionaliter ve- nit ante palatium episcopi Albanensis, & sedens in scalis, exhortatorium faciat san- mo-

Ann. Eccl. Tom. XX.

OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.Roderici
archiep.
zelus.Sarrac.
His-
pania.

XVII.

ep. 154.

CHRISTI
1212.

INNOCENTII III. PAP.
15.

OTHONIS IMP. 4
HENRICI IMP. 7.

matem ad populum universum. Quo finito
mulieres sicut processionaliter venerant, ita
procedant ad basilicam S. Crucis, & ibi
praefato sit presbyter Cardinalis, qui ce-
lebret eis missam, dicendo illam oratio-
nem: Omnipotens semperne Deus, in cu-
jus manu sunt omnes potestates, &c. & sic
ipsae mulieres in pace ad propria rever-
tantur. Romanus autem Pontifex cum epi-
scopis, & Cardinalibus, & capellani per
palatium descendat in Lateranen. basili-
cam, clerici vero per porticum, & laici
per burgum ingrediantur in illam. Et
celebrata venerabiliter missa ipse cum om-
nibus, nudis pedibus, procedat ad S. Cru-
cem, ita quod cum præcedant clerici, &
laici subsequantur, & facta oratione unu-
quisque revertatur ad sua. Jejunetur au-
tem ab omnibus ita, ut nemo preter in-
firmos comedat pisces, aut quodcumque
pulmentum, sed qui possunt, sint pane, &
aqua contenti: qui vero non possunt, bi-
bant vinum bene lymphatum, & modice
sumptum, & vescantur herbis, & fructi-
bus, aut etiam leguminibus, omnesque
aperiant manus, & viscera indigentibus,
ut per orationem, jejunium, & per ele-
mosynam misericordia Conditoris reddatur
populo Christiano placata.

Indictum jejunium

XXII.
Auditæ
Christia-
norum
preces .
(a) Ps. 77.

(b) *Apud* vitum est, quam ipsas triumphales Regis Castellæ ad Pontificem litteras (b) Inn. l. 15. nostris annalibus insinuare.

*Sanctissimo patri, ac domino Innocentio,
Dei gratia summi Pontifici Alphonsus ea-
dem Rex Castella, & Toleti, cum o-
sculo manuum, & pedum salutem pluri-
mam.*

Victrices
literæ
Regis
Castel. ad
Pont.

Auxilia e Galliis submissa. bat, expensas victui necessarias largire-
mur, quibus possent commode sustentari. Un-
de fuit, quod audita reruissione peccato-
rum, quam vos venientibus indulxit, ve-
nit magna multitudo militum de trans-
montanis partibus, nec non archiepiscopi
Narbonensis, & Burdegalensis, & episco-

OTTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

INNOCENTII III. PA
I S.

CHRIST

pus Nannetensis. Fuerunt, qui venerunt usque ad duo millia militum cum suis armigeris, & usque ad decem millia servientium in equis, & usque ad quinquaginta millia servientium sine equis, quibus omnibus nos oportuit in virtualibus providere.

Venerunt etiam illustres amici nostri consanguinei Rex Aragonum, & Rex Navarre cum potentatu suo in fidei catholice auxiliis. Quidam vero
XXIII
Rex Arag.
& Nava

xilium, & juvum. Quibus nobiscum aliquanto tempore apud Toletum facientibus moram, expectabamus quippe homines nostros qui venturi erant ad bellum, omnia necessaria, prout per nuncios nostros promisimus, non destitimus ministrare, licet expensæ cœrent propter sui multitudinem importabiles, & onerosæ, non enim solum in iis, quæ promiseramus, verum etiam in pecuniis specialiter, & in dextrariis, quibus fere omnes tam milites, quam ser- vientes pariter indigebant, nos oportuit providere. Sed Dominus, qui multiplicat incrementa frugum justitiae, ministravit nobis abunde, secundum suæ gratiæ largi- tatem, & dedit omnia posse perficere per- fecte pariter, & abunde. Congregata ita que nostra, & suorum multitudine viam domini cœpimus proficiendi, & venientes ad turrim quandam, quæ Migalon nuncupatur satis munitam, ultramontani ante quam nos pervenerunt per unum diem, & illam cum Dei auxilio impugnantes in continen- ti ceperunt.

Licet ante nos eis in omnibus necessariis largissime provideremus; ipsi tamen attendentes liborem terræ, quæ deserta erat, & aliquantulum calida, voluerunt a cœpto proposito retroire, & ad propria remeare, tandem ad magnam instantiam nostram, & ad Regis Aragonum processerunt usque ad Calatravam, quæ non distabat a predicto castro, nisi per duas leguas, eamque nos ex parte nostra, & Rex Aragonum ex sua, & ipsi ex sua in Dei no-

gonum ex iuxta, & ipsi ex iuxta in Dei no-
mine cœpimus expugnare. Sarraceni autem,
qui intus erant, attendantes sancto Dei
exercitui non posse resistere, disposuerunt no-
bis villam tradere, ita quod personæ eo-
rum salvæ discederent, verumtamen sine
rebus. Cumque nos istud nulla ratio-
ne vellemus acceptare, Rex Aragonum,
& transmontani habentes super hoc consi-
lium, viderunt villam esse munitam muris,
& antemuralibus, profundis fossatis, & ex-
celsis turribus, & quod non posset capi, ni-
si suffoderentur muri, & sic ruerent; quod
cederet in grave damnum fratribus Salvæ
terræ, quorum fuerat, & non posset si ne-
cessitas incumberet retineri. Unde apud nos
institerunt firmissime, ut villa salva, &
integra cum armis, & magna copia vi-
tualium, quæ ibi erant, quibus satis in-
digebat exercitus, nobis redderetur, &
personæ Sarracenorum vacue & inermes

XXV
Rer.
Gallo-
rum.

*dentes eorum in hoc firmam voluntatem
vatis eorum annuimus, ita quod medietas
omnium eorum, quæ intus habebantur, cede-
ret in partem Regis Aragonum & alia me-
dietas in partem ultramontanorum, & ne-
nobis, nec nostris aliquid voluimus retinere.*

Ipsi autem propositum repatriandi apud se retinentes; licet dominus Deus nobis exhiberet gratiam, & honorem, & nos vellemus omnibus eis sufficientissime necessaria ministrare, desiderio patriæ coacti, omnes pariter signo crucis relicto, cum archiepiscopo Burdegalensi, & episcopo Nancenetensi, licet certitudinem de bello Saracenorum haberemus, ad propria redierunt, exceptis admodum paucis, qui remanserunt cum archiepiscopo Narbonensi, & Tibaldo de Blesona, qui naturalis noster erat cum suis, & quibusdam aliis militibus, qui erant de Picetavia, & ii omnes, qui remanserunt, vix erant inter milites, & servientes centum quinquaginta. De peditibus autem eorum, nullus remansit. Cumque Rex Aragonum apud Calatravam moram ficeret, expellendo quosdam milites suos, & Regem Navarræ, qui nondum ad nos pervenerat; nos cum nostris processimus, & pervenimus ad quoddam ca-

* al. A-
larcos strum eorum quod * Alarcos dicitur. Illud
castrum licet bene munitum esset, cepimus.

Oppida alia ex-pugnata. trabona. Inac proeacties pervenimus ad Salvam terram, ibique perwenerunt ad nos Rex Aragonum, qui de suis hominibus nonduxit in exercitum, nisi tantum milites generosos, & Rex Navarræ, qui simili- ter vix fuit in exercitu de suis plusquam ducentis militibus comitatus. Et quia Rex Saracenorum in vicino erat nobis, Sal- vam terram noluimus expugnare; sed pro- cedentes contra Saracenorum multitudinem, pervenimus ad quædam montana, in quibus non erat transitus aliquis, nisi in certis locis.

xxvi. *Cumque nos essemus ad pedem illius montis ex parte nostra, Sarraceni venientes ex parte alia obtinuerunt summitatem montis volentes nobis transitum impedire. Sed milites nostri ascenderentes viriliter, quia abduc pauci Sarraceni ad locum illum pervenerant, eos cum Dei auxilio expulerunt, & castrum quoddam munitum, quod propter transitum impediendum Sarracenorum Rex construxerat, ceperunt, quod Ferrat dicitur. Quo occupato exercitus Domini securere potuit ad cacumina montis ascendere, ubi multum laboravit, propter defectum aquarum, & loci ariditatem. Sarraceni autem videntes, quod transitum illum occupare non possent, alium transitum, qui erat in descensu montis, arctissimum & invium occuparunt. Talis quippe erat, quam mille homines possent defendere ab omnibus hominibus, qui sub cœlo sunt, & juxta transitum illum ex altera parte erat totu-*

Sarracenorum exercitus, & sua tentoria
jam fixa. Cumque nos ibi facere moram
non possemus ob defectum aquæ; nec pro-
cedere propter transitus difficultatem, qui-
dam ex nostris consuluerunt, quod iterum
ad pedem montis descenderemus, & alium
transitum ad duas, vel tres dietas quære-
remus.

*Nos autem, attendentes fidei periculum & personæ nostræ dedecus, noluimus huic parere consilio, eligentes potius in diffi-
cultyas. Secundum Salomonem.*

cultate transitus mori pro fide, quara faciliorem transitum querendo, qualitercumque in fidei negocio retroire. Cumque jam quidem propositum firmissemus, ad indicium cuiusdam rustici, quem Deus nobis ex insperato misit, in eodem loco alium transitum satis facilem magnates nostri, qui primos ictus in bello habituri erant, invenerunt, & in quodam loco exercitu eorum vicino, licet arduus esset, & sic cus, Sarracenis hunc transitum ignorantibus, tentoria posuerunt. Quod cum Sar racenorum exercitus attendisset, processit, ut mansionem illam impediret; nostri autem licet pauci essent, se viriliter defenderrunt. Nos autem, & Rex Aragonum, & Rex Navarræ armati cum militibus nostris in loco principiae mansonis, quæ erat in summitate montis, expectavimus donec totus exercitus Domini pervenit secure ad locum, ubi anteriores nostri castrametati sunt: & ita dante domino factum est, quod licet via esset invia, & iniquosa, lapidosa, & nemorosa, nihil de nostris amissimus. Ipse autem factum est die sabbati decimo septimo kalendas mensis augusti, circa ferotinam vero horam Sarraceni attendantes, quod omnia tentoria nostra tute fixeramus, dispositis aciebus suis venerunt ante loca castrorum, & ibidem quedam præludia belli in modum torneamenti, cum nostris exercuerunt. Attendentes autem ipsi, quod nos illa die nollemus habere bellum, ad castra sua reversi sunt.

Sequenti autem die dominica summo **XXVIII**
manc venit Sarracenus cum infinita mul-
titudine dispositis aciebus suis; nos au-
tem volentes considerare multitudinem gen-
tis suæ, & dispositionem & statum, & qua-
liter in omnibus se haberent, habito pru-
dentum virorum consilio, & in iis exer-
citatorum, expectavimus usque ad sequen-
tem diem lunæ. Ipsi autem sic existenti-
bus, posuimus milites nostros cum pediti-
bus, ut extremos agminis nostri non pos-
sent in aliquo molestare. Quod quidem di-
vina dante gratia sic evenit; sequenti die,
scilicet secunda feria omnes in Dei no-
mine armati processimus dispositis aciebus
cum eis pro fide catholica pugnaturi. Ipse
autem promontoria quedam obtinuerunt
valde ardua, & ad ascendendum diffici-
lia propter nemora, quæ inter nos & ip-
sos erant, & propter alveos torrentium
pro-

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAP.
15.OTHONIS IMP. 4
HENRICI IMP. 7

profundissimos; quæ omnia nobis erant magno impedimento; ipsi vero maximo expedimento.

XXIX. Verumtamen ille, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, fecit mirabiliter, & dixit manus sui exercitus contra inimicos suos, & anteriores nostri, nec non & medie multas eorum acies, quæ in minoribus promontorii existebant, virtute crucis Dominice prostraverunt. Cum autem pervenissent ad extremum aciem, eorum infinitæ siquidem multitudinis, in qua Rex Carthaginis erat, ibidem difficilioris conflictus militum, peditum, & sagittariorum invenerunt, quos sub maximo periculo, & vix, immo etiam jam non poterant tolerare. Nos autem attentes bellum illud eis omnino importabile, imaginem petu equorum processimus, signo crucis doceparæ. minicæ pœiente, & vexillo nostro, in quo erat imago beatæ Virginis, & filii sui in signis nostris superposita. Cumque nos jam pro fide Christi mori constanter eligemus, attentes Crucis Christi, & imaginis suæ matris ignominiam, quas lapidibus, & sagittis irruere impetebant in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis divisimus, & licet ipsi essent constantes in bello, & firmi super domino suo; Dominus illorum infinitam multidinem crucis sue gladio trucidavit: & sic Rex Sarracenorum cum paucis in fugam conversus est. Sui autem impetus nostros interem non sustinebant, sed statim post maximam stragem suorum reliqui in fugam conversi sunt.

XXX. Nos autem insequentes eos usque ad nos, plures tamen in sequendo interfecimus, quam in bello. Et sic bellum Domini a solo Domino, & per solum Dominum est feliciter consummatum. Deo autem honor, & gloria, qui cruci suæ dedit victoriæ per Jesum Christum dominum nostrum. Fuerunt autem milites Sarraceni, ut postea vera relatione didicimus a quibusdam domesticis Regis Sarracenorum, quos captivos cepimus, centum octuaginta quinque millia; peditem vero non erat numerus. Occubuerunt autem in bello ex parte sua centum millia armatorum, & amplius, secundum estimationem Sarracenorum, quos postea cepimus. De exercitu autem Domini, quod non sine grandi gratiarum actione recitandum est, & quod incredibile est, nisi quia miraculum est, vix vigintiquinque Christiani, aut triginta de tato nostro exercitu occubuerunt. O quan-

Vexill.

Reg. Cast.

præfert

imaginem

petu

equorum

processimus

signo

crucis

doceparæ.

minicæ

pœiente,

&

vexillo

nostro,

in quo

erat

imago

beatæ

Virginis,

&

filii

sui

in

signis

nostris

superpo-

sita.

. Cumque nos jam pro fide Christi mori constanter eligemus, attentes Crucis Christi, & imaginis suæ matris ignominiam, quas lapidibus, & sagittis irruere impetebant in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis divisimus, & licet ipsi essent constantes in bello, & firmi super domino suo; Dominus illorum infinitam multidinem crucis sue gladio trucidavit: & sic Rex Sarracenorum cum paucis in fugam conversus est. Sui autem impetus nostros interem non sustinebant, sed statim post maximam stragem suorum reliqui in fugam conversi sunt.

Horrenda

Sarrac-

norum

strages

edita.

Paucissi-

mi e

Christia-

nis des-

derati.

NOTÆ

[1] Quid fuerit causæ eur Galli ab exercitu Hispanorum in expeditione Saracenica discesserint, sicut quidem Alfonlus rex in epistola, quam ad pontificem dedit & Raynaldus hic recitat; sed exponitur ab Alberico in chronicō ad hunc annum. Narrat enim ille in obsidione oppidi Calatravæ cum arx ad extrema redacta esset, cives clam Hispanos adisse, atque illis, incolumitatem sibi pactis arcem tradidisse. Galli, re comperta, indignati, statim signis conversis in patriam remearunt. MANSI

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAP.
15.OTHONIS IMP. 4
HENRICI IMP. 7

Oratio.

Omnipotens, & misericors Deus, qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, digna tibi laudum præconia, & de votas gratiarum referimus actiones; quod antiqua innovando miracula gloriosum tri buisti victoriam de perfidis gentibus populo Christiano: te suppliciter exorantes, alii. (b) Stero in ann. apud Canis. ant. lict. to. i. p. 244. Rig. de gest. Phil. Aug. Franc. Reg. ann. i. t. God. in annal. ann. 12. Paris. hisp. Angl. ann. 1213. Bern. chro. Rom. Pont. an. 1212. & alii. (c) Rig. ubi sup. S. Ant. 3. p. 21. tit. 19. c. 2. §. 4. XXXIII. (d) Rich. d. S. German. in chron. (e) Cesar. l. 5. ep. 21. Monera a Regre. Cistell. mala In noc. Miramo melini minæ. vexillum barbari erat in Ecl. S. Petri. (a) Joan. Marian. l. 11. c. 25 Reg. n. 180.

citum Domino referret acceptam, horatus est, atque adeo illud meminisset, palamque profiteretur, quod non manus sua excelsa, sed Dominus hæc omnia fecisset, ut videre est ex literis (f) ab (g) Inn. l. eodem 7. kal. novemb. ad Regem datus. 15. ep. Ob tantam vero victoriam, quæ potius 182. virtute crucis, quam hostes impugnabant, quam ense vel hasta bellatorum parta est, decretus est in gratiarum actionem dies festus, celebrandus in Hispania quæ Maurorum imminentem excusserat servitatem; de quo Ferrarius in notis appositis ad juli diem 16. hæc tradit: In Hispania Festum triumphus sanctæ crucis: quod festum in triunphi S. Crucis institutum fuit ob victoriam ex Mauritius ab Al. bono Rege reportatam anno MCCXII. caesis ducentis milibus hostium.

Ex letissimo Hispaniarum triumpho traducenda est oratio ad lugubres Anglie res, quæ hoc anno misere depressæ sunt: de quibus Parisius ait per hæc tempora quenam

Prædictio
Petri
erem.

dam eremitam Petrum nomine in provincia Eboracensi palam prædictisse Joannem in die dominice ascensionis Regem non futurum, sed coronam ex ea die ad alium translatum iri; Joannemque, ipsum invicula conjecisse, ut si exitus dictis non consentiret, morte multaretur. Inter ea vero fama illius prophetæ increbescente nobilitatem Anglicanam, cuius odia in se Joannes conflarebat, in eum conjurasse, cumque prædicta fide solitos se audiissent, communī consensu literas suis sigillis munitas ad Regem Francorum missæ, ut in Angliam accederet, se Angliam ipsi tradituros; Regemque agnitos.

Angli
Regem
Franc.

Verum Richardus notarius (d) ejus temporis scriptor vexillum auro textum ad summum Pontificem a Castellæ Regem eum literis missum testatur: Idem Rex Castellæ de tanta Christianis principibus cœlitus concessa victoria Innocentio Papæ literas mittit. Mittit etiam de acceptis Sarracenorum spoliis eidem honorabilia xenia, tentorium videlicet totum sericum, & vexillum auro contextum, quod in Principis Apostolorum basilica, in laudem nominis Christi appensum est; consentit aliis Cæsarius, (e) qui de Albigenisibus locutus ait ab ipsis Miramolinum Marochitanum Regem ab iis excitum, eumque tanto exercitu stipatum occupasse Hispanias, ut eas non absorpturus modo, sed longe ulterius victoriam dilataratur videretur, gloriareturque in literis ad Innocentium scriptis se equos suos in porticu ecclesiae B. Petri stabulaturum, ac vexillum suum in ejus fastigio defixum iri; quod partim impletum ait, sed magno illius pudore, dum fracto ejus exercitu vexillum ipsius missum Innocentio in eadem ecclesia suspensum est. Eam victoriam XVII. kal. aug. hujus anni parat ait, quam tamen imminuit, dum cæsorum numerum ad sexaginta millia tantum ascendisse collocat, cum longe plures deleti, subdit vero barbarum paupo post ex dolore amissæ victoriat obiisse.

Inn.
exacto-
ratur.

XXXIV. Perfectis igitur Regis literis Innocentius, magna elatus lætitia immensa Deo gratias, laudesque egit ob fractam, attritamque barbarorum insolentiam, qui cœlum blasphemis vocibus impetere fuerant ausi: easdemque literas cunctis fidibus exponi recitarique præcepit. Postremo Regem hujusmodi victoriam exer-

Mitit ob
quid agendum, tandem si Anglorum id Pan-
Rex ad pœnitentiam adduceretur; ac tum dulphum Pontificem formam pacis præscripsisse, quam si Joannes admitteret, illum pontificie gratiae restitutum iri; que porro illa fuit, suo postmodum loco afferetur.

Antequam vero rebus occidentalibus XXXVII dicendi finem imponamus, nonnulla alia de Innocentii Papæ gestis addenda super- (g) Inn. l. sunt; hoc namque anno Pontifex (g) 15. ep. 12. lit-

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

litteras adversus eos exaravit, qui Bassanelli, Palatioli, Bassani, & Alani Romanæ Ecclesiæ oppida per summam injuriam definebant, castri Melgorii populum, qui supplex Innocentium rogarat, ne alterum sibi dominum præter Romam. Ecclesiam imponeret, ut in ejusdem Ecclesiæ fide persistarent, amantissimis verbis hortatur. Consultus a Byluntino archiepiscopo an ecclesia, quæ conflagraret, non consumptis tamen incendio parietibus, consecranda videretur, hæc respondit: *Ligneis ædificiis (a) ecclesiæ vestre casu quodam igne consumptis, parietibus tamen illæsis, ac mensa principalis altaris in sui extremitate modicam paſſa fracturam, quæ frustis per sedem Apostolicam edoceri, si propter hoc ipsius altaris, vel etiam totius ecclesiæ deberet consecratio innovari.* Ad quod sic duximus respondendum: *Quod cum parietes in sua integritate permaneant, & altaris tabula mota vel enormiter lœſa non fuerit, ob easum prædictum nec ecclesia nec altare debet denuō consecrari.* Dat. Later. non. octob. pontificatus nostrí anno xv.

(b) Ibid. Ep. 136. Supereft, ut de privilegiis hoc anno impertitis nonnulla delibemus (b) Corroboratione Bernardi Primi ac sociorum, quorum consilium erat ut operam omnem confutandis hæreticorum erroribus collocarent. Extant plures ejus litteræ, in quibus prærogative viris ecclesiasticis ac religiosis datæ continentur, quas in margine annotavimus (c) Jacobo consobrino pontificiorum castrorum magistro ob rem in Marcualdum Siciliæ invasorem bene gestam concessit, (d) ut quod supra vidimus, castrum Nymphæ jure fiduciario obtineret. A.... Lusitanæ Regem ejusque regnum in B. Petri tutelam recepit: *Attendentes tuam personam, ornatam prudentia, iustitia præditam, atque ad Regni gubernationem idoneam, eam sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & regnum Portugallense, cum integritate honoris, regni, & dignitate, quæ ad Reges pertinet; neconu & alia loca, quæ cum auxilio cœlestis gratiae de Sarracenorum manibus eripueris, in quibus jus sibi non possunt Christiani principes circumpositi vendicare, ad exemplar felicis memoriae Alexandri Papæ prædecessoris nostri, qui hac præfato avo tuo per privilegii paginam concessisse dignoscitur, tuæ sublimitati concedimus, & auctoritate apostolica confirmamus;* & infra: *Ad indicium autem, quod præscriptum regnum B. Petri juris existat, pro amplioris reverentia argumento progenitorum tuorum vestigiis inhærendo, statuisti duas marcas auri annis singulis nobis nostris que successoribus persolvendas. Quem utique censum ad utilitatem nostram, & successorum nostrorum Bracarenſi archiepisco-*

po, qui pro tempore fuerit, tu & successores tui curabitis assignare.

Hoc anno (e) Clara nobilis virgo annos nata duodevinti, quos summa cum honestatis laude duxerat, S. Francisci verbis inflammata, terrenis omnibus concutis, religiosam Deo vovit servitatem, & ut ille fratrum, ita ipsa sacrarum sororum in S. Damiani æde collegium instituit, ut gestorum anonymous scriptor (f) & Lucas in annalibus latius profequuntur. Quo etiam anno Assisi S. Ruffini episcopi & martyris celebranda transtatio incidit, qui veluti redivivus præclaris tum miraculis coruscavit, ex quibus unum in medium adducemus, unde percipi liceat quanta providentia custodiat Dominus, non solum (quod testatur Psalmographus) omnia offa sanctorum, verum etiam sepulcrale pulcherem. Inter alias igitur res admirandas, quæ ea tempestate obtigere, quaque exscriptas, ex Assisiatis ecclesiæ codice, in bibliotheca nostra aservamus, hæc memorie produntur: *Cum reliquiæ sancti Ruffini martyris de novo translatae fuissent populo, tunc ad ecclesiam ipsius de diversis partibus veniente, quamplures ad sepulcrum, de quo sanctus martyr translatus fuerat, accedentes, de pulvere qui post reliquias extractas remanserat, assemebant, ut illum in honore ejusdem sancti martyris ad propria deportarent, sed cum ab Assisi per milliare, vel non multo amplius revertentes diffirent, tunc quidam morbo angariati ita quod ulterius progrederi non valentes, quidam vero nocturna viarum amissa, per vias erroneous gyro vacantes, tamdiu sic impediti detinebantur, quoad pœnitentia ducti ad ecclesiam sancti Ruffini martyris redirent, & ipsum pulverem in loco de quo assumpserant, postulantes ex eo veniam, resignarent: quod cum vidissent canonici, sicut bona pœnitentia viri, habita tunc inter se super hoc competente deliberatione, ipsum etiam pulverem prout expediebat, ne quis ultra manum illic apponeret, inclusurerent &c.*

Poscit instituti ratio, ut hic attexamus miraculum aliud, quod Trithemius hoc anno iv. kal. mar. in Adelberto opidano loci cui Mannental nomen est in Germania ait contigisse, qui cum ex morbo decessisset, divinæ pœnitentiae arcane consilio post inspecta alterius vitæ malis proposita supplicia ad vivos excitatus aspernum pœnitentiae genus septem annis duxit. Qui plura voluerit, auctorem (g) consulat, qui ab Angelo ipsi objecta fusa oratione prosequitur. Postremo antequam ab Italia orationem deflectamus, addenda, quæ Richardus e S. Germano (h) de Innocentio tradit, ipsum mense junio Urbe egressum Signam ve-

(e) Luc. Ann. an. 1212. S. Clara mundo nuntium remittit.

Translatio reliquiarum S. Ruffini.

XLI. Ecclesiastici ab oppresione vindicati.

(a) Inn. I.

15. ep. 21.

22. 44.

65. 75.

76.

(b) Ep. 73.

(c) Ep. 74.

XLII.

(d) Ep. 75.

(e) Id. ib.

ep. 17.

(f) Ep. 85.

(g) Ep. 30.

(h) Ep. 52.

(i) Ep. 55.

venisse, ætivo tempore ibi moratum, denique septembri mense Romam revertsum esse; jam ad res orientales stylum convertanus.

Labefactabatur in oriente a potentioribus libertas ecclesiastica, ad quam tuendam Innocentius magnam uti cœperat, constantiam præ se tulit. G. de villa Arduini spectantia ad Thebanum episcopum aliosque præsules bona (a) episcopatu de Londre villa erupta & Corinthiorum ecclesiæ thesaurum interceptum restitu per literas justit: præterea cum nonnulli in quos, ob vastatas ecclesiarum possessiones, aliaque perpetrata flagitia, latuta fuerat anathematis sententia, resipisci contemnerent, Henricum Imp. monet, (b) nefarios homines non modo patrocinio suo non foveat, verum sua quoque auctoritate compescat. Cumque jam ante Thebano, ac Neopatrensi archiepiscopis & Nazarocensi electo præcepisset, ut manifestos usurpatores de abbatis, monasteriis, ecclesiæ, jure decimorum, aliisque ecclesiasticis possessionibus, quas per summam injuriam occupabant, decidere ac veris dominis relinquere, ecclesiasticis censuris adigerent, illique rem neglexissent, Thessalonicensis archiepiscopum & Cardicensem & Sithoniensem episcopos id omnino perficere jussit. (c)

(d) Ep. 74. Per id tempus Romanus Pontifex, certior factus, Henricum Imperatorem cum proceribus edicta libertati ecclesiasticæ prorsus contraria edidisse, nimirum, ut nullus in vita supremaque voluntate ecclesiæ bona elargiri posset, Cardicensi & Sithoniensi episcopis imperavit, ut edicta illa, utpote a divinis humanisque legibus aliena, rescindi studerent (d). Ad alios etiam variis de causis in orientales horas hoc eodem anno literas misit: ad Thessalonicensem enim archiepiscopum scriptis literis (e) illius ecclesiæ, atque prædecessorum catholicorum antistitutum laudes celebrat, eidemque ecclesiæ privilegia confirmat, augerque: præterea concordia leges inter ipsum ac Domini ci sepulcri priorem, & capitulum compositas firmas reddidit (f). Cumque ad sedem Apostolicam esset perlatum, Thebanos quosdam canonicos in Zaracensem episcopum sacrilegas manus injecisse, eundemque pluribus contumeliis onerasse, causa cognitionem archiepiscopo commisit (g). Thebano archiepiscopo præcipit, (h) Corinthisclos dices abbates, ad reverentiam obedientiamque archipräfulti præstandam compelleret. Philippensem archiepiscopum subditos in observantia erga sedem Apostolicam confirmet hortatur, ejusque Eccl. Sp. beim. (b) Ricch. in chro. hoc an.

(g) Tritb. (h) Sp. beim. (i) Joanni Rodestonensi episcopo, quoniam ad obsequium Romanæ Ecclesiæ erat reversus, Ann. Eccl. Tom. XX.

XLIII. Maximus notarius in le-

permittit (k) eadem privilegia, quibus (l) Ep. Latini episcopi potirentur, atque inter 133. gram in suos juris dicundi auctoritatem indulxit, ceteros pariter Græcos ad Romanæ sedis conjunctionem adducere studeret hortatur (l); bine haec epistolæ Si- (l) Ep. gnæ pridie idus jul. exaratae fuere.

Postea vero magistrum Maximum notarium suum Constantinopolim misit. Cum enim ecclesia illa patriarcha orba ta esset, ac legato careret, ipsi consultatus in turus, suas vices Maximo imposuit, ad orientem. quem scriptæ litteræ, (m) in quibus pluri- bus de quatuor ecclesiis patriarchalibus 155. differit: Scriptum est in Apocalypsi Joannis, quod in medio sedis, & in circuitu sedis erant quatuor animalia plena oculis ante, & retro; primum animal simile leoni; secundum animal simile vituli; tertium animal habens faciem quasi hominis; & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singuli eorum alas sensu habeant. Sedes ista Ecclesia Romana intelligitur; quæ usitato vocabulo sedes Apostolica nuncupatur, utique sedes Agni, sedes vi- ventis in sæcula sæculorum. In medio ejus, quasi filiæ in gremio resident, & in circuitu astant, quasi famulæ in obsequio qua- tuor patriarchales ecclesiæ, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, & Constan- tinopolitana, quæ per illa quatuor animalia designantur, &c. Dein singulis my- steria propria attributa explicat: quas literas cum typis cœsæ sint, ex more nostro prætermittimus. Aliis xii. kalen. sept. scriptis literis (n) concessit, in Ronia- (n) Ep. niæ partibus anathematis sententia illos 151. solvere posset, qui in clericos violentis in- jectis manibus, scelerum vinculis libera- ri flagitarent: Nisi, inquit, excessus eo- rum fuerint adeo difficiles, & enormes, ut merito sint ad sedem Apostolicam desti- nandi. Sequenti vero die scriptis cum ad universum Constantinopolitanum (o) cle- (o) ib. rum, quem jubet a nuncii imperiis non ep. 153. discedere; tum ad Henricum Imp. cui illum plurimum commendavit (p). At (p) Ep. quomodo Innocentio eo legatum suum 154. a latere miserit, proximo anno dicetur: nunc res Syriacas prosequamur.

Acceptis ab Alexandrino patriarcha, XLIV. atque ab iis, qui in vinculis tenebantur, tritibus literis, quibus ærumnis gravissi- mis obruti, ope ab eo flagitabant, re- scripsit (q) atque ad meliorem spem ca- ptivos erexit.

Innocentius, &c.

Habito super hoc cum fratribus nostris Innoc. diligent tractatu, petitionem tam tuam, lit. ad pa- quam captivorum ipsorum favore perpen- triarch. fratri nostro patriarchæ Hierosolymitano Alexandria. Apostolice sedis legato nostris dantes lite- ris in mandatis, quatenus ex parte tam noſtra, quam sua præscriptos fratres, ac Re-

CHRISTI
1212.INNOCENTII III. PAR.
15.OTHONIS IMP. 4.
HENRICI IMP. 7.

permittit (k) eadem privilegia, quibus (l) Ep. Latini episcopi potirentur, atque inter 133. gram in suos juris dicundi auctoritatem indulxit, ceteros pariter Græcos ad Romanæ sedis conjunctionem adducere studeret hortatur (l); bine haec epistolæ Si- (l) Ep. gnæ pridie idus jul. exaratae fuere.

Postea vero magistrum Maximum notarium suum Constantinopolim misit. Cum enim ecclesia illa patriarcha orba ta esset, ac legato careret, ipsi consultatus in turus, suas vices Maximo imposuit, ad orientem. quem scriptæ litteræ, (m) in quibus pluri- bus de quatuor ecclesiis patriarchalibus 155. differit: Scriptum est in Apocalypsi Joannis, quod in medio sedis, & in circuitu sedis erant quatuor animalia plena oculis ante, & retro; primum animal simile leoni; secundum animal simile vituli; tertium animal habens faciem quasi hominis; & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singuli eorum alas sensu habeant. Sedes ista Ecclesia Romana intelligitur; quæ usitato vocabulo sedes Apostolica nuncupatur, utique sedes Agni, sedes vi- ventis in sæcula sæculorum. In medio ejus, quasi filiæ in gremio resident, & in circuitu astant, quasi famulæ in obsequio qua- tuor patriarchales ecclesiæ, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, & Constan- tinopolitana, quæ per illa quatuor animalia designantur, &c. Dein singulis my- steria propria attributa explicat: quas literas cum typis cœsæ sint, ex more nostro prætermittimus. Aliis xii. kalen. sept. scriptis literis (n) concessit, in Ronia- (n) Ep. niæ partibus anathematis sententia illos 151. solvere posset, qui in clericos violentis in- jectis manibus, scelerum vinculis libera- ri flagitarent: Nisi, inquit, excessus eo- rum fuerint adeo difficiles, & enormes, ut merito sint ad sedem Apostolicam desti- nandi. Sequenti vero die scriptis cum ad universum Constantinopolitanum (o) cle- (o) ib. rum, quem jubet a nuncii imperiis non ep. 153. discedere; tum ad Henricum Imp. cui illum plurimum commendavit (p). At (p) Ep. quomodo Innocentio eo legatum suum 154. a latere miserit, proximo anno dicetur: nunc res Syriacas prosequamur.

in quo Petrus Rex occubuit, confectum
est, historiam recenseamus, insinuandum
videtur a Pontifice, Aragonum Regi con-
siliis perditissimi inscio, datum fuisse iv.
non. jul. diploma, quo promissam ab Ur-
bano II. Aragonum Regi Apostolicam
clientelam nunquam defuturam pollice-
tur, adducitque ejus Pontificis privile-

(g) Inn. l.
16. ep. 29.
LIII.
Petrus
Rex
Montfor-
tio bel-
lum mo-
qua dolo graffabatur. Potentissimo de-
vet.

Utinam Petrus monentem consulen-
temque Innocentium audisset: cum enim
in speciem se Pontifici paritum jaeta-
ret, graviorem belli molem in Montfor-
tum comparabat, ac ferocius qua vi, lum mo-
qua dolo graffabatur. Potentissimo de-
vet.

Utinam Petrus monentem consulen-
temque Innocentium audisset: cum enim
in speciem se Pontifici paritum jaeta-
ret, graviorem belli molem in Montfor-
tum comparabat, ac ferocius qua vi, lum mo-
qua dolo graffabatur. Potentissimo de-
vet.

(b) Par.
hist. Angl.
Murellum
obsidet.

OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

rum (c) ubi Urbanus hæc inter alia: (c) Inn. l.
Te enim, Petrum alterum alloquitur, 16. ep. 88.
tanquam Regem B. Petro devotissimum, & Aragonia
omne tuum regnum in tutelam sedis Apo-
stolice speciali dilectione suscipimus. Con-
stituimus ergo auctoritate apostolica, san-
cientes, ut omnes tui successores regnum
illud de manu nostra, nostrorumque suc-
cessorum accipient, eundem censem, quin-
gentorum scilicet mancuforum repandant,
& se B. Petri Reges ministros, & famu-
los recognoscant, &c. Dat. Placentia per
Joannem S. R. E. diaconum Cardinalem
xvii. Kal. april. ind. iii. anno dominice
incarnationis 1095. Pontificatus domini Ur-
bani secundi Pape octavo.

LII.

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

^(a) ib. ep. 21. Spernenda sonnia.
Eo pro volat Montfortius. Arma ex altari sumit.
LIV. Condit testamen tum.
Precibus obtinet sedari imbre.
LV. Legati Apost. studium pro pace adducenda.
Superbum illi datum a Rege Arag. re sponsu.

procurreret, impigre, exiguae quas habebat, copias corripit: cui jam profecto (a), percussa metu uxori ait tristibus præfigiis horrere animum, quod dormienti ex utroque brachio sanguis magna vi emanare effundique visus esset.

Cui comes: Certe et si somnia ssem bac no[n]te me interficiendum esse in bello, ad quod propero, securius & liberius irem, ut futilitate Hispanorum, & hominum terras huius, qui somnia curant, & auguria, plenius contrarie. Cumque Saverdunum pervenisset, ingressus templum ingenti pietate delibutus, zeloque ardens, gladium, quo præcinctus erat, altari impulso, fususque in preces ait: O bone domine! o Jesu benigne, tu me licet indignum ad tua prælia elegisti, desuper altare tuum hodie arma accipio, ut prælaturus prælia tua a te accipiam iustitiam præliandi.

Moturus Saverduno cum insigni vite discrimini se commissurus esset, vite maculas confessionis sacramento expiat, testamenti tabulas scribit, abbatique Bononæ commendat, ut si in bello caderet summo Pontifici confirmandas deferret; [1] mox acie triplici composita, instruetaque, Murellum tendit. In medio itinere id novum contigit, quod auctor miraculo adscribit. Timebatur ne certo iniquiore loco Altam ripam inter ac Murellum hostes occurrerent, copioso tum præsertim imbre effuso: verum cum Montfortius sacrum templum ingressus, preces numini porrigeret, discussis nubibus cœlum clementius ac serenum enuit, atque ex periculo divina virtute evasit.

In eo rerum discrimine Narbonensis archiepiscopus S. A. L. magnam præsum multitudinem congregari jussérat, ut bellum soperiret: cumque Regem Aragonum sollicitasset, ut in colloquium cum præsulibus descenderet, derisit Rex antisitum preces, adjecta in auxiliares Montfortii copias verborum contumelia: frustra ipsos ob quatuor gregarios milites, quos secum adduxerant, colloquium cum regia majestate depositere: Tolosani vero respondere, sine Aragonum Regem cum iis agere sibi integrum non esse. Feroci hoc responso non deterriti præsules insigni demissionis Christianæ exemplo illius animum emollire sunt aggressi. Communi enim consensu nudis pedibus illum adire decreverunt, ut ab

haereticorum tuenda causa impugnanda que Ecclesia precibus avocarent, præmisereque viros religiosos, qui episcopos hac de causa adventare significarent, quamquam pia eorum industria delusa est.

Captata interim occasione hostes in obsecram arcem irrumperé pertentarunt. Conclamatum itaque est ad arma, atque audacissimi quique cœsi. Cumque frustra præsum preces consumptæ essent, ad decernendum prælio cum Rege Montfortius se comparavit: in quo si invadendi hostis audaciam mirentur alii, cum octingentos equites cum centum millibus conferre meditaretur, prædicent alii bellicam virtutem, qua cœsis viginti circiter millibus octo (b) tantum e suis amisit, plus ego longe pietatem ardenterque ad fundendum pro Christo sanguinem animum suspicio, de quo hæc Vallisarnensis: Cum intraret comes munitionem castri, ut se armaret, & transiret ante basilicam suam, subito introsperit, & vidit Uticensem episcopum celebrantem missam, & dicentem: Dominus vobiscum post evangeliū, ad offerendum statim cucurrit comes Christianissimus, & flexis in terram genibus, & junctis manibus ante episcopum dixit ei: Do & vobis offero unum meum & corpus meum. O devotionis principis! post hæc intrans munitionem armis se munit, rediensque ad episcopum in prænotata basilica denouo obtulit se ei & arma sua. His robur & præsidium divinum promeruit, ut quanvis paucis succinctis copiis, numerosissimos Regis Aragonii comitumque Tolosani, Fuxensis, Convenarum aliorumque procerum exercitus prostraverit; utque tanto miraculo major concilietur fides, Vallisarnensis, qui his interfuit, verba adduimus.

Consuluit comiti miles quidam, ut numerari faceret milites suos, & sciret quot Oelingen essent. Cui comes nobilis: Non est, in tū inviquit, opus, satis sumus ad superandum. Orlingens. de Dei auxilio hostes nostros; omnes autem nostri inter milites & servientes in equis non erat plusquam octingenti, cum hostes centum millia esse crederentur, paucissimos autem & quasi nullos pedites nostri habebant. Insuper & comes nobilis inhibuerat, ne quis pedes egredieretur ad pugnam. Dum igitur comes & milites nostri mutuo loquerentur, & de bello tractarent,

LVI.

Indul gentiae data.

Expiant conficien tiam.

Præsum ardentes preces.

LVIII. *parati

Hostium prima a cies cœta. (a) Par. hist. Angl. sum ait, ut tunc mensæ accumberet, cum erupit Montfortius, cuius facetum hoc dictum afferit: Per exploratores noverat comes Simon, quod Rex Aragonum se paravit (tam securus fuit) ut ad mensam sedederet pransurus; unde comes jocose dixit super hoc certificatus cum exiret: Certe, servians ei de primo ferculo. Unde primus ipse Rex Aragonum gladio transfossus, antequam tres buccellas panis deglutiaret interemptus occubuit; cuius rei historiam ex Vallisarnensi prosequamur: Statim prima acies nostra audacter in hostes insulit, & in ipsos medios se immisit: mox secunda subsequitur, hostes penetrat sicut prima, in quo congressu Rex Aragonensis occupuit & multi Aragonenses cum eo; ipse enim utpote superbissimus in secunda acie se posuerat, cum Reges semper esse soleant in extrema: insuper arma sua mutaverat, armisque se induerat alienis.

Periclitatur Mont fortius.

rent, ecce archiepiscopus Tolosanus advenit habens mitram in capite, in manibus vero virificæ lignum crucis; mox nostri cœperunt descendere de equis & singuli crucem adorare: episcopas autem Convenarum vir miræ sanctitatis videns, quod in ista adoratione crucis nimia fieret mora, arripiens de manu Tolosani episcopi lignum crucis ascendens in locum eminentiorem, signavit eos, dicens: Ite in nomine Jesu Christi, & ego vobis testis sum, & in die judicij fidejussor existo, quia qui cœntum in isto glorioso occubuerit bello, absque ulla purgatorii pena æternæ premia & martyrum gloriam consequetur, dummodo confessus sit & contritus, vel saltē firmum habeat propositum, quod statim peracto bello super peccatis, de quibus nondum fecit confessionem, ostendet se sacerdoti. Quia promissione ad instantiam nostrorum militum repetita sèpius & multo ab episcopis confirmata, statim nostri per cordis contritionem & oris confessio n:m, mundati a peccatis, donantes sibi met ipsi, si quis adversus aliquem querelam hiberet, egrediuntur de castro, & tribus aciebus dispositis, in nomine Trinitatis contra hostes intrepidi procedebant; episcopi autem & clerici intraverunt ecclesiam deprecaturi Dominum pro servis suis, qui se pro ejus nomine morte exponebant immimenti, sic orantes & clamantes in cœlum, quod ululantes dici potius deberent, quam orantes.

Iabant igitur milites Christi gaudentes ad locum certaminis, * pro ejus nomine non solum contumeliam, sed & mortem pati, qui egressi de castro in campi planicie juxta castrum viderunt hostes paratos ad pugnam quasi totum mundum. Verum Paris. (a) Regem Aragonum adeo sibi præfili. hist. Angl. sum ait, ut tunc mensæ accumberet, cum erupit Montfortius, cuius facetum hoc dictum afferit: Per exploratores noverat comes Simon, quod Rex Aragonum se paravit (tam securus fuit) ut ad mensam sedederet pransurus; unde comes jocose dixit super hoc certificatus cum exiret: Certe, servians ei de primo ferculo. Unde primus ipse Rex Aragonum gladio transfossus, antequam tres buccellas panis deglutiaret interemptus occubuit; cuius rei historiam ex Vallisarnensi prosequamur: Statim prima acies nostra audacter in hostes insulit, & in ipsos medios se immisit: mox secunda subsequitur, hostes penetrat sicut prima, in quo congressu Rex Aragonensis occupuit & multi Aragonenses cum eo; ipse enim utpote superbissimus in secunda acie se posuerat, cum Reges semper esse soleant in extrema: insuper arma sua mutaverat, armisque se induerat alienis.

Pergit de Montfortio dicere, ut insinistrum hostilis exercitus cornu irruerit, quanta subierit discrimina, quam-

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

que egregia facinora in penetrantis eli dendisque hostibus explicuerit, ac tum maxime, cum ab hoste in capite percussus pugnum ita valide illius mento illis, ut equo dejicerit; quo viso infinita hostium multitudo perculta in fugam fœtus effudit: Quod videntes nostri, illi vide fugat.

Hostes

Parcit fugientibus.

LIX.

Viginti millia host. pe riere.

Montf.

dat equ.

Virtuti bellicæ non con-

traria.

(b) Rig.

Phil.

in gest.

LX.

NOTÆ [1] Ad illa verba: Summo pontifici confirmandas deferret, hæc accedunt in Annalibus contraria. His addit Guillelmus de Podio Laurentii Montfortium, cum ab eodem abbate deodoriretur, respondisse non timendum, qui in Dei ecclesiam adultera unius amore conjugasset & interceptasque ejusdem literas protulisse, quibus rex prænobili conjugata Tholosana scribepat inter alia verborum lenocinia se illius amore captum ad Gallos depellendos venisse: quas literas, ut testes impietas Petri regis Montfortius secum deferebat in prælio. MANSI

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax boni in omnibus, qui sanctam Ecclesiam bona dili-

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

Præfulum diligunt voluntate. Deus fortis & potens, lit. de re. Deus potens in prælio. Quinta feria importata octavas nativitatis B. Mariæ Virginiæ, sanctæ concessit Ecclesiæ, devictis miraculose inimicis fidei Christianæ, victoria. viatoriam gloriosam, & triumphum gloriosum in hunc modum. Post correptionem affectuissimam, zelo paternæ pietatis a summo Pontifice diligentissime Regi factam Aragonensi, inhibitionemque distictissimam, ne inimicis fidei præstaret auxilium, consilium, vel favorem, sed ab eiusdem recederet indilate, & treguas haberet firmissimas cum comite Montisfortis: quibusdam etiam literis, quas ejusdem Regis nuncius per falsissimam suggestionem contra comitem Montisfortis impetrarat de terris reddendis comitibus Fuxensi, Convenarum & Gastoni de Bearn, post veritatis cognitionem, cassatis a domino Papa, & tanquam nullius valoris penitus revocatis: idem Rex correctionem patris sanctissimi non devotione recepit filiali, sed transit contra mandatum Apostolicum superbe recalcitrans, quasi cor habens durus induratum, licet venerabiles patres Narbonensis archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus, & Tolosanus episcopus sibi literas & mandatum summi Pontificis transmisissent, mala quæ pridem conceperat, voluit postmodum parturire: quia in terram, quæ per virtutem Dei auxilio signatorum contra hereticos & eorum defensores fuerat acquista, intravit cum exercitu, eamque contra mandatum Apostolicum subjugare, ac prædictis inimicis reddere attentavit, parte ejus tum sibi aliquantulum subjugata: cum pars multa residui ob ipsius securitatem apostatare intenderet, & se ad apostatandum jam pararet, congregatis insimul comitibus Tolosæ, Fuxi & Convenarum & Tolosanorum exercitu magno valde, feria tertia post nativitatem B. Marie Murelli castrum obedit. Et pluribus interjectis verbis:

Christi milites reverendi, ligni dominici signaculo cum insigniis pontificalibus confignati, in nomine sanctæ Trinitatis tribus aciebus dispositis exierunt. Hostes vero e contrario multas habentes aces, & magnas, suis jam muniti armis tentoria sunt egressi. Quos licet multos milites & populum multum nimis clientes Christi de ipsius auxilio confidentes, & licet illorum respectu paucissimi magnam multitudinem non verentes armati ex alto viriliter sunt aggressi. Statim virtus altissimi per manus servorum suorum hostes suos confregit, & comminuit in momento: terga enim vertentes in fugam facti sunt, tanquam pulvis ante faciem venti, & angelus Domini persequens eos erat: hi turpiter fugientes, hi turpi fuga mortis periculum evaserunt, alii vitantes gladios aquæ periculo perierunt;

quam plures vero fuerunt in ore gladii devorati. De illustri Rege Arragonensi, qui cum interfectis occubuit, plurimum est dolendum, quia princeps tam potens, & nobilis, qui si vellet, posset & deberet Ecclesiæ sanctæ utilis multum esse, nunc Christi adjunctus hostibus, Christi amicos, & sanctam Ecclesiam improbe perturbabat. Et infra: *Præscripta omnia, sicut quæ vidimus & audivimus, esse verissima, in verbo Dei perhibemus, consignantes ea nostrorum munimine signorum, utpote reservatri dignæ in memoriam semipiternam. Datum Mirelli, in crastino viatoriae gloriosæ, scilicet sexta feria, intra octavas nativitatis B. Mariæ anno Domini 1213.*

Suspiciat hic lector insigne divinæ prævidentiae miraculum, quæ suos tuerit, atque in eos asperius animadvertisit, qui cum antea ipsius obsequio essent additissimi, insigni postea perfidia desciverunt. Petrus enim Rex, qui cum paucis copiis sèpius crucis hostes etiam anno Divina justitia in præterito cum Castellæ & Navarræ Regibus ad ducenta prope millia trucidarat, nunc cum potentissimo exercitu, soendum impiis sese adjungit primo crucisgnatorum paucorum impetu obtritus est; cuius corpus diu insepultum jacuit, cum anathemate contracto obiisset, ut ejus foror Constantia Augusta (fuerat illa mortuo primo viro Rege Ungariæ, Friderico tum Regi Siciliæ an. Christi MCCIX. matrimonio juncta) queritur: *Constantia Dei gratia Imperatrix semper Augusta, & Regina Siciliæ, Urgellensi episcopo dedito suo salutem, & dilectionem. Super (a) (a) Exst. fratris nostri Regis Aragonum, qui tantus erat, casum miserabilem, & causam eod. b. tristitiae multiformem eo magis angimur, & moveamur, quo cum toto tempore vita Aug. sue miles Ecclesiae fuerit, & pro fide belator extiterit, limen, & terminus in quo Urgell. stabat furor ille, ac impetus immanum flebiles barbarorum, cum Apostolicæ sanctitatis fuerit filius specialis, peccatis exigentibus, in ultimis suis inventus est alius, ut ejus videatur demeruisse clementiam, multis suis laboribus in longo studio jam quæstam. Narrare vobis non expedit singula, quæ novissis, & qui nostrorum vulnerum estis participes, & dolorum, ea affectione purissima, qua Regem ipsum, & regnum, ac nos, & domum regiam dilexistis. Nos quidem propter locorum distantiam diu ignoravimus causas illos, qui propter regni nostri causas urgentissimas celabantur, ubi tandem nobis super iis indignantibus detecti, statim misimus ad dominum Papam per F. de Gajeta regium familiarem, devotum, ac fidelem nostrum, preces humiles, & devotas; responsum, & eventum negotii ignoravimus. Quoniam igitur ad concilium audivimus vos esse ven-*

LXII.

(z) Sur. I.
1. c. 63.

LXIII.

Petr. Vall. b. Al. big. c. Robert. Corceon. A. S. L.

(b) Vall. b. Al. big. c. Robert. Corceon. A. S. L.

(c) Petr. Val. b. Al. big. c. 74. 75. Monfortii facinora alia.

(d)

(e)

(f)

(g)

(h)

(i)

(j)

(k)

(l)

(m)

(n)

(o)

(p)

(q)

(r)

(s)

(t)

(u)

(v)

(w)

(x)

(y)

(z)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

(tt)

(uu)

(vv)

(ww)

(xx)

(yy)

(zz)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

(tt)

(uu)

(vv)

(ww)

(xx)

(yy)

(zz)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

(tt)

(uu)

(vv)

(ww)

(xx)

(yy)

(zz)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

(tt)

(uu)

(vv)

(ww)

(xx)

(yy)

(zz)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

(tt)

(uu)

(vv)

(ww)

(xx)

(yy)

(zz)

(aa)

(bb)

(cc)

(dd)

(ee)

(ff)

(gg)

(hh)

(ii)

(jj)

(kk)

(ll)

(mm)

(nn)

(oo)

(pp)

(qq)

(rr)

(ss)

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

S. Joannis venerabilis Aurelianensis episcopus induit se pontificalibus indumentis, celebratur in papilione quodam missa solemnitatem. Convenerunt autem tam clerici, quam milites ad audiendam missam. Astante igitur episcopo ante altare & missam celebrante, apprehendens comes Almaricum primogenitum suum per dexteram, & comitissi per sinistram accesserunt ad altare, & obtulerunt illum Domino, rogantes episcopum, ut faceret eum militem ad servitium Iesu Christi. Quid plura? statim Aurelianensis, & Antissiodorensis episcopi flexis genibus ante altare, cinxerunt puerum cingulo militari, incipientes cum devotione maxima: *Veni creator Spiritus.* Ac ne frustra Almaricus pro Christo arma capessivisse videretur, irruptione in Valconiam cum patre facta, pluribus locis ad deditioinem compulsis vel deletis paternae virtutis æmulum se probavit. Hactenus de Albigenium rebus: jam cætera ad Gallias spectantia prosequamur.

LXVII.
(a) Inn. l.
16. ep.
29.
(b) Lib.
15. ep.
200.

(c) Ib. ep.
213.
Prædica-
ta crux
in Sarra-
cenos.
(d) Lib.
36. ep. 3.

(e) Ib. ep.
15.

LXVIII.

Innocentius hoc anno dato ad Atrébatensem, Morinensem, (a) & Tornacensem episcopos Apostolico diplomate (b) decrevit, eos qui nec tonsura, nec habitu, nec probis moribus se clericos ostenderent, si semel, iterumque ac tertio admoniti non respiserent, fidelium communione arcerentur. Ad Narbonensem archiepiscopum (c) Apostolice sedis legatum scripsit, milites Christianos, fusis hæreticis, ad propulsandos Sarracenos, qui in nostros expeditionem parabant, ratione sua hortaretur atque impelleret. Rhemensi archiepiscopo (d) ejusque suffraganeis mandat, nefaria horrendaque juramenta in Francorum regno concipi solita e medio tolli studebant, eorumque consuetudinem & usum penitus aboleri. Pictaviensis episcopi, qui in diœcesi sua Papam se esse jactabat, & S. Radegundi priorem Apostolice sedis legatum continebat, gravissimeque exagitabat, insolentiam coeret (e).

Neque silentio dissimulanda est epistola ab eo Senonensi archiepiscopo missa, quæ cum de sacrosancte Eucharistiæ sacramento rem mirifice & divinitus gestam referat, opportune videtur adducenda.

Archiepiscopo Senonensi.

Operante (f) illo, qui semper suam fœcundat Ecclesiæ nova prole, dilectum filium N. latorem præsentium, qui ad nos de partibus tuis Judæus accesserat, ad te remittimus Christianum: cuius conversionis modum, & ordinem, quia deleffat Dei magnalia enarrare, præsenti paginæ, secundum quod accepimus ab eodem, duximus inferendum. Nuper igitur in domo patris ejusdem habitabat quædam mulier Christiana, quæ a catholica fide adeo fu-

cta fuit, Judæis seduentibus, aliena, ut constanter affereret, erroris Judaici tenebris obvoluta, quod Christus sibi nec prodesse poterat, nec obesse, ac tantum valere panem de cuiuslibet mensa sumptum, Apostata quantum Christianorum hostiam, quæ sumitur in altari. Hæc pœnam incurere facinus. metuens, si fidem Christi publice abnegaret, in festo resurrectionis Dominicæ tunc instantis, ad ecclesiam cum Christianis accessit, & acceptam Eucharistiam, ac reservatam in ore, in manu patris prædicti N.. qui tunc Isaac vocabatur, prœtiens, in hac verba prorupit: *Ecce salvator meus, ut afferunt Christiani; qui cum in quadam pixide vacua, quæ habebat in arca, reponere vellet illam, idem quodam ad ostium suum vocante, formidans, ne inveniretur casu fortuito apud ipsum, in alia pixide in qua erant septem librae Parisien ipsa nescienter, præ festinatione deposita, pulsanti ostium reseravit. Et cum expeditus ab eo rediisset ad arcum, & in pixide vacua, in qua se dictam hostiam posuisse credebat, non inveniret eandem, inspecta reliqua, in qua pecuniam posuerat antedictam, eum non utique denariis, sed bystis plenam vidit.*

Amicos igitur stupefactus, & trepidus convocabat, & eis revelans per ordinem supradicta, cœpit in eorum præsentia hostias vertere sum festuca, ut illam quam viderat aliquantulum humefactam, cum tradita sibi fuit, ab aliis segregaret, sperans denarios ad naturam redire propriam bac amota. Quo eam discernere ab aliis non valente, circumstantes magnitudinem divini miraculi advertentes, deliberaverunt ad fidem accedere Christianum; sed aliis cum Abrahæ pueris expectantibus, idem N.. nobili viro... regio marescallo uxorem suam, filiosque commendans, & rogans eumdem, ut eos omnes faceret baptizari, ad nostram duxit præsentiam accedendum: quem post multas collationes, super lege, ac prophetis habitas cum eodem, venerabilis frater noster Tusculanus episcopus diligenter instructum in fide catholica baptizavit. Cum igitur hujus nova plantatio, non solum rore doctrine riganda sit, sed etiam temporalibus beneficiis nutrienda, ut ei Dominus tribuat incrementum, fraternitati tua per apostolica scripta mandamus, quatenus ei, ac familiæ sua ad fidem Christianam conversæ taliter facias in vita necessariis provideri, quod pro defectu temporalium retro aspicere non cogantur, vel propter hoc ad fidem Apostolicam denuo laborare; inquisitorus super præmisso miraculo plenius veritatem, & eam nobis fideliter rescripturus, &c. Dat. Lat. vi. id. junii.

Suspexit hoc anno Gallia, eximia des-

LXX.

pi-

piciendarum humanarum rerum exempla, in Sylvanectensi & Meldensi episcopis, qui spretis opibus atque honoribus, quibus affluebant, religiosæ vitæ se addixerunt, quorum primum Gaufridum gesto annis triginta episcopatu, cum se imparem muneri obeundo ob ætatis incommoda censeret, Cisterciensibus aggregatum esse ait Rigordus (a); alterum vero ejusdem nominis ob singulare in macerando jejuniis corpore, ac rebus cœlestibus contemplandis studium his verbis commendat: *Gaufridus vir sanctissimus Meldenensis episcopus, episcopatui similiter renuntians, in monasterio sancti Victoris Parisis divine contemplationi se arctius manscipavit, qui inter alia sanctitatis opera, quibus viriliter insisterebat, abstinentiam admirabilem & cunctis inauditam sæculis observabat: omni anno in quadragesima, & in adventu Domini ter tantum in septimana cibum, potum vero nunquam sumere consuevit: in altis vero temporibus comedebat & bibebat, sed raro, & talia, quæ sua amaritudine, & insipiditate vix aliquis hominum dignaretur gustare.*

LXXI.
S. Stephani episc. Diensis
mors.
(b) Apud Sur. to. 5.
die 7.
sept. c. 24.
15.

LXXII.
Admiranda Gaufridi episc. Meld. ab-
scentia. Nummi
præiente Eucha-
ristia divi-
nitatis mu-
tati.

LXXIII.
Illustratæ quoque hoc anno Galliae felici ad Deum transitu Stephani sanctissimi episcopi Diensis, in vita ac post obitum miraculisi clarissimi, cuius supra minimum (b). Illum vero dum morbo implicitus esset, alienos morbos curasse magno pietatis exemplo, ut beneficium quod sibi negabat, aliis conferret, traxit vita auctor, e quo hæc digna memoria delibamus: Imminente autem vita hujus termino, quo Dominus eum a labore ad requiem perduxit, in morbum incidit, & extrema gaudii Diensis ecclesia luctus occupavit. Videres tum ecclesia sue filios curstantes cum multis & religiosis & popularibus, humanitatis studio ei sua officia exhibentes, sui quisque profectus gratiam promereri cupientes circa frequens ministerium sollicitos, pharmaca comparantes & fomenta: sed servo Dei nibil horum curæ erat, quippe qui sciret adesse migrationis tempus. Urgentibus autem ecclæsiæ suæ filiis, ut testamentum faceret: Non est, inquit, necesse, cum omnia sint sponsæ meæ, quam gubernandam suscepit. Benedictionem & confilium petontibus non negabat: de mutua charitate & concordia omnes pariter admonebat. Porro quædam agrota mulier, quæ nulla medicorum arte poterat curari, ut audivit virum Dei decubere, pro recuperanda salute ejus benedictionem summopere expetiit; tandem ad illum intronissa benedicitur, & sanata recessit. Ita ille vir sanctus, cuius memoria in benedictione est, dum corporis adversa valetudine contabescit, aliis sanitatem impetrat. Vides autem adesse supremum vitæ diem confitetur peccata sua,

LXXIV.
Morituru alienos morbos curat. Commen-
datur ab Innoc. Senonensi archiep.
Sacramentis se reredit. Ita ille vir sanctus, cuius mem-
oria in benedictione est, dum corporis adversa valetudine contabescit, aliis sa-
nitatem impetrat. Vides autem adesse sup-
remum vitæ diem confitetur peccata sua,

LXXV.
Ann. Eccl. Tom. XX.

LXXVI.
petit ecclesiastica sibi porrigi sacramenta, cunctisque rite utque ordine confessis, inter verba orationis migrat ad Dominum septembri die septimo, anno salutis millesimo ducentesimo tertiodicimo, ætatis sue quinquagesimo octavo, episcopatus sexto. Conditus est in ecclesia beatissime Mariae sponsæ sue, quemadmodum ipse jusserrat.

LXXVII.
Mariae Oigna-
cen. ob-
itus.

LXXVIII.
(c) Jacob. de Vit. in praefat. &
c. 12.
(d) Id. 1.
mo tertiodicimo, nono kal. juli, pridie 2. c. 13.
apud nativitatis S. Joannis Baptiste die Domini-
nico sub horam nonam, pretiosa Christi Sur. tom.
margarita, Maria Oignacensis sine de 3. die 23.
Oegnies annum circiter trigesimum sextum jun.
ætatis sue, ad Regis sempiterni palatum introducta est. Ex quibus corrigendus vi-
detur apud Molanum (e) error, ubi eam anno millesimo ducentesimo tertio diem obiisse legitur, denarius enim numerus per typographi incuriam, ut par est cre-
dere, excidit. Ut vero prænuntiarit obi-
tum, idem Cardinalis prodit (f): *Eo an-
no quo migravit ad Dominum, cum ex of-
ficio mihi a Pontificis maximi legato de-
mandato, ad prædicandum, & crucisignan-
dos, quibus Dominus eam mentem adspi-
raret, contra hæreticos me compararem,
illa ex me scisitabatur, quando redire Illius di-
crevissim; me autem respondente, Lon-
gas me moras facturum, illa dixit, licet
prævisus.*

LXXIX.
(g) Jac. de Vitro. l. 2.
c. 10.
ss. Belg. cod. die.

LXXX.
Ep. 85.

LXXXI.
Inculta erat, quando essem redditurus, in Vitriaco faciendo testamento properabat: quo me scribit heredem, heredem.

LXXXII.
Ecclesia desiderio flagrasse; ut ex di-
vini amoris impetu interdum nullas alias voces fingere posset, quam ingeminare preces, ut augustissimum sacramentum fibi præberetur: coque porrecto tantis de-
litibus coelestibus delibutam, ut plures heb-
domadas jejuna traduceret: *Aliquando apud Sur. tom. 3. l. c. 9.*

CHRISTI
1213.

16.

INNOCENTII III. PAP.

OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

16.

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

sermonem, nisi bunc solum: *Volo corpus Domini nostri Iesu Christi: quo percepto rurus cum Domino in silentio permanebat: illis vero diebus sentiebat spiritum suum tanquam a corpore separatum, sic esse in corpore ac si in luteo jaceret vase, & ipso suo corpore tanquam luteo vestimento circumdari, ita ergo a rebus sensibilibus abstracta, & supra se in quandam cestam rapta, tandem post belldomas quinque ad se reverteris aperielat os suum, & mirantibus illis qui aderant, loquebatur, cibumque sumebat.*

LXXXIII. Hoc ipso anno magni bellici motus inter Philippum Francorum & Joannem Angliae Reges excitati, qui, resipiscente tandem Joanne, Innocentii Romani Pontificis jussu sedati fuere. De his dicturi, audiamus in primis, que Matthaeus Parisius hujus anni initio historie tradidit: *Galfridus Eboracensis archiepiscopus postquam per septennium pro libertate ecclesiae, & executione justitiae exilium passus est, diem clausi extremum. Eodem anno mense januario redierunt a curia Romana Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, Willielmus Londoniensis, & Eliensis episcopi, & habito in partibus transmarinis concilio, regi Francorum & episcopis Gallicanis cum clero pariter & populo sententiam, que in Regem Anglorum Romae pro contumacia lata fuerat, solemniter promulgarunt; deinde ex parte domini Papae tam regi Francorum, quam ceteris universis in remissionem suorum peccaminum injunxerunt, ut omnes pariter ad Angliam hostiliter accedentes, Joannem Regem a regni solo deponerent, & alium qui dignus esset, auctoritate Apostolica subrogarent. Tunc Rex Francorum * diu desideratam intelligens accinxit se ad pugnam. De expeditione ab eo confecta dicere pergit. His quoque de rebus agens Rigordus ista scriptis mandavit: *Causa que Philippum regem magnum moverat ad hoc, ut vellet in Angliam transfretare, fuit ut episcopos, qui diu a sedibus suis ejecli in regno suo exulabant, suis ecclesiis restitueret, ut divinum servitum, quod jam per septennium in tota Anglia cessaverat, faceret renovari, & ut ipsum regem Joannem, qui nepotem suum Arturum occiderat, qui & plurimos parvulos obfides suspenderat, & fla-**

Sententia in Angl. Regem promulgatur in Galliis. Phil. A. post. sedis jussu in Jo. bellum mover.

* horam. Causa ob quas illud suscep- perit.

gitia innumerabilis perpetraverat, vel per nos condigne subiiceret, vel a regno prorsus expellens, secundum agnominis sui interpretationem omnino efficeret sine terra. At ipse Joannes Rex haec omnia metuens, dum predicta agerentur, composuit cum clero, missis nunciis ad summum Pontificem, qui Pandulphum subdiaconum suum in Angliam mittens pacem inter Regem & clerum, ut potuit, reformatum. Quae quidem compositio quantum ad restitutionem possessionum ecclesiae & cleri valuit; sed quantum ad ablitorum restorationem, nullatenus est servata, licet ipse juramento se restringeret ad utrumque. Haec tenus auctor; extant in hujus anni regesto plures de rebus Anglicanis Innocentii literae, quibus in primis Stephanum S. R. E. Cardinalem ceterosque episcopos exiles erigit, (a) seque ipsas restituendis suis sedibus incubiturn pollicetur ac significat, (b) idque se utrique literarum exemplum mittere, quas nunciis componebant pacis gratia tradiderat, de quo postea. [1]

Quod pertinet ad Joannis Regis numeros, quorum meminit Rigordus; fure, ut Innocentius in literis ad Joannem hoc anno 1111. Kal. mart. datis indicat, (b) abbas e Belloloco & frater A... (b) b. q. Marcellus atque alii quatuor, qui literas Regis ad Pontificem pertulere, quibus ratum se habiturum pollicebatur, quidquid in Cantuariensis ecclesiae negotio apud sedem Apostolicam egissent: *Quia tamen ex iis, subdit Pontifex, non nisi tres ad nostram pervenire presentiam, ii sine aliis nihil facere poterant, secundum earumdem continentiam literarum. Præterea non agitur tantum de negocio Cantuariensis ecclesiae, sed de totius ecclesiae Anglicane, quam impie persequendo niteris ancillare, propter quod anthematis vinculo meruisti innodiri. II vero tres nunci nobis ad ultimum obtulerunt, quod secundum illam formam satisfacere promittebas, quam per dilectos filios P... subdiaconum, & fratrem D... familiares nostros tibi curavimus destinare. Verum cum per te steterit, quo minus secundum eandem formam pax fuerit reformata, & postea pejora prioribus attentaveris, nos ad eam, quæ pro maiori parte gratiam continebat, minime jam te-*

Ut se cum iis gererit Pont.

(b) Ext. in reg. Inn. l. 16. n. 80.

LXXV.
Liter.
Joan.
Reg.
Angl.Police-
tur te
jussis
Pontifi-
ciis pari-
tutum.

NOTÆ [1] **C**oncilium hoc anno in partibus cismarinis ab episcopis nonnullis Anglicanis una cum Gallis celebratum ex Parisiis notat hic Raynaldus; sed quo mense & die, & ubi locorum habitum illud fuerit, nec Parisius docet, nec alias unquam investigavit. Mihi vero fatus persuaderetur hue spectare illud authoris anonymi chronici Turonensis ad hunc annum. Ita enim ille: *vii. id. aprilis Philippus rex Francorum convocata apud Sassenonis multitudine Procerum regni sui habuit cum eis secretum consilium de exercitu ducendo in Angliam. Hic forte locus concilii fuit; facile enim eo cum Gallis episcopis Anglicani pariter convenerunt, ut de rebus Anglicis cum Rege Francorum deliberarent. Quæ si vera fuerint anno huic concilium Sassenense assignandum erit. MANSI*

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

tenemur, cum ipsa gratia reddideris te indignum. Ut autem vincamus in bono malum, & omnem tibi excusationem materiam auferamus, abduc eam parati sumus servare; si usque ad kalendas junii proxime venturas, per juramenta quatuor baronum tuorum jurantium te praesente, ac mandante in animam tuam, & per patentes tuas literas reprobaveris, quod eam fideliter, & efficaciter adimplabis, secundum expositiones & explanaciones, quas ad omnis dubitationis scrupulum removendum duximus adhibendas, & infra eundem terminum hoc totum significaveris pertuas patentes literas venerabili fratri nostro Stephano Cantuariensi archiepiscop. & qui cum eo sunt, episcopis suis: alioquin ejus exemplo, qui populum suum de servitate Pharonis in manu valida liberavi, Anglicanam ecclesiam in forti brachio de servitate tua studebimus liberare: praedientes nunc tibi veraciter, & constanter, quod si pacem recipere, cum vales, non vis, cum volueris, non valebis, eritque inutilis penitentia post ruinam, sicut per eorum exempla potes cognoscere, qui dibus istis similia presumperunt. Postremis verbis Pontifex ad Othonem alludens, visus est, a quo magna jam principum Imperii pars ob perfidiam pervicaciamque adversus Rom. Ecclesiam defecrat. Subdit Innocentius se concordie formam quam nunciis dedisset, Apostolicis literis inclusum ad ipsum transmittere. Praeternitimus has leges, ut in regesto pontificio jacent, adducere, cum lector jam typis casus consulere possit, ex quo in Joannis regio diplomate, quo ad eas religiosissime servandas sacramento se obstrinxit, continantur, tum in literis (a) Pandulpho subdiacono, cui Durando viro religioso in legatione collega adjuncto dissolvendarum censurarum ac Regis in Ecclesiae gratiam restituendi provinciam contulerat, repetantur, quarum præcipue ex sunt, ut Rex in primis coram se jurejurando devinciret Pontificis imperiis paritum, prælatos exiles suis sedibus ac bonis restitutum iri, quibus jussis aliquique sibi injunctis, ut demissione Christiana Anglorum Rex obtemperatum se sponderit, ex ipsius publico edicto (b) patebit.

Joannes Dei gratia Rex Anglie, dominus Hyberniae, dux Normanniae, & Aquitaniae, comes Andeg. omnibus presentes literas inspecturis salutem.

Per his patentes literas sigillo nostro munitas volumus esse notum, quod nobis præsentibus & mandantibus in nostri quatuor barones, scilicet Vv. comes Sar. frater noster R. comes Bononiensis. Vv. comes Vvaren. Vv. comes de Ferrar. juraverunt in animam nostram, quod nos suprascriptam pacis formam bona fide curabimus per o-

mnia observare. In primis itaque solempter, & absolute jurabimus stare mandatis domini Papæ, coram ejus legato, vel delegato super omnibus, pro quibus excommunicati sumus ab ipso, & veram pacem, ac plenam securitatem præstabimus venerabilibus viris Stephano Cantuariensi archiepiscopo, Vv. Londoniensi, G... Eliensi, E... Erfordiensi, I... Batomensi, & H... Lincolniensi episcopis: priori quoque ac monachis Cantuariensis, & Roberto filio Gualteri, ac Eustachio de Vesce, necnon ceteris clericis ac laicis hoc negotium contingentibus, præstando simul coram eodem legato, vel subdelegato publice juramentum, quod ipsos cum suis nec lœdemus, nec lœdi faciemus, vel permittemus, in personis, vel rebus, eisque dimittimus omnem indignationem, & in gratiam nostram recipiemus eosdem, ac tenebimus bona fide. Quidque præfatos archiepiscopum, & episcopos non impediemus, nec faciemus, aut permittemus aliquatenus Ecclesiæ nos impedire, quo minus suum libere ipsi exequuntur officium, & plena suæ jurisdictione restitutur.

Etsi forte, quod Deus avertat, per LXXVI. nos ipsos, vel alios contravenerimus; ipsi pro Ecclesiæ contra violatores pacis, & securitatis mandatis Apostolicis inhærebunt, nosque perpetuo vacantium ecclesiarum custodiā amittamus. Quod si forte nequivimus eos ad hanc ultimam juramenti partem inducere, violaret quod se per nos ipsos, vel alios contravenerimus, ipsi pro Ecclesiæ contra violatores securitatis, & pacis, mandatis Apostolicis inhærebunt. Nos propter hoc domino Papæ ac Ecclesiæ Romanae per nostras patentes literas obligavimus omne ius patronatus, quod habemus in Ecclesiæ Anglicanis, & omnes literas, quæ pro securitate prædictorum sunt exhibenda præfatis archiepiscopo, & episcopis, ante suum ingressum in Angliam transmittemus. Si vero nobis placuerit, præfati archiepiscopii, & episcopi præstabunt, salvo honore Dei & Ecclesiæ, jura oriam & literatoriam cautionem, quod ipsi nec per se, nec per alios contra personam, vel coronam nostram aliquid attentabunt, nobis predictam eis securitatem, & pacem servantibus illibatam.

De ablatis autem plenam restitutionem, LXXVII. & de damnis recompensationem sufficientem Ablata omnibus impendemus, tam clericis omnibus cuique redditum quam laicis universis, ad hoc negotium per-

CHRISTY
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. S.
HENRICI IMP. 8.

pertinentibus, non solum verum, sed etiam libertatum, & restitutas conservabimus libertates, archiepiscopo quidem, & episcopo Lincolensi a tempore suæ confirmatio- nis: aliis autem a tempore discordia in- echoatae. Nec obstat aliquia pactio, vel promissio, seu concessio, quo minus & da- mna recompensentur, & restituantur abla- ta, tam vivorum, quam etiam mortuorum. Nec de iis aliquid retinebimus prætextu servitii, quod debuerit nobis impendi, sed postea debita nobis pro servitio recompen- satio tribuetur, statimque omnes, quos detinemus clericos, faciemus absolute dimit- zi, & restitui propriæ libertati, & etiam laicos, qui occasione hujus negotii detinen- tur. Incontinenti quoque post adventum illius, qui nos debet absolvere, faciemus de parte restitutionis ablatorum, octo mil- lia librarum legalium sterlingorum pro per- solvendis debitibus, & faciendis expensis mun- ciis prædictorum archiepiscopi, & episco- porum, ac monachorum Cantuariensem as- signari, sine impedimento quolibet, per po- testatem nostram, ad eos libere deferenda; ut expediti revertantur in Angliam, ho- norifice revocati, &c. anno regni nostri quartodecimo.

LXXVIII. Verbis facta consensere: Matthæus enim Parisius hæc ad posteritatem scriptis transmisit: (a) Rebus, ut jam dictum est, expeditis, convenerunt iterum Rex Anglorum, & Pandulphus, cum proceribus regni, apud domum militum templi juxta Doveram, decimoquinto die maii in vigilia S. dominice Ascensionis: ubi idem Rex, juxta quod Romæ fuerat sententia- rum, consignavit coronam suam, cum regnis Anglie & Hyberniae in manus domini Papæ, cuius tunc vices gerebat Pandulphus memoratus; facta autem resignatione, de- dit Papæ & ejus successoribus regna præ- dicta, quæ & charta subscripta confirma- vit; hæc auctor; qui alio loco ait Jo- annem frementem ira & desperatione, cum Anglos in se concitatos, fulminan- tem Pontificem, Galliarum Regem An- glie cum florentissima classe imminentem, atque in Regem ab ipsis Anglis proce- ribus & ecclesiasticis expetitum videret, Miramamolinum Marrochi, Africæ & partis Hispaniae Regem solicitasse, ut in Angliam auxilio veniret, pollicitumque se illum supremum Angliae dominum agnitorum; barbarum vero demissum illius animum, ac promissa contempnisse: demum omni spe deturbatum ad fletendum o- mnium acerrimum hostem Innocentium vertisse consilia, regnumque illi stipen- diarium ea lege obtulisse, ut hostes, quos in se propositis indulgentiarum præmis- efferarat, intentato anathematis terrore comprimeret. Verum Parisium mendacia ad lacerandos Romanos Pontifices subor- nare solitus ex insito odio hæc fixisse

Calumnia
Parisii.

non exigua suspicio esse videtur, nec enim aliae leges Joanni a Pontifice dictæ ad assequendam Ecclesiæ gratiam, quam ut exiles antistites revocaret & damna illis illata sarciret, & cetera quæ pver- terat, in pristinam libertatem restitueret: nec illa gravis & odii plena transfun- dendi in Pontificem regni conditio adje- cta est. Id ergo præstis ex ingenti pie- tatis sensu aliorum Regum exemplo, quo refelli- erat delibutus, putandum est, ut ipse te- statur: vel etiam ex humana prudentia, ut cum in Apostolicam clientelam suscep- tus esset, Galliarum Regis imperus, quibus sustinendis impar erat, retardar- ret, eluderetque, cum sine pontificia o- pe sceptrum retinere non posset. Ceterum in facti ratione exploranda nullius auctoritas major videtur, quam vel Innocentii, (b) qui eam rem Spiritus S. in- stinctui, ut infra videbimus, tribuit; vel (b) Inn. lib. 16. q. 83.

LXXXIX.
Joan.
Rom.
Eccl. fi-
pendati-
us fit.
Publice
de ea re
eius lite-
ræ.

Universitatæ vestræ per hanc chartam nostram sigillo nostro munitam volumus esse notum, quod cum Deum, & matrem nostram sanctam Ecclesiæ offenderimus in muliis, & proinde divina misericordia plurimum indigere noscamur; nec quid di- gne offerre possimus pro satisfactione Deo & Ecclesiæ debita facienda, nisi nos ip- sos habeamus, & regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliavit usque ad mortem, gratia sancti Spiritus inspirante, non vi inducti, nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate, ac communi consilio baronum nostrorum offerimus, & libere con- cedimus Deo, & SS. Apostolis ejus Pe- tro, & Paulo, & sanctæ Rom. Ecclesiæ matris nostræ, ac domino nostro Papæ In- nocentio, ejusque catholicis successoribus, totum Regnum Angliae, & totum regnum Hyberniae cum omni jure, & pertinentiis suis pro remissione peccatorum nostrorum, & totius generis nostri, tam pro vivis, quam defunctis: & amodo illa a Deo, & Ecclesiæ Rom. tanquam feudatarius re- cipientes & tenentes, in præsentia pruden- tis viri Pandulphi domini Papæ subdiaconi, & familiaris; fidelitatem exinde prædicto domino nostro Papæ Innocentio, ejusque catholicis successoribus, & Ecclesiæ Rom. secundum subter scriptam formam facimus, & juramus, & homagium ligum in præsentia domini Papæ, si coram eo es- se poterimus, eidem faciemus, successores nostros, & heredes de uxore nostra in per- petuum obligantes, ut simili modo summo

Pon-

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

Pontifici, qui pro tempore fuerit, & Ec- cleſ. Rom. sine contradictione debeant fidelitatem præstare, & homagium recognoscere.

LXXX. Vectigal abeo pro- missum

Ad indicium autem hujus nostræ perpe- tuæ oblationis, & concessionis, volumus, & stabilimus ut de propriis, & speciali- bus redditibus prædictorum regnorum no- strorum, pro omni servitio, & consuetudi- ne, quod pro ipsis facere debemus, sal- vo per omnia denario S. Petri, Ecclesia Romana mille marchas sterlingorum per- cipiat annuatim, scilicet in festo S. Mi- chaelis quingentas marchas, & in pascha quingentas marchas, septingentas scili- cet pro regno Angliae, & trecentas pro re- gno Hyberniae, salvis nobis, & heredi- bus nostris, justitiis, libertatibus, & re- galibus nostris. Quæ omnia, sicut supra dicta sunt, rata esse volentes perpetuo, atque firma, obligamus nos, & successores nostros contra non venire; & si nos, vel aliquis successorum nostrorum hoc attenta- re præsumperit, quicunque fuerit ille, nisi rite commonitus respuerit, cadat a jure regni, & hæc charta concessionis, & oblationis nostræ semper firma permaneat.

Inserta est hæc epistola inter eas, quas (a) Lib. 16. ep. 78. (b) Extat. in bibl. vñ. (c) Ann. 1245.

LXXXI. Sacra- mentum fidei a Jo- anne ex- hibitum.

His adiicit idem auctor mox Joannem fidei sacramento se Apostolicæ sedi ut fiduciarium principem obstrinxisse: Char- ta itaque Regis in scriptura ut dictum est redacta, tradidit eam Rex Pandulpho Ro- mano Pape innocentio deferendam, & con- tinuo cunctis videntibus homagium fecit subscriptum. Ego Joannes Dei gratia Rex Angliae, & dominus Hyberniae ab hac ho- ra in antea, ero fidelis Deo, & B. Petro, ac Ecclesiæ Romanae & domino meo Pa- pa Innocentio, ac ejus successoribus catho- licæ intrantibus. Non ero in facto, di- cto, consensu, vel consilio, ut vitam per- dant, vel membra, vel mala captione ca- piantur. Forum damnum, si scivero, im- pediam, & remanere faciam, si potero. Alioquin eis quam citius potero intimabo, vel tali personæ dicam, quam eis credam pro certo dicturam. Consilium, quod mihi crediderint per se vel per nuncios, seu literas suas secretum tenebo, & ad eorum damnum nulli pandam, me sciente. Pa- trimonium B. Petri, & præsertim regnum Angliae, & regnum Hyberniae adjutor ero ad tenendum, & defendendum, contra ho- mines omnes pro posse meo. Sic Deus me adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia, te- ste me ipso apud domum militie templi juxta Doveriam, coram domino H.. ar- chiepiscopo Dublinensi, &c. adjuncta sunt testimoni nomina. xv. die maii anno regni

nostræ xiv. Extat regium hoc diploma, (d) in hujus anni pontificio regesto, & (d) Lib. 16. ep. 131. Ecclesiæ vestigale efficiente tradunt (e) Vinc. 1.36. c.7. ex Vincentio (e) novatores, (f) eam (f) Centur. que ab Rege conditionem appolitam ex Ranulpho (g) addunt: si ipse vel here- (g) Ra- col. 739. des promissa non persolverent, regni ju- re exciderent.

Ceterum Parisius post recitatum diplo- ma de seva Regis in Petrum eremitam, in poly- chron. LXXXII censionis die omnibus suspecto, cum se Petri ere- vegetum, & bene valentem videret, qua- si mendacii convictum caudis equorum al- plicum. ligatum raptari per plateas, distrahi- que res multorum odia peperit, sensu ve- cum, si superiora subtili examine pon- ra illius prædictio. Pandul- phus in Gall. tra- dicit ad revocan- dos ex u- les.

Pandul- phus ve- tat Franc. Regi bel- lum An- glie in ferre. Respon- sum Phi- lippi. Flandriae comes Jo- annis foederatus.

His sequi respuisset.

Sed ad Innocentium redeamus, qui læ- tillimis Joannis literis acceptis ingentes Deo gratias egit, Joannemque ut pro- missa perficeret ac legatum, quem ut ro- gatus fuerat, ad eum mittebat, benigne acciperet, his verbis hortatur: (b) Ei (b) Inn. 1. qui de malis novit elicere bona, gratiarum referimus actiones, quod tibi misericorditer inspiravit, ut idonee satisfaceres de- damnis, & injuriis Ecclesiæ irrogatis, cum non solum formam satisfactionis receperis, multi modis deliberatione provisam, verum etiam personam, & terram tuam Apo- stolicæ subdividis ditioni, conferendo in per- petuum jure dominii sacrosanctæ Romanae Ecclesiæ regna tua per ipsam, & ab ipsa tenenda sub annuo censu septingentarum- marcharum de Anglia, & de Hybernia- trecentarum; sicut in instrumento tuo le- gitime inde confecto plenius, & expressius continetur. Quis enim te docuit? quis in- ductus? nisi spiritus ille divinus, qui ubi vult spirat, & nescis unde veniat, aut quo vadit, dividens dona singulis prout vult, ut tam discrete, tam pie simul in- unum, & tibi consuleres, & Ecclesiæ pro- vi-

OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

videres. Ecce sublimius, & solidius nunc obtines illa regna, quam haec tenus obtinueris. Cum jam sacerdotale sit regnum, & sacerdotium sit regale, sicut in epistola Petrus, & Moyses in lege testantur. Eja igitur magnifice princeps comple promissa & concessi confirmata, ut omnipotens Deus tuum semper & rectum compleat desiderium & propositum confirmet honestum; sicque te faciat per temporalia bona transire, ut non amittas, sed acquiras aeterna, &c. subiicit se legatum in Angliam transmittere, atque ut ejus salubribus monitis morum gerat hortatur.

LXXXIV. Eodem argumento ad Cantuariensem (a) Id. 16. (a) archiepiscopum, & suffraganeos, ep. 82. tum ad alios Angliae praesules, (b) virosque auctoritate, ac nobilitate praeclaros (c) scripsit: denique ad periculofissimum extingendum bellum Philippum Galliarum Regem (d) solicitavit, ut legati pro mutua firmanda concordia intercessuri monitis aures, animumque accomodaret; sed conciliari illa non potuit, nisi anno (e) sequenti, postquam in Belgio, & Andibus parta a Philippo gemina victoria Joannes majoris mali me tu pacem expetiit, ac Philippus libens concessit, ne comparatam gloriam adverso casu aliquo, ut incerti sunt bellorum exitus, labefactaret: praesenti vero anno magna a Joanne belli moles parata, cum speraret Othonem in Belgio cum principibus foederatis irrumpe, se vero ex alia parte Anglos, Vascones, Pictosque ducenta amissa recuperaturum, de qua expeditione Parisius (f) recenset, ut Rex collecto numerosissimo exercitu cum traicere in Pictaviam pararet, ut Francorum Regem ex ea parte bello urgeret dum alii ex Flandria irruptionem in ejus terras facturi essent, a proceribus suis destitutum fuisse, cum dicerent nunquam una cum ipso ituros, nisi sacris restitutus esset, proinde excitos episcopos & clericos exiles in Angliam, quos maximo honore a Joanne exceptos Wintoniae ita describit auctor.

LXXXV. Cum eorum adventum cognovisset, venit obviam illis, & viso archiepiscopo, & episcopis, cecidit pronus in terram ad pedes eorum lacrymis perfusus, obsecrans ut de se ac regno Angliae misericordiam haberent. Videntes ergo archiepiscopus, & episcopi tantam regis humilitatem, cum lacrymis illum de terra levaverunt, ducentes a dextris, & a sinistris ad ostium ecclesie cathedralis, ubi cum psalmo quinquagesimo, videntibus magnatibus cunctis, & ubertim prae gaudio flentibus, sicut mos est Ecclesiæ, illum absolverunt. Et haec absolutione facta fuit in capitulo Wintoniensi. In hac autem absolutione juravit Rex tactis sacrosanctis evangelii, quod sanctam Ecclesiam, ejusque ordinatos dilige-

Joannis Regis de missio.

ret, defenderet, & manu teneret contra omnes adversarios suos pro posse suo: quodque bonas leges antecessorum suorum, & præcipue leges Eduardi Regis revocaret, & iniquas destrueret, & omnes homines suos, secundum justa curia sua judicia, judicare; quodque singulis redderet iura sua. Juravit etiam, quod in omnibus ad interdicti negotium pertainingibus, infra proximum pascha plenariam restitucionem faceret ablatorum; sin autem, in pristine excommunicationis sententiam revo caretur. Juravit præterea Innocentio Papæ, ejusque catholicis successoribus fidelitatem, & obedientiam, sicut superius in scripto redactum continetur, &c. subdit coegit iterum potentissimum exercitum, cumque transfretare appararet, alios jam sua consumpsisse conquestos, ac ni ex regio æario sumptus suppeditaret, sequi non posse: quod cum renueret, mare consendisse, dissipatisque interim ejus copiis, in Angliam reverti magno pudore coactum.

Posthæc idem Parisius pluribus verbis enarrat Tusculanum episcopum Apostolicæ sedis legatum circiter festum sancti Michaelis diem in Angliam pervenisse, summoque honore exceptum, atque ad regnum inter & sacerdotium confirmandam pacem operam collocaisse, Regemque omnibus facturum satis pollicitum, atque ante aram Ecclesiæ principem, coram clero, populoque diadema regnumque Pontifici Romano in ejus legato obtulisse, ac diploma regium de constitutis Anglia, & Hybernia sedis Apostolicæ vestigalibus renovasse ac non cereo ut antea, sed aureo sigillo obsignatum, ut in pontificio tabulario servaretur, tradidisse.

Dum ista in Anglia geruntur, Norvicensis episcopus, aliquique regii nuncii in Urbem pervenere, quos Innocentius magnis benevolentia significationibus complexus est, atque eorum postulata perhui maniter accepit, ut ipse datis ad Regem literis testatur; (g) ubi gratum ejus a nimum laudibus effert, quod ut iis, quos

130

læsisset, omni ex parte ficeret satis, se ac sua Deo, & Ecclesiæ detulisset: eundenique hortatur Christi sponsam in suo regno quibuscumque possit honoribus præmissisque decoraret: subiicitque hæc verba, quæ utinam memorie Christianorum principum nunquam exciderent: Quia tunc tibi regalis dignitas integra conservabitur, cum Ecclesiastica libertatem integrum conservabis, diligenter attendens, quod principes illi penitus defecerunt, qui Ecclesiastica præsumperunt infringere libertatem: ii vero semper de bono profecerunt in melius, qui jura studuerunt Ecclesiastica conseruare; sic ipse, cui innumeram tum antiqua, tum recentiora suffragantur exempla; ut plane mente moti

cen-

Ad que
sacra-
mento &
devinx-
erit.

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

censendi sint perditissimi nostri temporis politici, qui obtritis, vel usurpati im pie Ecclesiasticis juribus, reipublicæ consulere arbitrantur. Data est hujusmodi epistola pridie non. novembr. quo etiam die hoc Regi diploma dedit Innocentius, in quo Joannis eximio augendæ Christiani sacerdotii dignitatis, quam regio Anglorum sceptro ornarat, studio collaudato, ipsius donationem admisit.

LXXXVIII. Illo misericorditer inspirante, in cuius manu sunt corda Regum, & quo voluerit verit illa, te ipsum, & tua temporali etiam ei subiacere voluisti, cui novellas spiritualiter esse subiecta; ut in unam vicarii Christi personam, quasi corpus, & anima regnum, & sacerdotium unitantur, ad magnum utriusque commodum, & augmentum. Ille utique dignatus est hoc operari, qui cum sit Alpha, & Omega, finem retulit ad principium, & principium per traxit ad finem: ut illæ provinciæ, quæ olim sacrosanctam Romanam Ecclesiam propriam in spiritualibus habuere magistrum, nunc etiam in temporalibus dominam habebant specialem. Tu quippe quem Deus ad hoc idoneum ministrum elegit, tam te, quam etiam regna tua, Angliae videlicet, & Hybernia cum omni jure, ac pertinentiis suis devota, & spontanea voluntate ac communi consilio baronum tuorum Deo, & sanctis Apostolis ejus Petro & Paulo, sanctæque Romanæ Ecclesiae, nobisque, ac successoribus nostris in jus, & proprietatem sub anno mille marcharum censu offerens concessisti, sicut in tuo continentur authenticæ scriptæ, cujus de verbo ad verbum talis tenor extitit, &c. superius insinuata est a nobis ea scripti forma, ac proinde iterum attexere supervacaneum foret.

LXXXIX. Nos autem oblationem, & concessionem hujusmodi pie, ac provide factas gratas, & ratas habentes personam tuam, & personas heredum tuorum eum prædictis regnis, & pertinentiis eorum, & omnibus bonis alius rationabiliter nunc possessoris, & in posterum possendoris, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus tibi, & ipsi secundum præscriptam formam de communi consilio fratrum nostrorum supradicta regna concedentes in feudum, & præsenti privilegio confirmantes: ita quod quilibet heredum tuorum cum regni coronam accepereit feudum hujusmodi summo Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ publice recognoscatur, & eis fidelitatis exhibeat jurementum. Nulli ergo omnino hominum licet hauc nostræ paginam concessionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem &c. usque incursum &c. Datum Later. per manum Raynaldi acolyti, & capellani domini Innocentii III. Papæ xi. non. Novemb. indit. ii. incarnationis Dominicæ anno Ann. Eccl. Tom. XX.

millesimo ducentesimo decimo tertio, pontificatus vero ejusdem domini Innocentii anno decimo sexto.

Pollicitum Regi patrocinium, illi exhibuit: etenim hoc ipso anno literis editis Redente grande illius dignitati incombuit. (a) Eod. l. 16. ep. (b) Ibid. ep. 132. Apostolicas literas, quas archiep. Cantuariensis, atque alii in Regem obtinuerint, concinderet, vel igni traderet; dein Anglie, Wallie, Hibernie archiepiscopos, episcopos, ceterosque presulles, ac principes viros in Regis heredum que fide persistere jubet (c). Ejusdem que exempli alias ad W. Scotie Regem, 134. atque Alexandrum filium litteras exaravit (d). Postremo R. tit. S. Stephani in (d) Post monte Cælio presbytero Card. A. S. L. eand. interdicti sententiam in cismarinam Anglie Regis terram ferre vetat (e). Anglicæ insuper consulturus ecclesie Tusculano episcopo præcepit, daret operam, quo Angliae orbatis ecclesias, episcopatus, abbatiis, in demortuorum locum idonei subrogarentur, ut ex literis ad re jubet. (f) Ibid. ep. 135. Legato pætore ecclesiæ præfice re jubet. (g) Par. Angl. hoc anno. (h) Imm. loc. cit. (i) Ibid. ep. 137. (g) Par. Angl. hoc anno. (b) Imm. loc. cit. (i) Ibid. ep. 135. (k) Ep. 137. (l) Ep. 137. (m) Ep. 137. (n) Ep. 137. (o) Ep. 137. (p) Ep. 137. (q) Ep. 137. (r) Ep. 137. (s) Ep. 137. (t) Ep. 137. (u) Ep. 137. (v) Ep. 137. (w) Ep. 137. (x) Ep. 137. (y) Ep. 137. (z) Ep. 137.

Jam ex Anglia in Hispaniam orationem traducamus. Alphonsus Castellæ Rex dioceses quasdam Toletanus olim ecclesiæ subiectas a Sarracenis nuper vindicarat, quod cum accepisset Pontifex Tole tanus archiepiscopo illas, donec Apostolica sedes aliter statuisset, tuendas regendasque commisit; (k) ascripta est hisce literis xiii. dies kal. januarii; antea vero duobus abbatibus mandavit (l) Lusitanie Regem anathematis sententia implicitum non absolverent, nisi prius ab ipso cavissent exhibitorum se quæ præstare deberet. Ad hæc idem Pontifex controversias inter ipsum sororesque de non nullis oppidis, aliisque rebus dirimere studuit.

Ne obliti videamus Italiam, nunc illius res nobis perstringendæ sunt. Premebatur hostium Ecclesiæ tyrannide Marchia Anconitana, ad quam Ecclesiæ restituentiam jam ante Azoni Marchioni Estensi jure fiduciario concederat, modo eam vi armorum sibi compararet, qui cum recuperare re iussus. Aldrenandino magnæ spei, & ingentium animorum adolescentem, atque Azone cbr. l. 1. puero filii e vita discessisset, Innocentius an. 1212. Al-

Reges a numine
foventur,
cum fo-
vent ipsi-
us mini-
stros.

Z z

CHRISTI
1213.INNOCENTII III. PAP.
16.OTHONIS IMP. 5.
HENRICI IMP. 8.

Aldrenandino scriptit eam provinciam, uti promiserat, ad ditionem Ecclesie quantocvus revocaret, cum facile eo tempore ecclesia eam recuperatura esset, tum subjecit. (a) Nobilitati tuae per Apostolica scripta mandantes, quatenus in negotio ipso procedas; alioquin ne diutius Ecclesia spoliata remaneat, nos procedemus in ipso, sicut viderimus expedire. Dat. Signæ, v. kal. sep. Pontificatus novissimi anno XVI. Incubuit porro eodem anno Aldrenandino gravis belli moles, cum Ecelinus una cum Patavinis in eum movisset; cui Innocentius periclitanti non defuit, Gradenique patriarchæ hostes coercere jussit, (b) munusque etiam inquirendi in Tarvisium episcopum, qui bona ecclesie dilapidabat, indignisque conferebat sacerdotia, demandavit (c); necnon sacro exarsit zelo in Melphiensem episcopum qui cum anno superiori literis Apostolicis castigatus (d) non resipisset, dignitate submoveri est jussus (e).

XCIII. Pari studio quo multati præsules, qui dignitatem fœderant monasteriorum, quæ a primævo sanctitatis cultu desciverant, abbates increpiti, jussisse ad perpoliendos, excolendosque subditorum mores incumbere: ita enim eos, qui Cluniacensibus præserant, objurgat: *Sicut accepimus tam in vobis, quam in aliis curæ vestre commissis adeo perniciose facti estis exemplo, quod antiquis patribus loco tantum, & habitu non prærogativa virtutum videamini successisse, sed eo plures contagio corruptionis infecti quo pluribus illi, quorum loca tenetis, correctionis exempla vita magisterio exhibebant. Plures aliae ad adstringendam religiosorum laxorem disciplinam exarate epistolæ, (f) quæ pontificiam in ea re diligentiam commendant, atque iterum aliae & quibus sanctioris vitæ cultores amantissime (g) beneficijs est complexus.*

(f) Ib. ep. 113.
(g) Ep. 25. & 68.

Concludimus hunc annum allato divi. XCIY. næ severitatis exemplo in eos, qui censuris ecclesiasticis defixi erant, edito, quorum terræ sterilitate damnatae fuerunt. Cujus rei testes Gravalonenses, qui hoc anno supplices ab Innocentio flagitarunt, ut censuras olim incusas Apostolica autoritate amoveret, quo divina ab iis ultio recederet, quorum precibus ita indulxit Innocentius.

Archipresbytero de Gravalona Novarien. diœces.

Ex parte (h) communis de Gravalona (b) Ep. 20. Novariensis diœcessis fuit propositum coram nobis, quod licet terra ipsorum fundata sit in solo habili & secundo, adeo tamen infortunata est, & infasta, ut nec in rebus multiplicari valeat, nec personis: & cum, fortuna sibi aliquatenus arridente, speratur quod ab hismodi debeat infelicitate consurgere, casibus semper opprimitur improvisis: quod ex eo existimant provenire, quia terra eadem olim, sicut fama est, propter excessus dominorum ipsius supposita fuit sententia interdicti, quæ non tur.

Terra in terdicto percussa infecunda efficiatur.

Inno. cen. furas relaxat.

Concita-
tus in ar-
ma sacra
occidens.

(a) Godefri-
an. 1214.

(b) Inn. l.
16. ep.
178.

II.

JESU CHRISTI
ANNUS
1214INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

*E*xindendæ Mahumeticæ superstitionis zelo exæstuans Christi vicarius, anno a partu Virginis quartodecimo supra millesimum ducentesimum indictione secunda præsules ac religiosos viros evangelicis tubis classicum in Sarraçenos canere, ac fortissimos quoque viros, divinæ gloriæ amplificandæ cupidos, ad crucem affigendam vestibus induendaque arma incendere jussit. Ac sane sacros oratores strenue suo munere perfundos testatur Godefrius (a) his verbis: *Innumerabilis multitudine & misericordia confidentes, qui currunt & exercitum Pharaonis projectum in mare; gloriosus in sanctis suis & in maiestate mirabilis, cujus verbo cœli firmati sunt, & cum imperat mari & ventis, cessat tempestas. Nec est vobis de adversæ partis multitudine desperandum, si pro corde prælium Domini Sabaoth curaveritis præliari: memores quod in Gedeonis prælio sub brevi satis numero suum Dominus*

Z 2

nus

Gaudere potestis in Domino, vobis esse Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [1] P. *B*essin in sua collectione conciliorum Rotomagensium acta quædam concilii Rotomagis colligit idem vir doctus ex chronicis MS. SS. Trinitatis de monte Rotomag. in quo ad annum 1214. adnotatur. Robertus de Corcone legatus apostolicus celebrato concilio primum Remis, deinde Parisis Rotomagum venit. Nihil quidem ille de concilio Rotomagi habito; sed forte in eo adventu suo legatus Normannos præsules ibidem ad se excipiendum nactus, quos considerat Remis primum, deinde Parisis auctos canones confirmandos illis proposuit. Nam Parisienses canones eisdem plane esse cum iis, quos sub nomine concilii Rotomagensis edidit P. Bessin ex utrorumque collectione intelligimus. Gemina tamen eorum canonum editio in eo profuit, quod vitiatum luxatamque Parisiensem canonum editionem Labbeanam altera Bessini editio, & sanctum, & supplet; quod in editione Veneto-Labbeana to. XIII. diligenter præstitum est, instituta diligenti editionis utriusque collatione. Sed accurati collatoris diligentiam fugit insigne mendum, quod in canone XII. partis prioris concilii Rotomagensis sese offert ex alia ejusdem canonis lectione, prout in concilio Parisiensi exhibetur, emendandum. Ita ergo legit canon Rotomagensis: *Ne superflua multitudine annualium (Missarum anniversariarum) se onerent sacerdotes. Nec ut a predictis se exonerent sacerdotes, suas Missas faciant pro defunctis. Postremum hoc nullum sensum refert; sed optimam exhibet emendationem lectio canonis XI. Parisiensis: Nec ut a predictis se exonerent, siccias Missas faciant pro defunctis. Igitur sacerdotes ut eo plures anniversarias Missas eadem die celebrarent, Missas siccias legebant, quas plures eadem die repeti posse veterabat nemo. Quid fuerit Missa siccia exponit Bona Rer. Liturg. lib. 1. cap. XV.*

Animadverte etiam juvat canones Rotomagenses superare Parisienses; nam in Parisiensi bus pars quarta, quæ ad præfulm disciplinam spectat, canonibus XXII. absolvitur, in Rotomagensi vero ad canones XXXVI. prorogatur. Denum P. Martene in sua collectione monumentorum to. VI. ex Aquicintinensi codice supplementa ad concilium Parisiense vulgavit, quæ legas ibidem col. 97—106. Porro in codice illo titulus iste præfixus legebatur: *Incipiant constitutiones domini papa, & magistri Roberti cardinalis, tum subduntur canones prout in editis concilii Parisiensis, sed ultra illos alii XXIII. in parte priori addantur. Parti secundæ, quæ est de regularibus non quidem canones novi accidunt, sed veteres auctiores exhibentur. In additamento ad canonem XX. quo poena edicitur in clericos, qui infami vitio se polluerint, legitur: Si autem prelati &c. in hoc summa infamatio vitium post Remense concilium incidierint, ipso facto sciant se excommunicationis vinculo innodatos. Remense hoc concilium ipsum est, quod ab eodem Roberto celebratum fuisse discimus ex Anonymo Rotomagensi, cuius verba supra adducta sunt. Cum autem additione hæc, in qua mentio fit concilii Remensis, in canonibus editis concilii Parisiensis, & Rotomagensis non legatur; hinc levis aliqua suspicio suboriri posset, num forte canones, quos sub nomine Parisiensis concilii Labbeus edidit, falso inscripti sint, & ad Remense concilium pertineant. Concilium vero Rotomagensi, cum nec additamentum hoc habeat Remense præcesserit. Quamquam enim post concilium Remense, & Parisiensis Rotomagum venisse legatum assert Rotomagensi, nihil tamen de concilio ibi tunc ab eo celebrato memor; ideo forte, quod in priori alio adventu suo Rotomagum illud habuerit. Ultra hæc omnia Aquicintinensis codex integrum, novumque titulum addit de usurariis, & raptoribus, isque canonibus XIII. absolvitur. Tum alii canones septem succedunt, in quibus varia disciplinæ capita disponuntur. Tanta hæc in manuscriptis varietas ex eo forte provenit, quod cum Robertus tribus in locis concilia habuerit, prioris concilii statuta ita in secundo, & in tertio confirmata sunt, ut aliqua etiam pro opportunitate provinciæ adiencia censuerit. MANSI*

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAP.
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

nus restrinxit exercitum, & de inermis funda David emissi lapides armati Philistei superbiam depresso sunt. Ceterum cum procedatis in Domino parare viam exercitui generali, ea remissionis & immunitatis gratia volumus vos gaudere, quam in generalibus literis duximus exprimendam.

Dat. xv. Kal. martii pont. nostri an. xvi. hæc ad crucesignatos Innocentius, qui Venetos ad comparandam classem sollicitavit, (a) tum Insubriæ atque Hetruriæ antistibus Grimaldum ac socios iter per eorum terras habituros commendavit (b).

(a) Ilo. ep. 169.
(b) Ep. 180.III.
Sarraceni
tributum
Christia-
nis polli-
centur.(c) Extat
apud Ri-
char. de
S. Germa-
no an.
1214.

Pervasit tunc orientem occidentalium terror, quos Lateranensis concilii ad recuperandam Terram sanctam indicti fama afflaverat: Sarracenos enim bellici Christianorum apparatus metu perfusos Terram sanctam Christianis reddituros præse tulisse, atque ut a Christianorum armis tuli essent, se patriarchæ Hierosolymitani clientele commissarios certaque auri vim, census nomine pensitistros afferunt literæ (c) ad Pontificem Venetorum opera transmissæ, quibus Saracenorum principis potentia, ut tum temporis florebat, effusæ opes, barbaricæ mores, ac gesta accuratissime describuntur. Jam enim ante Pontifex, qui Sephadinum ad Christi cultum, quem evangelicis verbis pellicere non potuerat, armis cogere meditabatur, patriarchæ Hierosolymitano, ac Templariis atque Hospitalariis equitibus injunxit, ut se de Agarenorum potentia literis facerent certiore: quas propterea nos ut dignas annalibus nostris ex Richardo de S. Germano delibera vîsum est, ut qui essent ii hostes, contra quos in armis toties coorti Christiani, tot effusi crucesignati exercitus, perspici possit: idque etiam notatu dignissimum non modo Mahometum, ab illis infelibus populis, ut prophetam habitum, sed etiam immani idololatriæ sceleri divinis honoribus cultum.

IV.
De filiis
Sephadi-
ni.

Saladinus, & Sephadinus duo fratres fuerunt. Mortuo Saladino, qui habuit undecim filios, regnavit Sephadinus, qui occidit omnes nepotes suos, præter unum qui vocatur Melchisedech, qui tenet terram istam cum omnibus civitatibus, castris, & villis, & aliis munitionibus, quæ sunt plus de ducentis: Sephadinus vero habet filios quindecim, de quibus hereditarunt septem, scilicet Melkekemne, qui primus est, & major natu omnibus. Hic tenet Alexandriam, Babyloniam, Cairum, & totam terram Ægypti in meridie ac septentrione, qui post mortem patris sui Sephadini de generali constitutione patris, & fratrum debet esse dominus omnium & totius terræ. Secundus filius est nomine Coradinus, qui habet Damascum, sanctam Hierusalem, & totam terram, quæ fuit Christianorum, præter modicam, quam

adhuc tenent Christiani, quæ sunt inter civitates, munitiones, & castra plus de trecentis. Tertius filius est nomine Melkafais, id est, grandis, qui tenet terram, quæ dicitur de Tamella cum tota alia provincia, quæ sunt inter munitiones, villas & castra plus de quadringentis. Quartus filius est nomine Melkemodam, id est, magnus dominus, qui tenet regnum Dacie cum omni potentatu suo, quæ sunt plus de quidringentis inter civitates, munitiones, & castra. Quintus filius est nomine Melchisuliphat, qui regnat, & tenet terram de Sarco, ubi fuit occisus Abel a Cain fratre suo: in quo regno sunt octingenta inter civitates, munitiones, & castra plana. Sextus filius est Machometus, qui tenet regnum de Baldach, ubi est papa Saracenorum Caliphius, qui colitur, iumentur, & adoratur, tanquam Romanus Pontifex in lege eorum, qui non potest videri nisi bis in mense, quando cum suis vadit ad Machometum deum Saracenorum, & inclinato capite & oratione facta, suo more Saracenico, antequam templum exeat, splendide comedunt, & bibunt; & sic coronatus revertitur in domum suam cum gente sua.

Iste deus Machometus visitatur quotidie, & adoratur sicut visitatur & adoratur Dominus Crucifixus a populo Christiano. In ista civitate Baldach est papa Caliphius: civitas isti caput est totius legis Ararenorum. Septimus filius est nomine Salapbat; hic non habet speciem terram, sed semper est cum patre suo Sephadino: iste portat vexillum coram patre suo, quando equitat; cui unusquisque fratrum singulis annis pro certo censu dignitatis sue transmittit mille saracenatos, & duos dextrarios bene paratos. Sephadinus quando equitat terram, ac visitat filios suos prefatos, incedit velato capite de uno ex amito ruben; cui omnes filii inclinant quater ad terram, & exeunt ei obviam per sex millaria, ac osculato pede, cum ipse sit super equum, recipit eos ad osculum, etiam manum; qui cum unoquoque moratur per triduum semel in anno, & sic a primo usque ad septimum filios visitat memoratos; & quilibet omni anno pro certo tributo mittit in fisco patris viginti millia saracenatos: & sic a primo usque ad septimum dat unicuique filiorum unum de annulis suis, in quo imago sua sculptur, &c.

Volunt isti libenter reddere in manus domini Papæ Terram sanctam, quam tenent, ad opus Christi in orum: & ut certi sunt, & securi de alia terra a populo Christiano singulis annis volunt esse sub certo tributo patriarchæ Hierosolymitano, & dabunt inde cauetam Romanæ Ecclesie de non impedienda amplius Terra sancta, quam Dominus noster Jesus Christus suis pedibus ambulauit. Prædictus vero Sepha-

V.
De Ma-
humeto
& ejus
Caliphio.

VI.

De Sephadini moribus phadinus de more prædecessorum suorum faciem suam non ostendit omnibus, nisi decies in anno, quando nuncios recipit Pisanorum, Genuensium, Venetorum, civitatum, regum vel principum Christianorum, astantibus centum armatis. Primo dies recipit ipsos in prima sala de Cairo, ubi semper est status ejus. Tunc recipit literas a nuncio, sed non audit eos. In secundo die audit in secunda sala, astantibus ducentis Turcis suis bene armatis. In tertio quidem die per turcimnum suum, videlicet interpretem, dat eiusdem responsum secundum quod est modus in causa, qui post tertium diem non habent amplius ad illum accessum. Habet Sephadinus uxores xv. in lege sua, quæ sunt in uno palatio, insimul dormiunt, comedunt, & bibunt. Si aliqua earum habet ex eo filium, Sephadinus vadit ad eam, quando vult, & dormit cum ea, videntibus aliis. Illam vero, quæ non habet ex ea filium, ad se quando vult per eunuchos suos vocari facit in vesperis, & detinet ea per noctem & diem: & sic facit de singulis: quando aliqua istarum moritur, inducit aliam inter alias. In secretiori camera ubi ludit & dormit, nullus habet accessum, nisi unus tantum servus, in cuius camere ostio semper existunt armati quinquaginta.

VII.
De ejus
potentia.

Quinquagenarius est Sephadinus, potens multum in armis ac gente, eloquens valde in lingua sua, qui præcellit hodie omnes, qui vivunt, paganos, excepto Maximico, in auro. Jam enim munitit totam terram suam & filiorum, & exercitus congregat infinitos: sed in omnibus ipse cum filiis in predictum modum cum Romana Ecclesia vult componere pacem. Octo alii filii Sephadini de patris constitutione sic vivunt. Duo ex ipsis custodiunt sepulcrum Domini, ad quos quidquid datur provenit, & dividunt inter se. Quatuor alii habent redditus de Calice fluvio, qui irrigat totam terram Ægypti. Et ipsis quatuor melius valent isti redditus de viginti millibus saracenatis. Duo alii fratres minores sunt quotidie in conspectu dei sui Machometus pro castitate, quam habent & tenui, quod datur ad pedes ejus, est de ipsis minoribus fratribus. Hæc sanctissime pater, ita esse in veritate sciatis.

VIII.
Ad præpotentem adeo barbarum Christiani nominis hostem infensissimum se accinxisse, Hierosolymitanamque expeditionem, cui jam ante se devoverat, adornasse Andræam Ungarorum Regem testantur ejus literæ per hæc tempora exaratæ; quibus ab Innocentio flagitavit, ut filium Apostolica auctoritate regia corona redimiri juberet, publicæ pacis hostes censuris coerceret, suscipienda profectionis voto nonnullos viros auctoritate conspicuos ad regnum admini-

strandum eximeret, jura Strigoniensis ecclesiæ stabiliret. Quas literas nos obrem, quas continent dignitatem, ad illustrandam historiam afferre operæ premium ducimus, atque ex libro privilegiorum Romanæ Ecclesiæ decerpere:

Sanctissimo in Christo patri Innocentio Dei gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Andræas eadem gratia Ungaria, Dalmatia, Croatia, Rama, Servia, Galic. Lodomeriaque Rex salutem, & filiale devotionem.

Consuevit sedes Apostolica se justa pentibus exhibere facilem, & in explendis honestis potentium desideriis non minus efficacem. Hinc est, quod super negotiis nostris, justis apud paternitatis vestrae mansuetudinem promovendis non immerito fiduciam nobis reponit. Novit igitur sanctitus vestra quod Galic. principes & populus nostræ ditioni subjecti humiliter a nobis postularunt, ut filium nostrum Colomanum ipsis in Regem præficeremus, in unitate & obedientia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ perseveraturis in posterum, salvo tamen eo quod fūs illis sit, a ritu proprio non recedere. Verum ne tam expediens nobis & vobis illorum propositum ex dilectione suffineat impedimentum, quod quidem multis de causis accidere posse constat,

Petit fili-
um Apol-
tautorita-
te inungi
Regem.

Præterea innotescere volumus vestrae paternitati, nos ad proficendum Hierosolymas, scut & tenemur, studiose intendere, & omni diligentia fustinare. Ideoque regni nostri curam, cuius principes ad discentiendum proni sunt, & filiorum nostrorum tutelam, quorum atas patrono indiget, & patri nostro in Christo I. Strigoniensi archiepiscopo, qui & dignitate ceteris præminet, & fidei constantia probatus est, cum quibusdam aliis, quorum prouidentia & in recessu, & post recessum nostrum credimus regnum plena tranquillitate potiri immutabiliter, possumus commendare. Quapropter rogamus paternitatem vestram, quatenus compatiendo nostris necessitatibus, ipsum ab onere accedendi ad vos habeatis excusatum; venerabiles autem viros Quinqueclensem & Geuriensem episcopos, nec non prepositum Alensem Cancellerium nostrum, dum voto aliquatis, & signo crucis insiguitos, ut nobis itineris socii sint, utpote ex quorum societate non modicas vires constat nobis accrescere, a vocatione vestra diligenter imploramus absolvem. Hos cum aliis epis-

IX.

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAP.
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.Petit fili-
um Apol-
tautorita-
te inungi
Regem.

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAP.
17.

X. copis a Pontifice ad Lateranense concilium sequenti anno celebrandum evocatos fuisse arbitramur; pergit Rex:

Deprecamur insuper paternitatem vestram, ut omnes conspiratores, & infidelitatis machinatores, qui propter regni scismatam filium nostrum nobis viventibus, & nolentibus in Regem sibi praesicere, vel coronare attentaverint, tam clericos quam laicos sententia excommunicationis * . . . Meminerit etiam sanctitas vestra anno ante praeterito super jure coronationis ad ecclesiam Strigonensem pertinentis, per venerabilem R. episcopum Vespriensem nuncium nostrum, vos nobis literas directissime, continententes laudabile vestrum consilium, & rationem efficacem, quod si coronatio ad plures pertineret, materiam disensionis & schismatis facile excitaret, dum unus unum, alius alterum in Regem coronaret, quas cum quibusdam aliis a sedi Apostolica nobis directis, & continentibus solam Strigonensem ecclesiam, in officiales domus regiae jurisdictionem habere in occidente felicis recordationis uxoris nostra per subreptionem amississe. Quirum continentiam quia credimus in registro contineri, petimus a sanctitate vestra nobis rescribi.

XI. Ex his ineptiae arguitur commentitia fabella, quam refert Bonfinius (a) ab eoque novatores mutuantur, (b) nimis regem ad sacrum bellum iturum regni administrationem Banebano demandasse, ejusque uxori Gertrudis Reginæ fratrem, qui ad sororis ægritudinem levandam in Ungariam venerat, libidinis ardore impulsum Regina ipsa adjutrice stuprum intulisse; quapropter iratum Banebanum Gertrudem confodisse, moxque profectum ad Regem, qui Constantiopolis substiterat, ferrum quo Reginam interemerat, obtulisse, dixisseque: Si peccavi, eodem me confice, verum si jure id factum censes, absolve. At Regem dominum ipsum regredi, fideliterque injunctum sibi munus gerere jussisse, se bello perfecto causam cognitum; denique Andræam in Pannoniam reversum Banebanum in judicium vocasse, probante que illo stuprum uxori sue Reginæ culpatum sit, nunc intueamur.

Refellitur porro calumniam Gertrudi Reginæ de quoque exercito lenocinio, procuratoque adulterio Longino, aspersam, ut longe ab eius moribus alienam etiam a Longino (c) refutatam anno superiori vidimus. Arque de his factis; jam quæ supersunt, ex Andræa literis in medium adducamus.

Nec diffiteri possumus nec volumus, quin decima monetæ ubicunque cedatur in tota Ungaria, vel quicquid loco monetæ suc-

OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

dat, ad jus Strigonensis ecclesiæ pertineat, quod etiam in formatione pacis anno ante praeterito a parte adversa publice fuit recognitum, licet minus plene fuerit scriptum quam intellectum. Praestatio quoque sacramentorum Regibus & Reginis Ungariæ, Andræas queritur de latro. cinio Co. locen. e. pila.

Petimus igitur a sanctitate vestra, super restituendo quod nobis injuste sublatum est, Apostolicam commonitionem præmitti, qua interposita, & satisfactione non secuta in tempore, non indigne ferat paternitas vestra, si de ipsis protentibus dominum nobis illatum respircire studuerimus. Ceteris autem quæ verbo tenus lator præsentium vobis explicaverit, non minus quam literis fidem in dubitatem adhibeat sanctitas vestra. Hactenus Andræas Rex ad Innocentium, ut ad suscepitam expeditionem in Sarracenos promovendam Apostolicum ipsi auxilium explicaret; nec regis votis Pontificem desuisse putandum est, cum singulari ardore animi ac studio crucisignatorum clientelam aripiere consueveret. Hæc de meditata in Mahumetanos expeditione suffecerint; quid in Albigenes ad abolendas illorum reliquias agitatum sit, nunc intueamur.

Dejecti Montfortii victoriis, & crucisignatorum terrore hæretici, ad elundandas meritas poenas ad Apostolicam, ut certissimum pietatis asylum, magna ex parte confugerant: ac missis oratoribus Tolosates, Convenarum comes, Gasto Benearnia dominus, aliqui proceres urgebant Innocentium precibus, ut ipsos in gratiam admitteret. Non leves præterea inter catholicos discordie erant exortæ, inter Narbonenses maxime & Montfortium. Tum Aragonia magnis tumultibus freniebat, (d) cum alii Petri Regis fratribus, (d) Surit. l. 2. c. 66. qui regnum affectabant, adhærescerent, Marian. alii ejus filium Jacobum, postea ob res præ- l. 12. c. 4. clara

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAP.
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

clare gestas expugnatores dictum, Regem salutarent, ad quem e Montfortii potestate, in quam ceciderat, regno restituendum, (a) componendas Aragoniorum seditiones, Narbonensium controversias extinguendas, (b) Tolosates (c) ac nonnullos proceres pœnitentes in gratiam recipiendos, (d) imponendum principem comparatæ hæreticorum ditioni, ac denique excindendas (e) hæreticos reliquias, Innocentius Petrum Beneventanum, S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinalem, legati Apostolici munere auctum in Gallias misit, quem archiepiscopis Ebedunensi, Arelatensi, Aquensi, ac Narbonensi illorumque suffraganeis, ut debito honore exciperent, literis (f) commendavit: quibus nonnulla de cladibus a dæmons hæreticorum opera inflictis, quorum improbitatem cum equo rufo Apocalypsis comparat; deque adhibita a se in mendis iis malis diligentia præfatus, de legato hæc addit:

XV.

Quia ille, qui paci hominum invidet & saluti, novas illuc dissensionis materias seminavit, ne superexcessive zizania triticum suffocetur, cum labore tanto & studio seminatum, dilectum filium nostrum Petrum S. Mariæ in Aquiro diac. Card. Apostolicæ sedis legatum, virum utique literatum, providum & honestum, quem inter ceteros fratres nostros specialis charitatis brachiis amplectum, ad partes ipsas a latere nostro destinamus, qui auctoritate, ac vice nostra pacis fædera jam pridem inita corroboret, & confirmet; & ut vir potens in opere & sermone, novellam plantationem irrigans, in fide foveat, & consolidet orthodoxa: & generaliter destruat, & evellat, edificet, atque plantet, quæ destruenda, & evellenda, nec non edificanda viderit & plantandi, corrigendo & reformando, quod correctionis, & reformationis officio cognoverit indigere.

Dat. Later. XVI. kalendas febr. pontificatus nostri anno XVI. Iisdemque verbis Sionis Montifortis comiti hoc significavit (g):

Injuncta (h) etiam est legato provincia, ut Tolosates Ecclesiæ conciliaret, sedisque Apostolicæ clientelæ commendatos haberet, dum in fide catholica persistarent.

Etsi Tolosanorum excessus gravis sit, & enormis; quia tamen saepe & nuper per dilectum filium P... Guitardum, & B. Gilaberti nuncios suos pulsarunt ad ja-mam, & bimiliter pulsantibus non est Ecclesiæ aditus præcludendus, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus sufficienti ab eis, juxta quod vi-deris expedire, cautione recepta, ipsos reconciles ecclesiastica unitati, & sic ci-vitas ipsa reconciliata sub Apostolica sedis protectione confusat non molestanda de ca-

Tolosates
reconcili-
ari jubet
Innoc.

tero a comite Montifortis, vel aliis fide catholicias, dum in fide catholica, & ecclæstica pace duxerint persistendum. Quod si forte satisfacere noluerint, & in errore suo duxerint persistendum; nos per indulgentias innovatas crucisignatos, & fideles alios præcepimus excitari, ut ad extirpandam pestem bujusmodi divino freti auxilio insurgentes, tam contra ipsos, quam quoslibet alios receptatores, aut defensores eorum, qui plus ipsis hæreticis sunt nocivi, procedant in nomine Domini Sabaoth. Dat. Later. VIII. kal. febr. pontificatus nostri anno XVI. Eademque pro Convenarum comite, & Gastone supra commemoratis scriptis. Admissos porro a legato in gratiam Ecclesiæ hos viros principes, atque ad frænum iniiciendum audacie ac levitati, ne facile resilirent, nonnullas arces præsidario militi ipsorum sumptibus muniendas tradere jussos esse, tum restitutos sacris Tolosates ac Narbonenses repressos, testatur Petrus Vallisarnensis, (i) ex quo a Vall. hist. Albig. c. 77.

XVII.
Felices
Montfor-
ti pro-
gressus.

Narbonibus ergo imperiis legati pacatis (incutiebat enim illis terrorem illius auctoritas fulta crucisignatorum armis, quos episcopus Carcassonensis & Jacobus de Vitriaco ad Christi defendendam gloriam incenderant) post festa resurrectionis dominicæ Montfortius bellum versus Caturcenium & Aginnenium partes effudit; expugnatum eversumque Mauriliacum, septemque Waldenses ignibus injecti: mons Pisatus ab hoste trepidi relicitus vacuus excisus: Marmande compulsa ad deditioinem, Angli vero, qui regiis signis defixis oppidum defendendum suscepserant, in Regulam se receperunt: obsecsum Cassanolum, ubi hæreticorum colluvies erat, cumque Joannes Anglorum Rex Petrachoræ cum ingenti exercitu ageret, hæretici ipsum sæpius interpellavere, ut obsecis opem ferret, ac rumor increbuerat ipsum jam imminere: iniquo enim ferebat animo ne-potem, filium scilicet comitis Tolosani, paterna ditione depelli, & confugientes ad se hæreticos magna nomini aspersa labore excipiebat. Sed Montfortius ad arcenos ejus conatus se se comparabat; ac postquam vi in arcem irrumpere sæpius tentatum esset, fatigati perterritique hostes cum imprimendos proxime impetus sustinere non posse vererentur, intempesta nocte diffugere, captumque oppidum eversumque est.

Perdomiti etiam alii pluraque loca vi- etorem excepere, diruta Doma (k) Mons- (k) Ib. 50. fortis solo adæquatius, cuius loci domi-nus, cui Bernardo Casuacio nomen erat, illiusque uxori vicecomitis Turenæ foror crux-

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAR.
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.Vicecomitissæ
Turenæ crudeli-
tas.(a) Jord.
MS. bibl.
vat. si-
gnat. n.
1960.

crudelissime in catholicos sævierant, inventi enim Sarlati utriusque sexus centum quinquaginta oculis ab eo tyranno orbati: nec impar scelere uxoris mamilas, pollicesque pauperibus mulieribus amputare erat solita, ne vel nutrire vel labore vitam tolerare possent; eodemque impetu victoriae castrum novum, ac Benacium in Montfortii potestatem venire. Fuerant ea munitissima oppida hæreos sentina fœdissima, e quibus ingentia mala a centum annis superioribus in vicinas regiones inundarant; iisque deletis, pax Caturcensibus, Aginnensibus, Lemovicensibus, ac Petragoricensibus est restituta, quibus Jordanus consentanea scribit his verbis: (a) *Eoden anno comes Simon cepit quatuor castra fortissima hæretorum, ubi securi maneabant per annos centum & ultra.* Inde Capdenacum captum ac Rhutenæ admoto exercitu comes Rutenensis ad dandam Montfortio fidem hominumque ligum præstandum compulsus. Postea media rigente hyeme occupato Severaci suburbio, urbs aliunde munitissima ob summam rerum inopiam ad excipiendum vietorem adducta, frēnatæque latronum excursiones, qui inde frequentibus eruptionibus vicina vadare erant soliti.

XIX.
(b) Ib. c.
3r.
Concili-
um apud
montem
Pessulanum
celebra-
tum.(c) Jord.
ubi sup.Legati
Ap. ad
patres o-
ratio.XX.
Matura ergo deliberatione discussis vo-
catisque ad calculum omnibus, rationi-

bus scriptoque commendatis, omnium voluntates in eligendo Montfortio consensere: perpensa tamen legati auctoritate, ac literis pontificis perleftis, archiepiscopum Ebredunensem oratorem ad Innocentium Papam decrevere, quo omnium nomine Montfortium in principem deposceret. Nec prætereundum conventus tempore in non leve capitum discrimen venisse comitem: cum enim a legato evocatus urbem ingressus cum filiis duobus esset, cives quo flagrabant in eum odio, infidias comparavere; sed iis patefactis, alio suscepto itinere ex iis, emerit. Dissoluto tandem cœtu missus Tolosam a legato episcopus Tolosanus ut urbem potestati legati commissam firmissimo præsidio civium sumptibus muniret. Pariere metu adducti cives, ac Raymundi filium e palatio avito ejecere.

Ut meritas perfidiae sue poenas ob hæreticos defensos Raymundus tulit: ita Philippus Galliarum Rex ob infectatos ferro flammisque hæreticos florentissimas de hostibus potentissimis victorias a Deo est consecutus; nec enim aptius ulli rei, quam defendende religionis zelo parta ab ipso clarissima trophya adscribere possumus. Effulsi vero ad terrorem in Othonem divini numinis vindicta: cum enim Pontificis monitis conculcatis inito cum Joanne Anglorum Rege, Ferrando Belgii comite alisque proceribus Gallæ aule stipendiariis perduellibus armorum fœdere Philippum Regem bello pe-teret, fœdissima ad Bovinas deletus clade, moxque a suis desertus in miserum adeo itatum redactus est, ut nunquam sese erigere potuerit; ac demum amissio Imperio, dolore contabuerit. Nec mirum a Philippo superatum, a quo pietate longe vincebatur: tradit namque Rigordus magna fidei auctor, Philippum ubi imminere hostem, jamque primas aries se lacefere, & concurrere accepisset, proximum templum ingressum process ad Deum ardentissimas, quas periculi magnitudo accenderat, fuisse, dispositisque copiis signa collaturum hanc ad milites orationem habuisse (d): *In Deo Apud tota spes & fiducia nostra est posita. Rex Rigord.*
Otho & exercitus suis a domino Papa ex- in Phil.
communicati sunt, qui sunt inimici & de- Aug.
structores rerum sanctæ Ecclesiæ, & pecunia qua eis stipendia ministrantur, de lacrymis pauperum, & de rapina ecclesiærum Dei, & clericorum acquista est: nos autem Christiani sumus, & communione & pace sanctæ Ecclesiæ fruimur, & quamvis peccatores sumus, tamen Ecclesiæ Dei consentimus, & cleri pro posse nostro de-fendimus libertates, unde præsumere fiducialiter debemus, de Dei misericordia, qui

Tolosanus
comitatus
a patri-
bus
Montfor-
tio attri-
butus.

XXI.

CHRISTI
1214.
INNOCENTII III. PAR.
17.nobilis licet peccatoribus dabit de suis, &
de nostris hostibus triumphare. [1]XXII.
Qua arte pericula adiisse tradunt auctores, e qui-
bus Joannes Villanus id memoria dignum
scribit; (a) Philippi proceres cum ad-
versa hostibus castra defixa essent, pene
defectionem meditatos, atque ad eos si-
bi conciliando Regem deposita in alta-
ri corona præcepisse, ut illum omnium
dignissimo traherent, seque ipsi luben-
tissime pariturum, eoque facto confusos
conversis animis fidilimos, ipsi futuros
sacramento spopondisse. Nec minus pe-
riculum divina ope evasit, cum undique
circumfusus hostibus (illum enim omis-
sæ cæteris peti Otho jusserrat, victoriæ in
eo sitam arbitratus) suffosso equo in-
terrâ dejectus est; ad quod visus est da-
mon allusisse, cum ambiguo responso de
pugna exitu consulenti illusit, qua de-
re hæc Rigordus: (b) *Sicut etiam fame
loquacitate cognovimus ipsi vetula comitif-
fiat Flandria Hispana genere materteria i-
psius Ferrandi, filia Regis Portugalensis,
unde & Regina comitissa appellabatur, præ-
stigiis & fortilegiis eventus belli scire de-
siderans, ab angelis, qui bujusmodi arti-
bus præsunt secundum morem Hispanorum
tale meruerat habuisse responsum: Pugna-
bitur, & in ipsa pugna Rex proferetur
in terram, & equorum pedibus conculca-
bitur, & carebit sepultura, Ferrandus post
victoriæ cum maxima pompa a Parisiinis
recipietur. Hæc omnia recte intelligenti pos-
sunt interpretari in verum: consuetudo e-
nim dæmonis est semper talibus, qui eum
colunt, amphibologice loqui, eorum deside-
ria palliata veritate involvens, ut suos sem-
per cultores decipiatur, & ut ipsi de se bo-
nit semper credant dici, quæ Deus ad eo-
rum confusionem & aliorum honorem fieri
disponit. Ex cuius infelicitis principis casu,*

*qui magna pompa onustus vinculis Par-
fios adductus est, ut arctissimæ custodiæ
traderetur, quam urbem illi Otho, dum
Francorum regnum inter suos partiretur,
attribuerat, discant homines nunquam
fallacibus dæmonum oraculis fidere.*

XXIII.
Ob gemi-
vino numini, cuius gloria alia etiam in-
signi victoria, quam ipsius filius Ludovi-
cus de Joanne Anglorum Rege eodem
mense in Andegavia reportavit, atque
obsidionem qua Rupem monachi hostis
positum.*Ann. Eccl. Tom. XX.*

præmebat, solvere coagit, cumulata est: (e) Vinc.
utque grati erga Deum animi illustre
bellor. S. monumentum ac trophyum statueret, Ant. &c.
(d) Urs. magnificum eidem victori Deo templum in chro.
Sylvanecti posuit, atque ædes amplissimis ann.
opibus auctas religiosis viris excitavit, ut 1214.
scribit Rigordus his verbis: *Quia pater (e) Stad.
& filius de magnis adversariis eodem tem- in chron.
pore triumphare meruerunt, in ejusdem eod. ann.
triumpbi memoriam Rex Philippus ædi- hist. Angl.
cari fecit abbatiam de ordine S. Victoris (g) Godef.
Parisensis juxta Sylvanectum, quæ appell. in annal.
latur Victoria. Nec stetere hic Philippi Jord. MS.
secundæ res: Piætones enim sese illi ultro bibl. Vat.
dedidere ac solo terrore de aliis poten- (h) Lang.
tissimis hostibus prælium confecit. De su- cibz. Citi-
periori Othoniana clade, Philippi vi- zen. Trit.
ctoria (ut eos omittamus, qui Rigordum cibz. Hir-
exscribere consueverunt c) agunt etiam saug.
Urspergensis, (d) Stadensis, (e) Matthæus Bern. cibz.
Parisiis, (f) Godefridus (g) aliquique plu- Franc.
res, (h) quos inter supradictæ histo- Naucl. in
riæ S. Lamberti antiquus auctor, qui il- cibz. Jacob.
lam Francorum Regi divinitus concessam Meyer. an.
ostendit, lepidumque ac facetum hujus- Fland.
cmodi Philippi facinus refert. eod. ann.
& alii. Crantz.
bif. Sax. XXIV.
Dux Brabantæ Henricus ante dictus.
brevi elapsu tempore, misit ad Regem Fran- Facetum
ciae (quippe socerum suum) legatos plu- Philippi
rimum illi se congratulari simulans pro factum.*

*At Rex, dux sub sigillo regio reclusus di-
misit schedulas, quarum dux primam ape-
riens nihil in ea scripturæ reperit; in al-
tera autem sententiam verba bujusmodi con-
tinente legit: Sicut prior schedula scri-
pto fuit vacua, ita & dux fide justitia
vacuus, namque Ferrandi Flandriæ atque
Hannoniæ comitis, qui Leodiensis epis-
copi patrocinium sumperserat, metu ad-
ductus, Leodium accesserat, atque anti-
stitis pedibus advolutus veniam poposce-
rat, & crimen expiatum promiserat;
subinde tamen Francorum Regem so-
curredum suum deseruit, ad exauktoratum
sacrisque interdictum Othonem iterum
transfugit, illum rursus in Leodientes
concitavit, quos ut facilius insequi, &
oppimere posset, ipsi hujus anni mense
majo Mariam filiam suam matrimonio
conjunxit (de his nuptiis Flandriæ quo-
que annales i). Sed genero postea a Fran-
cis vieto, fractus etiam est Henricus at-
que a Friderico Imperatore designato sub
(i) Meyer. Fland. an-
nal. annæ 1214.*

A a a ju-

OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

NOTÆ [1] Elebrem hanc pugnam, in qua res Othonis penitus excise, Friderici vero confirmatæ fuerunt, die VI. Kal. augusti commissam fuisse veteres omnes notant, inter quos Albericus ad hunc annum, chronicon Turonense ad eundem annum. Si quis autem fuisse illam descriptam legere voluerit, adeat Spordanum ad A. 1214. & inter veteres Albericum. Adnotare hic tamen juvat, Raynaldum cæterosque quos laudat errasse, cum afferit Othonem Colonia huc anno exiisse; nam Reinerus qui per hæc tempora & circa hæc loca agebat, scribit ad hunc annum: *A Colonienibus Otho detinetur cum sua uxore, sed nunquam dominum suum audet exire.* MANSI

CHRISTI
1214.INNOCENTII III. PAP.
17.OTHONIS IMP. 6.
HENRICI IMP. 9.

(a) Lib. 3 de S. Lamb. c. 16. Godef. dicitur est, vii fort. i Othonem eusque prin- in annal. cipes expugnisset: securus Rhenum mixi- Trithem. mo cum exercitu transiens, circa Trije- ch. Hir- ctum ad Mysam venit, & quicunque illi saug. N. uel. in battens restiterant, statim se eidem in o- chr. ann. minibus sub fidei jumento subjecerunt. Per- agrata autem omni provincia, cum ad intro- itum venisset Brabantia, sciens dux quod

Dux Brabantia se Friderico submittit. mille de commissis consequeretur veniam, si ulterius vellet resistere, cauto ductus consilio, se cum filio suo primogenito subdidit per omnia Regiae dilitioni. Quos a suis Rex secum captivos abducens finibus, reversus est ad propria: prius tamen ut præmisimus in omni pacis & libertatis gaudio nostra diæc. restituta &c. Hec ille, qui de Othonie subjugit: Cumque præfatus audisset

Otho, quod Fridericus Augustus secum captvos illos abduceret, timens fugit de Colonia una cum conjugi sua ducis illius fuita, & apud Brunsvicu multo tempore commoratus est. Ita Othonianus tumor brevi instar bulle elisus, est ac parte a Philippo victoria præcipios fructus Fridericus collegit.

XXXV. Profligato (b) igitur penitus Othonem, (b) Rig. ubi sup. Paris. hist. Angl. Inducie inter Phil. & Joann. Reges.

Oritur inter legatum Card. & Steph. Cant. dif- sensio. inter le- gatum archiepiscopis acerbe ferret Nicolaum Tusculanum episcopum Apostolicæ sedis legatum, vacantibus in Anglia ecclesiæ præfules preficere, suffraganeorum suorum coacto concilio, legatione missa, ne id faceret prohibere conatus est, sed frustra, ipso Cardinale legato per nuncium apud fedem Apostolicam agente. Quomodo vero hæc omnia se habuerint, ex Matthæo Parisi accipere opere præsum est: Qui cum pervenisset, nimirum Pandulphus, fiam archiepiscopi Cantuarien sis in conspectu summi Pontificis non mediocriter denigravit: Regemque Anglor. tantis

ibidem extulit laudum præconiis, afferens se Regem tam humilem, tamque modestum extenus non vidisse, ut in oculis domini Papæ idem Rex gratiam admirabilem obtineret. Restituit autem Pandulphus ibidem magister Simon de Lingetuna, frater archiepiscopi Cantuarientis. Sed quoniam Innoc. in ch. br. Regis auro bullata, domino Papæ de subjectione & tributo regni Angliae & Hyperborea, a prædicto Pandulpho super delata fuerat, magister Simon in suis contradictionibus non potuit exaudiri. Afferebat præterea Pandulphus memoratus in præsentia domini Papæ archiepiscopum, & episcopum in exactione, & ablitorum Legati de restitutione tempore interdicti nimis esse Stephan. rigidos & avaros: quodque ipsum Regem quarelæ.

Hoc quoque anno Innocentius Papa ab eodem Rege, atque archiepiscopo per legatos Romam missos rogatus, ut latam in Anglia regnum interdicti sententiam revocaret; ea de re ad Tusculanum episcopum literas dedit, quas auctor recitat. (c) Quibus etiam concordia leges Regem inter atque episcopos approbat, ut nimirum ad sarcenda inficta damna preter jam data alia quadraginta marcharum millia traderet, atque insuper duodecim, annis singulis, marcharum millia, donec omnino factum esset satis: Ad hoc fideliter exequendum obligavit, seipsum ipse Rex per proprium iuramentum, & per literis patentes, sigillo suo communitas, nec non per fidei iussionem Vintoniensis, & Norwicensis episcoporum, Cestrensis & Vintoniensis, & Willielmi marescalli comitum, ita quod tam heredes ipsius Regis, quim successores eorum tenebuntur astricti. Quæcircum per Apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus secundum formam præscriptam procedere non posponas, nisi de mera & libera voluntate partes aliter duxerint componendum. D. Laterani x. kal. feb. pontif. nostri anno xvi. Quomodo vero Nicolaus acceptis Innocentii literis Londonii apud S. Paulum magnum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum, comitum aliorumque optimatum collecto conventu Apostolicæ sedis iussa peregrinat, ac SS. Apostolorum Petri, & Pauli festo die interdicti latam ante sex annos sententiam in principe ecclesia cunctis exultantibus solemnni ritu sustulerit, auctor memoratus tradit.

XXVII. Eodem arguento epistola extat in pontificio regento ad eundem legatum missa, (d) qua munus ipsi demandatum, ut mox atque Regem sacramento adegit, crepta præfulibus a se restitutum iri, atque in resarcendis damnis illatis ex An- Pontificis arbitrio paritum, interdictum dissolveret, sub quo jam diu Anglia in- gemiscerat: [i] Tu receptis ejus patentibus lite-

(d) Inn. l. 16. ep. Interdicti 173.

His legato significatis movit comes crucifignatorum exercitus in provinciam Narbonensem, afflatique terrore Narbone cives omnibus Ludovici imperiis se parituros spopondere. Ne igitur in posterum rebellionem facere haeresimve alere murorum firmitate freti auderent, moenia solo æquare jussi. At Arnaldus archiepiscopus ardenti studio sese opponere coepit, cum eam urbem ad suum dominium spectare contendenter; coacto vero præfulum, ac nobilium Biterris coetu, decretum, ut Ludovicus legati auctoritate Narbonæ, Tolosæ, aliorumque oppidorum moenia, quod illorum opera occasio neque ingentia mala rei Christianæ impressa essent dirui imperaret. Quibus perfidis legatus celebrato Careaflone præfulum nobiliumque conventu, ex mandato pontificio fidei custodiæque comitis Montfortis dictam ditionem usque ad concilium oecumenicum tradidit. Neque ita multo post comes Fuxi ad legatum accessit, legatusque Fuxum Montfortio custodiendum commendavit, ac missus Guido Montfortii frater Tolosam, ut fratri nomine eam urbem teneret, atque civibus in ejus verba adactis moenia everteret. Fracta igitur præsentia Ludovici haereseos cervice, Tolosæque moenibus dirutis, pacataque ea regione, perfecto peregrinationis nimirum quadraginta dicrum tempore, is princeps pulcherrimis onustus victoriis, ac non ferro, sed metu hostibus fidei perdomitis in paternum regnum se recepit. Hæc pluribus Vallisarnensis.

Urbium
haeretica-
rum diru-
ta moe-
nia.Et Tolo-
sa.Compre-
fis haer-
eticis re-
dit Lud.

NOTÆ [1] *Q*uanquam ea, quæ hic Raynaldus narrat de turbis in Anglia commotis vera sunt, diverso tamen ordine ac ille notat, acciderunt. Non enim Joannes postquam Londoniensis urbe expulsus fuit, & ad extrema coactus, tunc demum optimatisbus ea quæ postulabant regio diplome concessit; sed exasperatos animos mollire diplome illo prius tentavit, quam urbem derperderet, & in apertam defectionem res processisset. Namque regium diploma prodiit Londini die XV. januarii hujus anni; Urbs vero in potestatem conjuratorum venit die XVI. calendas junii die dominica hoc ipso anno, teste Radulpho de Coggeshale in libello de motibus Anglicanis vulgato in collect. Martenii to. V. col. 875. Ita ergo ex coævo illo & gentili scriptore rem totam componas. Angliae principes tumultum conciverunt in regem, quod regni libertates & jura atterere accusaretur. Rex primo quidem armis dissipando tumultuantem censuit; dein vero intercedente archiepiscopo Cantuariensi pacem cum illis composit, statimque lato diplome, de quo hic Raynaldus, iura illis omnia restituit. Prodiit diploma die XV. januarii anni 1215. Hac Regis indulgentia sopitum incendium exarsit iterum, cum rex stare promissis recusaret. Quare optimates concursu ad arma iterum facto ad moenia Londonensis orbis, unde tunc Johannes rex aberat, successerunt, arcansque pactionibus in suas partes traxerunt.

INNOCENTII III. PAP.
18.OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. 10.

Celebrata vero, ut subiicit auctor (*a*) **xxiv.** codem anno Romæ oecumenica synodo, (*a* d. ib. c.) de qua nos plura, de re Albigenſi etiam tractatum est. Concurrerant eo comites Tolosæ cum filio, ac Fuxi, ut a concilio amissas terras recuperarent, patresque ad sui misericordiam infleterent:

miserat quoque Montfortius Guidonem fratrem, ut rei suæ agendæ tuendæque strenue operam navaret. At Pontifex, rogatis sententiis, Tolosam aliasque a crucis signatis comparatas terras, salvo supremi domini jure, Montfortio adjudicavit; utque se etiam Raymundo benignum impertiret, veniæque locum aliquem daret, ipsius ditionem in Provincia sitam custodiri jussit, ut Raymundi filio vel integrum, vel ex parte, si probis moribus ornatus foret, ac religionis amans, reservaret. Verum ex ea Pontificis clementia ingentia postea mala emerse, cum ille Provincialium armis fultus, Tolosanos ad defectionem concitavit.

Tanta ditione auctus ornatusque Montfortius ad Francorum Regem se contulit, Montfort ut clientis officia veluti supremo domino exhiberet, ab eoque blande, & honorificentissime est admissus. Quacumque vero pergeret, summa omnium gratulatione exceptus; effundebatur ex oppidis urbibusque catervatim populus, clerusque composito religioso agmine occurrerat, omnesque uti triumphatori haereseos defensorique fidei occinebant: Benedictus qui venit in nomine Domini; tantaque in eum populi ardebat pietas, ut plerique vel tacta vestis ora ac lacinia felices se prædicarent. Sed de his sat: nunc ad res Anglicanas stylum convertamus.

Concitati hoc anno sunt in Anglia gravissimi motus, qui pene illud regnum evertere: [1] proceres enim initio foedere prærogativas nobilibus & ecclesiis Anglicanis olim ab Henrico primo concessas a Joanne Rege per vim extorquere, ut meditati, oratorum opera expetiere, ut eas confirmaret; quas cum ille, petitis ad

Pars co-
mitatus
Tolos.
relata
Raymun.
di filio.

et ipsam ad deliberandum induciis, regiam aucti- passi re- ritatem labefactari putaret, unquam cor- bellant. roboraturum negavit: quo illi responso efferati in arma coorti sunt, ac paulo post, conspirantibus cum iis Londiniensibus, regia urbe potiti; atque adeo crevit conjuratorum potentia, ut pene ab omnibus Rex desereretur. Qui cum se in discrimen amittendæ dignitatis addu- stum cerneret; ad distrahendas illorum vires omnibus ipsorum tam procerum quam episcoporum petitis annuit, regisque di- plomatibus corroboravit, quæ Parisus historiæ suæ inserit, subditque Regem

Ea a Rege
trepidi
extor-
quent.Joannes
liberas
præsum
electiones
fore
decernit.(*a* Ext.
apud P.
ris.

XXVII.

Regium

ea de re

nostris

diploma

ab Innoc.

confirma-

tum.

conjuratorum potentia, ut pene ab omnibus Rex desereretur. Qui cum se in discrimen amittendæ dignitatis addu- stum cerneret; ad distrahendas illorum vires omnibus ipsorum tam procerum quam episcoporum petitis annuit, regisque di- plomatibus corroboravit, quæ Parisus historiæ suæ inserit, subditque Regem

CHRISTI
1215.INNOCENTII III. PAP.
18.OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. 10.

perpetuum electiones quorumcunque præla- torum majorum & minorum, salva nobis & heredibus nostris custodia ecclesiarum, & monasteriorum vacantium, quæ ad nos pertinent.

Promittimus etiam quod nec impediemus, **XXVIII.**

nec impedire permittemus per nostros, nec

procurabimus, quin in universis, & sin-

gulis monasteriis & ecclesiis, postquam va-

caverint prælaturæ, quemcunque voluerint,

libere sibi præficient electores pastorem,

petita tamen a nobis prius & heredibus no-

stris licentia eligendi, quam non denega-

bimus nec differemus. Et si forte accidat

quod denegaremus, vel differremus, nibi-

lominus procedant electores ad electionem

canonicam faciendam. Et similiter post ce-

lebratum electionem noster requiratur assen-

sus, quem non denegabimus, nisi adversus

eandem ratione proposuerimus, & legitime probaverimus, * proper quod non de-

bemus consentire. Quare volumus & fir-

miter jubemus, ne quis vacantibus ecclesiis

vel monasteriis, contra hanc nostram

concessionem & constitutionem in aliquo ve-

nient vel venire præsumat. Si quis vero

contri hoc aliquo tempore veniat, male-

dictionem Dei omnipotentis & nostram in-

currat. His testibus, &c. Dat. per ma-

nus magistri Roberti de Marisco cancel-

larii nostri decimo quinto die januar. apud

novum templum Londini anno regni nostri

decimo sexto,

His ita gestis corroboratisque nobilio-

rum Anglorum privilegiis, (*b*) cum o-

mnium gratiam sibi Joannes conciliasset, *apud*

cund.

Paris.

Quoniam inter nos & venerabiles patres
a de re nostris, Stephanum Cantuariensem totius
Angliae primatem & sanctæ Eccles. Rom. Car-
dinalem, VVillelmum Londonensem, E. E-
liensem, E. Herefordensem, Joannem Ba-
thoniensem, & Glastonensem, & Hubertum
Lincolnensem episcopos, super damnis &
ablatis eorum tempore interdicti, per Dei
gratiam de mera & libera voluntate utri-
usque partis plene convenit, volumus non
solum eis, quantum secundum Deum pos-
sumus, satisfacere, verum etiam toti ec-
clesiae Anglicanae salubriter & utiliter in
perpetuum providere. Inde est quod qua-
litatem consuetudo temporibus nostris, &
prædecessorum nostrorum hactenus in ecclesi-
a Anglicana fuerit observata, & quid-
quid juris nobis hactenus vindicaverimus,
de cetero in universis, & singulis ecclesiis,
& monasteriis cathedralibus & conventua-
libus totius regni Angliae, liberæ sint in

etis civibus, in urbem nullo resistente evaserunt, quam dein usque ad obitum Johannis occuparunt. Secundum, hæc pax iterum conciliata per archiepiscopum Cantuariensem; sed non diu post iterum sedicio erupit. Hæc Radulphus, ex cuius testimonio convincitur geminam hanc pacem in unam confusisse Raynaldum, vel nihil de priori ante captum Londinum nosse; ex quo factum est, ut regium diploma, quod occasione prioris concordia prodiit, secundæ post captam urbem compositæ, tribuerit. Hanc secundam coaluisse credo circa diem XXVII. junii, qua Johannes hoc anno signavit constitutionem a se latam pro regni tranquillitate stabilienda, in qua ingenuos & vulgares homines quid servare quisque debeat præscribit. Constitutionem illam Gallice digestam vulgavit Dacherius Spicileg. tom. I. pag. 579. nov. edit. in fol. MANSI

CHRISTI
1215.INNOCENTII III. PAP.
18.OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. 10.

in alto infixam hærere injuriam agnoscunt, ad discutiendum imminens sibi ab irato Rege periculum in arma convolarent.

XXX. Perterritus Anglorum procerum coniuratione Joannes ad edomandos armis rebellis se accinxit, atque ad comparandum Romani Pontificis gratiam & tutelam oratores misit, qui significanter procerum Angliae ab eo defectionem, utque iis nonnullas leges iniquas extorquere volentibus repugnanteque Rege ac demum publice profitente stipendiariis esse sedis Apostolicæ regnum, atque adeo se ad Pontificem, ut supremum regni dominum provocasse, ne quid eo in scio a liquid in regno immutaretur, ipsos respreta Londinum occupasse, profiliisse in arnia, Regemque ad concedenda petita metu adegitse. Addit Parisius his intellectis Innocentium indignatione in processus Anglos commotum, qui Apostolicæ clientelæ commendatum principem divergent, ex Cardinalium consilio ea omnia, quæ per vim & metum fangita fuerant, edito amplissimo diplomate, rescidisse; in quo post narratas discordiae causas, utque Ecclesiæ abunde fecisset satis, cruce etiam induisset, fideique Apostolicæ esset commissus (illam enim hoc anno sumpsisse Parisius ait, sive ex religione, sive ut adversus conjuratos clientela pontificia se muniret) hæc ad rem spectantia adjecit:

XXXI. *Quia nobis a Domino dictum est in propria: Constitui te super gentes & regna, ut eellas & destruas, ædifices, & planteres. Itemque per alium prophetam: Disolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, nos tantæ malignitatis audaciam dissimulare nolentes in Apostolicæ sedis contemptum regalis juris dispensatum, Anglicanæ gentis opprobrium, & grave periculum totius negotii Crucifixi, quod utique immineret, nisi per auctoritatem nostram revocarentur omnia, que a tanto principe, crucifignato taliter sunt extorta, & ipso volente ea servare, ex parte Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus sancti, auctoritate quoque Apostolorum ejus Petri & Pauli ac nostra, de communi fratrum nostrorum consilio compositionem hujusmodi reprobamus penitus & damnamus, sub intimatione anathematis prohibentes, ne dictus Rex eam observare præsumat, aut barones cum complicibus suis ipsam exigant observari, tamen chartam quam obligationes seu cautions, quæcumque pro ipsa vel de ipsa sunt factæ irritantes penitus & cassantes, ut nullo unquam tempore aliquam habeant firmitatem.*

Dat. Anagnia non. kal. septemb. pontificatus nostri an. decimo octavo. Quo etiam die ad nobiles Anglia scriptit, (a) eos que a memoratis conventionibus omnino

recedere, Regique inustam injuriam sarcire jussit, quo placatus ille emendarer sponte quidquid contra iustitiam, atque æquitatem tentatum videretur: *Ad quod etiam & nos, inquit, ipsum efficaciter inducimus: quoniam sicut nolumus, quod ipse suo jure privetur, ita volumus, ut ipse a vestro gravamine desistat, ne per consuetudines pravas & exactiones iniquas sub nostro dominio regnum Angliae opprimatur.*

Hæc Pontifex ad conciliandos Joanni Regi Anglos; nec tamen emoti tumultus adhuc Apostolica auctoritate resedebunt, quorum auctorem Stephanum de Langetuna archiepiscopum Cantuariensem & Cardinalem cum putaret Joannes, illum Romæ, ubi solemnes episcoporum in Lateranensi ecclesia iudicii erant conventus, in crimen perduellionis vocavit, quem Innocentius pene convictum ac veniam depositum damnavit, sententiamque a Wintoniensi episcopo in eum latam confirmavit; quanquam paulo post in gratiam restituit, vetuit tamen, ne pedem in Angliam inferret, antequam concordia Regem inter & proceres coaliisset. Suscepit porro in eadem synodo magno ardore Regis clientelam Innocentius, quem Joannis oratores sibi devinxerant, inculcarantque, ut ait Parisius, nonnulla iniquiora capita regio honori contraria, quæ Angli ab ipso extorserant, atque adeo factione illa implicitos solemnii ritu anathemate defixit, ut ipse Pontifex testatur in litteris (b) ad Albedunensem, duosque alias abbates exaratis.

Innocentius &c.

Ad vestram volumus pervenire notitiam, quod nos nuper in generali concilio constituti excommunicavimus, & anathematizavimus ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, ac nostra barones Angliae cum adjutoribus & fautoribus suis, qui Joannem illustrem Regem Anglorum crucifigatum & vassallum Romanæ Ecclesie persequuntur, molientes ei regnum auferre, quod ad Romanam Ecclesiam dignoscitur perire. Insuper excommunicavimus & anathematizavimus omnes illos, qui ad occupandum vel invadendum regnum ipsum, aut impediendum euntes in ejusdem Regis succursum operam vel openi impenderunt, & terras eorumdem baronum ecclesiastico subiectimus interdicto &c. Dat. Later. xvii. kal. jan. pont. nostri anno 18. Viros ecclesiasticos, qui factiosorum partibus fuerint irretiti, suis dignitatibus deturbando decernit, provinciamque iis abbatibus imponit, ut Apostolicam sententiam in Londinenses, & alios conjuratos, quorum præcipios duces no-

Damna-
tur ab
Inn.

Data cau-
tione ab
solvitur.

Angli fa-
tiosi in
concil.
anathe-
mate per-
cussi.

(b) Extat.
apud Pan-
gn. 1216.

XXXIII. Sententia
in An-
glia pro-
mulgati
jussa.

Interdi-
cta subje-
cta rebel-
lium ter-
rae.

XXXIV. Crux
induit
cum nobi-
libus plu-
ribus vi-
tatis.

(a) Cas.
in ejusd.
Engel.
ges. arch.

Col. I.1.

c.3.

apud

electum

fuisse,

de quibus

Cæsarius in

Eu-
Sur. to.6.

gelbertigestis (a): Neuter tamen illorum,

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1215.INNOCENTII III. PAP.
18.

minat, facris interdictos solemnii ritu de-
nuncient.

XXXIV. At factiosi, ut ait Parisius, censuras Spretæ a pontificias floccifecere, quos, et si in Robelli- bus censu- ræ.

manos Pontifices admodum, iniquus auctor, ea de causa in crimen vocat; ceterum Joannes pontificia armatus auctoritate ad edomandos subditos ex Aquitania tum ex Belgio, Galliisque magnas copias auxiliares excivit, quibus intructus rebelles in magnas angustias adduxit, eorumque agros, possessiones, ac domos ferro flammaque corrupit. Ut vero illi acti in desperationem ad sua recuperanda Philippi Galliarum Regis maiorem natu filium Ludovicum, cuius præclaræ hoc anno in Albigenenses facinora vidimus, Regem salutarint, sequenti anno referemus; jam ad Germanicas res deflectamus.

XXXV. Extulere se admodum Friderici res hoc anno quem ait Godefridus Andernaci colloquium cum nobilioribus Germaniæ habuisse, postea prefectum Aquisgranum, a Siffrido Moguntinensi archiepiscopo A. S. L. absente Coloniensi solemnii pompa inaugurate, regisque insignitum ornamenti: & peracto consecrationis Imperatoris ritu, Joannem Xantensem scholasticum de induenda cruce liberandaque ex infidelium tyrannide Terra sancta concessionem habuisse; tumque incensum zelo Fridericum una cum multis præsulibus & principibus eam capessisse: quod etiam plures antea in Andernaci colloquio egisse ait. Sed quanto Ecclesiæ malo Fridericus sumpta cruce votum nunquam infregerit, unde Christiana res publica pessumdata atque afflita admundum ex ea occasione est, secuturis annis videbitur. Cum vero Coloniensis archiepiscopi, cuius partes erat Fridericum insignibus Imperii exornare, mentio inciderit, prætereundum non est, tunc inter Theodoricum & Adolphum de archiepiscopatu maximam quæstionem motam, atque repudiato utroque Engelbertum Col. I.1. atque electum fuisse, de quibus Cæsarius in Eu- Sur. to.6. gelbertigestis (a): Neuter tamen illorum, Ann. Eccl. Tom. XX.

nimirum Adolphus & Theodoricus, epi- Engelber- scopatum recuperare valuit, licet in cu- tus Co- ria Romana ab utroque satis pro illo la- lon. arch. eligitur.

ex redditibus episcopalibus sunt assignatae; ecclesiæ vero Coloniensi libera electio remissa est. Et paucis interjectis verbis: Post depositionem Othonis Friderico adhærens, Engelbertus scilicet, ac per hoc favorem domini Innocentii Papæ conquirens communis consensu in archiepiscopum electus est. [1]

Cum exauditorati Othonis auctor me- XXXVI.

minerit, de abdicatione illius in Late- ranensi synodo confirmata loqui videtur, cujus rei historia ex Richardo de S. Ger- mano nobis petenda est (b). Scribit er- go auctor omnium principum nuncios ad in chron. hoc anno.

Agitatum de Imperio in concil.

Otho fa-
ctum
satis pol-
licetur.

Opponit se mar-
chio
Montis-
ferrati.
Rationes ipsius cur non ad-
mittendus.

Adjecit Mediolanensium pariter ora- XXXVII
Ccc
tio-

NOTÆ [1] D esiderari hic in Raynaldo posset adnotatio diei & mensis, quo magna hæc, quæ narrat, contigerunt. Id autem apte ab historicis suppeditatur. Igitur Fridericus hoc anno insignes conventus habuit duos, alterum quidem Meris in epiphania, ait Rainerus in continuatione Lamberti parvi; alterum vero Andernaci, quem calendis maii collectum afferunt Godfridus, & Reinerus, qui & addit ibi decretam fuisse obsidionem Colonæ, & Aquisgrani. Sed Aquisgranenses Othonis res fere prostratas intelligentes, ab eo opportune ad Fridericum desciverunt. Ille vero ingressus urbem regni Germanici possessionem initivit, ac solemnii pompa, die, non quidem S. Mariæ Magdalena ut per errorem scriptit Albericus, sed die festa S. Jacobi, ut Reinerus, & Godefridus eorum locorum vicini ac denique author coævus chronici montis Sereni apud Menken. rer. Germ. to. II. col. 244. affirmant, regiam coronam assumpt. Nec mors, addit post hæc Reinerus, post missam idem rex ex insperato signum vivifice crucis (quod erat cruciariorum militum insignis) acceptip. Ex his deducitur errasse illos, apud Raynaldum hic, qui Fridericum insignis illud sacræ militiae diu ante acceptam regni coronam in conventu Andernaci sumpsisse narrant. MANSI

CHRISTI
1215.INNOCENTII III. PAR.
18.OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. II.

Exhortationem respuendam, tum quod anathematis vinculis ob partes Othonianas amplexas irretiti; tum quod eorum civitas Patarenos haereticos in gremio foveret. Objecta diluere, ac retorquere alis nientibus, exulcerati animi in asperiora verba prorupere: quo viso Innocentius affurgens e Pontificio folio manu silentio indicio sacrum senatum dimisit, cumque a B. Martini ad S. Andreæ festum ter concilium coegisset, electionem principum, qui Fridericum salutarant Imperatorem, confirmavit: quo facto Innocentius Ecclesiae consuluisse putavit, cum tamen postea Fridericus longe Othonem improbitate vicerit; sed tunc ille ut callidus erat, studiosissimum se tuendi divini nominis fingebat, atque hoc anno ne illius nimia potentia formidinem Romanæ Ecclesiae incuteret, vel ne Imperio Sicilia conjuncta videretur, supremoque in illam Romanæ Ecclesiae dominio detraheretur, Henricum filium Siciliæ Regem creavit, seque astrinxit sacramento post adeptam Imperii coronam e patria potestate emissurum, regioque diplomate illud regnum sedis Apost. vectigale esse promulgavit.

xxxviii. *Sanctissimo in Christo patri, & domino suo Innocentio, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiae summo Pontifici, Fridericus Dei, & sui gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, & Rex Siciliæ, cum filiali subjectione debitam in omnibus Apostolicæ sedi obedientiam, & reverentiam.*

Promittit adepto Imperio emancipaturum. Cupientes tam Ecclesiae Rom. quam regno Siciliæ providere, promittimus, & concedimus, statuentes, ut postquam fuerimus Imperii coronam adepti, protinus filium nostrum Henricum, quem ad mandatum nostrum in Regem fecimus coronari, emancipemus a patria potestate, ipsumque regnum Siciliæ tam ultra Pharam, quam citra, penitus relinquamus ab Ecclesia Romana tenendum, sicut nos illud ab ipsa sola tenemus; ita quod ex tunc nec habebimus, nec nominabimus nos Regem Siciliæ, sed juxta beneplacitum vestrum procurabimus illud nomine ipsius filii nostri Regis, usque ad legitimam ejus aetatem per personam idoneam gubernari, que de omni jure, atque servitio Ecclesiae Rom. respondat, ad quam solummodo ipsius Regis dominium noicitur pertinere, ne forte pro eo quod nos dignatione divinitus sumus ad Imperii fastigium evocati, aliquid unionis regnum ad Imperium quovis tempore putaretur habere, si nos simul Imperium tenemus, & regnum, per quod tam Apostolicæ sedi, quam hereditibus nostris aliquod posset dispendium generari. Ut autem hæc nostra promissio, concessio, & constitutio debitus fortius effectum, presentem paginam aurea bulla nostra fecimus communiri. Dat. apud Argentinam anno Domini

Id actum ne Siciliam ab Imperio pendere putetur.

ni millesimo ducentesimo decimoquinto kal. jul. indictione quarta.

Postremo addere liceat haud contemnendum antiquitatis monumentum, solenne videlicet a Salinguerra Romanæ Ecclesiae vectigali editum fidei jusjurandum in egregio atque a nobis saepe laudato Vaticano volumine (a) hujuscemodi verbis conceptum:

Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi MCCCXV. indictione III. tempore Salin. Innocentii Papæ III. Pontificatus ejus anno 18. die lune in vigilia sanctæ Mariæ sedis sacramentum. ptimo intrantis mensis septembri in presencia, & testimonio rogatorum testium infra scriptorum. In nomine Domini amen. Ego Salinguerra de Farraga ab hac hora in ante ero fidelis vobis domino nostro Papæ Innocentio, vestrisque catholicis successoribus, & Eccl. Rom. Non ero in facto, vel consilio, vel consensu, ut vitam, vel membra perdatis, aut mala captiavini captione. Vestrum certum malum si scirevo, pro posse meo diligenter impediā; quod si non potero impedire, significabo illud vobis, aut tali personæ, quam credam vobis pro certo dicturam. Consilium, quod mihi credideritis, ad vestrum dannum me sciente nulli pandam.

Papatum Rominum & regalia beati Petri specialiter id totum, quod mihi concessisti in feudum de terra quondam claræ memorie comitissæ Matildis, videlicet Medicinam, & duas partes Argellatae, Mombarozone cum plebatu sanctæ Mariæ, Carpum, Carpinetum, Besmatum, Mandrinam, Bibiwellum, Castrum Ariani, Foscundum, Mozole, Bondenum, Arduni, Pipiguicum cum universis curiis, & pertinentiis, juribus, & honoribus omnium predictorum castrorum, & locorum & cuncta jura, & redditus, responsiones, jurisdicções, & honores, usus, & albergarias, que sunt dicti predictæ comitissæ Matildis pœ memorie, in iis locis, sive pertinentiis, videlicet in Sablonio, Gazolo, Belegaria, Biolotorta, Dianzano, Casale magno, Casale Ligogno, Tregasso, Pregnano, Caviano, Runcaliis, Plunzo, Castro Canusæ, ejusque Curiæ Fontana, Campogajano, sancto Martino de Riosustinolo, Padis, Corregia, fossa Canalis, Miliare, Gurgatellis, Fossulis, Brundiono, Soleria, & in toto podere q. Cavalcacomitis, ac universo Imolare comitatu, & in toto eo, quod est in prænominate potere.

In episcopatu Bononiensi, Mutinensi, Regino, Parmensi, ceterisque aliis episcopatis, adjutor ero ad retinendum & defendendum quæ habet, & quæ non habet ad recuperandum, & cum recuperata fuerint, ad retinendum, & defendendum contra omnem mortalem, eandemque vero terram nec teneo, nec tenebo, nisi a Romana tantum

CHRISTI
1215.INNOCENTII III. PAR.
18.OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. IO.

rum Ecclesiæ, & pro ipsa solvam ei singulis annis nomine census quadraginta marchas argenti, & serviam ei pro ipsa terra meis sumptibus. In Lombardia, & Romania cum centum militibus. In Tuscia vero, valle Spoletana vel Marchia cum quinquaginta. Ab urbe autem & infra versus Apuliam, per Campaniam, & totum regnum Siciliae cum xx. per mensem integrum singulis annis quandcumque fuerit requistus, tempore veniendo, & recedendo minime computando, & deinde cum sibi place-

cuerit in suis dumtaxat expensis legatos & nuncios Apostolicæ sedis in terram venientes prædictam, devote recipiam, & honorifice pertractabo. Hæc omnia promitto bona fide impleturum, & servaturum, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Actum in castro Carpi in ecclesia sanctæ Mariæ in manibus magistri Pelegrini domini Papæ capellani ad hæc speciæliter delegati feliciter. Sequuntur subscriptio[n]es, quas brevitatis gratia prætermisimus.

OTHONIS IMP. 7.
HENRICI IMP. IO.

XL.

Quas ter ras jure fiduciarior a Roman. Eccl. ac ceperit.

XLI.

JESU CHRISTI
ANNUS
1216.

INNOCENTII PAP. III.
ANNUS
19.

OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

I. **N**us sit acerbissimum toti orbi Christiani no dolorem Innocentii obitus anno Christi millesimo ducentesimo decimo sexto, indictione quarta, qui tanta cum laude pontificium munus sustinuit, Ecclesiæque terminos ea felicitate protulit, ut paucissimos illius virtutibus pares Pontifices orbis suspererit. Sed ne ante, tempus lacrymis indulgeamus, ea primum sunt afferenda, quibus extremos dies illustravit. Igitur ad componendum Imperii statum, comprimendosque Angliæ mortuorum in gemitam legationem decrevit: missus enim ab eo est in Germaniam cum amittitur plissima auctoritate Petrus tit. S. Pudentiane Cardinalis, de quo hæc Godefroidus (a) : Fridericus Rex in festo Apostolorum Philippi & Jacobi, curiam apud Nuremberch habuit: ubi Petrus Cardinalis S. Pudentiane a domino Papa missus affuit. Huic curiae Engelbertus Coloniensis electus se exhibuit, & a domino Petro cbr. Hirs. Card. confirmatus, regalia a Friderico Reg. ann. ge suscepit, eadem alii (b). [1]

Petrus Card. in Germ. in annal. ann. 1216.

(a) Godef. (a) : Fridericus Rex in festo Apostolorum Philippi & Jacobi, curiam apud Nuremberch habuit: ubi Petrus Cardinalis S. Pudentiane a domino Papa missus affuit. Huic curiae Engelbertus Coloniensis electus se exhibuit, & a domino Petro cbr. Hirs. Card. confirmatus, regalia a Friderico Reg. ann. ge suscepit, eadem alii (b). [1]

II. Alteram vero legationem gessit magister Walo [2] (quoniam alii eundem Cardinalem illa funetum afferant e) ut traxit Parisius, (d) qui eo missum ait, quo Ludovici Francorum Regis filii profectio- Antonini. nem in Angliam impediret. [3] Namque perduelles Angli, iisque fidelium cœtu, & communione abscessi, de quibus antea e- (d) Par. Ang. cod. ann. ratis, Regem sibi Ludovicum hoc anno

NOTE [1] **H**oc anno concilium Genuae celebratum fuit, quod eruditos hic usque latuit, nunc vero beneficio Cl. editoris Rer. Italic. to. VI. col. 410. ex Ogerii Panis continuatione annualium Genuensium Caffari in scriptam lucem prodiit. Ita enim author ille ad hunc annum: Die VI. aprilis Otho (Genuensis) archiepiscopus cum Albiganensi, & Brumatensi episcopis, & multis abbatis, canonicis, propositis, archipresbyteris, sacerdotibus, & clericis de Januensi archiepiscopatu concilium per tres dies celebravit, exponens ea, qua ad Lateranense concilium per dominum papam Innocentium tractata, & ordinata fuerant, in quibus concilii multi homines, & mulieres in nomine domini ad honorem S. Sepulcri crucem cooperunt. Hoc ergo concilium in nova, si quæ fiet, conciliorum collectione inferendum erit. MANSI

[2] **A**nglicanam legationem, de qua hic Raynaldus, Gualo ad cardinalatus dignitatem jam promotus gessit; qua de re ambigentem Raynaldum certiore facere possunt coevi plures scriptores; Albericus in chronico, Guillelmus abbas in chronicô Andrensis monasterii diœcesis Boloniensis, qui chronicon illud absolvit in anno 1234. Spicileg. Dacher. to. II. col. 781. nov. edit. MANSI

[3] **E**lectio Ludovici in regem Angliæ non hinc quidem anno, ut scribit hic Raynaldus, sed præcedenti confignanda est. Id enim perspicue ex Radulpho, teste, quantum arbitror, oculato, patet. Historiam motuum istorum Anglicorum accurate describens ille, narrat Roffensem urbem obsideri coepit a Johanne quinto die octobris anni 1215. eamque tandem aggressoribus cessisse. Quem urbis casum accidisse oportet ante diem natalem domini ejusdem anni, cum Savaricus quidam ejusdem arcis custos a Johanne relicitus nocte natali dominii ex arce clam egressus in hostium castellum quoddam irripuit. **D**um igitur, pergit Radulphus, ob fidio Roffensem urbis trahetur (adeoque anno 1215. nondum exacto) applicuerunt ad Ercuvelle in vicinis portibus fere septem millia armatorum, quos Ludovicus filius Philippi regis Francorum, quem barones Anglia in regem sibi elegerant, abjurato, & abjudicato Johanne cum omnibus suis, in succursum baronum transmiserat. Ex his ergo constat electionem Ludovici anno 1215. labente factam fuisse. MANSI

(c) Vinc. Spec. hist. c. 28.

(d) Par. Ang. cod. ann.

elegerunt, moxque per literas, & numeros evocavere; quibus princeps annuit, & quamvis Apostolicæ sedis legatus, ut eum a proposito dimoveret, omnem operam collocasset, ille anathemate percelli, quam ad se configentibus deesse maluit; de quibus Parisius, in sequenti post S. Marci festum die Ludovicum ad patrem Philippum se contulisse, ardentissime contendisse precibus, ne iter suum disturbaret, cum sacramento Anglis proceribus se adstrinxisset eorum auxilio non defuturum, ac malle anathemate percuti, quam perjurio fidem infringere; motumque filii lacrynis Philippum assenserit, ut expeditionem in Angliam adnaret: cum tametsi rem periculi plenam cerneret, palam ab eo consilio abhorre re videri voluisse, atque ita Ludovicum magnis cinctum copiis instructa classe in Angliam trajecisse, nulloque labore Joanne cum suis in fugam aucto, Londinum pervenisse: ubi ingenti principum omnium gaudio exceptum, plures ab Rege ad se pellexisse afferit. Similia Rigordus, (e) Godefroidus (f) aliique tradunt. Addit Parisius Walonem S. A. L. de Ludovici in Angliam profectio certiore factum, ad provinciam sibi impositam fungendam inter medios periculorum æstus penetrasse in Angliam, atque ad Joannem Regem agentem Glovernæ pervenisse. Qui adventu ipsius admodum recreatus spem suam omnem in eum conjectit: hunc ve-

Ludovic. VIII. ab Angl. re. bellibus Rex salutatur.

III. Oratores ad Inn. mittit.

In An. gliam tra. cit.

Joannem Regem fugat. Londini excipiatur.

(e) Rigor. de gñ. Pbil. Angl. Franc. Reg. ann. 1215.

(f) Gode. in annal. eod. ann. Antonin. 3. p. iii. 19. a. 6. & alii.

Ludovicus a legato ana. themate citus.

ro

CHRISTI
1216.

INNOCENTII III. PAR.
19.

OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. 13.

ro coacto mox præsulum concilio, [1] Ludovicum ejusque partium studiosos anathemate defixisse, ac tota Anglia sententiam promulgari jussisse.

Post secundas vero Ludovici res enarratas de oratorum ejus in urbem adventu hæc prodit auctor: Circa dies istos Ludovici nuncii, quos ad curiam Romanam miserat, eidem scripserunt sub hac forma:

Excellentissimo domino suo Ludovico, domini Regis Francorum primogenito D. de Corbolo, I. de Monte visito, & G. Letheth, nuncii salutem & fidele servitum.

Noxerit excellentia vestra, quod nos die dominica ad mensim paschæ venimus ad dominum Papam salvis personis nostris & rebus, & eodem die intravimus, statim ad ipsum. Quen hilarem invenimus, sed vultu tristem se nobis exhibuit. Et presentatis literis nostris, & proposita salutatione ex parte vestra, ipse nobis respondit: Dominus vester non est dignus salutatione nostra. Ego vero statim respondi: Pater credo quod auditis rationibus & excusationibus domini nostri, invenitis eum dignum salutatione vestra, utpote Christianum, catholicum, vobis & Romanæ Ecclesiæ devotum. Et sic illa die a presentia domini Papæ recessimus. Sed in recessu nostro benignissime nobis dixit dominus Papa, quod nos libenter audiret quando, & quoties vellemus. Sequenti die martis, dominus Papa misit servientem quendam ad hospitium nostrum, ut veniremus ad ipsum, & statim venimus ante eum, & ipse multa dixit contra nos, cum proposuimus causam nostram, & quæ videbantur impugnare factum vestrum, & rationes vestras.

IV. Quæ fuerint pro invadenda Angl. Ludovici argumenta. Joannem suis sceleribus indignum se regia coronatione reddidisse.

Quid respontum erat; mortis sententiam in eum latam esse; quibus a Pontifice responsum ab Innoc.

Joannem regia inunctione fuisse delibutum, atque adeo inferiorum dignitate, ut erant pares Galliæ, judicio obnoxium non fuisse, nec illius criminis convictum.

Opponebant etiam iidem oratores, antiquam Anglia sedi Apostolicæ a Joanne velutigalis constitueretur, bellum cum Anglo justum, proinde jure belli id teneri, atque ejus possessione potiri Ludovicum adiectis in sua verba Anglis proceribus, tum regis velutigalibus ad se iam derivatis, nec iam alio jure, quam armorum, ex adeptis possessione deturbari posse: si anathematis sententia in fautores procerum lita esset, non propterea illa Ludovicum irretitum, cum non ad proceres juvandos, sed ad ius suum persequendum, ad quod obtinendum mala alterius voluntate ut licet, in Angliam transfretasse. At Pontifex contra objicit a synodo ecumenica inducias ad quadriennium indicatas; Joannem etiam crucis signatum extitisse, & Apostolicæ sedis clientelæ commendatum; ob indicatas a Concil. Lat. indicias.

VI. Et statim finito sermone, percusso pectori suo cum magno gemitu, infrenuit spiritu & dixit: Heu mihi, quia in hoc facto Ecclesia Dei non potest evadere confusione, si enim Rex Anglie vincitur, in ipsius confusione confundimur, quia vassallus noster est & tenemur eum defendere. Si dominus Ludovicus vincitur, quod Deus avertat, in ipsius læsione lreditur Romana Ecclesia, & ipsius læsionem propriam reputamus: secure enim semper habuimus & adhuc habemus, quod ipse in omnibus necessitatibus debent esse brachium, solium in oppressionibus, & refugium in persecutionibus Ecclesiæ Romanæ: & in fine dixit, quod melius vellet mori quam aliquod malum vobis accideret in hoc facto, & sic illa die recessimus. Præterea de consilio quorundam Cardinalium expectamus diem Ascensionis, ne quid statuatur contra vos, quoniam illa die solet Papa innovare sententias suas. Dixerat enim nobis Papa, quod ipse expectaret nuncios domini Vvalonis. Valete.

VII. Hoc interim spatio: Dum fortunatus alea, subdit Parisius, statum regni Angliae talibus turbibus exagitaret, dominus Miraculum veronicae.

NOTE [1] **D**e concilio, de quo hic Raynaldus a Gualone legato apostolico coacto in Anglia loco incerto silent scriptores omnes, præter Parisium, ex quo illud accepit annalista. Sed & quod mireris, a collectoribus conciliorum omittitur, cuius proinde mentio in nova, si quæ fiat, conciliorum editione facienda est. Cum autem habitum videatur postquam Ludovicus in Angliam intravit, applicuisse autem die XIV. cal. juli afferit Rodulphus in libello de his motibus Anglicanis; non nisi post diem illam collocari concilium istud oportet. MANSI

CHRISTI
1216.INNOCENTII III. PAP.
19.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.Portendit
mortem
innocen-
tio.(a) Vest-
monast.
flor. hist.
an. 1216.VIII.
Innoc.
Melgorii
comita-
tum Ma-
galon.
epsc.
tradit.Vestigial
viginti
marcha-
rum im-
positum.

IX. Jam immaturum patris optimi funus la-

nus Papa Innocentius, quem vacillantis Ecclesiæ cura solicitabat, effigiem vultus Domini, quæ Veronica dicitur, ut moris est, de ecclesia sancti Petri versus hospitale sancti Spiritus reverenter cum processione bajulat. Qua peracta, ipsa effigies, dum in locum suum asportaretur, se per se gyrabat, ut verso staret ordine, ita scilicet, ut frons inferius, barba superius locaretur. Quid nimis abborrens dominus Papa, credidit illud in triste sibi præsigium evenisse. Ut plenus Deo reconciliaretur, consilio fratrum in bimorem ipsum effigie, quæ Veronica dicitur, quandam orationem composuit elegi, cui adiecit quendam psalmum, cum quibusdam versiculis, & eadem dicentibus decem diecum concessit indulgentiam, ita scilicet, ut quotiescumque reperatur, toties dicentia tantundem indulgentia concedatur, &c. His similia tradit Matthæus Westmonasteriensis (a) in suis historiarum floribus, cuius liber Parisi potius epitome appellandus videtur. Verum sicut in dubium revocari nequit religiosissimum Pontificem hujusmodi de causis solemnes supplicationes indicere, atque alia pietatis opera peragere consuevit, ita sunt qui immutatam illam imaginem fabellam suscipiuntur; nos certe rem in medio adducam, cujusque judicio permittemus.

Postremo silentio involvendum non est, extare in libro censum Innocentii diploma ad Magalonensem episcopum, quo Melgorii comitatum fiduciario titulo concessit: Devotionem, quam tu, & Magalonensis ecclesia retroactis temporibus ad Apostolicam sedem noscimini habuisse, & habere in futurum speramini attendentes, comitatum Melgorii, sive Montisferrandi, qui ad jus, & proprietatem Ecclesiæ Romane noscitur pertinere, cum omnibus pertinentiis ejus in feudum concedimus tibi, ac successoribus tuis sub anno censu virginiti marcharum argenti nobis & successoribus nostris in festo resurrectionis Dominicæ persolvendis, salvo nibilominus alio censu, quem pro alia causa Ecclesiæ Romane debetis. Itaque tu & successores tui nobis, & successoribus nostris fidelitatem proper hoc specialiter facietis, & per Romanum duntaxat Ecclesiam recognoscetis ipsum, & tenebitis comitatum; & de ipso facietis guerram & pacem ad mandatum ipsius, nec castrum Melgoris seu castrum Montisferrandi, cum sint caput comitatus ejusdem, in feudum dare, seu quomodolibet alienare nullatenus præsumatis absque Apost. sedis licentia speciali. Minora etiam feuda, quæ ad ipsum pertinent comitatum, nulli concederis omnino extra Magalonensem diœcensem commoranti: nulli ergo &c. Datum Laterani IIII. id. aprilis pontificatus nostri anno XIX.

crymis prosequamur: Anno Dom. MCCXVI. inquit Conradus Urspergensis abbas, (b) Urf. perg. in cbr. ann. 1216.

Innocentius Papa obiit apud Perusum XVI. kal. aug. pontificatus sui anno decimonono; hæc ille. Verum XVII. kal. augusti, dicunt alii. Hoc anno vero defunctum plurimi scriptores (c) affirmant, ex quibus hæc Richardus: (d) Innocentius Papa Urbe exiens Perusum vidit, ubi mense iulio XVII. kal. augusti languore correptus feliciter expiravit. Cur vero illuc se contulerit, Martinus Polonus (e) aperit: Demum, inquit, cum Papa propter subventionem Terræ sanctæ, inter Pisanos, Genuenses & Longobardos pacem intendere facere, in itinere ad hoc constitutus, apud Perusum est defunctus, ibique in ecclesia S. Laurentii est tumulatus. Hoc quoque iisdem verbis Bernardus, (f) ac similia Dlugoschus (g) sive Longinus, aliisque. Unde corrigendus quorundam recentiorum error, qui in diem alium annumve Innocentii obitum conferunt. Ac sane qui eum superiori anno (h) vel sequenti (i) vita perfundum asseruere, ex literis ab Honorio Papa in locum Innocentii suffecto, hoc eodem anno datis erroris convincuntur. Sedit annis duodecim, mensibus sex, diebus novem: creatus enim fuerat Pontifex, quod ipse testatur, (k) vi. id. januar. millesimi centesimi nonagesimi octavi anni, migravisse e vivis, ut dictum est, testaturque Honarius. (l) decimo-septimo kal. aug. hujus anni. Quocirca erravit memoratus Parisius, qui cum asserat Innocentium XVII. kal. aug. sublatum, ejus tamen sedi menses quinque, dies qua[u]tor dumtaxat, supra octodecim annos tribuit: Denique scriptores (m) illi, qui ad prædictorum annorum ac dierum summam, non sex, sed quatuor menses adiiciunt, Pontificatus temporis rationem, a die quo sacrificis Pontificalibus iniciatus est, VIII. scilicet kal. marii, inire videntur: sepultus vero fuit, ut dictum est, Perusii in principe S. Laurentii templo, ubi nunc requiescit.

Lugubre in mortem Innocentii carmen a Riccardo (n) suo insertum historiæ hic adiicere libuit, quo præclaræ ejus virtutes commendatae, atque in luce collatæ videntur, quanquam ab impoliō ipsius, nec castrum Melgoris seu castrum Montisferrandi, cum sint caput comitatus ejusdem, in feudum dare, seu quomodolibet alienare nullatenus præsumatis absque Apost. sedis licentia speciali. Minora etiam feuda, quæ ad ipsum pertinent comitatum, nulli concederis omnino extra Magalonensem diœcensem commoranti: nulli ergo &c. Datum Laterani IIII. id. aprilis pontificatus nostri anno XIX.

Nox accede, quia cessit sol, lugeat orbis,
In medio lucis, lumen obiisse suum.
Lumen obit mundi, quia decepsit pater
Innocentius:
Iste pater urbis & orbis erat.
Nomen utrumque tenens versum notat,
hoc quod habebat
Quid mundo posset reddere, quidque
Deo.

(b) Urf. perg. in cbr. ann. 1216.

(c) Par.

bif. Angl.

an. seq &

ali.

(d) Rich.

de S.

Cerm. in

chron.

(e) Mart.

Pol. ch.

l. 4.

Moritur

Perusii.

(f) Ber.

chr. Rom.

Pont. an.

1216.

(g) Long.

bif. Pol.

l. 6. cod.

(h) Paul.

Lang.

chron.

Citiz. an.

1215.

(i) Par.

bif. Angl.

Sedis

tempus.

(k) Inn. l.

i. ep. II.

(l) Honor.

l. I. ep. I.

(m) Urs.

perg. cbr.

an. 1199.

& alii.

CHRISTI
1216.INNOCENTII III. PAP.
19.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

Si speciem, si mentis opes si munera lin-
guæ
Attendas, cedet lingua, cadetque
stylus.

XI.

His contraria atque indigna admodum de tanti Pontificis in altero saeculo animæ statu nonnulli scriptis prodiderunt, e quibus Thomas Cantipratensis in gestis sanctæ Lutgardis hæc scribit: [1] Hoc fere

(a) Thom. tempore (inquit a) dominus Innocentius Cantip.

Papa III. post celebratum Lateranense con-
vit. Lutg. cilium ab hac vita migravit, moxque ap-

paruit visibiliter Lutgardi. Illa autem ut

vidit eum ingenti flamma cinctum, quisnam sit percontatur. Respondit se esse In-

nocentium Papam; & illa cum gemitu.

Quid hoc est, inquit, communem omnium nostrarum patrem tam dire cruciari? Res-

pondit ille: Tres ob causas ita crucior, que

etiam æternis supplicij me justissime ad-

dixissent, nisi per intercessionem piissime Matris Dei, cui monasterium condidi, in

extremis me penitusset, & æternam qui-

dem mortem evisi, sed pœnis atrocissimis usque ad judicij diem cruciabor. Quid au-

tent ad te suffragia petiturus venire potui,

mibi a suo Filio Mater misericordia im-
petravit. His dictis confestim disparuit.

Lutgardis vero ejus necessitatem sceleribus, ut ei succurrerent, indicavit: porro admodum dolens vicem ejus, mirabiliter cruciatus illius causa effectit. Noverit lector nos revelante nobis Lutgarde, tres illas

causas non ignorare, sed pro tanti Ponti-
ficis reverentia referre noluissè. Hæc Tho-

XII.
In dubi-
um revo-
catur ab
invidis
factum.

mas, ut mittamus dicere de nescio quo Cisterciensis ordinis abbate, quem in so-

mnis, Dominum in excelso throno con-
spexisse ferunt, (b) ac nudum subinde

(b) Com-
hominem pontificali insula decoratum, pil. cbr.

qui sedentem versus velocissime currens clamabat: Miserere mihi miserere misericor-
dissime Deus; ac draconem magnum a-
tergo insequentem & devorare nitentem.

Horret sane animus hæc de tanto Pon-
tifice audire, ac facile crediderim illa ab
inimicis conficta atque subornata. Quis enim in animum induxit, Innocentium, cujus laudes boni omnes celebrarunt, a-

nimique virtutes ad cœlum tulere, tri-
bus sceleribus foedissimis fuisse inquinatum, ob quæ æternis inferorum pœnis mulctandus esset, ni in extremo vitæ mor-

ta confinio illum penitusset? atque u-
num ex perditissimis illis prope fuisse, de quibus divinus vates (c): Hæc dicit Do-

minus: Super tribus sceleribus Damasci, (c) Amos.

&c. & super quatuor non convertam eum;

quid enim indignius, quam omnibus le-
ges dare, cunctos commonere, præsulibus

ecclesiæ, Regibus principibusque cum o-

pus esset, criminis obiicere, minas ful-
minare, gravissimis urgere pœnis, cri-

mina denique in omnibus aliis acerbissi-
me vindicare: ipsum vero scelerum ac

flagitorum cœno involutum jacuisse? Cer-

te Dominus pronuntiavit probitatis &
sanctitatis simulator, facilis negotio de-

tegi agnoscique posse: Ex fructibus eo-
rum, inquit, cognoscetis eos. Non potest

ar.

NOTÆ [1] DE visu S. Lutgardis sanctimonialis Cisterciensis quid sentiamus integrum nobis relinquit Annalista. Eius veritati deferre Bollandiani patres in actis SS. in nota ad locum illum vitæ S. Lutgardis visi sunt. Miti vero illusum hac in re fuisse pia mulieri persuasum est, rato plus fidei deferendum omnium gravissimorum ejus & vi historicorum consensu, qui pontificem summis laudibus exornant, quam visu phantastic mulieris illius, quæ pia li-
cet & morum sanctimonia insignis, adhuc tamen femina erat, nec in eis, quæ per visum spe-
stare sibi persuadebat, ab illusione semper immunis fuit. Nescio enim an criticis probarent ea quæ cœlesti voce sibi revelata fuisse affirmabat de reliquis nescio cujus B. Osanna virginis, si-
lia quondam regis Scotia, & per miraculum domini ad partes Gallie adducta, ibique defuncta. Hæc plane visio sicut & quæ de statu Innocentii III. sibi ostensa fuisse afferbat, muliebri po-
tius phantasie, quam Deo revelanti optime tribuerentur. Cum enim Innocentius III. plura, & ardua in pontificatu tractasset, quæ ut ab aliis probata, ita pariter & a multis reprehensione, & Dei ultioris animadversione digna videbantur, accidit fortasse, ut ad illius pia mu-
lieris aures ea quæ de pontifice illo in malam partem jactabantur pervenirent. His facta con-
ceptibus phantasia ostentum magno illi pontifici hand plane gloriosum peperit. Similibus per
visum ostentis magnis viris invidiam conflari & tate illa consueuisse probant ea, quæ de Joanne Anglorum rege anno isto defuncto narrat author chronicus Turonensis; tradit enim defuncto e-
ius corpori ac sepultura tradito in quadam abbatis, quæ est in ecclesia cathedrali episcopatus Ulverensis, subito in ipso noctis silentio spectaculum quoddam adstitit, ejus aspectu territum loci illius custodem abbatem, monachos accivisse, quibus vix ecclesiam intrantibus, vocem quandam terribilem in aures insonuisse clamantem se Joannem esse quondam regem Anglia tor-
mentis variis lacerandum, quandiu corpus ejus maledictum esset in terra illa benedicta, & ma-
xime in ecclesia tumulatum. Hæc de Joanne vulgata per eam & tatem sunt, de Joanne, in-
quam, qui regnum suum ecclesiæ vestigial religionis instinctu effecit, cui ad mortem usque pon-
tifex ejusque legatus adeo favit, ut infectatores ejus diris devoverint. Apage ergo nugas. Ne-
que is ego sum, ut credam sanctam illam feminam maligno mendacio fictum vaticinium pro-
vero obtrudisse, quin nec veris ejus oraculis ea phantasie illusione quidquam detractum iri cen-
so. Valet hic, si alias unquam, illa S. Gregorii magni in Ezech. hom. I. regula: Prophetæ
santi magno usu prophetandi quadam ex suo spiritu proferunt, & hæc se dicere ex prophetis
spiritu suspicantur. MANSI

CHRISTI
1216.INNOCENTII III. PAP.
19.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

*arbor mala bonos fructus facere; quomodo ergo Innocentius, in quem utpote summum inter homines fastigium tenebantem conjecti erant omnium oculi, sua crima tegere, pastorisque optimi personam induere potuit? Cumque, ut affingit fabula, moribus corruptissimis esset, totque in eum odio & invidia flagrantibus, quos ob perpetrata scelerata censuris defixerat, nullam commissorum ab illo criminum suspicionem ad eos emanasse, nec enim quin ea illi obinciderent spargerentque, unquam sibi temperare potuissent. Adde, si de viis loquamus, plurima saepe jastrari, quae mendacii ex pluribus arguantur, nonnullaque id genus gravissimum in rebus, veluti divinitus objecta literis commendari, quae inter se pugnare manifeste liqueat, cum veritas divinitus inspirata sibi perpetuo constans reperiatur. Sane ut ait Apostolus (a) *Satanas transfigurat se in Angelum lucis, sensus etiam interdum hallucinatur, mens sibi inania fingit ludibria, ac saepe divinis visis vel hominum incuria, vel levitate, vel malitia nonnunquam plura adduntur.* Ceterum Innocentii animam, Deo permittente, suffragia postulare potuisse, inficias non imus, ignibusque purgatoriis expiandam traditam, cum interdum viri sanctissimi contractas vitae maculas iis eluant.*

XIII. Possent innumera veterum scriptorum testimonia ad comprobandas ejus animi virtutes produci: sed iis prætermis pauca dumtaxat Rigordi, qui eo tempore floruit, & S. Antonini archiepiscopi Florentini verba adducere contenti erimus. Ait igitur Rigordus (b): *Innocentius Papa celebravit Romæ concilium, vir clari ingenii, magnæ probitatis & sapientiae, cui nullus secundus tempore suo. S. Antoninus (c) vero: Post innumerā, inquit, opera egregia virtutum, demum beato fine quievit.* Hæc ille de Innocentio Papa, qui a pluribus etiam aliis ut vir sanctissimus collaudatur; multa luculenter scripsit, de quibus hæc gestorum ejus anonymus auctor: *Fecit ante pontificatum libros de miseria conditionis humanae, de missarum mysteriis, & de quadripartita specie nupiarum, & postillam super septem psalmos: post pontificatum autem libros sermonum, epistolarum, regestorum, & decretalium.* Hæc auctor de editis, dum Pontificis vitam contexebat, quam morte fortasse præventus absolvere nequivit. Verum iis plura Innocentius elaboravit, quæ duobus tomis multis abhinc annis edita fuere. Novissime accepit tomus tertius quatuor ejus epistolarum regesta complectens ut supra dictum; ex quibus aliisque Gregorius nonnus decretalium librum potissimum condidit.

(b) Rig.
de Ges.
Phil.
Aug.
Franc.
Reg.
Elogia
Innocen-
tii.
(c) Anton.
3. par.
tit. 19.
c. 1.
Scripta
ab eo
opera.

Addamus postremo nonnulla de ejus gestis ac virtutibus, quæ illius memoriam commendant, coluisse ipsum veræ amicitiae leges scribit ejus vita auctor; liberalitatemque & magnificentiam in familiares exercuisse, quos ad amplissimos honores extulit. Quos quidem iis dignos fuisse putandum est, cum vir tanti ingenii prudentiæque nisi magnorum virorum familiaritate delestant posset. Hæc enim de creatis ab eo S. R. E. Cardinalibus ejus acta tradunt: *Circa familiares suos liberalissimus extitit conferendo illis beneficia & honores: nam de capellanis hos promovit ad dignitates Ugolinum diaconum Cardinalem S. Eustachii, quem præterea fecit episcopum Ostiensem.* Quem postea ad summum pontificis dignitatis gradum sub Gregorii IX. nomine exploratæ virtutes extulerunt (d): *Leonem in presbyterum Cardinalem S. Crucis, Joannem in presbyterum Cardinalem S. Mariæ in Consmedin, quem postea fecit Romanæ Ecclesie cancellarium; Petrum in presbyterum Cardinalem S. Pudentianæ, Nicolaum in episcopum Tusculanum, Joannem in diaconum Cardinalem S. Mariæ in Via Lata, Octavianum Cardinalem SS. Sergii & Bacchi, Joannem in diaconum Cardinalem sanctorum Cosmæ & Damiani; Paulum Hortanum episcopum, Benedictum in episcopum Fundanum, &c.* De aliis epis copis pergunt dicere.

Singulare vero modestiæ exemplum in XV. comprimento luxu præbuit, quo cæteros A luxu ecclesiæ præfules ad abiendum fastum, atque ad rerum caducarum despiciantiam adduceret; hæc enim memoria dignissima vitæ illius auctor (e) prodidit, que in bibl. Val. aliis desiderantur: *Quia vero superflutas multa nimis abundat in sæculo, maxime in prælatis, ut eos corripere posset liberius & corrigere, illius exemplo, qui cœpit facere & docere, ad tales se mediocritatem reduxit, quod vase aurea & argentea in lignea & vitrea commutavit; pelles armellinas * & grisiæ transfulit agninas. Mensam suam tribus ferculis vatis utebatur.* Domestici mini stérii viros reliquos diligenter; remotisque laicis, viros religiosos adhibuit ad quotidianum ministerium mense, ut ei a personis regularibus honestius serviretur; consuetis tamen officiis viris nobilibus reservatis, qui festivis diebus secundum morem deserviebant in eis. Quantam moderatam sumمام de thesauro Ecclesiæ separavit, & in sequestro depositum pro tempore difficultibus reponuerat. Largissima ele motynæ ab eo effusa.

ste-

CHRISTI
1216.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

steria, & xenodochia sit partitus. Hactenus de Innocentio, qui universo orbi Christiano ingens sui desiderium reliquit: tum vero maxime Terra sancta in eo gravissimam jastram passa est, cum illius diligentia ac studio e Saracenorum servitute eruptum iri speraret: jam enim novus Imperator, Angliae Rex, aliquique principes crucem induerant, quorum ardor una cum Innocentio pariter extingui visus est. Atque de laudatissimo Pontifice de Ecclesia Dei, universo Chrestiano orbe optime merito hæc dixisse suffecerit.

XVI.
Honorius
successor
illius.(d) Greg.
IX. vit.
anonim.
scrip.(a) Urs.
perg. chr.
an. 1216.
Gesta ab
eo mune-
ra.

p. tit. 19.

p. tit. 3.

p. tit. 19.

p. tit. 3.

CHRISTI
1216.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

ta fratum aspirando prævenit, prosequetur etiam adjuvando. Fiduciam enim tam habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed nostra sufficientia est ex Deo, qui nos ad suum ministerium evocavit. Non ergo propter obitum præfati predecessoris nostri confaternatur cor tuum, neque formidet; quia si propter hoc Terræ sanctæ impediatur succursus, quoniam eti illius sufficientia nostra videatur inferior; ad liberationem tamen ipsius votis non minoribus aspiramus; quibus ipse Dominus qui sperantes in se multatenus deserit, effatum tribuat, & profectum: ut quod possilitas nostra non obtinet, ejus nobis gratia largiatur. Serenitatem igitur regiam roganus attentius, & monemus, & exhortamur in Domino, quatenus de gratia nostræ fuisse securus; ipsis qui ad subventionem terræ ipsius tota intendimus voluntate, conforteris sis Domino, & in potentia virtutis ipsius, ad conservationem terræ intendens viriliter, & prudenter, præliaturus prælia Domini, cum tempus adveniri opportunum; & ob hoc recepturus ab eo gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Dat. Perusii VIII. Kal. aug. pont. nostri anno primo.

XX. Restituenda eulogio Chri-
stiano Terræ sanctæ in-
cumbit.

Consensisse verbis facta, resque Hierosolymitanas pontificio pectori insedisse illustrant ejus literæ ad Galliarum episcopos, quos religioso pro imperio monuit, crucisignatos Innocentii morte consternatos erigerent, confirmarentque, se ad exitum perducendis predecessoris constitutis tota animi & operæ contentionem incubitum: atque adeo suscipienda expeditioni strenue se accingerent: tum etiam ipsos præsules rogavit, ut suis apud Deum precibus recens impositum onus levarent; vicissimque paternam illis solitudinem est pollicitus: Universitatem vestram rogamus attentius, & monemus, & exhortamur in Domino, quatenus insufficientiam nostram apud eum, qui dat omnibus affluenter, & non impropperat, orationibus adjuvetis, & circa commissam nobis dominici gregis curam diligenter & uiliter vigilantes, nostrum satagatis humiliter supplice defecit, & injunctam nobis pectoralis oneris gravitatem vigilanti studio comportetis, & in ecclesiastica unitute, obedientia, & devotione apostolica sedis, quibus habentur ecclesia Gallicana inter ceteras potissimum floruit, & fructificavit suavitatem odoris, sicut ager plenus, cui benedixit Dominus, firmiter persistentes, ad ea que pacis sunt, impeditis studiis diligens, & operam efficacem.

XXI. Attextur regesto pontificio prolixior catalogus patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, atque abbatum quibus iisdem pene conceptis verbis scri-

psit: adiectæque ad Imperatorem Constantiopolitum literæ (a) quibus catholice Ecclesiæ gubernaculis se admotum docet, (a) Lib. 1. ep. 5. aperitque ingens tuendi divini numinis, edomandi schismaticorum fastus, Imperii orientalis, ex quo veluti ex arce firmissima in Sarracenos ac Terræ sanctæ invasores excurrentem sit, contra Græcorum impetus firmandi muniendique desiderium, ac demum ad pristinam in Rom. Ecclesiam reverentiam amoremque servandum est cohortatus. Pari ratione, ut subiicitur, Sicilie Regi designato Imperatori, Polonia ducibus, aliisque singulis Regibus, & principibus scriptum est. His Perusii gestis cum solis clementiores radii aerem temperarent, augusto mense exeunte, iter in Urbem est aggressus, prius nimirum Kal. sept. ut affirmat Fossæ (b) Chron. Foss. vni. hoc ann. Novæ chronicon his verbis (b): Nono kal. aug. consecratus est, pridie kal. sept. Romanum proficitur. Magna exercitum pompa.

Quantum vero studium hoc anno contulerit Honorius ad comparanda in gratiam Hierosolymitani regni subsidia, de quibus paulo ante meminimus, epistolæ ejus demonstrant. Primum nimirum Burgundie & Brabantie duces, Barensem & Antissiodorensim comites, aliquaque principes, qui sacre militiae nomen dederant, ad traiciendum cum reliquo Christiano exercitu expeditos esse jubet, (c) ubi statutum a synodo Lateranensi tempus appetiisset: dein Cluniacensi abbati mandavit, (d) ut ordinis sui ecclesiarum redditum partem Terræ sanctæ subsidio præsidio mittendam, ex ejusdem concilii præscripto cogat: tum ad incendendos militari ardore Christi milites, qui se cruce insignierant, missis in Gallias ac Germaniam legatis, literisque sacram in hostem divini nominis classicum cecinit (e).

Honorius, &c.
(e) Hon. l. 1. ep. 81.
Honorii ad cruce-signatos exalta in fortitudine vocem tuam, tacere exhortatio.

Cum dicatur nobis a Domino per Prophetam: Clama, ne cesses, quasi tuba exta in fortitudine vocem tuam, tacere exhortatio. amodo non debemus, quin ad prælia Domini prælianda Christianos milites compellamus; nam prope est ut veniat tempus pugnae, quo Rex noster Dominus dominator sue crucis vexillum explicet, ut suo congregato exercitu, in manu forti, & extento brachio dimicet contra hostes ad faciendum vindictas in nationibus blasphemorum, qui Hierusalem nostram inclytam civitatem in populi Christiani opprobrium sua se jactant detinere fortitudine occupatam.

Videntes itaque Dei potentiam venientem

XXII.

Urget expedi-

tionem in Ter-

ram san-

dam.

Providet in eam rem pecuniarum subsidia.

(a)

Ep.

24.

XXIV.

CHRISTI
1216.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

rem, vocem extollimus, & clamamus, ut eidem obviam occurritis. Quoniam, eti filii alieni ad tempus occupaverunt ejus regnum exigentibus culpis nostris, ipse tamen est in Israelitico populo regnaturus, qui nostra crimina sanguine suo lavit, fuit enim hactenus dispositione provida ordinatum, ut dum iter peregrinationis arripere crucisignatorum exercitus retardarent, naves, arma, & alia necessaria pararentur, sed ecce his omnibus pro majori parte paratis transfretandi terminus appropinquat in sacro generali concilio constitutus, qui non debet amplius prorogari. Eja igitur sumite arma viri, acute gladios, festinante milites Iesu Christi, ut adveniente tempore passus generalis, in prefato concilio denotato, divino comitante auxilio transfretatis, & congregato exercitu sequenti Regem cœli, cuius nos obsequio devovistis, firmiter confidentes, quia ipse, qui suum traduxit populum per desertum, salvos reddet homines, & jumenta, & vos, si eum secuti fueritis puro corde, non solum faciet triumphare, verum etiam regio coronabit diademate post triumphum. Ad hoc cum venerabili fratri nostro Tyrensi archiepiscopo dederimus in mandatis, ut vos ad id moneat & inducat, universitate vestrae per ap. sc. mandamus quatenus eidem prædicantis verbum Domini pro successu Terræ sanctæ tanquam fidelium munio devote, ac humiliiter intendatis. Dat. Rome apud S. Petrum non. decemb. pontificatus nostri anno primo. Postremo de vigesima in sacrum subsidium conferenda, persolvendaque, ad Panormitanum archiepiscopum, ejusque suffraganeos (a) extant literæ, tum ad colligendæ illius pecuniae præfectos, quæ eodem exemplo ad omnes orbis Christiani archiepiscopos, quorum longior texitur catalogus, missæ.

Nec silentio præterendum, religiosissimi cuiusdam viri in Christum pro nobis in crucem actum singulare amoris exemplum per id tempus editum, qui vi impetuque doloris ex Christi passione ac morte concepti abreptus, in Calvaria monte piissimam animam repente exhalavit. Reim gestam ita narrat Cantipratensis: (b) Circa annum ab incarnatione domini MCCCXVI. quidam vir fidelis & bonus de oppido Dinantbeo mare transit: & ingressus Terram sanctam loca singula, in quibus pedes Domini stetisse quibusdam indicis ferebatur, multa devotione & lacrymis visitavit. Cumque venisset ad locum Calvarie, ubi Redemptorem nostrum audiuit mortis angustias, & crucis suppliium pertulisse, gravissimis spiritus ingemiscens, cum clamore valido & lacrymis dixit: Quid tibi benignissime domine, quid inquam tibi Christe retribuam pro omnibus, que prius amator amabilis mihi mirabiliter tribuisti, vidi prius loca in quibus na-

tus, & inter homines conversatus doctrinam evangelicam prædicasti, & deitatis tuæ indicia per miracula demonstrasti. Hæc quidem ob amorem & reverentiam tui sincero corde complexus sum, hunc vero locum passionis & mortis tuæ æquo animo videre non possum, ubi clavis crucifigi, terebrari lancea, & animam pro nobis tradere voluisti. Hæc ut beatus ille peroravit, exclamans, ruptis vitalibus cordis ventis spiritum exhibilavit, &c. Atque hactenus de Terræ sanctæ rebus, e quibus antequam sermonem ad occidentem revocemus, quædam ad orientale Imperium pertinentia adjungenda videntur.

Cohortatus (c) est Apostolicis literis Honorius patriarcham Constantinopolitanum ad pacem, concordiamque cum Imperatore servandam, modo Ecclesiæ ju-

(c) Honor. l. 1. ep. 10. Honor. Patr. cum Imp. con- terea Regis Thessalonicensis adhuc pueri, ciliat. (d) Id. ib. ep. 15.

(e) Georg. Logoth. Leone Al- latatio in terprete.

XXVI. Studet cum Italiam novus Pontifex peregerit: quippe vices ejus gerens, qui ait (f): Ego cogito super vos cogitationes pacis; omnes populos inter conciliaret, confirmaretque; atque adeo adversus illos, qui ipsam turbarent, graviter animadverteret (g). Ardebat tunc civili bello Insubria, cum Mediolanenses sociatis cum Placentinis armis Ticinenses hostili ardore insectarentur, eorumque extremo exitio populatis magna vastitate agris imminerent: cujus odii causam inde fluxisse, ut supra tetrimus, videtur, quod Ticinenses Fride-

(f) Hie- rem. 29.

(g) Hon. l. 1. ep. 17.

Ann. Eccl. Tom. XX.

395

OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

Ddd 2

CHRISTI
1216.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

ricum in Germaniam proficiscentem sti-
passent, atque in Othonis gratiam, cu-
jus partes tuebantur, bellum atrox ipsis
intulisse. Jam ante suum ad eos in con-
cordiam adducendos studium Innocentius
collocarat, ac post celebratam synodum
œcumenicam, in qua toti Christiano or-
bi publicæ induciæ ad quadriennium e-
rant indicæ, legatos miserat, qui perva-
caces incuso censuram terrore, ad pa-
cem revocarent: quorum industria cum
furore improborum elusa esset, Honorius
ad perducenda prædecessoris consilia vi-
bratas a Cardinalibus legatis censuras con-
firmavit, ac literas ea de re Apostolicas
ad Insubriæ populos, atque ad omnes (a)
qui apud ipsis vel auctoritate ob gestos
publicos magistratus, vel claritate gene-
ris, vel dignitate ecclesiastica conspicui-
erant, tum ad Malespinæ marchionem &
Sabauidæ comitem, quos a Mediolanensi-
um partibus divellere est conatus, exaravit.

Honorus, &c.

XXVII. Cum (b) in generali concilio pro Ter-
(b) Ep. 18. ræ sanctæ succursu commodius exequendo
Mediola-
nenses
Papiensi-
bus bel-
lum infe-
runt.

Studet
Honorus
censuris
coer-
cere.

*Cum (b) in generali concilio pro Tercia
reæ sanctæ succursu commodius exequendo
provida fuerit deliberatione statutum, ut
principes & populi Christiani, saltæ per
quadriennium, plenam pacem, aut firmam
treguam ad invicem inviolabiliter obser-
vant, & ii, qui acquiescere forte conti-
derent, per excommunicationem in personas,
& interdictum in terras arctissime cogeren-
tur, ac bone memoriae Innocentius Papa
prædecessor noster volevis, ut hujusmodi con-
stitutio in eos, & dilectos filios Papiones
debitum sortiretur effectum, dilectorum filios
nostrorum L... tituli S. Crucis presbyte-
rum, & R... S. Mariæ in Cosmedin dia-
conum Cardinals, commisso eis legationis
officio, ad eos propter hoc specialiter de-
finiarit, ipsi verbo pacis eis a Cardina-
libus prædictis efficaciter, & prudenter,
proprio non recepto, contemptis monitis,
& prohibitionibus Cardinalium, Papiensem
territorium hostiliter invaserunt, ipsam multi-
pliciter devastantes, in Dei contemptum,
Apostolica sedis injuriam, & suarum peri-
culum animarum. Propter quod Cardinales
prædicti accense zelo justitiae, in potesta-
tes consules, & principales consiliarios Me-
diolani, & Placentiæ civitatum auctorita-
tate præfati prædecessoris nostri excommu-
nicationis sententiam promulgarunt, & ci-
vitates easdem supposuerunt ecclesiastico in-
terdicto. Verum quia idem in maris alti-
tudinem venientes, ipsis sunt tempestate
deneri; ut oculos suos statuant declinare
in terram, & non respicientes ad cælum
adibuc in sua contumacia perseverant; nos
præfata sententias confirmantes, manus no-
stras in eos duximus aggravandas, præ-
cipientes potestates, & consiliarios, nec non,
& societatum magistros civitatum ipsarum
per totam Lombardiam singulis diebus do-
minicis, & festivis, pulsatis campanis,*

& candelis accensis, excommunicatos pu-
blice nunciari.

Pari studio ad alendam inter Beneven-
tanos Ecclesiæ clientes concordiam, quæ
nonnullorum dissidiis periclitabatur, cu-
ras defixit atque ad eam servandam in-
signibus amoris notis aspersis literis est
cohortatus, e quibus hæc verba veluti
præclara paternæ in eos solicitudinis ar-
gumenta decerpinius: (c) Cum non pos-
sit mater obliuisci filii uteri sūt, nos qui
statum civitatis vestræ cupimus prospera-
ri, tanquam filios vos diligimus speciales
& in visceribus gerimus Jesu Christi, dan-
tes operam efficacem, ut civitas vestra
desiderata pace respiret, & assiduis pro-
ficiat incrementis, quæ continuus molestatio-
nibus est afflita. Dat. Romæ apud S. Pe-
trum non. decemb. pontif. nostri ann. I.

Paucis vero ante diebus ipsis rescripse-
rat, cum ista civitas ea libertate poti-
retur, ut qui in ea urbe habitare cupe-
ret, nuncupato Romanæ Ecclesiæ fidei

(c) Ep. 93.

sacramento, civium numero adscriptus
censeretur; caverent, ne eos, qui ad
eam urbem se contulerant, ad pristinas
sedes amandarent. Egregie etiam in Mu-

(d) Ep. 93.

tinenses affectum illustrant (d) collata in
eos præclara beneficia, quibus publicam
rem auxit, illorumque fidei & custodiæ

(a) Ep. 6.

Carpi & montis Barazonis oppida a Ma-
thilde comitissa Romanæ Ecclesiæ tradi-
tis cum omnibus ad ea spectantibus,
quædiu ipsius pontificatus teneret, com-

(d) Ep. 93.

misit, subjectisque legibus obstrinxit, ut
eorum locorum causa sumerent arma,
ponerentve ad Romanæ Ecclesiæ impe-
rium, legatos Apostolicos iisdem oppidis

(e) Ep. 17.

exciperent, ac demum probas confuetu-
dines ac leges, quæ hactenus obtinu-
erant, nullo pacto temerarent.

Rescindenda præterea fuit ab Honorio
hoc tempore lata a Patavinis hujusmo-
di lex, quæ facinorosos homines ad pe-
jerandum prolicere atque illorum cupi-
ditatem irritare videbatur: Si quis ali-
quid ab alio ablatum ad se pertinere jura-
tus afferuerit, ejusmodi jurijurando stan-
dum; tum Lucanus episcopus continen-
dus, ne monachis Florensis familiæ, a
Joachimo abbate jani ante conditæ, hæ-
reseos notam inureret, neve ab aliis ea
contumelia vexari permetteret, quod an-
no præterito a Lateranensi synodo (e)

(e) Ep. 87.

vetitum vidimus; cum licet nefandus er-
ror ab illius religiosi sodalitii conditore
contra divinam essentiam esset confictus,
suam tamen sententiam Romanæ Eccle-
siæ censuræ re nondum bene definita sub-
jecisset; tum etiam religiosa disciplina
apud Florenses vigeret. Sed de his deque
Italicis rebus satis. Convertenda jam no-
bis ad extera regna oratio.

Offert primum sese nobis bellis civili-
bus lacerata Anglia, cuius species non
mi-

CHRISTI
1216.HONORII III. PAP.
I.

Anglia minus sub Honorii primordiis, quam sub
res turbis Innocentii exitu foeda extitit. Ut vero
demum Honorii studio, atque Apostolicæ
sedis legati diligentia recreata fuerit pro-
ceresque a Ludovici Galliarum Regis ma-
joris natu filii partibus ad Henricum Jo-
annis successorem traducti, ordine dispe-
remus, ubi primum quæ ad redintegrandas Joannis res gesta percurrimus. Mi-
serat jam ante Innocentius Gualonem
tit. S. Martini presbyterum Cardinalem
Apostolici legati munere auctum, quo
Gallos ab invadenda Anglia deterreret,
revocaret Anglos ad officium, ac Joanni
Regi operam, & consilium exhiberet,
jamque strenue incumbebat provinciæ sibi
demandataæ, cuna relicta ab Innocentio
Ecclesiæ gubernacula Honorus capessi-
vit. Qui ut Anglicanas res alto pectori
demisit (intererat enim pontificiæ digni-
tatis susceptum in Apostolicam cliente-
lam Joannem, atque etiam vestigalem
Ecclesiæ factum tueri) mox Gualonem
legatum cœpto operi generose jussit in-
sistere. Quia finis, inquit, (a) non pu-
gna coronat, ac dedecori verteretur in-
choata cum laude, turpi exitu corrum-
pere: Injunctum tibi legationis officium au-
toritate nostra, sicut cœpisti, laudabili-
ter prosequaris, charissimum in Christo fi-
lium nostrum Joannem Anglorum Regem
illustrem cruce signatum, vassallum nostrum,
ex parte nostra confortans, ne ipsius anti-
mus consternatur, quia potens est Domi-
nus, qui humilia respicit, & alta a lon-
ge agnoscit, humiliare superbos, & humili-
les exaltare, ac Apostolicæ sedis non de-
stituetur auxilio, in quantum Dominus
permisit, & suis viablibit utilitatibus
expidire. Datum Perusii. Postea cum ab
eodem legato accepisse Pontifex, quot
& quanta funesta mala ex Anglicanis dis-
cordiis in dies orientur, conceptum ani-
mo dolorem delinire ac permulcere alii-
(b) Ep. 17.

(c) Ep. 6.

literis (b) conatus est, quibus etiam de
rebus ad archiepiscopum ejusque suffra-
ganeos, tum ad Angliæ optimates scri-
psit, ad concordiam servandam ipsos

(c) Ep. 24.

(d) Ep. 17.

(e) Ep. 24.

XXXI. Verum hæc inter Rex Joannes dum se
undique periculis cinctum videt, nec su-
stinentis hostibus parem, partim ex ani-
mi angustia, partim ex labore bellico
vel nimio fructuum esu, ut ait Parisius,

(d) Par-
bif. Angle-
hoc ann.

Joannis
Regis ob-
itus.

(e) Ext.
apud Ho-
norii re-
gel. lib. I.

(f) Ep. 147.

Sanctissimo in Christo, & domino cha-
rissimo Honorio Dei gratia summo Ponti-
fici Joannes eadem gratia Rex Angliæ, &
dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, &
Aquitaniæ, comes Andeg. salutem, & de-

bitam tanto patri, ac domino reveren-
tiam.

Cum gravi infirmitate, & incurabili de-
Commen-
tineremur, ita quod de nobis penitus de-
sporabatur, multipliciter nobiscum delibe-
eo Henr.
fedi Ap.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

CHRISTI
1216.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

Henricus Angliae regno succedit. dis legato, episcopis, principibusque Angliae solemní pompa insignie regni accepérunt, idem auctor refert: Paratis omnibus ad coronationem necessariis, legatus supradictus associatis sibi episcopis & comitibus memoratis, duxerunt eum ad ecclesiam conventualē cum processione solemnī, Regem acclamando, ubi ante majus altare constitutus, juravit coram clero & populo appositis sibi sacrosanctis evangeliis & plurimorum sanctorum reliquiis, diētante juramentum Tocclino Barboniensi, quod honorem, pacem, ac reverentiam portabit Deo, & sanctae Ecclesiae, & ejus ordinatis, omnibus diebus vita sua. Juravit etiam, quod in populo sibi commissō, rectam iustitiam tenebit, quodque leges malas, & iniquas consuetudines, si quae sint in regno, delebit, & bonas observabit, & ab omnibus faciet observari. Deinde fecit homagium sanctae Romanae Ecclesiae, & Innocentio Papae de regno Angliae, & Regia illius consecratio.

Succēptum ab Ecclesia ipsius patrocinium. & Hyberniæ, & juravit quod mille marchas, quas pater ejus Romanae contulerat Ecclesiae, fideliter persolveret, quamdiu prædicta regna teneret. Et infra: Coronatus est autem Henricus tertius anno etatis sue decimo, in die Apostolorum Simonis & Judæ, scilicet XXVIII. Post hæc enarrare pergit bellica gesta Ludovici Francorum Regis filii, qui, ut supra vidimus, Angliam invaserat, ubi hoc anno nonnullis oppidis, quod auctor pluribus tradit, potitus est: Verum animabat, inquit Parisius, eos, qui partes Regis fovebant quamplurimum, quod singulis diebus dominicis ac festis Ludovicus cum complicibus ejus & fautoribus excommunicari videbant.

XXXIV. Cum certior mortis Joannis Regis fama ad Pontificiam aulam pervasisset, Honorius non levem ex illius principis obitu dolorem haustus, ipsius filium Henricum religionis vi ac metu, quod maximum apud fideles præsidium erat, defendendum suscepit; legatumque ad partes suas strenue obeundas inflammat, ac ne adversis ullis rebus animum adiiceret, est co-

(a) Honor. l. 1. ep. 32. G... tit. S. Mart. presb. Card. Apos. sed. legato.

Imperialis legato data. Duris nobis rumoribus nunciatis, videlicet quod claræ memoriæ Joannes Rex Angliae viam esset universe carnis ingressus; repleti sunt lumbi nostri dolore, & sicut parturientis angustia nos possedit, tum quia ipsum ut pote vassallum Ecclesiae Romanae, ac ipsius filium specialem sincera dileximus charitate in Domino; tum quia tuis laboribus & angustiis, quas multiplicatas non ambigimus ex hoc esse, compatimur affectu paterno; tum etiam quia major nobis instat necessitas subveniendi natis ejusdem Regis pupillis, quorum esse tenemur ex injuncto nobis Apostolatus of-

ficio defensores dicente scriptura: Pupilltu eris adjutor. Et infra: Licet de tua constantia geramus spem certam, te tamen Apostolicis exhortationibus duximus confortandum, ne cor tuum bujusmodi tribulationibus, & angustiis confundetur, quoniam fidelis Deus, qui te supra id, quod potes, non patientur tentari, sed faciet etiam in hæc tentatione proventum, ut valeas sustinere. Et quidem forsan pius & misericors Dominus mortem Regis ipsius ad bonum filiorum ejus convertet, ut eos qui patris persequebantur personam, ad eorum fidelitatem reducat, cum odii causa sublata de medio, ipsius cessare possit effectus. Nec sua Pontificem fefellit opinio, scribit enim Parisius Anglos proceres odio, quo in Joannem flagrabant, extincto Joanne, in amorem & misericordiam erga filium verso, studia mutasse, sed de iis suo loco. Pergit Pontifex:

Tuam ergo discretionem monemus, & XXXV, exhortamur in Domino per apost. tibi scripta mandantes quatenus sicut vir fortis, & constans dilatato animo circa tutelam, & curam prædictorum pupillorum & regni, tanto sollicitudine invigiles promptiori, quanto Apostolica fides ad id fortius nunc tenetur, & tu ipse vice illius &c. Instruit legatum summa auctoritate, quæ ad exequendam tuendorum Joannis filiorum provinciam desiderabatur. Præterea se Apostolica auctoritate vibratas ab eo in illa causa censuras confirmaturum; tum subiicit: Ad hæc volumus, & mandamus, ut juramenta, quæ barones Angliae contra Regem prædictum nobili viro Ludovico primogenito Regis Francorum vel aliis præstiterunt, denuncies tamquam illicita non servanda. Dat. Romæ apud S. Petrum III. non. decemb. pontificatus nostri anno primo. Eodemque fere exemplo (b) Wintoniensi, Wigorniensi, & Oxoniensi episcopis Dublinensi archiepiscopo, nobilibus Angliae viris, regias partes sequentibus; præterea Burdegalensi archiepiscopo atque optimatibus cismariniis Regi obsequentibus literas misit, præcipue Willermum regorum castrorum magistrum, quem vulgo vocitant Angliae marescallum, cuius supra cum Parisko mentionem fecimus, religioso pro imperio (c) hortatus, ut in regis fide obediencia permaneret.

Ut continere in officio hos principes viros studuit ita alios qui a Joanne Rege desciverant, eumque bello acriter erant persecuti, revocare objecto religionis metu conatus est, inculcavitque jam ad a-lendam rebellionem sublato Joanne, Rege colorem deesse, proinde ipsorum dignitatis interesse cum Henrico, quem etas probabat innocentem, in gratiam redire; nec enim ferre legum æquitatem, ut paterni sceleris (si quod fuerit) poena in

CHRISTI
1216.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

(a) Ep. 82. in filium transfunderetur: Etsi (a) bachelinus habueritis velamen malitia, cum contra claræ memoriæ Joannem Regem Anglorum dominum vestrum arma gerere dicebatis, proponentes ipsum imposuisse vobis jugum intolerabile servitutis, jam nunc excusationem habere non poteritis in peccatis, nec notam prædictionis quoquam velamento velare, nisi ad fidélitatem filiorum ejus, qui vos nullatenus offendebunt, protinus redeatis, cum cessante causa, cessare debet & effectus. Jam enim non videbimini odio habuisse personam, ac vestram injuriam repulisse per sequentem quodammodo persequendo, sed potius malitiam excoquitatam sectari, si ejusdem Regis persequinini filios innocentes, quos deberetis defendere potius, & fovere: quibus patris iniquitas obesse non debet, cum iuxta verbum Domini, nec pater filii, nec filius patris debeat iniquitatem portare, sed potius anima quæ peccarit &c. Dat. Romæ apud S. Petrum kal. decemb. pontif. nostr. an. I. Paruere nonnulli proceres apostolicis imperiis, atque etiam ex ipsis Ludovici dubiis ab ejus partibus se subduxere, cum majori damno verterent iras numinis ac sedis Apostolicae incurrire, quam prætentis principis gratiam amittere: inter quos comes de Rocejo divino timore percutitus, cum se anathemate defixum nosset, damnato iniquo bello a sede Apostolica fidélum communioni restitui posuit, obtinuitque (b).

(b) Ib. ep. 59. XXXVII Pontificia studia ad Gallos cœptis abducendos.

(c) Ep. 83. Gravioribus autem curis distrahebatur Honorius, ne ita Henrico Angliae avitum sceptrum assereret, ut Philippum Galliarum Regem exasperaret, dum in Ludovicum ipsum filium censuras ferre cogeretur; atque adeo amoris ac benevolentiae vias omnes explorans Cisterciens & Clarevallensi abbatibus, qui gratia apud Philippum ac Ludovicum plurimum poterant, provinciam imposuit, (c) ut pontificio nomine utrumque adirent, & in genua provoluti per sacra queque obtestarentur, ab invadenda pupilli Apostolicae clientelæ commendati ditione temperarent: & parentem quidem, ut filium patria auctoritate a cœptis avocaret; Ludovicum vero, ut si quam eo facto decoris labem suscepturum putaret, illius dolorem divino numini, sedique Apostolicae remitteret, a qua vincere non pudori, sed gloriæ & triumpho ducendum esset, demum si repudiaret preces, denuntiarent divinas humanasque poenas in eum cumulatum iri.

Honorius &c.

Devotioni vestræ, de qua fiduciam gerimus plenioram, per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Regem adeuntes prædictum, vice nostra fuisse lacrymis humi prostrati, eundem preces precibus cumulando, moneatis prude-

ter, & obsecritis per aspersionem sanguinis Jesu Christi, quod pro ipsis reverentia, & Apostolice sedis honore dimissa praefatis pupillis offensa, si quam in eum pater commisit ipsorum, ex corde puro impendat studium diligens, & operam efficacem, ut prædictus filius ejus ad propria redeat, & occupata de regno prædicto pupillis restituat ante dictis, quatenus sic & nos, & seipsum expediatis a necessitate, quam nobis idem primogenitus ejus ingessit.

Ad eundem quoque nobilem accedatis, XXXVII. ipsum modo simili obsecritis, & intuitu Decreta illius, qui dominatur in regno hominum, ad Ludovicum abbatem legatio.

ipsum modo simili obsecritis, & intuitu Decreta illius, qui dominatur in regno hominum, ad Ludovicum abbatem legatio.

Gravioribus autem curis distrahebatur Honorius, ne ita Henrico Angliae avitum sceptrum assereret, ut Philippum Galliarum Regem exasperaret, dum in Ludovicum ipsum filium censuras ferre cogeretur; atque adeo amoris ac benevolentiae vias omnes explorans Cisterciens & Clarevallensi abbatibus, qui gratia apud Philippum ac Ludovicum plurimum poterant, provinciam imposuit, (c) ut pontificio nomine utrumque adirent, & in genua provoluti per sacra queque obtestarentur, ab invadenda pupilli Apostolicae clientelæ commendati ditione temperarent: & parentem quidem, ut filium patria auctoritate a cœptis avocaret; Ludovicum vero, ut si quam eo facto decoris labem suscepturum putaret, illius dolorem divino numini, sedique Apostolicae remitteret, a qua vincere non pudori, sed gloriæ & triumpho ducendum esset, demum si repudiaret preces, denuntiarent divinas humanasque poenas in eum cumulatum iri.

Honorius &c.

Quantum (d) Romana Ecclesia regni (d) Hon. Francorum turbationem desideret evitare; l. 1. ep. 21. immo quantum ejus tranquillitatem affecet, facile poterit intelligere quisquis devotionem ipsius regni ad illam, & grata subsidia, que in illo invenit tempore opportuno, intenta mente voluerit cogitare. Quis enim nesciat, quod Reges, & regnum Francorum semper in Apostolica sedis devotione firmiter persistierunt; quod semper in difficultibus, arduisque negotiis astiterunt ei studio indefesso; & nunc contra hereticam pravitatem, nunc contra paganorum barbariem eidem devote, & humiliiter obsequendo, illam utrisque formidabilem reddiderunt? Hæc quidem obsequia & alia, quæ recenseri sub epistolari brevi-

Collata in Gallos ab Honorio encōmia.

CHRISTI
1216.

HONORII III. PAR.

OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. 11.

vitate non possent, & merita nihilominus ecclesiæ Gallicanæ, cuius fides ac devotio nullo unquam tempore defecerunt, pro vobis sufficienter ut credimus fide jubent, quod inter cætera regna mundi illud quædam prærogativa diligimus charitatis, ejusque statum semper tranquillum esse cupimus, & felicem. Absit enim ab Apostolica sede & a nobis, qui ei disponente Domino, præsidemus, ut nobis taurorum veniat oblivio meritorum, & ut tantæ ingratitudinis vitio laboremus; quod iis non studeamus obsequiis, sinceris affectibus respondere.

XL.

Postremo ut Anglicanis rebus finis imponatur, divinæ sententiæ memor Honoriū: *Pupillum & viduam suscipiet,* (a) ut pupillo Regi consuluit Berengariæ quoque Anglorum olim Reginæ ope & consilio assuit, prium namque pæctiones ab illa cum Joanne Rege de dote initas, auctoritate munivit firmavitque: (b) Hon. l. (b) deinde Turonensi archiepiscopo ejusque suffraganeis mandavit, (c) ipsam ab iniquorum hominum vi & injuriis tuerentur, ne magno cum sumptu atque incommodo nuncios ad Apostolicam sedem mittere cogeretur: denique eundem archiepiscopuum, atque episcopum Cœnomanensem in Berengariæ clientes, causa non cognita, ecclesiasticis censuris animadvertere vetuit (d).

(d) Ep. 163.
XLI. Erardum Brennensem reprimit.

Complexus est eodem paternæ benevolentia studio aliam prænobilem viduam, Blancam nimirum Sancti Regis Navarræ sororem comitissam Campaniæ, ejusque filium Theobaldum Trecensem comitem in infirma ætate constitutum, quem Erardus Brennenſis sua ditione depellere meditabatur; contendebat enim uxoris Philippæ minoris natu filia Henrici Trecensis comitis ac Regis Hierosolymitani nomine comitatum ad se pertinere: verum obscura admodum atque involuta ea erant jura, ob quæ Philippus Galliarum Rex, accepto a Theobaldo fidei sacramento, sponderat eam causam in judicio non discussum iri; donec Theobaldus viriles annos adeptus esset, ne ob id Galliarum pax turbaretur, vel pupillus injuste opprimeretur; tum etiam eas Erardi nuptias ob sanguinis conjunctionem ab Innocentio vetitas fuisse, qui gravissime scripsérat Conradum Montisferrati comitem gladio, Henricum vero Trecensem præcipio obtentatas cum Regina Hierosolymitana nuptias male periiisse; similem tamen Erardus occasionem mortis Alberti patriarchæ Hierosolymitani aucupatus, coeca dominandi cupidine, temere inierat: cui obstabat etiam ipsum non maiorem natu Henrici filiam thoro sibi junxit, atque adeo inania penitus atque (e) Hon. l. irrita ipsius jura erant. Quibus permotus (e) Ep. 79. Honoriū Galliarum præsulibus scripsit (e),

ut censuris Erardum ac Philippam, si quid novi molirentur, comprimerent; cum maxime id bellum in Terræ sanctæ perniciem, cui subveniendum erat, redundaret.

Ipse vero, nimirum Erardus Brennenſis, post obitum prædicti patriarchæ (is) erat Albertus, cui inquirendi propinquitatis partium gradus munus ab Innocentio fuerat demandatum) captata successoris absentia, non est veritus eam sibi clandestine copulare, ambitiosa cupiditate cæcatus; cum non sit filia primogenita quæ in virumque succederet, si jus haberet alterutra succedendi. Et cum anno præterito cum multis applicuisset Cajetanum, ceteris ad sedem Apostolicam accendentibus, ipse tanquam conscientis male sibi, ejusdem prædecessoris nostri declinavit aspectum; sed concito cursu Januam navigavit, ut celeriter transalpinans, contra dilectum filium nobilem virum Th. Trecen. comitem suscitaret schisma si posset, non solum in grave scandalum regni Franciæ, verum etiam in grave dispendium Terræ sanctæ. Sed speramus in Domino, & in potentia virtutis ipsius, quod ejus machinatio non poterit prævalere, cum Philippus Rex Francorum illustris per suas præfato prædecessori nostro literas intimarit, quod cum dictum Th. ad suum comitatum remisit, per privilegium sibi regale concessit, quod auctoritate petiit Apostolica confirmari, quod usque ad legitimam ejus ætatem, nullam de iis contra ipsum querelam audiret.

Volentes igitur imminentibus periculis obviare; universitati vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus dictos Erardum, & Philippam, si forte occasione præscripta præsumperint malignari; Deum habentes præ oculis, sublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, per censuras ecclesiasticas compescatis, mandatum Apostolicum taliter impleturi, quod de diligentia studio mereamini commendari. Dat. Romæ apud S. Petrum. Hæc Honoriū, qui alii literis (f) (f) Ib. Ep. 295. Galliarum præfules Blancæ ac Theobaldo defendendis incumbere tum hoc, tum sequenti anno præcepit: cum enim Erardus bello Theobaldum petiisset, atque in Campaniam factis excursionibus prædas abegisset, Pontifex ab O.. Burgundiæ comite de enascente discordia certior factus, ne sacra expeditio dissolveretur, Sylvanectensi episcopo, & abbatи S. Genoveſe sequentis anni VI. nonas marcas provinciam dedit, censuris ecclesiasticis Erardum inducias a synodo œcumænica ad quadriennium indicatas violentem coercent: qua in re alios Galliarum præfules, si quis restituenda cultui Christiano Terræ sanctæ pius ardor ipsos ureret, strenuam navare operam præcepit. (g) Reg. post cand.

Dum

XLII.

Philippus
Theobaldo favet.

XLIII.

Philippus
Theobaldo favet.CHRISTI
1216.

HONORII III. PAR.

OTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. 11.

XLIV. Therasia & Berengaria etiam Reginæ, & Castellæ olim Regis filiæ patrocinium flexus earum precibus admisit (æ vero incestis nuptiis Alphonso Regi Legionis copulatae fuerant ac postmodum imperiis pontificis censuræ rarum vi ex vetito thoro divulgæ) præterea initam Apostolice sedis iussu concordiam inter Henricum Castellæ, atque Alphonsum Legionis Reges, ratam firmando esse jussit (a); qua etiam de re (a) Ep. 55. ad Toletanum archiepiscopum, & epis- (b) Reg. copos quosdam scriptis (b), Henricum insuper literis minacibus monet, (c) ut (c) Ep. 89. Toletanæ ecclesiæ possessiones, a se regnique principibus usurpatas restituat, aliquosque ad id compellat. Neque involvendum silentio, Honoriū Legionensem Regem de quo paulo ante memoravi, etiam atque etiam rogasse (d), ut I.. Calvam Apostolice sedis subdiaconum Legionen- sium scholarum magistrum, & Albanensis episcopi nepotem regii sigilli præfatum crearet.

XLV.

(e) Ep. 44. Respon- det dabis Pragens. episc.

Hoc anno cum Pragensis episcopus apostolicam sedem consuluissest, an a gerendis sacerdotiis natalibus illegitimis procreati submovendi essent, carnes in feria sexta cum in illam festum natalis Domini incurseret, degustari possent, Honoriū hæc rescriptis (e): *Quæsiisti, an secularares canonici minus legitime natu suis sint renuntiare beneficiis compellendi: cum de jure ad sarcos nequeant ordinis promoveri, nec in beneficiis secum fuisse probent a Romano Pontifice dispensatum, nec ecclesiæ taliter indigent ordinatis. Ad quod fraternitati tuae taliter respondemus; quod si multitudo est in causa, ut hujusmodi non possint sine scandalo removeri, eos in beneficiis sic susceptis poteris conniventibus oculis tolerare. Explicari præterea postulasti, utrum illis sit licitum, qui nec voto, nec regulari observantia sunt astricti, carnes comedere, quando in sexta feria dies Dominicæ nativitatis occurrit. Ad hoc tale damus respondum; quod illi qui nec voto, nec regulari observantia sunt astricti, in sexta feria si festum nativitatis Dominicæ ipso die venire contigerit, carnis propter festi excellentiam uti possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis, nec tamen ii reprobendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere. Dat. Laterani IV. kal. no- vemb. pontificatus vero domini Honoriū Papæ III. anno I.*

In altero vero diplomate (k) hæc in- ter alia, quæ brevitatis studio omitti- (k) Ib. Ep. mus, leguntur: *Medietatem omnium obla- tionum principalis altaris integrum sine ex- pendio aliquo, ex alia vero medietate, septem videlicet unciam, quæ sunt epi- scoporum, quoties episcopatus vacant, par- tes, que episcopos contingenter, ex bene- volentia sedis Apostolica, & paterna be- nignitate vobis vestrisque successoribus in perpetuum concedimus, & confirmamus. Ita tamen, postquam episcopi fuerint sub-stituti, illas debent portiones habere, salvo tamen in omnibus servitio Ecclesiæ, quod de ipsis uncis debetur, &c. Porro episcopi, quorum hic meminit Honoriū, episcopi sunt Cardinales, quorum adhuc muneris erat, uti Pontifex paulo infra testatur, sacra ibi missarum solemnia per- agere. Cæterum post diplomata a nobis modo laudata, inter plura Lateranensis*

jusque religiosos viros, qui legibus & in- stitutis D. Basili regebantur, tum Theodisum (b) Agathensem episcopum ejus. (b) Ep. que successores, tum priorem ac fratres (c) canonicos Lateranensis basilicæ, seu pa- triarchii Salvatoris, ad quos duplex di- ploma dedit, in quorum altero (i) his (i) Ep. 58. verbis ejusdem basilicæ dignitatem cele- LATERA- brat: *Sane multæ congregaverunt divitias, nefis & auxerunt honores, sed hæc basilica su- BASILICÆ pergressa est universis. Cum enim sit ma- dignitas. ter omnium, & multas filias habeat de- latere consurgentes, ad ipsam veniunt o- mnes gentes, dantes Domino laudem & glo- riam, & ipsam pietatis officio venerantes. Accedit autem ad cumulum honoris ejus- dem, quod Romanus Pontifex, qui Jesu Christi vices gerit in terris, apud dictam basilicam, quasi continue residens, ipsam continuis provebit incrementis, ut ex hoc ostendatur inseparabilis unio, & indissolu- bilis connexio charitatis. Eapropter di- lecti in Domino fili, qui eidem basilicæ quotidie deservitis, postulationes vestras grato favore prosequimur, & clementer concedimus quidquid vobis cedit ad com- modum, & proficit ad augmentum. In primis autem ecclesiam ipsum cum personis omnibus ibidem Domini servitio dedicatis, & omnibus bonis, quæ ad ipsam pertine- re noscuntur sub speciali sedis Apostolice defensione, protectione, ac cura suscipi- mus, & præsentis scripti privilegio com- munimus; statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum, & beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus observetur, &c. Dat. Later. per manum Raynerii prioris S. Fridiani Lucani S. Romanæ Ecclesiæ vicecancellarii VII. idus novemb. indictione quinta incarnationis dominice anno millesimo ducentesimo decimosexto, pontificatus vero domini Honoriū Papæ III. anno I.*

XLVII. In altero vero diplomate (k) hæc in- ter alia, quæ brevitatis studio omitti- (k) Ib. Ep. mus, leguntur: *Medietatem omnium obla- tionum principalis altaris integrum sine ex- pendio aliquo, ex alia vero medietate, septem videlicet unciam, quæ sunt epi- scoporum, quoties episcopatus vacant, par- tes, que episcopos contingenter, ex bene- volentia sedis Apostolica, & paterna be- nignitate vobis vestrisque successoribus in perpetuum concedimus, & confirmamus. Ita tamen, postquam episcopi fuerint sub-stituti, illas debent portiones habere, salvo tamen in omnibus servitio Ecclesiæ, quod de ipsis uncis debetur, &c. Porro episcopi, quorum hic meminit Honoriū, episcopi sunt Cardinales, quorum adhuc muneris erat, uti Pontifex paulo infra testatur, sacra ibi missarum solemnia per- agere. Cæterum post diplomata a nobis modo laudata, inter plura Lateranensis*

CHRISTI
1216.HONORII III. PAR.
IOTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

ecclesiae jura ac possessiones enumerat Pontifex, tum ecclesiam S. Joannis ante portam Latinam, cum suis, ut ait, capellis quæ variis in locis erant; tum Vallismontonis, Mefellanici, Carpineti, Solfaratae, aliaque oppida, innumeraque pene bona, quæ recensentur ibi; hujusmodi vero diplomati dies quarta apposita est idum novemb. & annus dominicae incarnationis millesimus ducentesimus decimus sextus, pontificatus vero Honori primus.

XLVIII. Eodem anno institutæ a D. Dominico religiosæ disciplinæ formulam ab Honorio auctoritate Apostolica confirmatam tradit Jordanus (*a*) tum in ejus gestis Theodoricus (*b*) qui etiam memorabile visum sanctissimo viro divinitus objectum enarrat: Postquam vir Dei Dominicus ex mandato Pontificis ad fratres suos de de ligenda regula retulit, iterum Romanum profectus est, domino illum comitante, & in omnibus dirigente. Interim vero Innocentius III. Pontifex desit esse in humanis, & ei succedens Honorius Apostolicæ sedis dignitatem obtinuit. Egit itaque apud illum servus Dei, ut contra hostes Ecclesiæ Prædicatorum ordinem confirmaret. More autem suo nocte in ecclesia orans vir Dei sedentem ad Petris dexteram Filium surgere vidit iratum, ut interficeret omnes peccatores terræ, & disperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat vero in æthere aspectu terribilis, & contra mundum in maligno positum tres lanceas vibrabat; unam qua superborum erectas cervices traiiceret, alteram qua cupidorum viscera configeret; tertia qua carnis voluptatibus deditos confoderet. Cumque ejus ira nemo posset resistere, occurrit clementissima Mater ejus, & pedes illius complectens, rogabat ut parceret eis, quos suo sanguine redemisset, & iustitiam misericordia temperaret. Cui Filius: An non vides, inquit, quantæ mibi irrogenitur injuria? Iustitia mea tot mala amplius non patitur impunita. Contra Mater: Tu qui omnia, inquit, nosti, bene perspectam habes viam, per quam illos ad te reducturus es. Habeo servum fidelem, quem mittas in mundum, ut verba tua annuntiet eis, sive convertentur ad te omnium Salvatorem. Habeo etiam alium servum quem ei adhibeo adjutorem, ut similiter operetur. Filius dixit: Ecce platus suscepit faciem tuam: attamen velim videre eos, quos tanto muneri designasti.

XLIX. Obtulit ergo Mater Filio beatum Dominicum, & ait Dominus: Bene & accurate faciat, quæ dixisti. Porro beatus Dominicus socium suum in hac visione diligenter contemplans, ad id usque tempus ignotum sibi, postera die in ecclesia inventum agnoverit, ruerisque in sancta oscula & sinceros amplexus ait: Tu es socius

S. Dominicu & S. Franciscus in mutua amicitia coniunctissimi.

CHRISTI
1216.HONORII III. PAR.
IOTHONIS IMP. 8.
HENRICI IMP. II.

Metu ad re omnia ferro flammaque delere para officium ret, Fulco Tolosanus episcopus ad concilium concordiam intercessit. Tum vero Monfortio sumptibus bellicis exhausto nonnullos proditores improbum consilium, quamquam specie bonum, sug

(a) Ber-
nard. chr.
Rom.
Pont.
Montfor-
tum pro-
ditorum
consilia
admittit.
Ex eo ab-
alienati
populi.

(c) Vinc.
post celebratum concilium Lateranense, Spec. hist.
l. 30. c. 66.
Innocentii hortatu ad suos profectum,
Honorus ordinem
S. Domini con.
firmit.
(d) Anton.
hoc diploma extremo anno datum (e):
Dilecto filio fratri Dominico priori S. Ro-
mani de Tolosa, & fratribus suis regu-
larem vitam professi, & professuris, sa-
lutem & Apostolicam benedictionem. Nos
attendentes fratres ordinis tui futuros pu-
giles sidei, & veritati mundi lumina, con-
firmamus ordinem tuum, cum omnibus ca-
stis & possessionibus habitis & habendis,
& ipsum ordinem ejusque possessiones,
& iura sub nostra gubernatione, & pro-
tectione suscipimus. Datum Romæ apud S.
Sabinam XI. kalend. januarii. pontificatus
nostræ anno primo. Aliud præterea diplo-
ma ad eos dedit, quo ordinem ampli-
simis privilegiis communivit, quod cum
inter Apostolicas constitutiones in lu-
cem editum (f) sit, consulto præter-
mittimus.

(f) Bullar.
to. 1. in
Honor. 3.
an. 1216.

L

(g) Hon. l.

1. ep. 1910

meus: tu mecum pariter cures: stemu simul, & nullus adversarius vincet nos; visionem quoque, quam jam diximus, enarravit ei, atque ab eo die fuit illis cor unum & anima una in Domino, quod etiam a successoribus suis jusserrunt perpetuo ob servari. Hujus visionis seriem & notitiam per S. Franciscum accepimus, cui beatus Dominicus ante ordinis confirmationem eam patefecit. Et vero visione animatus, certiorque effectus B. Dominicus ad Pontificem accedens, quemadmodum ab ipso & fratribus erat conceptus ordinis Prædicatorum & omnium, quæ obtainere voluit, confirmationem impetravit anno salutis MCCXVI. &c. Haec enim ille; idem de Dominicana familia ab Honorio hoc anno Apostolica auctoritate confirmata tradit inter alios

Vincentius (*c*), qui ait S. Dominicum (*c*) Vinc., post celebratum concilium Lateranense, Spec. hist.
l. 30. c. 66.
Innocentii hortatu ad suos profectum,
Honorus ordinem
S. Domini con.
firmit.
(d) Anton.
hoc diploma extremo anno datum (e):
Dilecto filio fratri Dominico priori S. Ro-
mani de Tolosa, & fratribus suis regu-
larem vitam professi, & professuris, sa-
lutem & Apostolicam benedictionem. Nos
attendentes fratres ordinis tui futuros pu-
giles sidei, & veritati mundi lumina, con-
firmamus ordinem tuum, cum omnibus ca-
stis & possessionibus habitis & habendis,
& ipsum ordinem ejusque possessiones,
& iura sub nostra gubernatione, & pro-
tectione suscipimus. Datum Romæ apud S.
Sabinam XI. kalend. januarii. pontificatus
nostræ anno primo. Aliud præterea diplo-
ma ad eos dedit, quo ordinem ampli-
simis privilegiis communivit, quod cum
inter Apostolicas constitutiones in lu-
cem editum (f) sit, consulto præter-
mittimus.

Desudabant ii viri sanctissimi, ut ex literis (*g*) ab Honorio sequenti anno ad ipsos, in tam egregio opere confirmatos, datis constat, in excolendo agro dominico, evel lendisque Albigenium heretos sentibus, quæ tunc atque aliquot annis sequentibus Raymundi junioris audacia repullulare visæ sunt. Is enim attributæ sibi paternæ ditionis ea parte, (*b*) Vallis.
bif. Al-
big. c. 84.
sociatis cum Avenionensis, Massiliensi-
bus, (*b*) aliisque finitimis, armis, dum
procul Montfortius ageret, Belliquadrum, nior Bel-
quæ urbs ad Montfortium spectabat, ob liqua-
drum ob-
sidione cinxit: venientemque ad ferenda
obsceniss auxilia comitem propulsavit. Quæ
Propulsat
res mox hereticorum inflavit animos,
Montfor-
tum.
ac secutæ plurium locorum defectiones,
inter quæ Tolosa ipsa rebellavit. Sed Rebellar-
cum in eam reversus comes vi irrumpere. Tolosa:

re

re pristinam libertatem, & ad se antiquum dominum revocare: facta namque talia quæ debebatur, cum dura & gravi instantia petebatur, & propter pignorum extorsionem etiam domorum ostia claudebantur, sub qua populus gemebat servitute: interim tractabatur secrete cum comite veteri in Hispania pervaganti qualiter Tolosam rediret, & fieret quod optabat, sicut factum extitit infra annum.

Hoc anno (ut in notis quæ apud nos extant, scripsit Cardinalis Baronius) reperita sunt corpora SS. Alexii & Bonifacii in eorum ecclesia Romæ in monte Aventino. Servaturque in illius ecclesiæ archivio recensita historia.

JESU CHRISTI
ANNUS
1217.

HONORII PAP. III.
ANNUS
I.

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

I. Andreas Ung. Rex oblatum sibi Imp. Orient. scribit Honor. Petita ab eo a Pont. Ugebat adhuc Henrici mortem Constantinopolitanum Imperium, cum redacto perfidia Theodori Comneni in servitatem novo Imperatore, Græcarum artium ignaro, in anceps discriben adductum est anno Salvatoris millesimo supra ducentesimum decimum septimum indictione quinta; atque ex eo tempore Latinorum res sensim inclinatae; donec penitus fœdiore alia prodictione conciderunt. Consilium equidem Constantinopolitanorum nonnullorum fuerat ad firmandas res Imperii Andreæ Ungariae Regi potentissimo sceptrum dare, illeque mox literis Honorio sibi vel socero comiti Antissiodorensi delatum esse diadema significarat; flagitaratque, ut cum ob id expeditio in Terram sanctam, cui jam ante se devoverat, urgenda esset, crucesignatis diem ad sequenda illius signa indicaret. Cui Honorius, oblatum Imperium gratulatus, rescriptis (*a*), ne ob id succurrendæ Terræ sanctæ deesset, quæ de regno & filiis statuerat (Ungariam enim Belæ, Galitiam Colomano transmisisse infra videbimus) probavit, petitis vero aliis annuere distulit, cum res non ita sibi perspecta atque explorata videatur.

Illus. Regi Ungariae.

II. Quid re sponsum ab Hon or. Illa dilectionis prærogativa tuam personam dileximus hacenus, & diligimus, quod libenter admittimus preces tuas, in quantum cum Deo, & nostra possumus honestate, nec tua miretur sublimitas, si usquequaque precibus, quas nuper nobis per tuas literas porrexisti, ad præsens nonduximus annuendum, quoniam nobis de iis quæ petebantur, plene constare non poterat, nec de circumstantiis eorumdem, quas in illis attendi potissimum oportebat. Ex ipsorum sine accepimus literarum tenore, quod cum toto desiderio ad Terræ sanctæ liberationem aspires, firmum habuisti propositum iter peregrinationis accipere in termino distincto in concilio generali, sed arduus de novo casus emergens, videlicet, quod universitas Latinorum in Græcia comorantium ad te suos nuncios destinarunt in Imperatorem Constantinopolitanum te, vel nobilem virum comitem Antissiodensem tuum sacerorum electuros, prædictum terminum te prævenire compellit, unde nobis eiusdem literis supplicasti, ut universis crucesignatis nostris curaremus literis intimare, te per terram, ad ejusdem terræ subsidium profecturum, & moneremus eosdem, ut se tuo comitatui adjungentes tecum votum peregrinationis exequantur assumptione.

III. Nos ergo de tua exaltatione gaudentes & illi gratiarum exhibentes multiplices a-

ctiones, qui ad prædictæ Terræ succursum vota tua ex clementia sue bonitatis prævenit, ipsum suppliciter exoramus, ut adjuvando eadem profecturum, & crucesignatis, qui ad sepe dictæ sanctæ Terræ subsidium terrestris proposuerunt itinere profici, nostris literis exhortamur, ut circa pascha iter arripiunt tecum ad saepedæ Terræ subsidium profecturi. Tu ergo caveas diligenter, ne per hoc Terræ sanctæ retardetur succursus, qui multa est procuratus solitudine, ac labore; quoniā hoc in Dei offensam, Apostolicæ sedis injuriam, & tui sempiternum opprobrium redundaret; quod & a nobis non posset in patientia tolerari. Super eo vero, quod de regno, & natis tuis deliberatione provida ordinasti, exultantes in Domino, gratias agimus bonorum omnium largitori, & quo bujusmodi dispositio creditur provenisse. De aliis equidem, quæ a nobis eisdem literis postulasti, venerabilis frater noster H... Ostiensis episcopus, Apostolicæ sedis legatus cum illuc venerit cognita veritate, ac consideratis circumstantiis universis, auctoritate nostra statuet, quod Apostolicæ sedis honori, & tuae saluti viderit expedire. Dat. Later. III. kal. febr. pontificatus nostri an. I.

Verum Andreæ Regis sacer Petrus comes Antissiodorensis, qui uxoris Jolantæ sororis Balduini primi, ex qua plures liberos suscepit, nomine potioribus suffragiis ad Imperium vocabatur, & Galiliis contento cursu Romam advolavit, ut a Romano Pontifice Imperatoria unctione delibutus majorem sibi apud Constantinopolitanos auctoritatem conciliaret; de cuius adventu, regiaque consecratione, hæc Fosse novæ chronicon: MCCXVII. mense aprilis quidam comes Francigena nomine Petrus de Alsunla a Græcis vocatus & electus in Imperatorem Constantinopolitanum, applicuit Romanum cum uxore & filiis, & alio comitatu; honori fice a domino Papa Honorio, & a clero, & a cuncto populo Romano est receptus, v. id. prædicti mensis in ecclesia sancti Laurentii foris murum cum magna gloria & decore coronatus est a summo Pontifice cum uxore sua. Hæc ille quibus similia Richardus notarius, (b) Jordanus (c) & alii, qui etiam eandem Augustam Jolem seu Jolam vocant.

Perauta celebritate Imperator induit Willelmum marchionem tam ipsius, quam Demetrii marchionis fratris Regis Thessalonicensis pueri nomine universa editione, quæ ab aliis Imperatoribus, Balduino nimirum & Henrico, Bonifacio ipsorum parenti fiduciario jure tradita fuisset, quam rem Honorius Apostolico di-

plo-

IV.

Andream

occupat

Petr. Ant-

issiod.

comes.

Quæ il-

lius jura.

Roman

conten-

dit.

Cingitur

ab Hon.

imperato-

rio diade-

mate.

(b) Rich.

de S. Ger-

man. chr.

(c) Jord.

MS. bibl.

vat.

V.

CHRISTI
1217.

HONORII III. PAP.
I.

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

(a) Hon. I. plomate promulgavit (*a*); celebrata ve- 1. ep. 378. ro ideo extra moenia regia consecratio, ne quid juris orientale Imperium in occidentale sibi comparasse videretur, ac ne Constantinopolitani patriarchæ juribus inungendi orientis Imperatoris detractum putaretur, Honorius literis Apostolicis illi significavit (*b*) se maximis de causis, nimirum ad fedandos Imperii tumultus Petrum imperiali diademeate cinxisse, nec sui esse consili, ut ecclesiæ Constantinopolitanæ in consecrando Imperatore auditoritas ullo pacto labe-factata, imminutave conferretur.

Patriarchæ Constantinopolitano.

Qui statuit terminos gentium, secundum numerum Angelorum, & utrorumque ministeria ordine miro dispensat, sicut choros Angelorum variis dignitatibus, quæ propriis vocabulis teste Apostolo appellantur, mirabiliter insignivit, sic & Ecclesiam adhuc militantem in terra diversis tam spiritualium, quam temporalium distinctionis titulis, potestatem penes unum, videlicet Romanum Pontificem Christi vicarium, & Apostolorum principis successorem omnium magisterio pro firmamento fidei remanente, ut pulchra fidelibus, & infidelibus terribilis apparens, ut castorum acies ordinata procedat prospere, donec Regina tandem a dextris summi Regis in vestitu sedeat deaurato feliciter in perpetuum regnatura. Unde cum constet, quod omnis a Domino est potestas, qui filius potestatem habet in regno hominum, & quæcumque vult, suscitare super illud, nemō illi temere debet resistere; ne secundum Apostolum potestati divinæ resistere videatur, quin potius tenetur quilibet in operibus manuum Domini exultare, quæ semper juxta Prophetam misericordiam, & judicium esse constat.

Sane factum est nuper a Domino, quod Imperio Constantinopoli vacante, votum co-catus ad illud charissimus in Christo filius noster P.. Antissiodorensis comes ad sedem Apostolicam, cum nobili muliere I. uxore sua ex insperato veniens nobis opportune importune, in omnimodo humilitatis spiritu supplicavit multiplicatis intercessionibus plurimorum non solum exorantium, sed etiam obtestantium in nomine Jesu Christi, ut dignaremur ipsum in Imperatorem, & uxorem suam in Imperatricem de nostræ potestatis plenitudine coronare. Nos autem licet id pluries denegassimus eisdem, ne quis posset, quamois de superfluo, suspiciari, quod id in ecclesiæ Constantinopolitane præjudicium faceremus; quia tamen timebatur a multis, ne si sic a nobis confusus abscederet, non solum sibi, sed universo Imperio grave dispendium imminaret, condescendentes tandem ipsos sine tuo, vel alterius præjudicio, vel contemptu in ecclesia B. Laurentii foris muros Urbis du-

ximus folenniter coronandos. Quod ad hoc divino nutu credimus esse actum, ut cum Imperatores Constantinopolitani, qui fuerint pro tempore, cornu superbie contra Romanam Ecclesiam erigentes, dignati fuerint recognoscere ipsam matrem omnium Christi fidelium generalem, propter quod ab eis Imperium est translatum, nunc in Ecclesiam generali nec vestigium appareat perfidia precedentis: isto tanquam deusto, & humili filio a summo Pontifice coronato: quare generatio, & generatio laudent opera Domini, qui suscipiens mansuetos, usque ad terram humiliat peccatores. Cum igitur beneplacitis nostris te tanquam honorabile membrum capiti obsequi deceat humiliiter & devote, fraternitatem tuam rogamus & monemus attentius, per Apostolica scripta mandantes, quatenus quod per nos attulisti, immo per ministerium nostrum Dominus voluit operari, grataanter acceptans, Imperatorem prædictum ad solium suum cum nostræ gratiæ plenitudine accedentem suscipias hilariter, & benigne, paternum affectum erga ipsum omnimodis exhibendo. Speramus itaque, quod & ipse, qui vir catholicus extitit, nunc a Domino exaltatus, tanto Deum, & Ecclesiam studebit humilius revereri, quanto se recognoscet priorem gratiam accepisse, & qui haec tenus per magnitudinis virtutem, & operum magnificentiam se dignum exhibuit Imperii dignitate, provocatus de virtute proficiet in virtutem ad honorem, & gloriam Jesu Christi & totius populi Christiani. Noveris autem, quod nos eidem injunxit, quod tibi, & ecclesiæ tuæ de omnibus iuribus, & consuetudinibus debeat plenarie respondere. Dat. Later. II. id. aprilis pontificis nostri anno I.

Ad comparandam novo Imperatori majori audieratatem, flectendosque ad illegatus. Apoft. Petro datum co mes.

VIII. VIII. Imperio Constantinopoli vacante, votum co-catus ad illud charissimus in Christo filius noster P.. Antissiodorensis comes ad sedem Apostolicam, cum nobili muliere I. uxore sua ex insperato veniens nobis opportune importune, in omnimodo humilitatis spiritu supplicavit multiplicatis intercessionibus plurimorum non solum exorantium, sed etiam obtestantium in nomine Jesu Christi, ut dignaremur ipsum in Imperatorem, & uxorem suam in Imperatricem de nostræ potestatis plenitudine coronare. Nos autem licet id pluries denegassimus eisdem, ne quis posset, quamois de superfluo, suspiciari, quod id in ecclesiæ Constantinopolitane præjudicium faceremus; quia tamen timebatur a multis, ne si sic a nobis confusus abscederet, non solum sibi, sed universo Imperio grave dispendium imminaret, condescendentes tandem ipsos sine tuo, vel alterius præjudicio, vel contemptu in ecclesia B. Laurentii foris muros Urbis du-

(c) lb. ep. 418.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

brum providimus destinandum, &c. Dat. Later. XI. kal. maii pontificat. nostri anno I.

IX. Prærogative legato datæ. (a) Ep. 419.

Quo majori dignitate demandatum sibi munus Joannes exequi posset, illum Honorius descripta in his literis auctoritate auxit (a): Si contigerit coram te aliquem episcopum de aliquo criminis solemniter accusari, quod probatum juxta constitutiones canonicas paenam depositionis inducat, possis contra ipsum probato crimen secundum juris ordinem depositionis sententiam promulgare. Liceat quoque tibi ecclesiis dividere, ac unire, cessiones episcoporum recipere, nec non si aliquem ipsorum ad episcopatum alium contigerit postulari, postulatione recepta libere ipsum transferas, si necessitas, & utilitas hoc expōsit; excommunicator nihilominus, & auctoritate sedis Apostolicæ interdictos absolvias, forma ecclesiastica observata, & eis injungas quod de jure fuerit injungendum. Tamen sicut vir providus, & discreta, in his honori sedis Apostolicæ deferas, cum videris expedire. Dat. Later. VIII. kalen. maii pontific. nostri anno I.

Nil Petro legati auctoritas, nil suscep- tæ tanto apparatu imperatoria infulæ profuerunt, quam ut instar victimæ, quæ ornatur corollis, dum ad cædem ducitur, cum pompa periret: Græcorum enim ter- ras ingressus Theodori Angeli Comneni

(b) Hon. l. 1. 2. ep. 544. proditione, (b) una cum legato in car- cerem fuit conjectus; historia in Fosse

novæ chronicæ ita describitur: Incipien- tes iter transferunt mare euntes per Imperium Romanæ gaudenter; major potestas Imperii Romanæ & ditor invitavit prædictum Imperatorem, ut dignaretur ire per terram suam, promittens ei omnes expensas usque in civitatem Constantinopolitanam, callidus insidiatus, & decipiens Im-

peratorem: tunc Imperator cum domino Car- dinali ingressi sunt terram predictæ potestatis, quæ potestas & dignitas apud nos dicitur Comnenio, nomine Theodorus, qui postquam recepit Imperatorem, & dominum Cardinalem, voluit eos occidere; sed re- sponsum est ei ab amicis & fidelibus di- centibus: si istos occideris, semper habebis guerram ab Imperio, & a summo Pon- tifice, & tu & heredes tui: si servaveris eos vivos, non erit qui te debellat; posuit eos audacter in custodiam, & con- stricte custodivit eos in ergastulo.

His consentit Jordanus cum aliis me- moratis supra auctoribus, qui proditio- nis conflata modum, atque Imperatorem in convivio, quo exceptus fuerat, ca- ptum describit: Cum recessisset de Roma, Petrus nimis, & cum eo legatus Apo- stolicæ sedis Joannes de Columna Cardi- nalis de Brundisi in Dyrrachium transit: Imperatrice autem cum filiabus divertente per mare, ipse Imperator cum Cardinali & toto comitatu, recepto baronum homa- gio, sed proditioso, accepto consilio per terram transit, & in via cum Theodo- ro fœdus init, a quo proditorie invita- tur, & in convivio capit & paucis fu- gientibus multitudine prostrata est. Hic Theodo- dorus pro Imperatore se gerebat, quia plus ceteris Emanuelli propinquus fuerat, & te- nebat totum Zagora a Duratio usque mar- chiam Blachicæ.

Ex his refellitur Georgius Logotheta, XII. [1] qui ad extenuandam obruendamne suo- rum Græcorum perfidiam tradit, Petrum electum declaratunque ab Romano Pon- tifice Imperatorem (in quo primum er- rat, non enim ab eo, sed a Constanti- nopolitanis electum, quamvis Romæ in- signibus regiis, decoratus fuerit, testa- mentum Honorius c) in Macedonia ingre- sum, ut Constantinopolim contendere: (c) Hon. l. 1. 2. ep. 544. sed

NOTÆ [1] Q uanquam Logotheta in narrandis his, quæ Petro Antissiodorensi in imperatorem Con- stantinopolitanum consecrato acciderunt apud Dyrrachium errat in multis; in non nullis tamen congruit veritati. Ita enim historiam hanc narrat coævus auctor chronici Turo- nensis, cui & Nangius plane congruit. Petrus non a consecratione die recedit ab urbe cum uxore, & quatuor filiabus dicens secum circiter CLX. milites, & servientes plurimos ad pugnam armis, & animis preparator, statimque mari transito urbem Dyrrachium obficit. Promiserat enim Venetis, & literas inde confererat, quod dictam urbem, quam sibi olim violentia ducis ablatam dicebant, eidem protinus resignaret, si sibi capienda eam a domino copia praeflaretur. Ig- tur multis diebus in obsidione consumptis inutiliter, non sine suorum dispedio, obsidionem de- serit imperator. Post hac intuitu Dei, cuius judicia abusus cum suis in terram ingreditur cuiusdam tyranni, qui Theodorus Comnenio (Comnenus) vocabatur, & dux erat Dyrrachii civitas. Cumque fuissent inter montes nemorosos, & fluvios ad meandum difficiles constituti, & vi- tualia eis deficerent, nec non & Theodorus cum suis minus sequeretur cum Theodoro congredi deinceverunt. Theodorus ergo videns imminere tempus, quo concepta impietas in partum prodire poterat actionis, loquitur secreius cum legato (cardinali scilicet Columna) pacem affectare se simulat, pollicetur imperatori, & suis securum conductum, & competens forum virtualium, dummodo eorum arma penitus deponantur. Firmata igitur passione per simulatorium juramentum, & per alterum osculum simulata arma deposita hostibus committuntur. Paulo post servientibus imperatoris paululum congregatis imperator, & milites universi legatus archiepiscopus Solo- censis, Guillelmus comes sacri-cafaris, & alii nobiles per diversa loca carceribus recluduntur. Hæc author coævus, cuius narrationi in nullis repugnant scriptores coævi a Raynaldo hic relatis, quanquam satis multa omittunt, quæ hic accurate adnotantur. MANSI

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.Refelli-
tur.

sed Theodorum, occupato Dyrrachio, ip- sum in fugam effusum avertisse, jamque Dyrrachium prætergressum, adductum que inter Albaniæ angustias tanta clade fudisse, ut ipse Imperator in prælio cæ- fus sit; impedimenta omnia direpta, La- tinique omnes in vincula abducti, aut trucidati. At Petrum non cecidisse in prælio, sed proditione circumventum, convincunt Honorii literæ ad Reges prin- cipesque in eo luçuosissimo casu exara- tæ ut Petro liberando operam darent. Extant vero ad Theodorum Comnenum scriptæ, (a) quibus ipsum ob conflatam turpiter proditionem perstringit, solici- tatque, ut Joannem Cardinalem, lega- tum sedis Apostolicæ e custodia dimittat, ac ni pareat, minas gravissimas incutit, utque ad id citius perfidum principem infleteret, legationem ad eum decrevit, qua Andreas subdiaconus pontificius est functus.

Theodoro Comn. spiritum confi- lii sanioris.

XIII. Rem duram, rem amaram, rem per- niciosem exemplum, rem multi dispendii es- aggressus, Dominum non metuens, Ecclesiam vilipendens, contemptor famæ, terræ tuæ periculi non provisor. Ecce detestabi- le factus, quod in dilectum filium nostrum I.... tituli S. Praxedis presbyterum Card.

A. S. L. manus temerarias extendisti, non expavescens eum detinere captivum. Por- ro credebatur haec tenus, quod sapientia re-

gnaret in Græcis, sed tu qui maturitate consili, quæ providentia rationis id ne- dum in executionem facti, sed etiam in deliberationem propositi deducere præsum- pisti? Prudenter quidem egistis, si con- servasses tibi favorem sedis Apostolicæ spe- cialis, cuius aliquando patrocinium cla- ræ memorie Michael frater tuus pro te,

sicut pro seipso per solemnes nuncios spe- cialiter invocavit: sed ecce paras adver- sarium, quæ deberes recognoscere ma- trem, & in ea illum tibi opponis contra- riū, qui est Regum, & in regno homi- num dominator.

Sane non erat nostri propositi tibi ac tuis alicuius turbationis moliri dispendia, sed dolemus, quoniam tu compellis. Certe quid fatti detestatio

exigat, si præsumptionis immensitas in te non abstulit rationis judicium videre poteris per teipsum. Considera, considera, si sedes Apostolicæ in tantæ præsumptionis excessu manum ultionis remittere debeat, præsertim cum in isto negocio atrocem in- juriam prosequatur Dei, universalis Ec- clesiæ, ac totius ordinis clericalis.

Verum si catholicus esses, opera catholi- ci exhiberes & ad Terræ sanctæ negocium auxiliū, non impedimenti manus extende- res, & placares servitio Dominum, non injuria provocares. Sed vidimus eviden- tem te dare materiam, & manifestam-

causam, ut ad ulciscendum hoc facinus in Andreas, ac tuos crucifignitorum exercitus con- ad Theod. vertatur, & sic ultro te periculis, & ter- missus.

ram tuam dannis exponis: sed videat Deus, & judicet, quia super sedere non possumus, nec dissimulare debemus, quin super hoc excitemus adversum te tales, &

tantos, quod erit tibi sera pœnitentia post rutnam. Verum quia in talibus bonum com-

monitionis sedes Apostolica præmittere non consuevit, cum illius vicem, licet imme- rit, geramus in terris, qui peccatoris

querit redditum, & neminem vult perire, quamvis non exhibueris opera filii; nos ta- men nolentes omittere quod est patris, di-

leictum filium Andream subdiaconum, & ca- pellanum nostrum virum utique providum, & fidelem propter hoc destinantes, nobilitatatem tuam monemus, & exhortamur in

Domino, quatenus recognoscens Deum crea- torem tuum & Romanam Ecclesiam, quæ tibi esse poterit, si per te non steterit plu- rimum fructuosa, prædictum Cardina- lem liberum, & illæsum cum suis vel re- dire permittas, in hoc tibi, ac tuis fa- lubriter providendo, cum jacere non de- bebas, ubi ne caderes metuere debuisti; alio- quin tibi habes, quod imputes, quem mo- nitio non sine paterna comminatione præ- munit. Datum Ferentia.

Præterea Andream Pannoniæ Regem per literas etiam atque etiam hortatus est, ut Theodorum ad Petrum Imperato- rem legatumque ex vinculis eximendos compelleret :

Illus. Regi Ungariæ.

Cibavit nos Dominus Deus absynthio, & inebriavit amaritudine mentem nostram, quia vox lamentationis, & doloris auribus nostris insonuit, nuntiumque durum re- cepimus, & amarum, videlicet charissi- um in Christo filium nostrum P. Constan- tinopolitanum Imperatorem illæsum & di- lectum filium nostrum I. tituli sanctæ Pra- xedis presbyterum Cardinalem, Apostoli- cae sedis legatum, a nefando, & perfido

Theodoro proditorialiter capios esse, mul- tis eorum, qui cum ipsis erant crudeliter interemptis. In quo etiæ occisorum multi- tudinem lugeamus & prædictorum Impera- toris, & legati personis continuis cura- rum angustiis nostrum angustibus animum anxiemur, cogitamus tamen & alia, quæ nisi ille provideat, qui aspera in vias pla- nas, & prava in directa, ex hoc inopi- nabilis, & lamentabili casu evenient detri- menta.

Ex hoc enim Græcorum perfidia insole- get, confernabuntur animi Latinorum e- xistentium in partibus Romanæ, propter hoc in gravi discrimine positorum. Chri- stiani quoque existentes in partibus trans- marinis, qui a Constantinopolitano Impe- rio personarum, & rerum auxilium ex- pectabant, his auditis rumoribus obstupescer- & af-

XV. Hortatur Pontifex Regem Hungar. ad Imp. injur. vindican- dam.

Lib. 2. ep. 544.

XVI. Mala ex eo casu o- riunda.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. 1.

& assumet audaciam feritas paganorum, & sic dicti casus tristitia totum tangit populum Christianum, quae cum communis sit alii, nobis ac tibi esse dignoscitur specialis, cum nec Apostolicæ sedis legatus, nec dictus Imperator, qui tibi tam propinquo vinculo est conjunctus, sine nostra, & tua injuria, & opprobrio valeant detineri. Hortamur igitur serenitatem tuam, rogamus, & obsecramus in Domino, quatenus omni mora postposita solempnes nuncios ad prefatum Theodorum cum omni festinatione transmittas, & ab eo Imperatoris, & Cardinalis personas blandis aspera regaliter admisendo requiras, quia confidimus, quod eos consideratione tua restituerit libertati, praesertim metuens tui exercitus apparatum, quem ipsi nunc ii tui sibi poterunt insinuare, prudenter innuere te usum viribus, si proficere nequiveris precibus apud eum. Dat. Ferentini v. kalend. aug. pont. nostri anno secundo. Haec tenus Pontifex, in eandemque sententiam sunt literæ, quas ad Constantinopolitani Imperii bajulum, (a) ad ducem populumque Venetum, (b) ad Achajæ principem aliosque (c) dedit; denique Senonensi (d) ac reliquis Galliae archiepiscopis, (e) eorumque suffraganeis munus impo- fuit, ut novam cruciignitorum militiam sub duce R. de Courtenay iterum ad subsidium illis ferendum pararent: ut vero Theodoro in gratiam cum Pontifice, redeunte vetitæ fuerint collectæ cruci- gnatorum copiæ in ditionem Theodori incurrere, sequenti anno dicetur.

XVII. Hoc eodem anno, ut cetera ad orientale Imperium spectantia exponamus, Honorius Demetrii pueri Thessalonicensis Regis ejusque regni patrocinium accepit, eaque de re literas dedit tum ad Regem ipsum, tum ad Joannem Card. Columnam, (f) antequam eum in vincula- conjectum accepisset; cui etiam præcep- rat, ut populos illos jurejurando adigere Demetrio se fidos & obsequentes fore. Admisit etiam in clientelam Cypri Regem (g) & Raymundum (h) Rupini Antiochiae principem enixe commendat, tum Albanensi episcopo, (i) tum militiæ templi magistro ac fratribus, (k) tum majori ac populo Antiocheno, (l) tum maxime Armenorum Regi a se laudato, quod eidem Raymundo nepoti suo, jam ante ejus tutelæ commisso, regni gubernacula, quod ad pupillum pertinebat, tradere decrevisset. Denique cum cleris ille Antiochenæ ecclesiæ patriarcha viduæ præficere optaret Pelagium Albanensem episcopum, idque per nuncios suos ab Apostolica sede postulasset, Honorius patriarch. justis id se de causis abnuere (m) man- expeditus dareque, ut infra tres menses alium sibi eligat. Ut vero benemeritos beneficis est prosecutus, ita Philippensem principem

qui episcopum suum per summam impietatem, saevitiamque interemerat animad- vertit. (n) Everardo enim patriarchæ ac suffraganeis provinciam imposuit, ut anathemate ipsum percelerent, ejusque ditionem tandem ecclesiastico interdicto da- mnarent, donec crimen rite expiasset; (n) Ep. ac si severitatem pontificiam contemptu eluderet, principum potentiam ad perti- naciam infringendam implorarent; atque adeo datis ad magnates orientalis Imperii alii literis (o) excitavit, ut patriar- chæ atque episcopis in ulciscendo scele- re opera non decessent; sed de his satis; (p) ad alia in quibus Pontificis zelus magis emicuit, nos convertamus.

Suspensus tum erat universus orbis Christianus expectatione exitus sacræ ex- peditionis in concilio Later. decretæ, ad restituendas Christiano nomini Hierosolymas, magna que piorum mentes spes ere- xerat divina ope nunc demum Sarracenos partum præteritis victoriis decus amissu- ros, nec amplius terram illam Christi san- guine imbutam, hostium pedibus calca- tum iri; conspectæ enim in cœlo fuere crucis, quæ populos ad triumphale il- lud signum assuendum vestibus, corripien- daque arma incenderunt. Ferebat etiam fama cœlesti viso præfigitum sedente Honorio Pontifice infideles ex Hierosolymis depulsum iri: quo rumore plures ad dan- dum sacræ militiæ nomen incitatos fuisse Urspergensis (p) testatur. Urgebat etiam expeditionem illam Honorius, qui cum in chron.

nonnullorum pium ardorem ex morte In- nocentii elanguisse cerneret, inflammare illum Apostolicis literis, confirmare flu- entes legationibus, atque e Petri folio veluti ex summa arce sacrum classi- cum canere adeo, ut ejus clangor in extremis orbis Christiani oris personaret, tum cumulare preces, promissa exag- rare, indulgentiarum præmia effundere, divinamque cruciignatis openi solemnibus supplicationibus conciliare non destitit.

Non responderunt tamen votis & ex- pectationi successus, cum sacræ synodi Cur votis fidelium. pia consilia funestis casibus præpedita es- sent, Petro enim Imperatore capto nul- la e Constantinopoli auxilia submissa: Germania pendente adhuc Othonem in- ter & Fridericum de Imperio lice omnes rint. suas vires effundere non potuit: Anglia civili bello laborabat: Hyberniam eadem flamma corripuerat: Scotia armorum so- cietatem cum Ludovico junxerat: Gallia partim in Angliam copias transniserat; partim de Campaniæ principatu Theobaldum inter & Erardum ambigua, & ancipi contentione distinebatur; partim Albigensum rebellione fluctuabat: Aragonia pro restituendo Tolosano comite bellum piis movebat: reliqua Hispania Mauris pellendis intenta erat: Italia omni-

Compa-
randæ
Hierosolymæ spes
elusa.

nino peccata non erat, adeo ut ex occidentis Regibus Ungarus tantummodo transfretarit; qui etiam immaturo rece- su egregie cœpta afflixit. Prætere ea anno Syria frugum inopia laboravit: quæ omnia conceptas recuperandæ Hierosolymæ spes ac vota Christiani populi fe- fellerunt. Quamquam ea expeditio utili- tates alias ac victorias peperit, de qui- bus antequam agamus, solicitudinem Honorii in accendendis fidelibus, comparan- doque bello sacro contemplemur.

Advertenda in primis contra Sarracen- nos Insubrum arma, quibus se mutuo pe- tebant, Ostiensem episcopum legatum misit, qui incusso censuraram terrore ad pacem ipsos adduceret. Quos etiam Honorius ita Apostolicis literis (a), post descriptam non sine lacrymis miseram re- gni Hierosol. conditionem, compellavit, ut ardorem illum bellicum defendendæ Christi cause consecrarent: Accingantur fideles, & sint filii potentes, tempus est enim, ut faciant vindictam in nationibus, in gentibus scilicet detinentibus, & contami- nantibus Terram sanctam, in iis qui stul- tam faciunt gloriam Crucis Christi, & ex- probrant ignominiam Dominicæ passionis.

Properare igitur necesse est ad tantæ felicitatis bravium, & tollat fidelis quilibet crucem suam, & sequatur vexillum gloriæ summi Regis, nec excusat se aliquis a servitio Jesu Christi, qui vult regnare cum ipso, quin potius abneget semetipsum & exeat de terra, & cognitione sua, in ma- nu illius dimittens, omnia, qui contulit universa. Simillima ad Januenses & Pi- sanos, quos mutuæ potentia livor ve- xabat, scripsit, (b) ut bello sacro stre- 2. Ep. 732. nue se accingerent, partarumque olim de infidelibus victoriarum memoria odium omne in Christiani hostes nominis effun- derent.

XIX. XXI. Cum vero bellici Coloniensium appa- ratus ingens fama ad eundem Pontificem pervasisset, divino enim amore accensi trecentas naves ad ferenda Syriæ auxilia instruxerant, eximium illorum zelum com- mendavit gratulatusque (c) est his ver- bis: Tam sanctum propositum in corde ve- stro fuisse firmiter stabilitum opera mani- festant. Nempe a vestre conversionis ex- ordio studijs, ut auditivimus, cum multo desiderio, & fervore acies dominicas in- staurare, in navibus, virtualibus, armis, instrumentis bellicis, & aliis necessariis Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ

[1] Tria hæc crucis ostenta, quibus exciti Colonienses & Frisiæ militiæ nomen fre- quentes dabant, apparuerunt, non quidem hoc anno, sed triennio ante, anno scilicet 1214. ut ex epistola illius, qui sacram illam expeditionem pro concione suadebat, Oliverii apostolici legati, edita in collectione Martenii to. I. col. 1215. constat, & nos ad eum- dem annum 1214. adnotavimus. Afferit in eadem epistola Oliverius, signatorum numerum in gente illa, in qua hæc contigerunt ascendisse ad quinquaginta millia, additis octo millibus scu- toriorum, & mille loricatis. Idem ipse Oliverius in ea, quam scripsit historia de expugna-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. 1.

opportunitis, & more Abrabæ ad delibera- tionem iusti Lotb festinatis, assumptis trecentis vernaculis expeditis; hoc est tre- centis navibus, quas ad sanctæ Trinitati- tis honorem, cum perfectione operum, per centenarium designata, in expeditionem ex- ercitum Domini latenti animo præparatis, proficii volentes in eis mense aprilii pro- ximo nunc futuro, reliquis per terram ad portus properantibus opportunos, &c. illos sponte animatos propositis divinis præ- miis atque indulgentiis magis incidunt.

Eadem de trecentarum navium a Co- loniensibus & Frisonibus constructa classe refert Matthæus Parisius (d): illos ta- men cum Guillemo Hollandie & Gre-

Conflata
a Colon.
trecentar.
navium
classis.

(d) Par.
hist. Angl.
hoc anno.

(e) Godef.
in annal.
eod. ann.

Christi e
cruce pen-
dantis
imago in
coelo a po-
pulis con-
spicitur.

Pontifica-
ad i. su-
bres ex-
hortatio.

Januenses
Pisanæ ad
pia arma
solicitati.
(b) Hon. I.
2. Ep. 732.

Cum vero bellici Coloniensium appa- ratus ingens fama ad eundem Pontificem pervasisset, divino enim amore accensi trecentas naves ad ferenda Syriæ auxilia instruxerant, eximium illorum zelum com- mendavit gratulatusque (c) est his ver- bis: Tam sanctum propositum in corde ve- stro fuisse firmiter stabilitum opera mani- festant. Nempe a vestre conversionis ex- ordio studijs, ut auditivimus, cum multo desiderio, & fervore acies dominicas in- staurare, in navibus, virtualibus, armis, instrumentis bellicis, & aliis necessariis

Compararunt etiam se ad Hierosol- mitanum iter multi viri principes Luipol- dus Austriæ, aliique duces, qui se Andreæ Ungarorum Regi coniunxerunt: ex- F ff tant

XXIII.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. §
PETRI IMP. I.

Austr. & tant vero ad hunc literæ (a) pontificiæ, ali duces quibus ipsum crucis signatum Apostolicæ conjanxerunt clientelæ commendatum iri pollicetur. Tum subdit se Apost. auctoritate quæ ab ipso de transmissis in filios regnis decreta erant fulcire: *Dispositione*, inquit, quam de terra tua fecisti regnum Ungariæ pri-mogenito tuo Belæ, regnum vero Galitiæ Colomano relinquens, & eorum alterutri vel utrique sine liberis decedenti Andream constituens successorem sicut justæ ac provi-ta ab de facta est, auctoritate Apostolica con-Andr. de firmamus. Cum vero idem Rex ex pie-regnorum tatis sensu, quo erat delibutus, imprudenter servandi sexta quaque feria panis & aquæ jejunii voto se astrinxisset, flagitaretque eleemosynis aliis pīs operibus commutari, cum negarent medici si-ne gravi valetudinis periculo austeri adeo jejunii rigorem ab ipso tolerari posse, Pontifex rem totam Ostiensis episcopi prudenter commisit, ut quod ipsius saluti æternæ conduceret, magis, statueret. Ei-dem etiam Regi permisit (b) ut quinque vel sex ex ipsius arbitrio ab archiepisco-po Colonensi absolverentur, qui se ad Hierosolymitanum bellum profecturos voti religione obstrinxerant, ut ad regni tutelam permanerent.

XXIV. Nec Andreæ modo patrocinium arrin-puit, sed nobilis quoque viri C. de A-venis pariter crucis signati (c) tum etiam I... Noryvegicæ Regis, qui licet crucem non induisset; egregias tamen in regno suo crucis signatorum copias constari juf-serat: *Intelleximus*, inquit, per literas tuas, quod receptis bona memoriae Inno-centii Papæ prædecessoris nostri literis, quibus te ad Terræ sanctæ subsidium hor-tabatur, et si non in persona propria, in tuis tamen te potenter ad Jesu Christi ob-sequium præparasti, pro majori parte milites, & alios homines terræ tue in terræ Hierosolymitanæ succursum in præparatis a te navibus transmissurus. Et infra: *Tu ac regnum tuum, crucis signatos quoque prædictos, & omnia bona eorum sub apostoli-ca protectione suscipimus, &c.* egregium adeo in rem Christianam studium com-mendat, & clientelam pontificiam pollicetur. Post hec vero modum, qui in distribuenda crucis signatis vigesima ecclesiasticorum redditum parte ab synodo œcumonica ad triennium irreperata ser-vandus esset, de consilio Cardinalium præ-scripsit (d), eam tamen solvere minime cogendos decrevit (e) S. Sepulcri fratres quos aliis etiam privilegiis (f) commu-

NOTÆ tione Damiate, cui ipse præsens interfuit, eadem crucis prodigia ad annum quidem 1217. re-fert; sed eorum meminit, non quod anno illo accidentint, at sumpta occasione narrandi ad-ventum in Palæstinam militum Germanorum & Frisonum, quos in sacram expeditionem invi-tatos fuisse asserit ex prodigio crucis in cœlo ter visæ. Ex his nihil inferas de anno, quo prodigia illa apparuerant; ideoque signata in epistola epocha retinenda est. MANSI

nivit. Ex contrario vero plurimos eccl-eiasticos viros, qui vigesimam fructuum ab Innocentio per literas imperatam con-ferre cunctabantur, nulla interposita mora pecunias persolvere religioso pro im-perio coegit (g).

Interea crucis signatis Messanam adeun-tibus Cusentinum archiepiscopum illuc legavit, ipsos pro concione hortaturum, ut armis se tum spiritualibus, tunc mi-litaribus prudenter intruerent, seque in-vicem Christiana charitate completeren-tur, ait namque: (h) *Sane cum felicis memorie Innocentius Papa prædecessor no-stor, inspirante Domino, aspirans ad sub-sidium Terræ sanctæ disposuerit hoc tem-pore personaliter accedere in Siciliam, si Dominus annuisset, ut ipsius consilio, & auxilio disponeretur salubriter populus chri-stianus, cum benedictione divina, & A-postolica profecturus, nos qui eidem in o-nere successimus, & bonore, si viderimus aliquatenus expedire, libenter illuc per-sonaliter venissimus, utpote qui ad pro-movendum tantum Christi negotium mo-dis omnibus aspiramus, sed cum gens sine duce, ac sine capite procedere videatur, non fuit de fratribus nostrorum vel alio-rum consilio, ut nunc in Siciliam accede-re deberemus, ne si hac vice non imple-retur desiderium populi Christiani, crede-retur de cætero res penitus desperata. Cæ-terum ne ibi omnino reputemur absentes, absentiam nostram per tui præsenti in pro-vidimus compensandum, eo tibi fiduciali-us committentes Christi negotium promo-vendum, quo te ad id assumpto crucis si-gnaculo, quam ab olim cum Apostolo ge-stas in corde, specialius ascripsi, &c.*

Præcipit legato ut Messanam se confe-rat, hortetur crucis signatos ad piratarum & Sarracenorum eludendas infidias, ut coniunctis agnibus iter suscipiant, at-que intentato anathemate vetet, ne quis sepulcrum Domini adire audeat, cum ex eo Christiani exuerentur opibus, quibus Sarracenorum potentia cresceret; tum ipsos excitaret, ut aequo animo ad ea- se duci loca paterentur, in quibus me-liorem divinæ gloriæ operam navare posse crederetur; eandemque Brundusino e-piscopo, qui una cum aliis in orientem erat trajecturus, provinciam demandavit (i).

Paucis vero interiectis diebus, nimi-rum ix. kal. augusti Januensi archiepisco-po significavit (k) Ungariæ Regem du-cemque Austriae atque alios proceres cru-

(i) Reg. post eand. ep. XXVI.

(g) lb. q. 255. Plures cruci-signati Messanam confluunt.

(h) lb. ep. 500. Promi-ferat Inn. se co ad fauile il-lis pre candum iturum.

Cur non eo petre-xerit Ho-notius. Id manus archiep. Culent. imponit.

tabentur crucis signatos proximio natalis D. Virginis festo in Cypro conventuros, eoque pa-triarcham Hierosolymitanum, ac Tem-plariorum magistros proficisci iussos, ut de invadendo hoste quave parte in illius terras irrumpendum esset deliberaretur, atque pro ea qua valebat sacra eloquentia crucis signatos, qui Januam confluxerant, moneret, ut Cyprum peterent, conjunctis animis, ac viribus navigarent, ne a piratis interciperentur. Denum de Albanensi episcopo, cui legationis provi-niciam injunxerat, adiicit: *Nos enim venerabilem fratrem nostrum P. . . . Al-banensem episcopum A. S. L. de cuius pru-dentia, & virtute, non tam argumentorum præfigia, quam rerum experientia nobis fidem faciunt pleniorem providimus illuc auctore Domino destinandum, ut vi-ce nostra Christi negotium, prout idem in-spiraverit, ordinet & disponat, &c.* Sub-iicit, quæ in literis ad archiep. Cusentinum paulo ante citatis leguntur, eodemque argumento, ut subditur, misse sunt literæ ad electum Pisanum, atque ad episcopos Massiliensem, Castellanensem, & Cajetanum, & ad Brundusinum, & Cusentinum archiepiscopos. Quo etiam die Hierosolymitanum Regem de Andreæ cæterorumque profectione epि- stola participem fecit (a), hortatus ut Cyprum usque iis occurrat, vel saltem præcipuos nuncios obvios mittat, consilio eos auxilioque juvet. Eodenique ar-gumento (b) patriarchæ Hierosolymita-no, ac magistris fratribusque militiae tem-pli, atque hospitalis Hierosolymani scripsit.

XXVII. Igitur Andreas Panponicæ Rex cum Lui-poldo Austriae duce, pluribusque aliis prin-cipibus viris Hierosolymano regno sub-sidium latus, crucis signatos copias, uti constituerat, in orientales oras trajecit, id quod non modo plerique scriptores (c) Godef. in annal. (c) literis tradidere, sed Honorius e-Cbr. Aufst. Sero in annal. apud Cas-nis. an-zq. lect. 20. 1. p. 245. Chro. Colmar. Epitom. scipis, ac omnium ecclesiæ prælatis, tam ellii sacri exemplis, quam aliis per Arboren. protin-lisb. & citiam constitutis.

Adversus hostes visibilis invisibilibus (d) Hon. l. armis, idest orationibus dimicare veteri-2. p. 739. Indictæ bus exemplis instruimur, quæ nostris quo-que temporibus innovata, quando exercitu-folemnes Dominus infidelium multitudinem bel-lo Hispanico tradidit in manus paucorum fidelium, gloriamur. Ecce autem tempus, quo universi fideles, ad hæc debent arma-*cujuslibet mensis providimus faciendas, spe-rantes, quod ille, qui dictatam in Nini-vitis sententiam eorum humiliatione inspe-cta misericorditer revocavit; quique uno Moysè orante pro populo Israel, convertit Amalechitas in fugam, & solem Josue, pre-cibus stare fecit, qui dentique suos ad se, de quacunque tribulatione clamantes, se au-diturum ineffabili pietate promisit; devo-te pulsatus tot fidelium suorum clamoribus, nequaquam continabit suæ viscera pietatis; sed propter semetipsum inclinabit ad preces Ann. Eccl. Tom. XX.*

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. §
PETRI IMP. I.

concurrere: *ecce tempus, quo cinere debent aspergere caput suum: ecce tempus, quo debent in cœlum lacrymarum, & oratio-num vocibus exclamare, ut ille, qui non in multitudine dimicat, innovatis signis & mirabilibus immutatis secundum omnipoten-tiam suam, multitudinem in paucitate de-vincat. Charissimi etenim filii nostri An-dreas Ungariæ Rex illustris, & Austriae, ac Moraviae duces, viri utique dignitatis Fideles in Babylo-nia limi-tum incurrunt.*

XXVIII. Sane nos, cum ad nostram pervenit no-titiam illos terram prædictam intrasse, a-publicæ præcessos composo religioso agmine ab Honorio Roma ha-bitæ. Pontifex nudis pe-dibus cal-pita SS. præfatus Jesu Christi athletis ejus genitri-Petri, & cis obtentu supernum impetraremus auxili-Pauli ge-um, ad quod nostra non sufficere merita scie-bamus. Verum quia per eos totius populi Christiani negotium geritur, quare dignum est, ut ad exorandum pro eis Christianus quilibet in oratione humilietur prostratur, solemnes propter hoc processiones in singulis civitatibus, & aliis locis, in quibus est frequentia populorum, prima sexta feria cujuslibet mensis providimus faciendas, spe-rantes, quod ille, qui dictatam in Nini-vitis sententiam eorum humiliatione inspe-cta misericorditer revocavit; quique uno Moysè orante pro populo Israel, convertit Amalechitas in fugam, & solem Josue, pre-cibus stare fecit, qui dentique suos ad se, de quacunque tribulatione clamantes, se au-diturum ineffabili pietate promisit; devo-te pulsatus tot fidelium suorum clamoribus, nequaquam continabit suæ viscera pietatis; sed propter semetipsum inclinabit ad preces Fff 2 ser-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

Servorum suorum propitius aures suas, & effundens iram suam in gentes quæ non novarent eum, & in regna, quæ non invocant nomen ejus, ad laudem, & gloriam suam confringet cornua peccatorum.

XXIX. Ideoque charitati vestræ per Apostolica Indictæ scripta præcipiendo mandamus, quatenus toto orbe hæc cum devotione debita fieri faciat, ita ut quilibet vestrum, nisi justo impedimentoo excusat, intersit, suis induitus insignibus, & pedibus nudis, quatenus exemplo vestro ad idem provocetur devotio subditorum. Religiosis autem in locis solitariis commorantes, hæc in claustris suis eo devotius exequantur, quo magis a mundanis tumultibus sunt immunes. Subditos vero vestros, tam mares, quam mulieres solicite moneatis, ut ad hæc facienda, non in ueste preciosa seu in alio inani cultu convenient, sed in eo per quem seipso ad devotionem mutuo provocent, ac hamiliationem internam exterioris habitus humilitate demonstrent. Memores, quod Niniuitæ, de quibus jam sermo processit, in humiliatione sua se fassis a minore usque ad maximum induerunt, adeo ut ipse Rex abjecta regali purpura se siccō induerit, & asperserit cinere, propter quod apud eum, qui humilia respicit, meruerunt misericordiam invenire. Ad hæc cruce signatores omnes ad celerem succursum illorum sedulis exhortationibus animetis, & faciat per alios ad hoc idoneos animari, ita quod in instanti passagio, Deo duce, transcant universti, ite vestrum qui muniri sunt crucis signaculo cum illis pariter profecturis in nomine Domini Jesu Christi. Ut autem de statu terræ vos certiores reddamus, & ad providendum, que sunt necessaria, cautores; tenorem literarum quis nuper a magistro domus militiæ templi recepimus, præsentibus de verbo ad verbum duximus inferendum, qui talis est.

XXX. Reverendissimo in Christo domino, & patri Honorio, Dei providentia, sanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici; suorum subditorum devotissimus frater Vx. de Carnoto pauper militiæ templi magister humiliter debitam cum osculo pedum reverentiam, & obedientiam.

Paternitati vestræ statum Terræ sanctæ, quam Dominus proprio sanguine suo consecravit, præsentibus duximus intendantum. Hoc igitur vobis constet, quod ad discessum præsentium innumera peregrinorum multitudo, tam militum, quam servientium vivificæ crucis insignita charætere, ab Alemannici Imperii, & aliorum regnorum variis partibus confluens, apud Accon adventarat. Sepbedinus vero magnus. Soldanus in terra Babylonis commorans, ibidemque existens immobiliter de se minime confidebat. Reverebatur etenim Regis Ungarie, & ducum Austriæ & Moraviæ adventum, qui cum copiosa multi-

tudine militum, ac servientium cleri, & populi apud Accon applicuerunt. Timebat etiam dictus Sepbedinus navigium Frisonum, quod apud Accon in proximo applicaturum ferebatur. Coradinus vero filius ejus in marchiis nobis adjacentibus iter suum direxerat, & accessus.

Etiam hoc vobis intimamus, quod annis pluribus retro actis, non recolimus Syria paganismum in statu fuisse debiliori, quam nunc extat; quem pater omnipotens de die in diem permittat pejorari. Sed in partibus nostris frumenti, & hordei, & omnium humanae sustentationis necessariorum caritudo est maxima. Seges autem fallens agricultoram in hoc anno, in minima quantitate fuit recollecta: Expectabant etiam indigenæ, quod seges de partibus afferretur transmarinis, sed minimum in hoc anno fuit apportatum. Est & aliud incommodum, videlicet super equitaturis adeo grave, quod equi nullo modo possint venales inveniri.

Quocirca universis cruce signatis, ac signandis bona fide consulatis, quatenus de predictis se studeant præmunire, de quibus in partibus nostris nullum invenient consilium vel juvamen. Cæterum sciatis, quod ante adventum Regis Ungarie, & ducis Austriae provisum fuit a domino patriarcha, & Rege, & peregrini, & fratribus Hospitalis, & nobis, quod versus Neapolim Syriæ iter arriperemus, cum Cordino, si nos expectaret, pugnaturi. Post adventum vero prædictorum magnatum in hoc omnes unanimiter assensum exhibuimus; quatenus in manu fortis, per mare, & terram in Babyloniam proficeremur, ad ob sidendum Damiatam, ut sic cautius, & providus, versus sanctam terram Hierosolymitanam iter præpararemus. Omnes igitur cruce signati, seu cruce signandi solicite moneantur, ut quam majorem poterunt, secum ducant copiam victualium, & equorum. Dat. Later. VIII. kal. decembbris pont. nostri anno secundo.

Haecne Honorii litteræ; quo exemplo alias reliquias Christiani orbis episcopis eum misisse ipsem indicat. Cæterum prioribus epistolæ verbis significare videatur Honorius, spectabilem victoriæ, quam prædicti Colonienses cruce signati, dum apud Ulyssipponem hyematuri substitere, de Sarracenis reportaverunt, quam ipsi, qui interfuerere, hujuscemodi literis postea significarunt (a):

Sanctissimo patri ac domino Honorio Dei gratia sacrosancta Romana Ecclesia summo Pontifici. S. Ulyssiponensis S... Elborensis, & magister in Hispania militiæ templi, & prior in Portugalia hospitalis Hierosolymitani, & commendator militiæ S. Jacobi de Palmela salutem, & pedes humiliiter osculari.

Sanctitati vestræ præsentibus innotescat, quod Domino faciente, qui sperantes in se non

(a) Apud
Hon. l. 2.
ep. 8. 17.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

non deserit, quædam navigii multitudine cruce signatorum de Alemannia, & de Flandria, & de aliis partibus post multa maris naufragia, ac diversa pericula in navigando per quatuor menses laborantes, quod xv. dies solet a pluribus navigari, ad portum de Ulyssipona appulit ex insperato. Vnde nos prænominati episcopi considerantes, quod non nisi ut Hispania liberaretur, eosdem peregrinos Dominus tantum in via detinuerat, & ad nos tali tempore adduxerat, quod transfretare non poterat illo modo cum abbatte Alcobaciæ, & aliis viris religiosis, Templariis videlicet, & Hospitaliis, & militia S. Jacobi commendatore, alisque regni magnatibus, dictos ad hoc induxit peregrinos, ut ex quo transfreendi eisdem deerat facultas, hyemare nobiscum ad Hispaniam liberandum, & ad inimicos sanctæ fidei expugnandum; unde etiam iterum habere possent victualia, & expensas. Quo habito & concessò, & ad verba exhortationis nostræ fere omnibus de diœcesis nostris, & similiter de toto regno per proprias diaeceses signo crucis imposito, insimul processimus ad quoddam castrum obsidendum, quod dicitur Alcazar, quod etiam inter omnia Sarracenorum castella in Hispania erat nocivum Christianis. At plurimos maxime Frisones cum aliis ibi hybernare abnuisse, ac post festum S. Jacobi diem Ulyssipone cum octoginta circiter navibus recessisse, auctor est Godefridus,

(a) Godef.
in annal.
an. 1218.

(a) qui hæc omnia singillatim ac fusa prosequitur. Addit vero Parisius, qui eadem summam recenset, illos apud Castellam & Tornetum * Italiae loca hyematis: quibus consentanea tradit Richardus (b); sed ad epistolam redeamus, quæ pergit:

Consequenter autem ipsis de Alcazar obsessis paganis postulantibus auxilium a Regibus, per totam Mauritania citra mare commorantibus, quatuor Reges de Sibilia videlicet & de Geen, & de Badalcuzi, & de Corduba, cum toto posse suo & cum fere omnibus, qui sunt citra mare pagani inopinatae venerunt super nos, ita quod sequenti die nobiscum campestre bellum habuerunt inter se jactantes, quod & castrum liberarent, & nos omnes, quos non perderent gladio, ducerent captivos. Sed omnipotens, cui proprium est superbis resistere, eorum mirabiliter frangens superbiam, dignatus est exercitu suo subvenire, tribus miraculis praestensis. Primum fuit quod cum nos de regno Portugaliae essenuis eadem hora paucissimi, in nocte præcedenti bellum ex improviso, receperimus magnum exercitum de Templariis, & de Hospitaliis, & de magnatibus Regnum Portugalen. Secundum fuit, quod in aere apparuit vexillum crucis gloriosum exercitui in victoriæ signum. Ter-

tium fuit, quod in ipso belli conflictu, vi- Conspe- sum in ae- re crucis signum. Vix quo- terrogantes ubi essent milites candidati, que coelestes acies pugnare in infideles. Cæsi duo Reges Sarr. cum infinita multitudo. non evasit.

De tanti ergo miraculis, & de tanta victoria exercitui Domini collata divinitus Petitur congaudentes, ac de vestra sanctitatis a- ab Hon. bundatia præsumentes ad pedes vestra ut hære- clementie pro volunti petimus, quatenus ad ant cruce- Hispaniæ liberationem a sanctitate vestra sign. ad pellendos Hisp. bar- baros.

Ea occasione usi Lusitani in Sarracenos confun- gunt. Alcazar obsident.

(a) qui hæc omnia singillatim ac fusa prosequitur. Addit vero Parisius, qui eadem summam recenset, illos apud Castellam & Tornetum * Italiae loca hyematis: quibus consentanea tradit Richardus (b); sed ad epistolam redeamus, quæ pergit:

Consequenter autem ipsis de Alcazar obsessis paganis postulantibus auxilium a Regibus, per totam Mauritania citra mare commorantibus, quatuor Reges de Sibilia videlicet & de Geen, & de Badalcuzi, & de Corduba, cum toto posse suo & cum fere omnibus, qui sunt citra mare pagani inopinatae venerunt super nos, ita quod sequenti die nobiscum campestre bellum habuerunt inter se jactantes, quod & castrum liberarent, & nos omnes, quos non perderent gladio, ducerent captivos. Sed omnipotens, cui proprium est superbis resistere, eorum mirabiliter frangens superbiam, dignatus est exercitu suo subvenire, tribus miraculis praestensis. Primum fuit quod cum nos de regno Portugaliae essenuis eadem hora paucissimi, in nocte præcedenti bellum ex improviso, receperimus magnum exercitum de Templariis, & de Hospitaliis, & de magnatibus Regnum Portugalen. Secundum fuit, quod in aere apparuit vexillum crucis gloriosum exercitui in victoriæ signum. Ter-

tiuum fuit, quod in ipso belli conflictu, vi- Conspe- sum in ae- re crucis signum. Vix quo- terrogantes ubi essent milites candidati, que coelestes acies pugnare in infideles. Cæsi duo Reges Sarr. cum infinita multitudo. non evasit.

Sanctissimo patri, ac domino sacro sanctorum Rom. Ecclesia summo Pontifici Honorio V. Holl. com. cruce signatorum come stabulus ejus duxit miles, debitam devotionem, & ad oscula pedum humilem subjectionem, &c.

Ad aures vestræ sanctitatis cupio venire, quod cum in obsidione castri cujusdam captum a Saracenorum Alcazar Christianis valde i- crucifi- gnatis.

Abur nomine, natione tam inter Christianos

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

nos

CHRISTI
1217.

HONORII III. PAP.
I.

OTTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. 1.

XXXVI.
Reges
Legionis
& Navar-
ræ cruce
in Sarr.
configna-
ti.

**Guillel.
offert se
paratum
excipien-
dis ponti-
ficiis im-
periis.**

(a) C&f. l.

XXXVII
Pontifex
ob par-
tam victo-
riam nu-
mini gra-
tias agit.

(b) Lib. 2.
ep. 820.

*nos, quam apud Sarracenos præcellens sacrosancto Baptismate cum centum aliis abs-
lutus est. Credo, immo vehementer opinor,
quod per eundem Hispania Sarracenorum
in magna parte fidei catholicæ debeat sub-
jacere.*

Noverit sanctitas vestra, quod occasio-
ne nostri Rex Legionensis & G.ul. Rex Na-
varræ, & alii quam plurimi, tam archie-
piscopi, quam episcopi, cum principibus
totius Hispaniae signum crucis, super Sar-
racenos Hispanæ suscepserunt, & treguas
cum ipsis Sarracenis diu habitas infrege-
runt, proponentes in proximo bella cum
ipsis Sarracenis committere. Rogaverunt
etiam nos, & cum maxima instantia mo-
nuerunt, quatenus in Hispania per instantem
œstatem dignum duceremus remanere
cum ipsis supra Sarracenos, omnipotenti
Deo fideliter ministraturi. Quid igitur,
pater sanctissime, spes nostra, consilium
ac salus tota in vestra dependeat paterni-
tate, ego tanquam filius obedientiæ man-
dato vestro paratus sum obtemperare; &
cum omne desiderium meum ad vestram
pendeat voluntatem & beneplacitum, pa-
ternitati vestra humillime supplico, qua-
tenus per lutorem præsentium mihi digne-
mini demandare, ubi, & quando per a-
liquem nunciorum vestrorum voluntatem
vestram plenius percipiam, per eundem
gratiæ vestrae largitatem uberiorius acceptu-
rus. De hujuscemodi victoria divinitus
concessa agit etiam, præter Godefridum
(a) & Parisium, supra laudatus, ut

*cis, quod in cœlo apparuit, præfigente ex-
iit in salutem populi sui, ut salvos face-
ret Christianos suos pro vestræ possibili-
tis modulo assurgatis; quod & nos acce-
ptis auctoritis literis tecumus in effugientia.*

*tæ dignationis gratia dignas laudes, Ur-
bis clerum, & populum adunantes. Porro
cum Terræ sanctæ succursum impediri oc-
casione aliqua non velimus, petitionem,
qua rogasti, ut crucesignatos, qui ad
ipsius Terræ sanctæ succursum propter cor-
porum infirmitatem, aut rerum inopiam
procedere non valentes, arma vel alia bo-
na sua conferrent, ad reparandum castrum
A'cazar, juberemus ad propria libere re-
meare, concessa eis plena suorum indul-
gentiæ peccatorum, non duximus admit-
tendum; ne forte per hoc contra vos ipsos
Dominum contingeret provocari, qui sicut
credimus, merito devotionis, quam ad ip-
sam Terram sanctam habent crucesignati
prædicti, victoriam contulit antedictam.
Ad hæc ipsis crucesignatis per literas no-
stras injungimus, ut dum eos in partibus
vestris morari contigerit, plenam suorum
peccatorum veniam indulgeatis, ac si ultra
mire morerentur, in servitio Terræ san-
ctæ. Datum Literan. II. idus januarii
Pontificatus nostri anno secundo. Ceterum
Imperati
cruce-
signatis
iter in
Syriam
institue-
rent.*

cruceignatos ipsos Pontificis imperio paruisse, aliisque crucesignatis orientalibus in oris commorantibus, subsidio adversus Saracenos profectos ostendent ea, quae sequenti anno dicentur.

Ptolemaidem, ut supra vidimus, excita-
ta fuerat, magna cum difficultate ascen-
su superasse, ac Joannem Hierosolymi-
tanum Regem, præcipuum barbarorum
ducem, qui ex arce ad abrumpendum
nostris iter procurrerat prostrasse, reli-
quaque in fugam egisse; in descensu ta-
men, cum jam hostis vires collegisset,
fidelium pluribus debilitatis, fanciatisque
partum decus amisisse. Ex his Albertus
Stadensis (*a*) refellitur, qui montem
Thabor a nostris superiori anno recuper-
atum tradit.

XL. Addit Godefridus in tertia adversus hostem irruptione patriarcham cum dominica cruce non perrexisse, & Christianas copias gravissima a Sarracenis ex infidiliis damna accepisse, atque ob hyemis asperitatem rerumque ac vesuum inopiam, nisi vis frigoris remisisset, in extremum discriminem adductas, postea exercitum in quatuor agmina divisum, Regesque Ungariæ, & Cypri, frustra Un- garum patriarcha retinere nitente, Tri- recessus.

polim abscessisse, [1] quæ Jordanus (b) (b) Jord.
confirmat, [2] cujus historici verba, cum MS. bibl.
nonnulla alia afferat, decerpemus: Exer- vat. sig^{n.}
citus (inquit) Domini quadrifariam di- n. 1960.
visus est & Rex Ungariæ & Cypri Tri- Defigitur
polim profecti. Rexque Ungariæ brevi tem- a patri-
pore commoratus magno damno Terræ pro- arch. 2-
missionis recessit: peregrinos enim, ga- nathema-
te.

leas, dextrarios & jumenta cum armis
secum traxit: multum admonitus a patri-
archa ne sic recederet, tandem excommu-
nicatus est cum sua sequela. Fidelium
communione ob id ejusdem etiam tradit
Parisius (*c*); pergit auctor: *Alia pars ti-*
nitorum & effeminatorum remansit in Ac-
con. Rex vero Hierusalem & dux Austriae
cum Hospitalariis S. Joannis & episcopis
praedictis, & quibusdam aliis castrum (*il-*
lud Cæsariense fuisse ait Godefridus (*d*)
cujus beneficio Cæsaream recuperatum
iri spes affulgebat) celeriter & utiliter
firmaverunt, licet inimicorum sapientia nar-
raretur advenus, & in ecclesie B. Petri
patriarcha celebravit in purificatione B.
Virginis: Templarii vero auxiliantibus
peregrinis, & Hospitali de domo Thebu-
tonicorum, castrum peregrinorum reædi-
ficaverunt, quod prius dicebatur Filii
Dei; ubi ea infossione moneta ignorata in-
venta est, qua labores & sumptus alle-
piati sunt.

HONORII III. PAP. I.

OTHONIS I^{MI}. 9.
PETRI IMP. I.

NOTÆ [1] **R** Ecessus e Palæstina regis Hungariæ & regis Cypri in annum sequentem referendus, nec a Godefrido præsenti alligaretur, nisi ipsi fucum fecisset ratiō anni computandi, quam adhibet Oliverius in historia Damiatina vulgata ab Eccardo in corpore Historic. medii ævi tom. II. col. 1400. Oliverius enim annum a martio incipiens recessum utriusque regis anno 1217. recte consignavit, cum cardinalis de Vitriaco in epistola I. ad Honorium III. scripta, & vulgata in Anecdoto Martenii to. II. ccl. 288. notet ambos illos reges Accone profectos venisse Tripolim post festum epiphaniae anni, ut ex contextu epistolæ illius colligitur, 1218. & Tripoli vero Antiochiam perrexisse Hungaros, & sic ainceps usque Constantinopolim, & ita demum in patriam suam. Afferit pariter idem Cardinalis tunc episcopus Acconensis profectum fuisse una cum illis comitem Tripolitanum, ut sibi sororem suam daret in uxorem; idest ut conjugium celebraret cum Melissena Hugonis regis Cypri sorore. Nec longo elapsō tempore, pergit episcopus Acconensis, rex Cypri mortuus est. Regem hunc obiisse notat Sanutus anno 1229. lib. 3. cap. 3. pag. 208. Sed decesse anno 1218. ex literis Honorii datis anno illo IV. idus julii certum est: Vide illas apud Reynaldum ad A. 1218. 19. Cum vero idem Acconenensis episcopus, sicut & Oliverius in historia, regem Cypri a rege Jerosolymorum Johanne constantie distinguant, inducere mihi in animum haud possum Hugonem regem Cypri regis Hierosolymitani sibi titulum vindicasse, ex quo Johannis Brennenensis uxore Maria fatis funda (jam autem obierat, cum anno 1214. data charta quædam relata in codice Melitensi num. XCII. ut probat diligens adnotator ejusdem codicis tom. I. pag. 38c.) regni Hierosolymitani hereditas, quam illa ex matre Isabella filia regis Almerici obtinebat, in alteram ejus sororem Adelaudem ejusdem Hugonis regis Cypri uxorem devoluta est. Id equidem probatur eidem doctissimo ejus codicis adnotatori P. Sebastiano Pauli in loco laudato pag. 272. sed viri eruditii sententiaz opponimus tum autoritatem scriptorum quos supra dedimus, qui reges Cypri, & Hierosolymæ alterum ab altero distinguant; quique pariter narrant regem Cypri anno 1217. adeoque post Mariæ obitum tantum absuisse, quin regni Hierosolymitani jura Johanni Brennensti contenderet, ut cum illo potius arma sociarit; dein e regno illo secedens, non coactus, nec expulsus redditum in Cyprum statuerit. Insuper in charta quadam ejusdem codicis num. 106. Hugo regis Cypri, non vero Hierosolymæ titulo subscriptus legitur. Data est illa apud Nicosiam X. Kal. augusti anno dominicae incarnationis MCCXVII. Ex hac charta intelligimus regem Cypri non nisi sero hoc anno in Palæstinam venisse, cum iurio exente adhuc in Cypro ageret. **MANSI**

[2] **P**oet illa verba : Jordanus confirmat , addunt annales contracti : multa porro ab Andrea Hungaria rege praelare gesta in ea expeditione adversus Saracenos refert Andreas Spalatinus archidiaconus , sed ob insidias veneno illius vita comparatas cœptis defitisse , atque e Syria discessisse additæ in reditu vero transisse per Graciam , atque affinitatem cum Lascare Gracorum rege contraxisse data Bela primogenito in uxorem Lascaris filia ; cumque per Bulgariam iter haberet ab Asano rego detentum , nec dimissum , donec ei filiam matrimonio jungeret . MANSI

CHRISTI
1217.

XLI.
Fridericus suos
ad Hon. oratores
mittit.

(a) Hon.
l. i. ep.
359.

(b) Ep.
260.

(c) Ep.
220.
XLII.

(d) Ep.
181.

(e) Ep.
182.

(f) Ep.
180.

Nepos
Othoc.
Regis in
Bohem.
seditiones
excitat.

XLIII.
Ab Hono-
rio cen-
furis
ictus.
(g) Ep.
544.

HONORII III. PAR.
I.

Jam ad occidentales sermonem convertamus. Misit ad Honorium eodem anno suos oratores Fridericus electus Imperator, ut de adepto pontificatu Honorio gratularetur, Imperii insignibus ab eo redimiri flagitaret, tum de apparanda alia in orientem expeditione, crucem enim, ut ante diximus sibi affixerat, ageret: cui Honorius, ut rem qua opus erat confiliū maturitate tractaret, legatum Apostolicum ad ipsum se transmissurum rescripsit (a): *Nos ergo ad ea, quae Dei, & Ecclesiae Romanae honorem, ac exaltationem tuam respiciunt aspicientes, ad te legatum nostrum disponimus destinare, per quem, tam super iis, quae ex parte tua nobis fuere proposita, quam super Terrae sanctae succursu celsitudini regie secundum quod expedire videbimus, curabimus respondere, &c.* monet ipsum ut se in obedientia erga Romanam Ecclesiam retinenda constantem exhibeat, postremo additur: *Dat. Lat. vi. id. april. pont. nostri anno 1.* Postridie vero ejus diei tum ecclesiasticos, tum laicos fidos Friderico obsequentesque esse jussit (b). Quamvis vero non constet, quidnam literis ad Pontificem datis postulaverit, verisimile tamen est, ipsum Imperii ornamenta, atque insignia conferri sibi petuisse. Nec prætermitto Honорium initia Fridericum inter & Waldemarum Danorum Regem concordia, Waldemari rogatu, auctoritatem suam adjunxit (c).

Aliam per idem tempus legationem accipit Pontifex ab Rege altero, nimirum Othocaro Bohemo, quem commendavit plurimum, (d) quod Apostolicae sedis, studiosissimus esset, quo etiam nomine nobiles Bohemice viros essent laudibus. (e) Et quamvis ex pontificiis ad ipsum literis non ita perspicuum sit, quoniam ipsius postulata spectaverint, tamen ex iis quas Pontifex ad episcopos Pragensem & Olomucensem scripsit, (f) constat Regem rogasse, ut audaciam T... nepotis sui infringere, qui crucis signatæ militiæ nomine dato, regium quoddam castrum prodizione occuparat, ac præstiti a se jurisjurandi religione posthabita, tum Regis tum ecclesiarum bona opesque diripiebat. Quibus Honorius episcopis mandavit, invasorem ad restituendam, quam detinebat, arcem censuris ecclesiasticis compellerent.

Verum qui Bohemorum Regem obsummam illius erga sedem Apostolicam observantiam extollit, deinde ab officio recedentem arguit (g) primum quod clerici in eo regno non solum coram laicis judicibus causam dicere cogerentur, verum extremo quoque, & ignominioso supplicio ab iisdem afficerentur; tum quod latum a Pragensi episcopo interdictum floccifaceret, quanquam eadem sententia

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

cautum esset, ut qui illud violassent, anathematis poenam continuo incurrent; postremo quod episcopi aliorum ecclesiasticorum virorum jura invaderent: quocirca admonet, ut quod contra bonum & æquum videretur, etiam a nemine interpellatus corrigeret atque emendaret; aposta est epistole dies decimo kal. jul. Agit etiam his de rebus Joannes Longinus, (b) additque Andream (ita Pragensem episcopum vocat) primo Regem regnique optimates ecclesiasticam libertatem proterentes fidelium coetu abegisse; inde vero, cum illi ecclesiasticas censuras contemptui haberent, universum Bohemiæ regnum sacris interdixisse; deinde ipsorum furorem veritum, sede iv. id. april. relieta Romam se recepisse, neque inde postea pedem extulisse. At longe verius est ex recentis Honorii literis colligi episcopum primo regnum interdicto subiecisse, deinde quod interdictum ludibrio haberetur, in principes illos anathematis poena animadvertisse. Præterea Pontifex Maguntinum archiepiscopum graviter arguit, (i) interdicti sententiam a Pragensi episcopo latam, atque ab Apostolica sede confirmatam, revocare auctum esse.

Verum cum Rex patris optimi objagationem ea qua par esset animi demissione exceperet, Honorus insignes amoris notis ad eum literas exaravit (k): *Sicut princeps catholicus redargitionem Apystolicam, qui te paterno affectu, prout ad nostrum spectat officium, corripimus, non solum patienter, sed gratanter etiam recepisti, sicut nobis cædem tuæ literæ declararunt, tuam nibilominus excusans humiliiter innocentiam, super iis, que contra ecclesias, & ecclesiasticas venerabilis frater noster Pragensis episcopus te asservit usurpasse. Petitionem ergo, quam nobis fecisti per literas antedictas, ut videlicet ante adventum solemnium nunciorum tuorum, quos in brevi asservis te missurum, nihil contri te vel terram tuam ad petitionem ipsius episcopi faciamus, eo benignius admittentes, quo inter cæteros mundi Reges te, tuæ devotionis merito, quadam speciali diligimus charitate, nihil contrate, vel terram tuam post receptionem literarum ipsarum, ad petitionem ipsius episcopi fecimus, vel etiam faciemus, quoque nuncii tui venerint supradicti, nisi forsitan usque adeo eorum differreretur adventus, quod merito videretur eos non debere ulterius expectari. D. Lat. IV. novemb. pont. nostri ann. 2.*

Hoc eodem anno cum statisset Albertus Alsatiæ comes subsidio proficiisci Christi fidelibus Livoniæ, qui ab ethnicis hominibus vexarentur, Honorius ejus annum Apostolicis literis vehementius accedit. (l) Præterea cum archiepisco-

pus

CHRISTI
1217.

HONORII III. PAR.
I.

(a) Ep.
420.

(b) Lib. 2.
ep. 655.

(c) Lib. 1.
ep. 199.

(d) Ep.
246.

Lundensi arch. Sue-
tie pri-
mat. con-
firmatur.

(e) Lib. 2.
ep. 727.

(f) Ep.
616.

XLVI.

Salisburg. arch. fla-
gitante Sechgob.
fedes eri-
gitur.

Hon. ep.
740.

Commen-
datur ab Hon.
arch. ze-
ius.

Albertus

comes in

Livoniæ

pro fide

tuenda

expedi-

tionem me-
diatur.

(l) Lib. 1.
ep. 197.

pus

pus Magdeburgenis nonnullas infidelium terras imperio Christiano adjunxit, metropolitico jure subjectas esse jussit. (a) Cumque Christianorum numerus illis in regionibus mirum in modum auctus esset, Livoniensi antistiti novas ecclesias cathedrales ibi condendi, atque episcopos præficiendi partes demandavit (b). Quo item anno plura tribuit privilegia Lundensi archiepiscopo, primum enim potestatem ei fecit, singulos e monachorum singularis ordinibus ad familiæ suæ emendandos expoliendosque mores deligendi: deinde legationis munus in Lundensi & Upsilonensi provinciis injunxit (c). Tum concessit (d) ut re necessaria urgente filios non legitime natos sacris initiari posset. Postremo Lundensi archiepiscopi primatum in Suetie regnum confirmavit: (e) is enim metropolitanum Upsilonensem archiepiscopum consecrare eique pallium a Lundeni & Upsilonensi ecclesiæ nunciis obtentum ab Apostolica sede, tribuerre consueverat, Upsilonensis vero jurejamento interposito, ipsi se fidum obsequenterque futurum polliceri: id ergo Innocentius diploma Andrei Lundeni archiepiscopo dato, aliorum Romanorum Pontificum exemplum secutus, ratum firmum que jussit esse. Perstrinxit (f) vero acerrime Salisburgensem archiepiscopum ob creatum temere Wolcherum abbatem, cum lis adhuc coram judicibus a sede Apostolica delegatis penceret, præcepit que male gesta evoluto ab acceptis literis mense rescinderet.

Præterat vero per id tempus Salisburgensi ecclesiæ Eberhardus, qui quamvis hac in re ab religione officii incante deflexisset, mox tamen quidquid contra iustitiam atque æquitatem esse videbatur, emendavit, namque ab eo rogatus Honorus, ut novam Apostolica auctoritate sedem in Sechgobensi urbe erigeret, quo fideles quorum salus ob tenebras ignorantiae, quibus in iis Stirie versus Unghri partibus erant involuti, periclitabatur, a novo episcopo Christiana religione excoherentur, Eberhardi zelum ac virtutem datis ad ipsum hisce literis laudibus extulit: *Et tibi meritum incomparabile comparas apud Deum, & nobis spiritualium præstas materiam gaudiorum, quia sicut minister Christi, & mysteriorum Dei providus dispensator, familiæ tibi creditæ non plus præesse cupiens, quam prodeesse, postponis lucratissimam temporalia profectibus animarum, & in grege tibi commisso non quæ tua, sed quæ sunt Christi requirent, non tam paci ab oīibus, quam eas pacere delectaris; quin potius, ne quod absit, illas non agnoscere, vel non agnoscit ab illis arguari a Domino, cui es redditurus, de omnibus rationem; nec ipse voce prophetica conqueritur: Ann. Eccl. Tom. XX.*

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

tur: *Factus est sicut grex perditus populus meus, & si cum nequiviris quisitare, curam gregis ipsius in plures dividere prouidisti nuper unum ei præficiendo pastorem, & nunc præficiendi alium licentiam a nobis cum instantia postulando, &c. Dat. Later. IV. non. decembr. pontifi. nostri anno 2.*

Ut æquissimis Eberhardi postulatis annuit Honorus, ita ab Wladillao Kalicie initia in Polonia duce precibus solicitatus, ut initiam cum Wladillao patruo concordiam auctoritate Apostolica corroboraret, ejus votis morem gesit patrociniumque illius concordia ab Hon. corroborata. (g) Lib. 1. ep. 249. (h) lib. ep. 273. (i) Long. bīf. Pol. 1.6. an. 1214. (k) Hon. l. 1. ep. 266.

Neque illud hoc loco reticendum videtur, extare in pontificio hujus anni regento, (m) Leski Poloniæ ducis literas ad Pontificem, quibus Romanam Ecclesiam omnium matrem esse profitetur, sequi semper obedientem fore de eo nos supra egimus (n):

Honorius Pape L. dux Poloniæ filialem obedientiam.

Omnis quis aqua baptismitis in unitate ecclesiastice discipline solidavit, scire debent, & confiteri sanctam Romanam Ecclesiam esse totius orbis maxistram, & dominam. Nam ut ex instructione patrum nostrorum episcoporum, & aliorum ecclesiæ rectorum didicimus, quod hæc Ecclesia est mater nostra, quæ ex uberiori jure cœlitus sibi concessa, in solvendo, & ligando plenitudinem habet potestatis; hinc sic nos filii ecclesie submittere collam huncitier debemus, ut & ipsa maternæ charitatis affectu nos pertrahet, & nos ei debitam exhibemus reverentiam. Ego igitur inspesto tenore vestiarum literarum Deum laudavi, Deo referens gratias, quod singulis prout vult sua dona largitur, & quod vos patrem & rectorem totius orbis constituit. Promitto igitur sancta Romanæ Ecclesie, omnitudinem fidelitatem, & me paratum in defensionem ecclesiarum, quæ docunque eas per aliquos invasores opprimi video. Peto etiam vos, ut in omnibus meis necessitatibus vos meum sentiam

(n) An. 1207. ex Longino & Chromer.

illius ea. de re lit. Honorio transmis- fe.

(m) Ep. 392. (n) An.

Leskodux Polon. profitetur Rom. ec- cles. pri- matum.

(o) Ep. 392. (n) An.

Longino & Chromer.

illius ea. de re lit. Honorio transmis- fe.

G g g pro-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

protectorem. Hactenus **Lesko** cuius pie-tas illustribus adeo notis exarata nova-torum de Ecclesia detrahentium sceleratam impudentiam confundere potest; sed de eo satis: a pio principe ad impios Albigenses sermonem traducamus.

XLIX. Honori studium in Albi-gen. ad pietatem traducen-dis.
(a) Ep. 190. Parisiensis Acad. do-stores ex-citat ad navan-dam in ea re ope-ram.

Parisien-sis Acad. do-stores ex-citat ad navan-dam in ea re ope-ram.

Ceterum qui i. suis, non pugna coronat, & currentibus in studio virtutibus universis sola perseverantia bruium accipit destinatum, charitatem vestram rogamus, & bortamur attente, per Apostolicu[m] vobis scriptu[m] mandantes, & in remissionem vobis peccatum in jungentes, quatenus magis ac magis in Domino confortati evange-lizare verbum Dei studeatis; opportune, importune instantes, & opus euangelistae laudabiliter adimplentes. Si quis autem propter hoc tribulationes passi fueritis, non solum eis aequamiter toleretis, sed gloriemini cum Apostolo, in eissem gaudentes, quia digni habiti estis pro nomine Jesu contumelias sustinere. Hoc enim lete, & momentaneum tribulationis immensum pondus glorie operatur, ad quam non sunt condignae hujus temporis pessimes. Nos quoque intendentes vos tamquam speciales filios favorabiliter conseruere, petimus, ut pro nobis offeratis Domino vitulos labiorum, si forte quod nostris meritis non valeamus, vestris suffragiis assiqueremur. Dicitur Later. VII. kal. febr. pont. nyctri an. I.

Desudabat tum felicissime in ea pro-vincia D. Dominicus una cum suis er-eptisque ex dæmonis manibus innumeris animabus gloriofissimas palmas non sine magnis exantlatis laboribus colligebat; quem Honorius currentem sponte ab bra-vum hisce apostolicis vocibus incitavit:

Priori, & fratribus S. Romani prædi-catoribus in partibus Tolosanis.

Gratula-tur D. Dominico in ea pro-vincia de-sudanti. Gratiarum omnium largitori, gratia-rum dignas referimus actiones in gratia Dei, quæ dita est vobis, in qua & sta-tis, & statibus finaliter ut speramus, quia interius charitatis flamma flagrantes, ex-teriorius famæ fragratis odore, qui & sanas delectat, & reficit mentes infirmas, qui-bus etiam ne remaneant steriles, spiri-tu-

tuales mandragoras, tamquam studio me-dici, exhibentes, eas semine verbi divini vestra salutari facundiæ fœcunditatis, sic velut servi fideles talenta vobis credita erogantes, ut eadem reportetis Domino geminata, sic sicut invicti Christi athletæ, scuto fidei & galea salutis armati, non timentes eos, qui corpus possunt occide-re, verbum Dei, quod est penetrabilis omni gladio accipiti, mitigimenter contra fidei exercitus inimicos, sic in hoc mundo vestras animas odientes, ut in vitam æternam custodiatis existem.

Ceterum qui i. suis, non pugna coronat, & currentibus in studio virtutibus universis sola perseverantia bruium accipit destinatum, charitatem vestram rogamus, & bortamur attente, per Apostolicu[m] vobis scriptu[m] mandantes, & in remissionem vobis peccatum in jungentes, quatenus magis ac magis in Domino confortati evange-lizare verbum Dei studeatis; opportune, importune instantes, & opus euangelistae laudabiliter adimplentes. Si quis autem propter hoc tribulationes passi fueritis, non solum eis aequamiter toleretis, sed gloriemini cum Apostolo, in eissem gaudentes, quia digni habiti estis pro nomine Jesu contumelias sustinere. Hoc enim lete, & momentaneum tribulationis immensum pondus glorie operatur, ad quam non sunt condignae hujus temporis pessimes. Nos quoque intendentes vos tamquam speciales filios favorabiliter conseruere, petimus, ut pro nobis offeratis Domino vitulos labiorum, si forte quod nostris meritis non valeamus, vestris suffragiis assiqueremur. Dicitur Later. VII. kal. febr. pont. nyctri an. I.

Ne denique Apostoli offici partes ul-las prætermitteret, Bertrandum tit. SS. Joannis & Pauli presbyt. Cardinalem legationis munere auctam ad conciliandos Ecclesiæ hereticos, sopiaendos enascen-tium bellorum fragores, aliasque contro-versias æquitate dirimendas misit, [i] datis

tum ad ipsum (b) literis, tum ad Gal-liarum archiepiscopos (c) Ebredunensem, Aquensem, Viennensem, Nar-nensem, & Auxitanum, aliosque infe-riores præsules, illi obtemperare jussit. Imposuit etiam legato munus, ut in Mas-silienses qui (d) non sine hæresecos suspi-cione clerum immaniter oppresserant, at-que etiam dum solemnis supplicatio age-re-

re-

NOTÆ [i] Aliaque controversias equitate dirimendas misit. Adde ex annalibus contraxis: Ceterum Simon Montfortius humanarum rerum illecebris delinitus ingrati in Deum animi vi-tium contraxisse visus est, cum jura Narbonensis ecclesia invasit, contemptis archiepiscopi censu-ris, de quo Honorius certior factus Bertrando eidem cardinali provinciam dedit [epist. 304.] ut in ea controversia justam decretoriam sententiam ferret. Dum vero ecclesiastica jura temere invadit Simon divino destitutus præsidio ab hereticis casus est proximo anno, divinaque providentia consequentibus annis arcane alio ordine ad hereticum excindendam usus est; observat enim Guille-mus de Podio Laurentii cap. 30. Simonem magis affectasse principatum, quam religionem consta-biliter: Jam tunc, inquit, dominus dabat signum, quod ab ejus via recessisset, superbe impe-rabat, nec dabat operam purgandæ terræ ab hæretica pravitate propter quod totum fuerat in-choatum. MANSI

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

retur, in eos sceleratissime impetum fe-cerant, diffregerant cruces, laniarant sa-creras vestes, tum sanctissimam Eucharisti-am concularant, nisi rite crimen ex-piarent, anathema atque interdictum ja-cularetur: tradidit præterea discutiendæ Narbonensem inter & Montfortium exor-tæ controversiæ provinciam (a): quem tamen postea archiepiscopum, qui se Nar-bona injurya pulsum querebatur, atque episcopum Helenensem Romanum evoca-vit: Montfortio vero concessit, (b), ne apud aliud, quam legiti tribunal, causas suas discepitare cogeretur.

Ceterum incubuit hoc anno Montfor-tio belli gravissimi moles, que anno su-periore proditorum scelere ac nefario con-silio conflata est, tandemque illum anno sequenti opprescit: dum enim ex sedis A-postolicæ imperio e suo comitatu ad com-primendos nonnullos Provinciales hære-ticos irrupisset, atque Azemarum comi-tem persequeretur, Raymundus senior comes exauktoratus, captata Montfortii absentis occasione, ex Aragonia proru-pit, ac silenti agmine Tolotam muris exutam ingressus cives ad defectionem tra-xit, urbemque diligentia summa aggeribus defixisque pilis munivit; tum ad ex-pugnandum arcam, dictam Narbonense-palatum, in qua Simonis ac fratri Gui-donis necnon Almarici & Guidonis alte-rius filiorum Simonis uxores una cum fa-milia versabantur, impetus convertit. Exeruit tum Bertrandus in Tolosanos ec-clesiæ censuras, quas perduelles conten-plere: moxque Montfortius eo correptis copiis, exactis prius a Montalbanensis admodum suspectis obsidibus, ad cingen-dam obsidione Tolosam advolavit.

[i] Diviserat exercitum initio, ut castra duobus in locis metaretur; sed cum im-belles copiae viderentur; in unum omnes suos coacturus, dum fluvium traiiceret, is casus, quem Vallisernensis narrat, con-tigit: (c) Dum comes Montisfortis totus Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTE [i] Paragraphum hunc ita exorditur annalista in suo opere contracto. Dum vero Tolosa ab exercitu crucifignato obsidebatur, quadraginta Anglos e mediis undarum vorticibus di-venitus erexit precibus S. Dominici refert Jordanus in ejus vita: cum, inquit, vir christianissi-mus comes Montisfortis cum crucifignatis obsideret Tolosam, venerunt peregrini de Anglia vo-lentes S. Jacobi limina visitare, qui propter excommunicationem vitantes Tolosam, navem mo-dicam intraverunt, ut fluvium pertransirent; præ multitudine autem (nam fere quadraginta erant) absorpta est navis, & submersi sunt omnes, ita ut nec eorum capita apparent. Erat tunc ibi orans in ecclesia vicina juxta fluvium S. Dominicus, qui ad clamorem pereun-tium, & circumstinctum exercitus excitatus, festinus occurrit, vidensque proximorum pericu-lum, compassionem permotus, toto corpore prostrernitur, expansisque in modum crucis mani-bus flens amarissime clamavit ad dominum, ut suos peregrinos liberaret a morte, & post pu-sillum surgens ab oratione, converlus ad fluvium sumpta de Deo fiducia imperavit dicens: Præ-cipio in nomine Christi, ut ad ripam omnes veniatis. Mira res, sed ab eo facta, qui facit mirabilia magna solus! statim ad hanc vocem omnes, qui submersi in aqua tanto tempore la-tuerant cunctis videntibus, qui ad tam triste spectaculum aderant, super undas apparuerunt; tunc undique accurrentes, & extendentes eis lanceas, & hastas avulso de fluctibus incolu-mes eduxerunt, elementiam Salvatoris, & sui almi confessoris Dominici merita prædican tes. MANSI

(d) Apud Sur. to. 4. L. 2. c. 2. Tolosam ob-sidet. Illius in D. Domini-cum studium.

LV. Jacobus Rex A-rag. Montfor-tio infe-stus.

[i] Qui po-puli in Montfor-tium co-ierint.

(e) Ep. 692.

G g 2 co-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

Vetat Honori Aragonis Montfortii ditionem invadere, atque imperatas ab syndo cœunenica inducas violare veta ret; ac si jus aliquod in comitem con tenderent, judicio apud sedem Apostoli cam & æquitate, non armis certarent: si vero moverent bellum, ipsos anathemate terrasque interdicto sacro feriret; (a) ib. ep. 818. Jacobum ab ea coi tione ab ducreni titur.

LVI.

Increpat cum Tolofanis sen tice.

LVII.

Rogat ut cœptis abilitat.

cobum atque Aragonios Montfortii di tionem invadere, atque imperatas ab syndo cœunenica inducas violare veta ret; ac si jus aliquod in comitem con tenderent, judicio apud sedem Apostoli cam & æquitate, non armis certarent: si vero moverent bellum, ipsos anathemate terrasque interdicto sacro feriret; (a) Jacobum Regem atque Aragonios a ferendo Tolosanis auxilio abducere conatus est, perstrinxitque, magno religionis damno Apostolico legato repugnasse.

Illustri Regi Aragonum.

Utinam prava confilia tuam adolescen tiam non seducant, nec impellant ad ali quid faciendum, per quod videaris ingra tus & immemor beneficiorum & gratiae, que Apostolica sedes tibi studuit exhibere, te de illorum manibus, quos inimicos re putas eruendo, ac reddendo tibi terram tuam, pariter & te terræ. Profecto sic cœpit Apostolica sedes ostendere affectum suæ dilectionis in parvulo, ut merito de votio nem invenire debeat in adulto. Ad quod si te aliud non deberet inducere, sufficeret, quod Regnum tuum ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere. Audivimus autem, & audientes nequitimus non mirari, quod civibus Tolosanis, qui negotium pacis & fidei, tantis personarum, & rerum laboribus, & dispendiis in illis partibus procuratum, subvertere moluntur, ad hoc impendis consilium, & juvamen legato Apostolice sedis, incusus oculis hæc attenant, immo vertus nobis ipsis, quorum ibi gerit personam, & vices, te una cum illis opponere non verendo.

Quoniam igitur quanto magis ad honorem tuum, & exaltationem intendimus, tanto amplius cupimus, ne aliquid facias, per quod circa te nostra gratia tepeſcere debeat, serenitatem tuam rogamus, monemus & exhortamur, attentius per Apostolica scripta tibi, sicut possumus distri cte pœcipiendo mandantes, quatenus si cut charabebes divinam, & apostolicam gratiam memor literarum, quas super eodem negotio sumendum direximus tibi, & baronibus regni tui, Tolosanis ipsis per te vel tuos non impendas, vel impendi permittas contra negotium pacis, & fidei, ac legatum ipsum, quem propter illud ad partes illas direximus, consilium, vel juvamen, sed ab eorum civitate revoce o mnes tuos, qui ad eam accessisse dicuntur & ad eam propter hoc accedere de cetero non permittas, nec altam terram, que in partibus illis Ecclesie Romana nomine possidetur, & ad cuius tuitionem legatum misimus antedictum, per te vel tuos impugnes aliquatenus, vel molestes, preces, & pœceptum nostrum taliter auditurus, quod in te devotionem speratam, & debitam agnoscentes, ad comitodium, & honorem tu-

um ferventius aspiremus; alioquin ita pos ses contra te nos, & Romanam Ecclesiam provocare, quod regnum tuum per extra neas gentes comprimere cogeremur. Dat. Later. v. kal. jun. pontificatus nostri anno 2.

Hactenus Pontifex qui sequenti die apud S. virum principem procurandis Aragonie & Cathalonie rebus præfectum (nondum enim Jacobus ob æfatem, gerendis rebus imparum, regnum moderari poterat) literis questus est (b) Regem, ejus atque aliorum procerum opera, magno fidei periculo Tolosanorum partibus se implicuisse. Pari sollicitudine Honori Tolosanos, qui defecerant, ad officium gravissimis literis (c) revocare, (c) Ep. 817. Avenionenses (d) Massiliensesque atque alios foederatos, qui in Montfor fortium arma sumpserant, scriptis ad magistratus literis, ab ea nefaria socie tate divellere tentavit, quos cum Bertrandus legatus Apostolicus ecclesiasticis censuris defixisset, iis pollicitus est, si imperii ecclesiasticis se accomodarent, vibratas censuras dissolutum iri, atque Ecclesie complexu amantissime excipien dos fore.

Civibus Avenionensibus spiritum consilii senioris.

Cum vestra non ignoret discretio, quan tis periculis, & dispendiis personarum, & rerum laboribus procuratum, subvertere moluntur, ad hoc impendis consilium, & juvamen legato Apostolice sedis, incusus oculis hæc attenant, immo vertus nobis ipsis, quorum ibi gerit personam, & vices, te una cum illis opponere non verendo.

Licet autem idem legatus, vestris pro vocatus injuryis, in vos, & terram ve stram excommunicationis & interdicti ac demum expositionis sententiam promulgat, nos tamen cupientes vos ad viam re stitudinis revocare; universitatem vestram monemus, rogamus, & obsecramus in Domino, & per apostolica vobis scripta, si cut possumus, districte pœcipiendo mandamus, quatenus ab infestatione dicti comitis, immo Dei, & Ecclesie quiescentes, erga ipsum legatum tales vos exhibere cureatis, quod non solum absolutionis be neficium, sed aliam quoque gratiam ab ipso, & a nobis mereamini obtinere. Nos enim volentes procedere vobiscum in spi ritu lenitatis, eidem legato nostris danus literis in mandatis, ut si ad ejus volueriis redire mandatum, ipse a vobis idonea cautione recepta, pœfatas sententias sine difficultate relaxet, & vos sicut Ecclesie filios benigne pertractans, querelas si que oborta sunt inter vos, & comitem memoratum, amicabili studeat compoſitio ne

LIX. Jubet Avenionenses id foedus damnare.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.

ne sōpire, & si forte aliquid difficultatis vel emergerit in futurum, quod per eum nequeat terminari, illud ad nos referre proœuret, ut nos veritate plenus intellecta, procedamus sicut secundum Deum, & justitiam viderimus procedendum. Datum Later. iv. kal. januar. pont. nostri anno se cundo. In eodem modo scriptum est super hoc consulibus, & populo Massiliensi, & hominibus Terraconensibus, Belli quadren sis, consulibus & populo Villæ sancti Ægidii.

Studet alios ab eo divelle. LX. Raym. junior hujus conjura tionis au tor. (a) Lib. 2. ep. 815. Solici ta ur ab Honori o ut redeat ad offici um.

Comoverat hosce populos Raymundus junior alterius Raymundi exauctorati filius, qui beneficio Apostolico male erat usus, cum enim juste ob parentis crimen omni ditione exui potuisse, in concilio tamen Lateranensi iis paternis terris, (a) quæ in Provinciam excurrebant, benigne donatus fuerat. Hunc ergo Honorius ingrati animi adversus Ecclesiam, quam in discrimen in iis parti bus conjecerat, vitii arguit, desisteret a male cœptis, paternoque infortunio ad non temere affligendam fidei causam crudiretur.

R. filio nobilis viri Raymundi quoniam comitis Tolosani spiritum consilii senioris.

Licet pater tuus sic vehementer offendit, ut non solum ipse, sed etiam ejus posteritas propter ejus offensam exhereditationis noscatur sententiam meruisse, Apostolica tamen sedis benignitas tuam adolescentiam miserata, quamdam partem terræ quam idem pater tuus citra Rhodanum ob tinebat, in sua tenuit potestate, ut de il la tibi paterna non sequenti vestigia gra tiam faceret, prout expedire videbat. Tu autem, sicut dolentes accepimus, factus paternæ malitiae imitator, subvertere ni teris fidei, & pacis negotium in partibus illis tot personarum, & rerum dispendiis procuratum; terram ultra Rhodanum pos sitam perturbando, in Apostolica sedis injuriam, & contemptum, qui domesticis edottus exemplis satis deberes agnoscere, quam periculoso sit contra stimulum cal citrare. Romana enim Ecclesia non suis ful ta viribus, sed divinis, et si pressuras inter dum sustineat, ex quo tamen contra rebelles incipit extendere manum suam, ubi gravius conculcata, & oppressa videtur, ibi mirabilius Deo faciente triumphat.

Monemus igitur nobilitatem tuam atten tius, & hortamur, ut consilia prava de spiciens, quibus fuijli hactenus circumven tis, & Apostolica sedis benignitatem potius, quam austritatem satagens experiri, terram ipsam stram ultra Rhodanum, per te, vel per alios non perturbes, sed ita mandatis nostris te devotum exhibeas, quod effectu Apostolica gratiae non frauderis. Patris igitur tui pericula te cautum efficiant, ne ponas Deum tibi contrarium, &

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

se Deo, sed si aduersus aliquem pro te, Jubet vel tuis adjutoribus, justam te credis ha controbere querelam, illam apud Apostolicam versam sedem deferre procures, a qua justitia recipies complementum. Datum Later. iv. kal. januar. pont. nostri an. 2.

Comescere etiam studuit Honorius (b) XXII. Fuxensem comitem, qui se ob defensam hæresim ditionis suæ parte a Montfortio nititur ad concordiam spoliatum dolebat, atque ex adversa Vadi sionis parte infesta in illum signa attollebat. Cum vero modica spes esset eos principes Apostolicis iussis frenatum iri, (b) ib. ep. 824. Hortatur Philip pum Gall. Reg. Montfor tio suc currat.

(c) Ep. 833.

Commoverat hosce populos Raym undus junior alterius Raymundi exauctorati filius, qui beneficio Apostolico male erat usus, cum enim juste ob parentis crimen omni ditione exui potuisse, in concilio tamen Lateranensi iis paternis terris, (a) quæ in Provinciam excurrebant, benigne donatus fuerat. Hunc ergo Honorius ingrati animi adversus Ecclesiam, quam in discrimen in iis parti bus conjecerat, vitii arguit, desisteret a male cœptis, paternoque infortunio ad non temere affligendam fidei causam crudiretur.

R. filio nobilis viri Raymundi quoniam comitis Tolosani spiritum consilii senioris.

Licet pater tuus sic vehementer offendit, ut non solum ipse, sed etiam ejus posteritas propter ejus offensam exhereditationis noscatur sententiam meruisse, Apostolica tamen sedis benignitas tuam adolescentiam miserata, quamdam partem terræ quam idem pater tuus citra Rhodanum ob tinebat, in sua tenuit potestate, ut de il la tibi paterna non sequenti vestigia gra tiam faceret, prout expedire videbat. Tu autem, sicut dolentes accepimus, factus paternæ malitiae imitator, subvertere ni teris fidei, & pacis negotium in partibus illis tot personarum, & rerum dispendiis procuratum; terram ultra Rhodanum pos sitam perturbando, in Apostolica sedis injuriam, & contemptum, qui domesticis edottus exemplis satis deberes agnoscere, quam periculoso sit contra stimulum cal citrare. Romana enim Ecclesia non suis ful ta viribus, sed divinis, et si pressuras inter dum sustineat, ex quo tamen contra rebelles incipit extendere manum suam, ubi gravius conculcata, & oppressa videtur, ibi mirabilius Deo faciente triumphat.

Negat ep. Tolos. ab dicandi dividendi patus.

Postulanti per id tempus Tolosano episcopo ab Apostolica sede, episcopatu sese abdicandi potestatem, vel dioceſim in plures distraheret, annuere recusavit Honorius, (e) ut vero postea (e) Ep. anno Christi 1317. a Joanne XXII. justiſsimis de causis plures episcopatus in eo eretti fuerint ac Tolosana ecclesia archiepiscopali dignitate decorata, suo loco (f) dicetur: nunc vero diffentire potuit (f) An. Honorius, cum episcopus potentia sua 1317. & opibus ad comprimendos hæreticos u teretur, nec permisit Fulconem munere discedere, quod strenue ac pro dignitate gerebat. Lingonensem vero episcopum, abdicationem Virdunensis episcopi ab episcopali munere admittere, eumque ana (g) Ep. thematis vinculis exolvere jussit (g). 229. Nec Montfortium modo Honorius Phi lip-

LXIII.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

lippo ut illi opem ferret, sed Jacobum etiam (a) montis Pessulanus legitimum heredem commendavit, ne quid in illius dignitatem novaret, tentative permittebat, cum a matre decedente e vivis sedis Apostolicæ clientelæ commendatus esset; demum Narbonensem archiepiscopum, atque episcopum, ac Pessulanum populum ejusque consules, ab Romana Ecclesia in tutelam acceptos tueri jussit.

(b) Ep. 401. 403. Mons pessulanus fidei Apostol. commen- datus.

(c) Ep. 399. Extant aliae de Apostolico illo patrocinio ad montis Pessulanus magistratus literæ, (c) in quibus de vestigali Romanis Pontificibus eo nomine persolven- do agitur: *Ad exemplar felicis memorie Innocentii Papæ prædecessoris nostri, per- sonas vestras, & terram ipsum, cum om- nibus, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri, & nostra protectione suscipi- mus, & præsentis scripti pagina commu- nimus. Ad perpetuum autem devotionis inditium duas marchas auri, centum mas- sanutinis computandis pro marcha, quas sedi Apostolicæ liberaliter obtulisti, sicut in ejusdem prædecessoris nostri, regesto no- scitur contineri, nobis, ac successoribus no- stris singulis annis in festo resurrectionis Dominicæ persolvatis. Nulli ergo &c. Dat- um Laterani xv. kal. maii pont. nostri an- no primo. Neque illud hoc loco præter- eundum est silentio, quod cum apud mon- tis Pessulanus clericos prava consuetudo inolevisset, ut nullum sepeliri permitte- rent, nisi pro terra sepulcrali quedam pecunia vis solveretur, id fieri vetuit Ro- manus Pontifex datus hac de re literis (d) ad paulo ante memoratum Maga- lonensem episcopum loci diocesanum. Extat hujusmodi decretum extra de- sepultura.*

LXIV. Clerico- rum ava- ritia coer- cita. (d) Ib. ep. 400. hab- zur c. abo- lenda extr. de se- sepult. Hoc quoque anno rogatus ab archiepi- scopo & capitulo Bituricensi, ut Guillelmum ejusdem archiepiscopi decessorem Agitatum arch. Bi- tur SS. catalogo apponendo.

(e) Ep. 158. Imperat Philip- pos filium ex Anglia revocet.

LXV. Quæ des- erentur, ut quis SS. cata- logo ad- scribatur. Cum igitur ex parte ipsorum afferen- tium, quod Dominus postmodum illum plu- rimis decoravit miraculis, & adhuc per ea ipsius sanctitas elucescit; id ipsum nunc scribatur. a nobis fuerit postulatum, nos attenden-

tes, quod licet ad hoc, ut aliquis fidelis sanctus sit apud Deum, meritum sufficiat vita solum; ad hoc tamen, ut sanctus apud homines habeatur, necessaria sint miracula cum eodem: de utroque duximus inqui- rendum, eo quod alterum non sufficit sine altero, videlicet meritum si miracula non fuerint subsecuta, neque miracula, si ea vita meritum non precessit; cum multe dicturi sint in die illa: Domine, domi- ne, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes fecimus in nomine tuo multas? quibus: quia non novi vos, discedite a me operarii iniustitiis, Dominus, prout ipse testatur in Evangelio, respondebit. Unde oportet, quod approbentur miraculis operi, & operibus miracula fulciantur &c. Provinciam imponit Antissiodorensi epi- scopo instituendi sacri examinis de vita & miraculis illius, eaque in publicas ta- bulas redacta ad sedem Ap. transmittere jubet.

Ut vero Guillelmo alium ejus nominis præclarum Galliarum antistitem adjun- gamus. Eodem tempore, ut tradit Ber- nardus (f), obiit Guillelmus Nivernensis episcopus, qui duorum millium pau- perum inopiam, quotidiano vietu alebat sustentabatque. Neque taciti prætermittimus Pontificem per literas ad Galliarum archiepiscopos & episcopos vetus- vern. ep. mors. ne anniversariorum pro defunctis oc- casione missarum solemnia sanctorum vel de feria prætermittantur: *Mandamus (g) quatenus nullum in vos negligenter torpo- rem obrepere permittatis, quo minus, & pro anniversariis defunctorum, & pro fe- sto, vel feria, secundum temporum con- gruentiam, missarum solemnia conventua- liter celebretis. Dat. Aliigniæ iv. nonas juli. Habetur hujusmodi decretum ex tra de celebrazione missarum (h).*

Affluxit ineunte hoc anno ad sedem Apost. certior fama Henricum regia in- unditione fuisse in Anglia delibutum ac labantem patris coronam non modo in Henricum suo capite generosissime firmasse, verum Regem etiam se ad Hierosolymitanam profectio- nen, cuius voto Joannes bello & mor- te oppressus se non exsolverat, obeundam induita cruce devinxisse, ut primi- tias regni pietate consecraret: quare Honorius luctui adhuc indulgenti literis signi- ficavit, quantum ex Regis Joannis obitu dolorem hauiisset, & tatis ipsius imbe- cillitate moveri, tum ad meliorum spem erexit luctumque permulcere jussit, nunquam illi sedis Apostolicæ clientelam defuturam, atque optime de divino se numine sperare brevi illius opera omnia pericula ab illius capite propulsatum.

(i) Hon. l. 1. ep. 164. Henrico illustri Regi Angliae. Auditio inlyta recordationis Joannis Re- gis

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

gis Angliae patris tui obitu deplorando, tacti sumus dolore cordis intrinsecus, & usque ad animam ipsius doloris gladius per- transiit, inhaerente animo nostro illo de- votionis affectu, quod idem Rex regno suo spiritualiter Apostolicæ sedi subiecto, ad Jesu Christi obsequium ejus munitus si- gnaculo devoverat, & magnifice prepara- verat semetipsum, ac statu nibilominus regni tui, & tua, tuorumque fratribus pue- rili ætate tantis periculis tanti patris so- latio destituta se mentis oculis nostræ ju- giter ingerente, ita ut te ac illos vide- nur quod immodo intueri ad Apostolicæ sedis auxilium parva brachia protendentes, ac dicentes nobis: Attende in nos Domine, & vide tribulationem nostram, & exur- gens adjuva nos, quia tu es relictus ad- jutor orphanis, & pupillis.

LXVIII. Nobis igitur in hujusmodi mœroris an- gustiatabescientibus, latus nuncius de tua co- ratione receptus, non modicum nos refecit, & dedit consolationem in illo, qui nos in omni tribulatione nostra misericorditer con- solatur sperantes; quod ipse, qui iustitiam diligit, & malitiam execratur, faciat mi- sericordiam suam tecum, te ab instantibus periculis sua virtutis potentia liberando, & sicut voluit, ut ipsi patri tuo in regni gubernatione succederes, ita ipso volente, illi etiam in Apostolicæ sedis devotione suc- cedes, eo nostram hanc fiduciam plurimum roborante, quod ætati tuae primitias dedi- cans Domino Deo tuo, ad exequendum pro ipso patre tuo votum, quod emiserat, de- subdio Terræ sanctæ, te suscepito crucis signaculo, sicut gaudentes accepimus, obli- gasti; unde merito est sperandum, quod illi in cuius manibus reges, & regna con- sistunt, per hoc adolescentię tuae celerius gra- tri de au- lebrat. missarum. LXVII. Anglica- na res.

LXIX. Explicuit sane in tuendo Henrico Honoriis paternam, ut erat pollicitus, di- ligentiam, exitusque docuit plus ad re- cuperandum regnum pontificiam benevolen- tiam, quam florentissimum exercitum Henrico profuisse, ut inmerito Roma- nam Ecclesiam in invidiam vocet Parisius ob factam a Joanne Rege Angliam sedis Apostolicæ stipendiariam, cum illius patrocinio ab exterorum imperio fuerit vindicata. Quæ ergo hoc anno Honoriis ad afferendum Henrico sceptrum ges- serit, intueamur. Atum sane de Henri- co erat, ni Philippum Galliarum Regem armorum potentia bellique gloria floren- tissimum ab effundendis in Angliam omni- bus suis viribus sedis Apostolicæ minæ continuissent: is enim princeps adeo Ec- clesiast coluit, ut ipsi sedis Apostolicæ gratia quam transfusa in filium Angliae mo-

narchia potior videretur, quem Hono- (a) Ep. 404. riis hoc anno filium Ludovicum a cœptis avocare imperavit (a).

Tristitia nobis est, & dolor continuus cordi nostro, quod nobilis ille L. natus tuus, a patrum suorum seminis, tanquam columba seducta recedens, cor suum contra Dominum obfirmavit, avertit enim oculos suos, ne respiciat cœlum, & ne judicio- rum Domini recordetur, dum contra Ro- manam Ecclesiam matrem omnium fidelium arma movens Christi exheredare nititur co- beredem pupillum, & orpham Apostolicæ sedis auxilio derelictum, ac crucis chara- ctere insignitum a sede propria depellendo. Debuerat inquam primitias militiæ sue Do- mino dedicare, ut vires potentiae sue pri- mum exerceceret contra inimicos fidei Christia- nae, ut debellaret gentes, quæ nobis expro- brant gloriam Dominicæ passionis, & funicu- lum hereditatis sue, terram scilicet suo san- guine comparatam misericorditer, detinent in opprobrium populi Christiani. & infra:

Quamquam videatur in sua malitia ni- mium obstinatus, impleas tamen patris of- ficium circa ipsum, & eum nunc blandimen- tis inducas, nunc verbis deterreas pungit- tivis, comminando sibi divinum iudicium, Ecclesiæ scandalum, fidelium imprecatio- nes, quorum propositum impedit & vota retardat, ne possint, sicut tenentur & cu- piunt, terram Domini liberare. Non enim credimus superiorem vim rationis sic in illo depresso, ut non sit memor operum Domini, & ad discretionis iudicium non assurgat. Quis sit, si respiciente Domi- no, cor ipsius percuiat illud, ut pœnitentiæ lamenta producat, & in filicidio profluat lacrymarum, ut sit in spiritu con- trito, & humiliato delicta defeat juven- titis, & reversus ad patrem, tanquam filius prodigus, dato in manibus ejus an- nulo recipiat stolam primum, &c. Dat. Later. xi. kal. maii pont. an. 1.

Singularem etiam ad abducendum a. partibus Ludovici Regem Scotie atque Nititur Henrico conciliandum, operam adhibuit Regem Scot. 2. Is enim princeps, ut narrat Parisi, (b) juncta cum Ludovico ar- morum societate Northumbriam ad illius traduce- re.

(b) Par. hist. Angl. In quibus literis (c) cum Anglia Regem natu- ralem illius dominum vocet, aut nomine ep. 169. ve- stigialis alicujus ditionis, que in Anglia consideret, putandum est, vel fatendum contrarium Bonifacio sensisse, qui Scotie Regem nunquam Angliae stipendiarium, fuisse cum Eduardo contendit (d).

(d) Ann. Illus. Regi Scotie & complicibus suis 1299. Bonif. 1.5. spiritum consilii senioris. ep. 466. Mul-

CHRISTI
1217.

HONORII III. PAP.
I.

LXXIII. Multum fame vestra derogat, & salutis, quod a fidelitate vestri domini naturalis, & a devotione Romana Ecclesie matris vestrae secuti conspiratorum perfidium recessit; non erubescentes simul utrumque relinquere, qui pro eorum utrilibet observando debueritis, si exegisset necessitas, carceres, & exilia sustinere. Monemus igitur discretionem vestram, rogamus, & obsecramus in Domino, per apostolicae vobis scripta firmiter praecipiendo mandantes; quatenus charissimi in Christo filii nostri Henrici Regis Angliae illustris innoeuam respicientes etatem, & ad ipsum Romanam Ecclesiam, in cuius injuriam est hujusmodi conspiratio attentata, debitum respectum habentes, ad ipsius regis fidelitatem, & devotionem Apostolicae sedis relictio impiorum consilio redeatis, non obstantibus juramentis illicitis praestitis Ludovico, quia si conversi ad dexteram revocaveritis provide, quod improprie attenta sit, vobis nostram ac Apostolicae sedis gratiam, & favorem specialiter pollicemur; n. bilominus ad gratiam ipsius Regis integre rebibendum, & jura vestra insuper consequenda, Apostolicum vobis auxilium promittentes. Dat. Later. XVI. kal. febr. pont. nostri an. I. Eadem litera (a) post eandem ad plures viros dignitate & opibus polientes missa.

LXXIV. Hæc ad revocandos ad officium Henrici hostes Honorius, a quo plures litteræ aliis, qui in Henrici fide perstabant, datæ, quibus ipsos in illius obsequio confirmabat, atque hortabatur, ut Gualoni Cardinali, cui pontificias vices in exercenda Regis tutela commiserat, operam suam commendarent. Quo arguento Pambrochium comitem summum in Anglia justitiae praefectum ita compellat.

(b) Lib. 2. (b) Licet de tua constantia geramus spem certam, & indubitatam fiduciam habebimus, te tamen Apostolicis exhortationibus confortandum duximus, & hortandum, ne cor tuum in hujusmodi tribulationibus consernetur; sed quanto fortuna videtur aperior, tanto exurgas constanter contra eam; cum virtutis sit proficere in adversis. Tuam ergo nobilitatem monemus, & exhortamur in Domino, per Apostolicae scripta mandantes, quatenus, sicut vir constans, & fortis in fidelitate ipsius Regis firmiter perseveres; circa regni defensionem, & curam eiusdem Regis invigilans solitudine circumspecta, & Cardinali praedito, cui plenam contulimus potestatem, ut ea, que ad defensionem, & utilitatem sèpè dicti Regis, & regni expedire videbit, exequi valeat vice nostra intendens humiliter, & devote; sciturus, quod ipsi Regi, & adjutoribus suis auxilium nostrum non deerit, quantum ille permittebat, qui superbis resistit, & humilibus gratiam imperit. Dat. Later. XIV. kal. febr. pont.

ep. 170.

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

nostri anno I. Isdem etiam pene verbis alii Henrico addictissimi ad perstandum in fide excitati.

Corripuerat eadem belli civilis flamma Hybernam, in qua cum plures ad Archiep. Ludovici partes transvolasse accepisset Pontifex, ad extinguendum graffans incendium Dublinensi archiepiscopo Apostolicas in ea insula vices demandavit, ut censuris perduellionis reos percelleret. Gualonem (c) præterea S. Martini Cardinalem legatum in Anglia summa auctoritate instruxit ad submovendos suis dignitatibus praesules, qui conjuratorum partibus impliciti essent, ad praeficiendos ecclesias Angliae, Scotiae, & Walliae viros strenuos, qui fidissimi Henrico essent futuri, ad exuendos adeptis sacerdotiis eos, qui censuris devincti divina celebrafissent, nisi a Ludovici partibus abscedere jussi obtemperassent, ad prorogandam crucesignatorum, qui in fide Henrici perstarent, vel ad ejus castra transirent, quam voverant Syriacam profectionem, donec bello confecto publica pax adducta esset ad rescindenda eorum sacramenta, ut virtus plena, & illicita, qui a Joanne ad Ludovicum antea desciverant, atque illorum obsides, qui ad officium redire cuperent, intentato custodibus anathematice subjectisque illorum terris interdicto, five in Anglia, Scotia, aut Flandria sitæ essent, libertati restituendos: demum, ut nullas paterni officii in Henricum partes prætermitteret, de querenda illi principi uxore, ut prolem ex ea suscipere, atque regnum confirmare posset, in iisdem datis legato literis adjicit:

Fuit nobis ex tua parte suggeratum, ut cum saepedictus Joannes Rex Anglorum positus in extremis, nobis, & Ecclesie Romanae commiserit regnum, filios, ac omnia bona sua, de matrimonio contrahendo inter charissimum in Christo filium nostrum Henricum natum, & heredem ipsius, & personam, per quam ipsi, & regno ejus possit utilitas provenire, cogitare sollicite dignaremur. Cum autem tu, & fideles ipsius super hoc melius deliberare possitis, utpote de personis, quarum affinitas potest ipsi Regi, & regno existere utilis certiores, id tuae ac illorum prouidentiae duximus relinquendum, ut super hoc habeatis, prout videbitis expedire, traetatum; & nos postmodum, si necesse fuerit, favorem Apostolicum, sicut erit convenientis, impendemus. Dat. Later. XVI. kal. febr. pontif. nostri an. I.

Henrici etiam incolumitatis, illiusque optimis institutis informandi ac perpetuandi solitus, tum ut regiam dignitatem qua par erat pompa sustineret hæc eidem legato scripsit: (d) Ad ipsius Regis custodiam, & doctrinam, cum consilio prælatorum, & magnatum sibi fidelium de-

ep. 496.

CHRISTI
1217.

HONORII III. PAP.
I.

deputes viros industrios, & fideles, ut per eos sollicite informetur in dicendis patriter, & agendis, ipsumque per regnum incedere faciens sicut Regem, prout pensatis temporum & locorum circumstantiis wideris expedire, proprium sibi sigillum facias fabricari, super ipsius sigilli custodia opportunam adhibens diligentiam, & cautelam, & providens, quod tam cancellarius, quam alii officiales regii singuli, quod suum est sollicite ac fideliter exequantur. Datum Anagnæ, v. non. kal. pont. nostri anno I.

LXXVIII. Cæterum tradit Matthæus Parisius (a) Ludovicum certiore factum in Anglia excederet, anathematis sententiam a Gualone legato in ipsum latam ab Romano Pontifice coenæ Domini die confirmatum iri, ab insula decessisse, neque eodem ante paschale tempus se receperit: postea vero reversum cœpta fuisse prosecutum: quo circa Apostolicae sedis legato, de quo paulo ante memoravi, una cum clero universo sacris induito vestibus, tum ipsum tum ejus partium studiosos, præcipue Lincolniam obsidentes, ab coetu fidelium fuisse ablegatos: contra vero pœnitentiæ sacramento expiatis, armisque contra regni ecclesiæque perduelles decertantibus, cunctorum delictorum veniam indulsi: ipsos porro, eti numero longe impares, stenueratque alacriter signis cum hostibus apud Lincolnam collatis, facilis negocio hostium copias divina ope profligasse, ac deleuisse, paucis fuga lapsis, ac Londinum ad Ludovicum se conferentibus, ac post eam acceptam cladem cum Francorum classis Ludovico subsidio veniret, partim ab Anglis captam, vel depressam mari vel fractam fuisse; quapropter Ludovicum Londini obsecsum necessitate pressum, pacem cum Henrico opera potissimum Apostolicae sedis legati, III. id septembbris confecisse. Hæc fuit Parisius, qui compositæ pacis conditiones assert. Ex quibus liquet Ludovicum, uti conventum fuerat, omnesque cum eo anathemate percussos, tactis sacrosanctis evangelii jurasse, se ab Ecclesie judicio non discessuros ac Pontificis imperiis parituros in posterum atque ita absolutos, statimque Ludovicum in Galliam trajecisse. Rigordus (b) vero cessisse ex Anglia scribit [r] non ob Henrici potentiam, sed ob exploratam Anglorum, a quibus excitus fuerat, in se conflatam coitionem. Quibus etiam de rebus alii post Rigordum & Parisium scripsit (c).

Ann. Eccl. Tom. XX.

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

Concepta hujusmodi pacis formula re- LXXXIX. gesto Pontificio inserta est, (d) quam (d) Reg. hoc anno conciliatam probant datae Idi- Hon. l. 4. bus januarii anni sequentis, tum literæ ep. 742.

ad Ludovicum proximo anno, in quibus legati operam confectam ab eo cum Henrico pacem gratulatur Pontifex censuratus que omnes quibus ob gestum bellum devinetus fuerat, convellit (e). Inducunt (e) Hon. l. nos tuæ consideratio magnitudinis, & spe- z. ep. 809. Gratulatur Lud. Honorius Imperiis benevolum præbeamus. Cun igitur repro- Pont. pabato peruersorum fallaci consilio, qui te ruisse. Rescindit latus in eum censuras.

LXXX. Angliae

Erexit ergo demum sese ex intestino ac funesto bello Anglia, omnesque regni illius tandem discissæ partes sub Henrico pax restituta. Cedit Angelia & pacem initum cum Henrico. Londini obdetur. Ejusdem classis profligata. Londini obdetur. Cedit Angelia & pacem initum cum Henrico. Rig. in ges. Phil. Vesp. monach. flor. hist. hoc anno Anton. 3. par. tit. 19. 2. 3. 1. Nov. cent. 13. c. 16. col. 1331. ex Boet. l. 13. & Parisium scripsit (c). Sacilegus in villa de Redbernia sitam, ubi Domino a dæmonie correptus. Certe diem, qua Ludovicus Angliam deseruit unius, quem sciam, servavit nobis author coevis chronici Turonenus scribens ad hunc annum: Sic etatis sue an. XXXI. IV. cal. octobris in Franciam remeavit. MANSI

H h igno-

NOTÆ [r] C ertam diem, qua Ludovicus Angliam deseruit unius, quem sciam, servavit nobis author coevis chronici Turonenus scribens ad hunc annum: Sic etatis sue an. XXXI. IV. cal. octobris in Franciam remeavit. MANSI

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

ignorantibus, abscondit. Sed antequam ab edibus oratorii recessisset, a dæmonio arreptus, corruuit in terram, dentibus stridens & ore spumans, surgensque festinante a dæmonio agitatus, in socios ensemble vibrare disposuit. At illi ejus miserie condolentes, ligatis manibus illius, causam penitus ignorantibus, ad ecclesiam Deflata stude perduxerunt in suprema furia constitutum.

LXXXI. Intrantes autem ecclesiam prædones, ut eam spoliarent, obviavit presbyter indutus vestibus albis, ut malitiam comprimeret impiorum: veruntamen aliquantulum de socio, quem furiosum ducebant, perterriti, manus cobibuerunt a rapina, ubi vidente presbytero, & multis alis crux prædicta cecidit in terram de sinu exiliens furiosi.

Quam reverenter ac stupens presbyter arripiens & a terra in editum elevans, quid hoc esset a prædonibus requivit. Tandem in se reversi cognoverunt per virtutem animadversionis divinæ, quod a monachis, quos in proxima villa spoliaverant, crucem furtim susculisset. In summa igitur angustia prædones constituti, timuerunt vidente, ne eum spiritus nequam invideret, & sicut socium suum fecerat, cruciaret. Tunc prædones nequissimi crucem illam cum tremore presbytero tradiderunt, adjurantes per virtutem Dei & in periculo ordinis sui, ut, antequam cibum sumeret, ad locum accedens, crucem monachis restitueret. Presbyter vero cum festinatione ad oratorium B. Amphibali veniens crucem reverenter tradidit, & omnia que circa illum mirabiliter acta sunt, priori & fratribus enarravit, &c. Spectat etiam ad res Anglicanas Reginam Angliae, reliquam a Joanne viduam in Apostolicam clientelam ab Honorio (a) suscepit, atque episcopis commendatam (b) fuisse. Factam (c) etiam B. Anglorum olim Regina potestatem, ut in clericos

(a) Hon. I.
1. ep. 175.
(b) Ib. op.
176.
(c) Lib. 2.
ep. 534.

animadverteret, qui abjecto habitu clericali scelera patrabant, moxque illo resumpto decori incedebant, ut ex judecum severitate evaderent. Haec tenus de Anglicis: jam ad Hispanicas res orationem convertamus.

LXXXII. Luxit hoc anno Castella immaturam. Henrici Regis mortem, qui miserando rerum humanarum fragilitatis exemplo in ipso vita & imperii limine, dum Palentiam profectus atque in episcopalium ædium area cum æqualibus luderet, decidente fortuito (ut ajunt) tegula, collisus, paucos post dies extensus est. Quanquam vulgatum fama est, aliquem e proxima turri eam tegulam quæ Regis ca-

*put fregit, saxo percussisse. Immo Jordanus (d) non casui, sed parricidæ alicujus sceleri diserte rem tribuit: *Ludente, inquit, puer male custodito quidam e turri tegulam protiens caput ejusdem pueri percussit, qui mortuus est. Reginæ hoc auditio pro Ferdinandu filio misit, qui cum patre in Legione erat, & Reginæ cum magistratibus Palentiam ivit & cœperunt cum comite Alvaro de concordia trattare, sed nibil audire voluit, nisi infans Ferdinandus ejus custodie traheretur: quo sibi negato & regno per Reginam filio tradito anno etatis sue XVIII. &c. [i] agit de tumultibus postea concitatis, de quibus nos anno sequenti.**

Successit igitur Ferdinandus Alphonsi Regis Legionensis & Berengarie sororis Henrici filius natu maximus ex eo incesto matrimonio, quod Innocentii auctoritate, atque censuris dissolutum fuerat; regnum vero ipsi contra patrias leges publicis comiriis delatum ait Mariana, (e) atque ætatis prerogativa Blanca Ludovici Galliarum Regis primogeniti uxori debitum fuisse, sed cum Hispani, exteriori principis imperium exhorreficerent, Berengariam filiumque Ferrandum prætulisse, ac ne Hispania Galliae committeretur, oblitissim. Plures alii etiam Marianæ consentiunt. Verum non desunt, qui negent Blancam Berengaria natu majorem fuisse: inter quos Matthæus Parisius illius temporis scriptor, dum in ea oratione, quam in alia causa, nimirum in regni Anglii controversia, Innocentio oratoribus Ludovici respondentibus affinit, inducit Pontificem Berengariam Blanca sorore natu majorem extitisse afferent, potioraque illius in Angliam, quam Blanca jura extitisse, si Ludovicus Blanca uxoris filie Alienoris Joannis sororis nomine regnum illud affectaret. Parisii etiam sententia suffragari ea ratio vide ri potest, quod nonnullis ante annis Berengaria virum nupserat, quam Blanca Ludovico nuberet, cum datæ ab Innocentio literæ fuerint anno 1198. quibus Berengariæ incestas nuptias dissolvi justit, quas Mariana (f) post illud tempus collocat: Blanca vero principi Ludovico anno 1200. post ascensionem Dominicam, ut Rigordus (g) afferit, thoro juncta fuerit; de his satis; aliis enim ad ann. 1200.

(d) Jord.
MS. bibl.
vat. sign.
n. 1960.

Tracta-
tum fra-
stra de
pice cum
Alvaro
comite.

Berenga-
ria filio
Ferd.
regnum
tradit.

(e) Mariana
de reb.
Hispani.
c. 7.

Diversæ
auctorom
sententia
an ad
Bereng.
aut Blan-
cam re-
gnum per-
tinenter.

Civitas
Portugal.
ab ea epi-
scopo tra-
dita.

ipso.

donatio,
cujus exordium est: *Ego Regi-
na Tharasia glorijs Ildefonsi filia ad lau-
dem & gloriam Domini nostri Jesu Christi,*

& ob honorem & amorem beatissimæ
virginis Mariæ, & pro remissione pecca-
torum meorum, & remissione animæ meæ,

& parentum meorum facio testamentum,

& chartam donationis per hujus scriptu-
rae firmatam, Portugalensi sedi, de ci-
vitate Portugalensi sine alio herede cum
omnibus suis redditibus, & suis adjacen-
tibus, &c.

(f) Ib. I.
11. cap.
20.

(g) Rigor-
do ad an.
1200.

1200.

Nunc

NOTÆ [i] H enricum Castellæ regem hoc anno obiisse ex consensu omnium Hispanorum scriptorum certum est. Diem & mensem adnotat Rodericus lib. 2. cap. 9. tradens obiisse illum VIII. idus junii postquam regnasset annos duos, menses novem. MANSI

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

Nunc ea quæ ad ecclesiasticam historiam pertinent, percurramus.

LXXXIV. Ad comprimendos grassantes in Hispania Judæos, ne illorum nefaria societas Christianorum mores inquinaret, si nullo signo a fidelibus discernerentur provinciam dedit Honorius Palentino episcopo ac duobus aliis dignitate præditis,

(a) Hon. I.
1. ep. 210.
Judæi in
Hisp. fi-
ligio di-
tingui a
Christ.
fussi.
(b) Id. l. 2.
ep. 226.

(a) ut Judæos ad ea perficienda compellant, quæ de ipsis in generali synodo statuta fuerant, quo a ceteris dignosci possent, idque genus alia jussit. Tum litteris ad universos Christi fideles datis,

(b) ne quis eos ad sacrum suscipiendum baptisma vi adigeret, neve eos festis ipsorum diebus aliave occasione injuria afficeret. Deinde Roderico Toletano archiepiscopo postulante ejus ecclesiæ jura firma jubet esse (c). Postea vero decano, archidiaconis, magistro scholarum,

(d) Id. l. 2.
ep. 235.
Donatio
Reg. Tha-
rasie con-
firmata.
(e) Id. l. 1.
ep. 236.

ærariisque ecclesiæ Toletanae præfecto permisit (d), ut ubicunque archiepiscopus cum pallio celebrasset, mitris uti possent. Præterea (e) munificentissimam donationem a Tharasia olim Regina Portugalensem afferat. Deinde Roderico Toletano archiepiscopo postulante ejus ecclesiæ jura firma jubet esse (c). Postea vero decano, archidiaconis, magistro scholarum,

(f) Id. ep.
236.
(g) Id. l. 2.
ep. 237.
Donatio
Reg. Tha-
rasie con-
firmata.
(h) Id. l. 1.
ep. 238.

ærariisque ecclesiæ Toletanae præfecto permisit (d), ut ubicunque archiepiscopus cum pallio celebrasset, mitris uti possent. Præterea (e) munificentissimam donationem a Tharasia olim Regina Portugalensem afferat. Deinde Roderico Toletano archiepiscopo postulante ejus ecclesiæ jura firma jubet esse (c). Postea vero decano, archidiaconis, magistro scholarum,

(i) Id. l. 2.
ep. 239.
Civitas
Portugal.
ab ea epi-
scopo tra-
dita.

ærariisque ecclesiæ Toletanae præfecto permisit (d), ut ubicunque archiepiscopus cum pallio celebrasset, mitris uti possent. Præterea (e) munificentissimam donationem a Tharasia olim Regina Portugalensem afferat. Deinde Roderico Toletano archiepiscopo postulante ejus ecclesiæ jura firma jubet esse (c). Postea vero decano, archidiaconis, magistro scholarum,

(j) Id. l. 1.
ep. 240.
Palentinum
episcopos dare
operam (f),
ut Legionensis Rex castrum Toraff, a-
liaque fratrum militiæ S. Jacobi bona per
vini a se occupata, illis reddat. Extat quoque Apostolicum diplomam ad Sanciam

(k) Lib. 2.
ep. 574.
Iacropi-
tus Ove-
ten. episc.
Petri patrocinium pollicetur (g). Ad hæc qui pue-
rum 13.
ana dia-
conum conse-
rat.

Compostellanum archiepiscopum nonnulla in synodo ab se decreta, quæ clericorum libertati aduersarentur, revocare

(b) monuit. Insuper in Ovetensem episcopum animadvertisendum decernit (i), qui puerum annorum tredecim diaconum confecerat. Pars hujus epistolæ insinua-
ta est extra de temporibus ordinacionum & qualitate ordinandorum, quamvis loco Oveten. Conventren. legatur. Exinde non ext. datis literis ad priores Saguntinum & Mo-

linensem (k) in gratiam Hispaniæ clericorum, cum in Toletana & Conchen-
(l) Id. l. 2.
ep. 610.

si diœcessibus is mos valeret, ut clerici virique religiosi pro emptis possessionibus

Ann. Eccl. Tom. XX.

nulli servituti præstandæ stipendiisve conferendis obnoxii essent, vetuit ne Calatravenses equites hujusmodi ab iis onera exigerent. Postremo cum M. . Regina anathematis vinculo, quo ob incestas nuptias cum H. . Castellæ olim Rege contractas irretita Innocentii jussu fuerat, post illius obitum soluta esset, idque ab Honorio ratum haberi demisla postulaset, Pontifex ejus votis respondit (l).

(l) b. ep.
734.

Revocant orationem ab Hispania ad LXXXVI se Sardiniae res, quæ non levibus tumultibus agitatæ sunt, cum Pisani Sardiniae suæ ditioni adjungendæ cupidi, exercitum in eam insulam, sedis Apostolicæ vestigalem, traduxissent atque ad inicendum incolis frænum, tuendumque arreptum loci, imperium arcem operibus magnis munitam excitassent: quare Honorius, ne defendendis Ecclesiæ juribus defessus, Ugolinum Ostiensem episcopum, cum hujuscemodi imperiis misit (m).

(m) Post ep.
305.

Ostiensi Episcopo Apostolicæ se-
dis legato. Cum potestas, & populus Pisani super facto Sardiniae nostris jurarint stare mandatis, fraternitati tuae præsentium auctoritate mandamus, quatenus eis vice nostra sub debito præstiti juramento præcipias, ut potestatem ipsum, & eorum exercitum de Sardinia protinus revocent, & ad propria redire compellant; & de cetero ipsum Sardiniam, quæ ad Apostolicam sedem noscitur pertinere, per se vel per alios non infestent, restituientes Apostolicæ sedi terras quascumque in ea dicti potestas, & exercitus occuparunt, & castrum quod contra mandatum bonæ memorie Innocentii Pape prædecessoris nostri, sententia excommunicationis contempnere, in Ecclesiæ Romanae præjudicium exercent, facient penitus demoliri. Quod si forte eos ad id inducere non potueris, ipsis præcipias, ut illud N... custodiendum Apostolicæ sedis nomine, quantocuyus studeant as-
signare.

Adjectit Pontifex legato Cardinali dis-
cutiende electionis Pisani archiepiscopi Is postea
provinciam, ut eam si jure celebratam sub Greg.
reperiret, auctoritate Apostolica confir-
mare: si vero contra leges tentatam, IX. no-
mine pontificatum, gessit.

repudiata cuiuscumque provocationis mora, alium designare juberet. Non prætereundum porro videtur hunc legatum postea summum pontificatum adeptum esse, ac Gregorium IX. vocatum; cuius virtutes cum maxime commendet Honorius, quæ ipsum ad augustissimam omnium dignitatem extulerunt, pontificia

a nobis literæ adducendæ visæ sunt, ut D. Franci-
digna de ipso opinio concipi ac delibera-
ti erat ri possit, cuius etiam laudes non parum amantissi-
llustrat expente D. Francisco, Mino-
ritarum ordinem illius clientelæ ab Ho-
no-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

(a) Luce
Vad. an-
nali. fo. 1.
(b) Lib. 1.
op. 303.

norio syisse commendatum (a): viro enim sancto addidissimus erat, quod studium postea in ejus sodales maxime explicit, ut non frustra censendus sit Honorius his encomiis illum decorasse (b).

LXXX.
VIII. Volentes dilectionem, quam ad vos, & civitatem vestram habemus, ostendere per effectum, per eum ad vos quasi celo inclinato duximus descendendum, qui est vir utique secundum cor nostrum, potens in opere ac sermone, & in quo spiritus noster in veritate quiescit, ut vos commonefaciat Apostolicæ sedis vias, & in thuribulo aureo, quod est in manu ipsius incensa vestrae devotionis accendat, & sic in conspectu Domini fumus incensorum vestrorum ascendat de manu ejus, quoniam Angelus Domini exercitum est, cuius labia scientiam custodiunt, & lex vere potest ex ore ipsius requiri. Ecce enim ad vos venerabilem fratrem nostrum Hug. Episcopum Ostensem Apostolica sedis legatum transmisit, qui utique cœlum est enarrans gloriam Dei & tamquam stellarum fulgoribus, morum venustate præfulgens, in cuius profecto sunt pectora, velut in firmamento luminaria duo magna, quibus diei præfit, & nocti, doctrina videlicet novi, & veteris testamenti, qua spiritualibus spiritualia cooperando, dies, quasi luce solis illustrat, & minoribus lac præbendo potum, non escam noctes illuminat quasi luna, ut imbre doctrina cœlestis terram cordis vestri perfundens, & inebrians, ipsam faciat fructum justitiae germinare, vosque in devotione sanctæ Romanæ Ecclesie matris vestrae reducat, & corroboret, in eadem, cordaque patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum convertat, vinum infundens, & oleum vulneribus suicitiati, ac secundum datam sibi a Deo sapientiam gregem dominicum pascens, quod est infirmum consolidet, & quod ægrotum est sanet, quod fractum est alliget, & quod est abjectum reducat, & pingue forte conservet.

XXXIX. Monemus igitur universitatem vestram, & exhortamur in Domino, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus ipsum tamquam Apostolicae sedis legatum, immo personam nostram cum exultatione recipiatis & gaudio, ac honori fice pertractetis, ea quæ vobis ex parte nostra præcoperit, sine difficultate qualibet effectu mancipantes ac salubria ipsius montata & præcepta recipientes, humiliiter, & devote servantes. Alioquin sententiam, quam ipse propter hoc rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino firmiter observari. Datum Later. II, non. mart. pont. nostri anno I.

XCV. Cum hæc de Sardinia imperio Pisani contentio ad secutura tempora infelicitissime propagata sit, bellumque magno ardore cladiumque ingenti varietà

te gestum, funesta illius initia adductis marchionissæ Massæ ac Sardinæ domine literis notare visum est. Illa enim Pisaniorum improvista irruptione in discrimen amittendæ dignitatis adducta, atque undique cincta periculis ad Romanum Pontificem, ut supremum insulæ dominum supplex confudit, ut Pisani cohereret atque ex alieno principatu abire præcepit.

Piissimo patri, & domino suo Honorio Dei gratia summo Pontifici B.. eadem, & sua gratia Missæ marchis, & judicis Calaritanæ, & Arboren. subjectionem perpetuae servitutis.

Cum (c) post decepsum præclare memoriae (c) Extra illistris viri domini, & patris mei Vv. mar- apud Hon- chionis Missæ & judicis Calaritan. omnis 1. ep. 479. cleris, & universus populus terræ Cala- Marchio- ritan. convenient in unum, ut me in ju- nissa Mal- dicatum Calaritanum, qui jure heredita- ta Sardi- rio me contingebat, more solito confirmar- na inau- gurata.

Post non multum vero temporis post i- stud, babito consilio cum melioribus terræ meæ, suscepit in virum nobilem virum P.. nomine, filium quondam judicis P.. Arbores, ob multiplicem guerram inter præfatos progenitores nostros diu habitum a nobis sed. in dñam, in cuius matrimonii dispensatione super quarto & quinto gradu consanguinitatis, quo nos attingebamus, a felicis memorie antecepsisse vestro nobis concessa, manibus memorati archiepiscopi Calaritani prædicto antecessori vestro, suisque successoribus in perpetuum pro Ecclesia Rom. juxta formam ab Apostolica sede mibi expressam, juramentum exhibui una cum viro meo fidelitatis debitæ. Cujus formam, & seriem bullæ regni mei bullatam, & per meum vobis nuncium destinatam, credo vos habere in armario Ecclesie Rom.

Cumque post hæc, heu prob dolor! altissima fruerer pace in tota terra mea; ecce eorum Pisaniorum consul cum multis sibi sequacibus nobilibus, multis minis, & terroribus, multisque adulacionibus persuasionibus in tantum, & taliter insitit mibi, quod sine maximo rubore ac intimo cordis dolore proferre nequo, ut sine confilio, & voluntate bonorum terræ meæ virorum, juravi sibi, & communii Pisani. in perpetuum una cum viro

XCI. Pisani in- fusi auxiliū faciunque imperium affectant.

CHRISTI
1217.HONORII III. PAR.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

viro meo de novo fidelitatem; atque inventura terra meæ cum viro meo ab eodem consule per vexillum Pisanium suscepit, tamquam futua, & insipiens prioris jura menti oblita, douavi pariter cum viro meo, ad instantiam consulis memorati, colle quendam, cum suis pertinentiis memoratis Pisaniis. In quo postea ipsi edificaverunt sibi munitissimum castrum in dñnum, & occupationem, non solum terræ ipsius, sed totius Sardinie.

XCIII. Nunc autem cum sperarem ab eis, secundum suæ mibi præstata juramenta, protectionem a quolibet mibi vim inferente, atque defensionem, nec ipsi terram, vel honorem, aut aliquid jus meum debebant mihi, seu viro meo auferre, quacunque de causa, vel minuere, en contra Pisaniorum potestas, quæ cum maximo exercitu intravit in Sardiniam, præter multa damna, quæ mihi, & hominibus terræ meæ tam clericis, quam laicis crudeliter intulit, & quotidie infert, jus & honorem viri mei & meum omnibus modis auferit, & constatur in posterum viribus auferre. Nam & introitus portus per omnia sibi vendicavit, & vindicat; & homines terræ meæ nobiles etiam capiendi, atque incarceroando me, ac viro meo invitatis, judicium sibi Regis, & dominum violenter usurpat, tanquam sit dominus terræ naturalis & judex.

XCIV. Quocirca cum non sit mihi, vel viro meo refugium aliud præter Deum, quam ves- Ap. strum, nec ab alio aliquo speramus juva- auxiliū ri, ac manu teneri, quam ab Apostolica faciunque pietate, licet avolaverim, tanquam inscia dannat.

Implorat fine pennis, ac deviaverim, quo non debebam, velut amens effecta deceptave peregerim, quod me in posterum penitentem, iamquam mobilis, & mollis puella, tandem tamen, in filia prodiga in me reverfa lacrymabili voce ac genuflexo, modis quibus valeo vestram exoro dominationem, & paternitatem, quatenus et si non filiationis respectu, quo me meis privati omnino meritis, pietatis tamen divinæ interventu, ac officiis debito pastoralis, quo & ovem erroneam ad ovile humeris apparet, & oppressis injuste tenemini subvenire; mibi & viro meo servis, & fidelibus vestris, nec non & toti Sardinie, prout melius expedire sanctitatis vestrae discreto viderit, quantocuyus, ut optamus non dignemini occurpendo subvenire. Et quemadmodum sperabamus secure in brachio potenti antecessoris vestri, tantum & eo amplius, secundum vobis gratiam, de supernis collatam, in vestrae fortitudinis invincibili robore confidentius deinceps valeamus persistere.

XCV. Supplicamus præterea vir meus servus vester, & ego, & precum iterata instanta modis, quibus valamus pariter imploramus, ut vestrae indulgentiae auctoritate habita, liceat nobis, si expedierit, vel cum

Justice Turritano, aut cum Januensi, seu Petit sibi cum alia gente extranea pactionis inire, ac liceat societas fœdus, ut vinculo absoluto injuncti sacramenti Pisaniis ipsis præstiti possimus ab eorum manibus liberari, & colla excutere onerata ab iniquo jugo, & importabili eorumdem; neve teneamur jumento injuste eis præstito, si quoque modo potuerimus nos ab eis non defendi. Cum & primum nostrum juramentum irritum, heu prob pudor! & inane fecerimus, propter quod reparandum non deberet, ut credimus, posterius valere, & quia suum nobis jusjurandum fregerunt, propter quod eis fides non esset usquequaque a nobis observanda.

Præterea sanctissime pater, ac metuende domine timor, & tremor maximus nuper venerunt super me, ac cunctos terræ meæ, pro eo quod ipsi capiebant Pisani, non solum de novo insultant, & valde jactant, verum etiam constantissime asseverant, castrum illud memoratum, vestra gratia voluntaria, & gratuita voluntate, in suo robo, ut fundatum est, & perpetua duraturum firmate. Quod si verum est, quod absit, non solum jus & dominium meum cunctorumque Sardinæ judicium, ex toto violenter occupabant; verum etiam sacrosancta ipsi Ecclesiæ Romana, nondico nullas, sed valde modicas in tota Sardinia sui vires habebit; vel dominari poterit in ea, ut olim consuevit. Nam si bone memoria magistro Blasio Turritano archiepiscopo, in Apostolica sedis obsequio, quondam ad Calarim venienti, pro eo quod credebatur ab ipsis Apostolicae sedis legatus, multis injurias, ac mortis minas nequiter intulerint, cum non essent in fortitudine aliqua constituti, multo fortius, ac vehementius credendum est, nullum in posterum Romanae sedis nuncium, aut etiam legatum alium, qui non sit Pisanius, posse suis vices inter eas explere, præcipue cum sint modo in arce roboris ridiculi, & in speculi superbie apud semetipsos firmissime fundati.

XCVII. Exapropter domine venerande, ac sanctissime pater charitate illa, quæ Christus flagitat est, qui & tenemini potenter subvenire legatum oppressis violenter, mittite nuncium vestrum virum utique honestum pariter & discretum, avitum excretorem, & charitatem, justitiamque amatorem, qui perscrutetur subtiliter, & inquirat, quicunque etiam diligenter investiget, & veritatem sciat, quis projectus, aut defectus, quod commodum, aut incommodum, quod gravamen, aut levamen, quæ justitia, vel injustitia de oppido illo acciderit hactenus, vel denuo speretur posse accidere toti terra Sardinie; ut ex tunc ad plenum cognita veritate, secundum sapientiam vobis cœlitus datam, valeatis terram istam, ut velitis ordinare. Ego enim, & homines

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

nes terræ meæ clerici & laici, non solum nuncium manifestum, qui sanctitatis vestræ ostenderet nostra gravamina, non audiens vobis transmittere, verum etiam literas ipsius solas, nisi furtim & occulte nequimus destinare. Hoc tamen torum taliter vestræ sanctitatis dominationi supplicans committo, taliterque vestra discrecio id moderetur, quod ad aures ipsorum Pisavorum venire non possit, me vobis talia contra eos scripsi; alioquin eorum manus effugere non possem, cum sim circumvallata eorum hostili manu, & sub potestate degam crudeli eorumdem.

XCVII. Cæterum Honorius tum opera Ugolini legati, tum literis (a) Pisani adduxit, in Sardinia usurpata dimitterent; ut testantur ipsius literæ ad eorum archiepiscopum exaratae, quibus literis in mandatis dedit illos in fidelium communionem reciperet (b). Non propter am ecclesiarum pacata Sardinia est: Ubaldus enim ac Lambertus prænobiles Pisani, qui insulam in suam tyrannidem redigere nitebantur totos in eam conatus effudere ad quos comprimendos iterum Honorio defudandum fuit. Neque illud hoc loco prætereundum, Honori graviter arguisse (c) Florentinum antistitem, quod Apostolicæ sedis legato, cuius paulo ante meminimus, in Tuscia agente, Pisanos canonicos ad concilium evocare ausus esset. Vidiata nuper fuerat pastore ecclesia illa, ut Honori literæ ostendunt, (d) atque haud ita multo post novus archiepiscopus in eam sedem adscitus est. (e) Præterea in Florentinos vehementer invectus est (f) Pontifex quod ecclesiam ipsam Florentinam ad pugnam provocassent.

XCVIII. Januenses porro administrationem castri Bonifacii, quod ad Romanam Ecclesiam pertinebat, Othoni archiepiscopo, ac S. Siri, & S. Stephani abbatibus remittere jubet (g) ex præscripto scilicet pacto alias inter ipsos & legatum Apostolicum inito: & episcopis, Assisiatis, Nucerino aliisque mandavit, (h) ut Petrum basilicæ S. Petri canonicum, quem Massæ præficerat, legatum recipieren. Quod vero ad Othonem Januæ archiepiscopum attinet; confirmavit ei Honori, ejusque successoribus archiepiscopalem dignitatem, aliisque privilegiis munivit dato ad ipsum diplomate (i) amplissimo, e quo hec decerpimus: Nos igitur, qui in sede Apostolica B. Petro Apostolorum principi, licet non suffraganibus meritis, ex divina dispositione successimus, reverentiam, devotionem, & sedulitatem obsequii, quam Januensis ecclesia, & tota civitas Ecclesie Romanae tempore necessitatis exhibuit, diligenter attendentes, considerantes etiam, quanta nobis & successoribus nostris incrementa, &

commoda per Januensem civitatem poterant provenire, & antecessoris nostri felicis memoriae Innocentii Papæ vestigiis inhaerentes, qui Januensem ecclesiam archiepiscopalis dignitatis excellentia sublimavit, ad honorem, exaltationem, & gloriam præfatæ civitatis, quæ B. Petro, & sanctæ Rom. Ecclesie fidelissima, & ad servendum ei sicut dictum est promptissimi perseverat; & de cætero idem se facturam propensus pollicetur; ait exemplar tam ipsius Innocentii, quam felicis recordationis Alexandri, Clementis, Cælestini & Innocentii prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum eandem dignitatem tibi, & successoribus tuis communi fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam. Et infra:

XCIX. Præterea illam sincerissimam devotionem, tam tuam, quam civitatis tuae, multimoda obsequiorum servitia, quæ Rom. Ecclesie fideliter, ac liberaliter impenditis, in memoria retinentes, ut Januen. clerus & populus, ad servitum, & honorem Ecclesie tanto ferventius accendatur, quanto ecclesiam, & civitatem Januen. a sede Apostolica cognoverit amplius honorari, communicato fratum consilio ad exemplar jam dictorum Alexandri, Clementis, Cælestini, & Innocentii prædecessorum nostrorum legationem transmarinam tibi, tuisque successoribus in perpetuum duximus concedendam. Et infra:

Denique, ut Januensis civitas, quæ cœlestis numinis adjuta favore de inimicis crucis Christi triumphum frequenter, & victoriam reportavit, & plurimas eorum urbes mira quadam, & invincibili potentia subjugavit, ampliori honoretur fastigio dignitatis; equo albo, cum natto albo in processionibus uti, & crucem vexillum videlicet dominicum per subjectam vobis provinciam portandi, sicut prænomi- Corsice pars qua- nati antecessores nostri concessisse noscun- lege Januen- tur; tibi tuisque successoribus licentiam fiduciam, & liberam vobis concedimus fa- cultatem. Ad hæc Januensi civitati medietatem insulae Corsice ad exemplar eorumdem prædecessorum nostrorum concedimus, ita scilicet, ut nobis nostrisque successo- ribus Januensis populus, cum exinde fuerit requisitus, fidelitatem juret, & pro pen- sione unam libram auri singulis annis nobis, & successoribus nostris exolvat. Sal- vis nimirum feidis, tam vestris, quam Pisavorum sicut a decem annis, & supra obtinuisse noscuntur, &c. Datum Later. per manum Ranerii sanctæ Romanæ Ecclesie vice cancellarii VIII. kal. maii indictione VI. incarnationis Dominicæ anno mil- lesimo ducentesimo decimo septimo pontifica- tus vero domini Honori Papæ III. anno primo.

Quod porro attinet ad episcopos sacris ab Honorio hoc anno pontificalibus ini-

Cl-

ta-

CHRISTI
1217.HONORII III. PAP.
I.OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

Episcopi tiatos, in hujus anni regesto hæc legun- hoc anno tur (a): Isto consecravit D. Honorius, ab Hono- episcopum Pennensem, episcopum Cremonen- riu- sem, archiepiscopum Brundisium, episco- se- pum Firmanum, episcopum Papensem, e- post ep. 424. pscopum Portuensem, episcopum Sabinen- sem, episcopum Helenensem, episcopum Si- gnatum. Postea additur (b): Isto domi- l. 2. post ep. 732. nus Honorius Papa III. consecravit, epi- scopum civitatis Cistellanae, Interamnen- sem, Placentinum, Luidensem, archie- pscopum Vienensem, Tripolitanum, Cal- lensem: archiepiscopum Reginum, archi- episcopum Arelatensem. Quod ad Placen- tinum spectat, extant apostolicæ literæ ad Placentinos in sequenti anno pridie id. februar. datæ, quibus ad sedem suam illum remisit. Per id quoque tem- pus Salutiarum episcopo rescripsit non teneri in die cœne Domini ad metro- politanum accedere, ut cum eo sacram chrisma consecraret, hoc ipsi missio di- plomate (c): Non videtur metropolitano licere, ut suffraganei sui iura ministrat vel immittat, nisi super eo antiqua, & appro- bata consuetudine vel speciali privilegio munitatur. Unde reputari potest indignum, ut in die cœne Domini, quo debet in ec- clesiis suis episcopi chrisma confidere, la- vare juxta exemplum Domini pedes pau- perum, & reconciliare publice poenitentes, ad metropolitanam ecclesiam, quæ per qua- draginta millaria, & amplius a te distat, chrisma ibidem cum metropolitano tuo con- fetturus accedat; quamquam idem metro- politanus tam in tua, quam in aliis me- tropolitico sibi jure subjectis ecclesiis, non ex speciali privilegio, vel antiqua, & approbata consuetudine, sed ex usu- ratione potius hoc obtinuisse hactenus vi- deatur.

(c) Ib. ep. 759. Suffraganeus ad Metro- pol. pro confe- crando chrisma se conferre non tenetur.

C.

Corse pars qua- nati antecessores nostri concessisse noscun- lege Januen- tur; tibi tuisque successoribus licentiam fiduciam, & liberam vobis concedimus fa- cultatem. Ad hæc Januensi civitati medietatem insulae Corsice ad exemplar eorumdem prædecessorum nostrorum concedimus, ita scilicet, ut nobis nostrisque successo- ribus Januensis populus, cum exinde fuerit requisitus, fidelitatem juret, & pro pen- sione unam libram auri singulis annis nobis, & successoribus nostris exolvat. Sal- vis nimirum feidis, tam vestris, quam Pisavorum sicut a decem annis, & supra obtinuisse noscuntur, &c. Datum Later. per manum Ranerii sanctæ Romanæ Ecclesie vice cancellarii VIII. kal. maii indictione VI. incarnationis Dominicæ anno mil- lesimo ducentesimo decimo septimo pontifica- tus vero domini Honori Papæ III. anno primo.

Affecit pluribus prærogativis religiosos viros, ad quos exaratas eo argumento literas in margine brevitatis studio appo-

OTHONIS IMP. 9.
PETRI IMP. I.

nimus (d): confirmavit etiam Apostoli- (d) Lib. 1. ca auctoritate religiosum S. Trinitatis or- ep. 192. dinem sub Innocentio III. conditum at- 214. 247. que approbatum, universisque Christiani 256. 3. 8. orbis archiepiscopis, episcopis ac præsu- 325. 326. Ordo S. Trinitatis ab Honorio confirma- tibus. (e) Lib. 1. (f) Ib. ep. 261. (g) Ep. 260. (h) Ep. 319.

trit: Cum igitur ordo sanctæ Trinitatis modernis temporibus incepit, eisque Dominus in tantum dederit incrementum, quod a mari usque ad mare suos palmites jam extendit, cuius regulam diligenter ex- minatam felicis memorie Innocentius Pa- pa prædecessor noster auctoritate apostolica duxit confirmandum, & ad ejusdem ordi- nis propagandas ecclesiam S. Thomæ Apostoli, & sancti Michaelis ar- changeli de Formis in urbe vobis, vestris que successoribus præfata regula obser- vantibus apostolica auctoritate concessit. Nis ad exemplar prædicti prædecessoris nostri ecclesiam ipsum sub B. Petri, & no- stra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem st. tuentes, ut ordo sanctæ Trinitatis, qui secundum Deum, & præscriptam regulam in eisdem ecclesiis institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, &c. Dat. Later. per manum Raynerii S. R. E. vice cancellarii v. kallen. mar. indictione quin- ta, incarnationis Dominicæ anno MCCXVI. pontificatus vero domini Honori Papæ III. anno I. Advertendum vero videtur hic anni initium, ut sæpe fit, a concepti Chri- sti die desumi, in Honori vero pontifi- catus annis numerandis a natalitio Do- mini computari.

JESU CHRISTI
ANNUS
1218.

HONORII PAP. III.
ANNUS
2.

OTHONIS IMP.
ANNUS
10.

I. **P**raeclarissimæ crucesignatorum copiæ, quæ in Sarracenorum terras incurserant, divina ope fultæ, anno Redemptoris millesimo ducentesimo decimo octavo, indictione sexta, facinora explicuerunt, & si felicibus initis pares successus respondissent, tota Ægyptus Christianorum imperio adjuncta fuisset. Sed antequam gesta a fidelibus in oriente aggrediamur, nonnulla nobis de legato ad cruce insignitos ab Honorio misso, ut quæ ad religionis cultum spectarent, componeret, delibanda videntur. Is erat Pelagius Albanensis episcopus gesta ante Constantinopoli, dum Henricus viveret, legatione clarus; quem Honorius Apostolicis literis (a) orientalibus commendavit, eosque divinam gratiam, amandatis procul omnibus vitiis, sibi conciliare monuit: tum nuncio reportatae anno superiori in Lusitania non sine divinis prodigiis victoriae, ad debellandos numeris hostes incitavit.

Honorius, &c.

Ammonitarum dux Achior interrogatus ab Assyriorum principe Holoferne, qua virtute, cujusque Regis potentia confusus populus Israel ejus imperium contempsisset: populus, inquit, iste colit dominum Deum cœli, a cuius cultura quotiescumque recessit, datus fuit in prædam, gladium, & opprobrium; quoties vero paenituit, & clamavit ad dominum Deum suum, dedit ei virtutem, & potentiam resistendi. Hoc nimis exemplum, & alii multis, quibus eruditiri debuerat, arguitur populus Christianus, qui & Deum sic ad iracundiam provocavit, ab ejus mandatis auditum, & gressum a semitis avertendo, ut propter ejus offensas in suam hereditatem gentes venire permiserit, & ipsum digna satisfactio placare, ad percutientem se humiliter revertendo, hac tenus non curavit, propter quod ad liberationem Terræ sanctæ, quasi frustra laborarunt prædecessores nostri Romani Pontifices; frustra laboravit & populus Christianus, nisi quia multi ad id ferventi desiderio infestientes, et si terrenam Hierusalem recuperare nequiverint, cœlestem tamen per martyrii palmarum, ut credimus, sunt adepti.

III. Relata in die offendamus in multis; ille tamen, qui misericordiam suam in ira non continet, tandem suo decrevit populo miseri, cum innumeris multitudo de cunctis Christianorum partibus, eo inspirante, suscipiens signum crucis ad subventionem vestram, & ipsius terræ liberationem viriliter se accingat, & ipse Dominus jam fecerit nobiscum signum in bonum, crucesignatis per Hispaniam transiuntibus non solum miraculosum tribuendo

Pelag.
Albanen.
ep. in
crucesig.
exercitu
legatus.

(a) Hon. l.
2. ep. 117.

victoriam, verum etiam illos quorundam ostensione signorum misericorditer confortando admirandam hujuscemodi crucesignatorum victoriam supra (b) enarravimus, de ipso rum vero profectione, atque Acconem post sevas tempestates superatas appulsi, a-
(b) Ann.
sup.
(c) Godef.
in Ann.
an. 1118.
IV.

Ne vero, quod absit, inanis sit labor fidelium, qui ad ipsius terræ liberationem insistunt, si zizania inter eos seminante hominem inimico, angelus qui de ipsorum medio colligat omnia scandala, non mittatur; venerabili fratri nostro Pelagio Al-
(c) Lib. 2.
ep. 1194.
(d) Lib. 3.
ep. 108.

banensi episcopo Apostolice sedis legato, viro utique prudentia, honestate, scientia, & benignitate conspicuo, laborem pergrinationis injunximus, ut exercitum Domini cum humilitate præcedens concordes in concordia foveat, & ad pacem revocet impacatos. Ne igitur ultramarini populi peccata præpediant, quod cismarini devotione de Dei miseratione confusa nititur obtinere;

universaliter vestram monemus, & exhortamur attentius, & per apostolica scripta mandamus, quatenus vos tales exhibere, curetis, & sic commissos vobis populos exercitatis ad opera pietatis, ut ipsi in cœlum clamantibus, Dominus subiectus eorum humiliacione placatus exercitui suo victoriam tribuat, & barbarorum feritate confusa hereditatem suam restituit heredibus Dei,

coheredibus autem Christi, quatenus conventum in Hierusalem, qui eam diligunt, facientes, & gaudentes cum lætitia, que in tristitia tempore jam tanto fuerunt, in hymnis, & confessionibus Domino benedicant, & Redemptoris nostri sepulcrum nunc exigentibus culpis mystris factum inglorium, reddant juxta vocem prophetam gloriosum, &c. Monet crucesignatos, ut legatum quo par est honore prosequantur, ejusque imperiis obtemperent cum in eum ad divinam augendam gloriam summam contulerit auctoritatem. Dat. Romæ apud S. Petrum xv. kal. jun. an. 2. Hæc etiam scripsit (d)

ad regionum illarum Reges duces ceteros, que principes viros, ac peculiare iis de rebus diploma (e) ad legatum dedit. Pelagiumporro Brundusio cum Jacobo Andriæ comite Romani exercitus principe in orientem hoc anno trajecisse, testatur Richardus notarius (f).

Accinxerat se Syriacæ profectio Pelagi, cum magna virorum principum multitudine ex Galliis Januam confluxit: inter quos Burdegalensis archiepiscopus, Parisiensis, atque Andegavensis episcopi, Marchiæ & Niverni comites, dignitate eminebant: qui flagitavere ab Honorio, ut legatum Cardinalem itineris comitem ipsius adjungeret. Quibus Pontifex scriptis

psit,

CHRISTI
1218.

HONORII III. PAR.
2.

OTHONIS IMP.
10.

(a) Hon. l. psit, (a) se ad eos R. tit. S. Stephani in 3. ep. 1. Coelio monte presbyterum Cardinalem. R. tit. S. non ad gerendam legationem, sed ad di Steph. in vina oracula pro concione exponenda, Cœlio cum ad id sacra eloquentia valeret, mittere; nec legati munus ipsi, ut deposito Card. ad bant, posse committere, cum jam illud hortanus Pelagio demandasset, ad quem in iis, quæ ad legati apostolici partes spectarent, con fugere, ejusque imperiis obtemperare hor tatus est. Præterea ejusdem argumentum, Ad ru tuam ani morum conjunctiorem hortatur.

Cur in Agyptum
cruce sign. cam Pharum obsidentium castris literæ, quibus docebant belli molem in Ægyptum multiplices ob causas esse conversam, cum eo debellato regno Terra sancta Christianorum armis facile comparanda vi deretur; ex Ægypto nimis infidelium copias effundi solitas, magnas, inde a barbaris opes haec tenus petitas, stetisse tandiu Hierosolymitanas res, dum Ægyptus Damasco regi non paruit; ubi ea regna sub eodem sultano coauere, tum demum collapsam rem Christianam fuisse: præclaras vero rei gerendæ spes afful gere, magnis jam molibus turrem Phaream in medio Nilo sitam obsideri, disjectam jam hostium classem. Quo vero statu Christiana res verfaretur, Joannes Rex Hierosolymorum, dux Austriae, patriarcha Hierosolymitanus, archiep. Nicosiensis, aliquie præsules his verbis descripserunt (d):

(d) Apud Honor. l.
3. ep. 38. VII.

Congregato exercitu ex variis nationibus quantum potuimus navigium in magnis expensis curavimus ordinari, de confiden tia Dei, cui non est differentia superare, vel in millibus, vel in paucis, ac de veстра celeri subventione sperantes, illud attentavimus negotium, licet rebus, & viribus imparis infidelibus inimicis, quod nec a Regibus vel ab Imperatoribus novimus attentatum. Significamus igitur vobis, quod primi navigantes de exercitu Christiano tertia feria proxima ante pentecosten applicuerunt portui Damiatæ, in quo accessu misericors Dominus mirabiles pri mitias gratia suæ nobis impendit, & futurum favorabilem se ostendit. Nam contra spem omnium, nullo infidelium resi stente, licet multa millia essent in civitate, & extra, pauci descenderunt de navibus ad terram, & ante præfatam civitatem libere castra posuerunt. Prima illa agmina, quæ Pelusium applicere, Colonien ses ac Frisos fuisse indicat Jordanus, (e)

(e) Jord. MS. bibl. Vat. sign. n. 1960. in chron. ann. Eccl. Tom. XX.

Eadem Honorius crucesignatis aliis, qui ex Germania Venetas concurrerant, im peria dedit ut recto itinere Pelusium ad Pelusium ferenda auxilia contendenter, ut testatur in literis, quibus eorum animos, qui dñe. in Pelusii obsidione versabantur, excita vit; monuitque (g) promptissima ipsiis (g) Hon. l. auxilia suppeditatum iri: desigerent ve 3. ep. 39.

pat ante Regis & cæterorum aduentum; & infra: Fatta quoque est generalis fere lunæ eclipsis, eoque tempore multi barones de Francia cum populo copioso transfreta re incipiunt, Rex autem Hierusalem cum reliqua parte exercitus peruenit ad locum. Hæc Jordanus, que vero secuta sunt, ex memoratis literis accipiamus:

Eo quidem tempore, quo latores præsentium nunci nostri receperunt a nobis, statutus obsidionis talis erat. Siquidem erexeram us machinas nostras ad expugnandum turrim quamdam fitam intra fluvium, bra chium Nili, scilicet a qua turri protendit ut cutena ferrea per medium fluvium usque ad civitatem, præfans impedimentum nostris navibus transiuntur. Iis catenis littus clausum ait Godefridus (f) Godef. eo consilio, ne naves, quæ ex Athio pia secundo flumine aromata devehunt, in mare non soluto vestigali evaderent: inde enim ea in alias longe subniotas terrarum oras inferri consuevisse ingentesque opes ex eo sultanum conficeret. Tamen in recessu nunciorum ita processeramus in negocio Jesu Christi, quod naves, & galeæ nostræ galeis inimicorum nostrorum in fluvio prævalebant, & in superiori parte fluvii consistebant, ita quod hostiles galeæ liberum navigium non habebant, nec aliorum Sarracenorum galeæ habeant aditum ad civitatem.

His igitur vobis nunciatis supplicamus sanctitati vestræ in Domino, & pro Domino, flexis genibus exstantes, quatenus Christiano exercitui magnis periculis exposito curetis misericorditer, & celeriter subveniri. Non enim de virium nostrorum confidenzia tantum onus subire pre sumpusimus, sed de vestra post Deum sperantes subventione ausi sumus in remotis partibus obsidionem inchoare, & civitatem excellentissimum, atque munitissimum impugnare. Qua obtenta firmiter speramus, ut totam possimus Ægyptum obtainere & Terram S. pro qua laboramus, finaliter obtainere. Subiiciunt soldanum maximas contra Christianos copias contrahere, ac verendum, dum fideles sub barbarorum implorantia fiscant, indeque res Terræ S. rant crucisignati auxilium a pontifice.

Ægyptumque cultui numinis subiicerent. Eadem Honorius crucesignatis aliis, qui ex Germania Venetas concurrerant, im peria dedit ut recto itinere Pelusium ad Pelusium ferenda auxilia contendenter, ut testatur in literis, quibus eorum animos, qui dñe. in Pelusii obsidione versabantur, excita vit; monuitque (g) promptissima ipsiis (g) Hon. l. auxilia suppeditatum iri: desigerent ve 3. ep. 39.

CHRISTI
1218.HONORII III. PAP.
2.OTHONIS IMP.
10.

X. **principiam in ruinæ spem, ad cuius defendendam causam ancipites periculorum æstus penetrarant; illius ope suffullos numerosissimos hostium exercitus dissipaturos, continuis propterea precibus ac vita ab omni vitorum labe, & contagione aliena illius gratiam sibi compara-re niterentur.**

Recepis literis vestris, & nunciis, & intellecto quam arduam rem esset, de di-vino auxilio confidentes, aggressi, et si su-bitu concusserint ossa nostra, dum pa-citatem vestram respectu oppositæ multitudinis pensaremus, mox tamen occurrente nosbris, quod legitur: Dominum formida-gerit adversarii ejus, & super ipsos in cœ-pro mit-lis tonabit; fuius fiducia, & consolatio-subsidio. Et infra: Volentes autem ope-rationi divinæ nostræ humilitatis ministe-rium adhibere; continuo Jnuim, Veneti-as, ac per alios Italæ portus literas no-stras direximus, crucifignitos, qui ad por-tus ipsos convenerant, & convenire debe-bant attentius exhortantes ac monentes, terrarum episcopis ac retribuis, ut dili-genter exhortentur eosdem, ut ad succursum vestrum celestier festinantes, versus civitatem Dmiciatam in nomine Domini sa-baooth dirigant iter suum, &c.

XI. **Orta in-ter Pelagi-um leg. & Joan. Reg. Hier. magno rei Christia-na exitio discordia.** Hortatur ad servandam mutuam ani-morum conjunctionem, atque cœlestis au-xillii expectatione erigit, cum universa-Ecclesia pro felici armorum piorum suc-cessu in preces sit effusa, ni tamen isti forte impuriore vita divinam in se ira-cundiam asperarent, servarunt illi impe-ratam aliquandiu concordiam. Verum adventu Pelagii legati Apostolici animos fidelium fuisse divisos scribit Jordanus, qui contentionis causam adducit: Super-venit & Legatus Pelagius, & cum Rege (nimurum Joanne Hierosolymitanu) qui prius exercitui dominabatur, colloquium sue auctoritatis habuit, allegans quod ipse debebat exercitui præesse, quia & passi-gium erat per ecclesiam ordinatum, & cru-cifixi ad suum regnum non pertinerent: Rex autem verba dissimulans, pro domi-no se gerebat, ac per hoc exercitus est di-visus, & quisque affectionem sui domini sequebatur. Interea pro volasse ingentibus succinetum copiis sultanicum ad defenden-dum Pelusium, cuius bellicum apparatus

nostris terrori fuisse vidimus ex ipsorum literis, Christianosque ex adversa ripa lacefere cœpit, Riccardus scribit; sed pronuerere divinum auxilium effusæ con-tinuæ ab universa Ecclesia preces: post varios enim impressos impetus, ut idem auctor (a) Stadensis (b), Godefroidus (c) ac Parisius (d), & alii tradunt, Pha-re turris expugnata est. Non modico tamen cruento stetit victoria: addunt enim lectissimos viros navi impositos cum ad-motis scalis in turrim loricati certatum continua serie assilirent, tanto pondere diffractis iis, omnes in flumen, tristissimo nostris, hostique latissimo spectaculo præ-cipites effusos: Christianos tamen resumptis animis novos impetus novis adhibiti machinis impressisse, ac Pharo tandem potitos omnesque paucis exceptis, qui in signum victoria reservati vitæ, Acconenique missi, obtruncatos. Cujus munitissima turris expugnationem ita Go-defridus describit: Tandem magister O-liverius scholasticus Coloniensis ex puris Colonii in illius ex-pugnatio-ne præci-pua glo-riæ.

XII. Redacta in Christianorum potestate Pharo admota sunt Pelusi obsidioni ca-stræ, magnisque molibus ea civitas flo-rentissima opibus, nihile, commeatu mu-roque duplice munitissima urgeri coepit, interea Saphadinus a crucifignatis pro-pulsatus non diu pudori superfuit; Go-defridus enim institutæ narrationi adiicit: Post captam sequidem turrim in profundo Nili fluminis statim, Sephadinus inveteratus dierum malorum dolore (sicut afferitur) nimio tactus, exbaredator fratreuelum suo-rum & usurpatör regnorum Asiae mortuus est & sepultus in inferno. Sic auctor; [i] idem de Saphadinis interitu iisdem pene verbis Mat-

NOTÆ [i] Hari, seu turris Phari expugnatio lieet tentata fuerit die sancti Bartholomæi, seu die XXIV. augusti hujus anni, non tamen successit nisi die sequenti hora deci-ma, ut afferit, qui expeditioni huic præsens aderat Oliverius in sua historia Damiatina.

Neque in his tuncmodo annales ecclesiastici sacræ expeditionis res hoc anno gestas recen-sentes corrigendi sunt, sed tota hæc historia ad chronologiam relexenda. Igitur die XXVII. maii hujus anni e portu Accon solvens pars classis tertia die pervenit ad insulam ante Dmiam-tam, qua sita est inter Nilum, & mare. (Jacob de Vitriaco epist. II. ad Honorium papam Anecdoto. Marten. to. III. col. 290.) Tertia ad hinc die reliqua classis subsequita fuit cum rege Hierosolymorum, patriarcha, aliisque. Statim cœpta oppugnatio turris Phari, qua tribus mensibus christianos occupavit. Nulla inter hæc cum Soldano pugna, ut ex eadem Jacobi de Vitriaco epistola ex Oliverio constat. Cessit demum turris conatibus aggressorum die XXV.

augu-

HONORII III. PAP.

2.

OTHONIS IMP.

10.

Matthæus Parisius, qui hæc fusus pro-sequitur: additque Saphadino successisse Coradinum ejus filium, sævissimum hominem, quem ad satiandam ob Damiatæ ob-sidionem iracundiam, Hierusalem moenia, ac turres dejecisse ait urbemque solo æquasse; sed hac de re proximo anno dicetur. Contraxit vero admodum, de-pressisque infidelium animos Pelusii obsi-dio, adeo ut ad conflandas copias edu-cendaque ex arcibus præsidia illarum plu-res funditus everterint, quas adversum Christianos tueri non posse metuebant; ita tunc arx munitissima monti Thabor imposta ac septuaginta turribus cincta, a qua anno superiore Rex Hierusalem propulsatus fuerat, excisa est (a): tan-tum vero ex Pelusi belli eventu lato aut tristi omnium fluctuant animi, ut Honorius Senonensi archiepiscopo scri-

(a) Godef. ab sup. (b) Hon. l. 3. ep. 136. est exercitus Christianus existens in par-tibus transmarinis, in qua consistit aut plena victoria, aut vincendi desperatio manifesta; obedit enim civitatem Dami-aæ opulentam & magnum, &c.

Angebant sane præ cæteris Pontificis vi-gilantissimi proferendaque religionis Chri-stianæ cupidissimi animum illius successus curæ gravissime, quas in cæteros præsules etiam transfudit solicitavitque, (c) ut o-mni ratione crucifignatos ad ferenda au-xilia maturare iter juberent, quos ut in-citaret magis atque incenderet, rerum haec tenus egregie a Christianis gestarum seriem exposuit, ut ex referenda victo-ria partem gloriæ decerperent: Confisi tu-tem de divino auxilio præsumimus meliora, cum Dominus faciens nobiscum signum in bonum impissimum soldanum Sephadinum præcipuum malleum sanctæ Terræ nuper Ann. Eccl. Tom. XX.

rebus humanis exemerit, & inter infideles Sarraceni discordiam immiserit generalem antiquo sol-dano Damasco filio Saladini pugnante, inter se animis di-visi. Arx in monte Thabor excitata ab ipsis everti-tur.

XIV.

Hæc attentes venerabilis frater no-ster patriarcha Hierosolymitanus, & epi-scopus Albanen. Apostolica sedis legatus, nec non & charissimi filii.. Rex & ma-gistri Hospi-tals & militiae Templi, & S. Miræ Theutonicorum Hierosolymitan.. dux Austriae, .. ac principes exercitus Ro-manorum aliisque prælati, & magnates con-sistentes in obsidione prædicta, literis suis, & precibus, que lapidea etiam corda emollire possent ad lacrymas, nobis instan-tissime supplicarunt, ut cum expense, quas fecerunt, & faciunt in mithinis, & galeis, ac alii bellici sumptus eos pecunia sic ex-contra saepe dictam prævaluerit civitatem.

Iii 2 bau-

augusti. Postmodum deliberatum est de amne (Nilo scilicet) transmittendo, & Damiatæ ob-sidione urgenda; sed cum res esset ardua Saracenis littus opositum operibus, armisque tuen-tibus diutius cunctatum est; ideoque festa die exaltationis S. Crucis, qua Jacobus de Vitriaco alteram epistolam de rebus expeditionis hujus ad Honorium papam dedit vulgatam Anecdoto. to. III. col. 292. nondum annis superatus erat. Interim vero, capta jam turri in hebbomada post festum S. Bartholomei, ad Damiatæ portum, qui venerat in christianorum potestate una cum turri applicerunt novem naves cum domino Petro Hannibal. (verba sunt epistolæ) & qui-busdam aliis Romanis. Post hæc, ait Oliverius, Albanus episcopus (Pelagius) apostolica sedis legatus, quem tamen octava die post festum exaltationis S. Crucis, qua post scriptam epi-stolæ suæ episcopus Acconensis adiicit, Acconem quidem appulisse constat, sed nondum ad e-xercitum transferat. Sub iisdem diebus, nempe intra octavam festi S. Crucis allatum est in ca-stræ de obitu Saphadinis nuncium. Postmodum in festo S. Dionysii die X. octobris, ut Oliverius notat, Saraceni cum galeis armatis improvisi venientes modica manu christianorum re-pulsi sunt. Iisdem pariter assultibus castra Templariorum Saraceni tentarunt, a quibus pari-ter repulsi cum amissione quingentorum; id autem obtigit christianis die S. Demetrii die VIII. octobris.

Ex hac oculatorum testium consona narratione parochionismos nonnullos annualium ecclesiasticorum emendare licet. Falsum est enim Sultanum Ægypti arma tulisse in christianos, quo tempore turris Phari nondum aggressoribus cesserat. Falsum est insuper Pelagium legatum su-pervenisse in castra, antequam turris illa cederet aggressoribus. Denique ex his intelligimus Sephadinum interisse ante diem XXII. septembri, qua die Jacobus de Vitriaco epistolam suam ad Honorium signavit. Denique Damiatæ obsidionem nonnisi sequenti anno post festum S. Agathæ die V. februario cœpisse Oliverius notat, & ex eadem rerum expositione resul-tat. MANSI

CHRISTI
1218.HONORII III. PAR.
2.OTHONIS IMP.
10.

hauferint, ut viris bello strenuis, qui pro defectu rerum remeare coguntur, necessaria ministrare non possint, & sic exercitus paulatim quotidie dilabatur, eis post Deum in cismarinorum auxilio totam spem habentibus, tam bellatorum, quin pecunie succursum mittere festinemut. Monemus igitur universitatem vestram, & obsecramus per asperzionem sanguinis Iesu Christi, qui pro vobis tradidit semetipsum, quatenus ponentes ante oculos vestrae mentis, quantum gaudium quantaque exultatio erit iustis in Domino, si coepit negocium finem ipso dante habuerit exceptatum, & apud vos recogitantes e contra, quantam confusione, quantumque moerorem contrarium afficeret toti populo Christiano, praefato exercitu succurratis, sicut res expostulat festinanter; prouidentes, quod vos filii crucifignati proximo martio, vel saltem majo transfreritis, &c.

XV. Compellat archiepiscopos & episcopos, imperatque ut centurarum terrorem designatis crucis signis, stipendia decimis imponit in sacri belli stipendia coactam reddituum vigesimam equitibus religiosis designatis a fide Apostolica impertiant, quo necessaria auxilia instrui conflare posse possint: tum ipsos exemplo suo incitat, ut qui praeter Cardinalium decimas, atque ab Innocentio III. collatas pecunias ultra viginti marcharum millia pro bello sacro consumpscerit, ac jam quinque millia in tam pio opere sit collocaturus. Cum vero de Joanne Rege Hierosolymitano Templariisque atque Hospitalariis calumnia disseminata a malevolis fuisset, ipsos sacras opes in suos usus avertisse, eaque patriarchae, legati, ducis Austriae, aliorumque principum literis ab iis depulsa fuisset, adeo ut e contra omne suum exercitium ad sustinendos in Pelusi obsidione sumptus effunderent precepit, ut ipsorum integritatem promulgarent, ac tanquam veros Christi athletas, & Christianae fidei defensores predicarent; ad detergendam quoque ex aliorum populorum animis eandem calumniam, ad alios Galliarum, Angliae, & Siciliæ presules scripsit (a) nefarium rumeum sospirent.

XVI. Praeclarum vero de Hospitaliorum virtute edidit per haec tempora testimonium Andreas Ungariae Rex in regio diplomate, (b) quo ad referendam iis exequitibus gratiam, a quibus egregie exceptus fuerat, atque eximia charitatis Christianae in proximum exempla explicari viderat, amplissima bona contulit illorumque operam laudesque his verbis æternitati commendavit: *Quia sacratissimam dominum Hospitalis S. Joannis Baptiste de Hierusalem, prout antea didiceramus auditu, cum ad sancta Terræ subsidium accessimus diversis virtutum operibus in to-*

tius Christianitatis proficuum, & honestum respelendescere cognovimus, hujus sacratissimi collegii toto corde totisque viribus inbiantes desiderio divinae pietatis intuitu, in redemptions animæ nostræ, & animarum prædecessorum nostrorum memoratæ domus meritissimæ & interventu veniam apud Deum consequi cupientes; quasdam nostræ largitionis donationes & elemosinas sanctæ domini Hospitalis de Hierusalem, in manu fratris Guarini de Monte-acuto dictæ sanctæ domus Hospitalis venerabilis magistri, & omnium fratum ejusdem domus presentium, ac futurorum ad usus, & proprietatem, & ad ius memoratæ domus, & ad possessiones perpetuas decrevimus fore largiendas.

Nec immerito, cum illic personaliter hospitali vidcremus innumerum pauperum cœtum diurno pastu quotidie sustentari, fessos languidorum artus lectis ternis, variisque ciborum copiis refici, mortuorum corpora cum debita veneratione sepeliri, & ut in genere singulorum referamus, quæ per singula generum enarrare non possumus, ut Mariam, & Martham sacratissimum, sæpe dictæ domus Hospitalis collegium, nunc variis sinceræ contemplationis usibus intendere, nunc contra Dei adversarios & hostes crucis Christi, adversus etiam Amalech incessibili perfectæ militiæ conflitu, de die in diem dimicare, &c. Adjectit huic diplomati apostolicam autoritatem Honorius, quod etiam pontificio inservit, ex quo haec decerpsumus; (c) neque has solum donationes, verum alias etiam tum ab eodem Rege Hospitalariis, (d) tum a Friderico Romanorum Rege, (e) atque a Treverensi archiepiscopo (f) factas magistro ac fratribus Hierosolymitani hospitali S. Marie Theutonicorum.

Quod ad Andream Ungariae Regem attinet; ipse turpiter admodum e Palæstina, superiore anno exeunte, Tripolim se subduxerat, ac secum Hugonem Cyprum Regem traxerat, qui magno sui desiderio ac luctu omnes confecit; de quo haec Jordanus: *Eodem anno, nimis præfenti, Hugo Rex Cypræ in Tripoli moritur, relicto Henrico parvulo IX. mensium & duabus filiabus, una nupsit Gualtero comiti Brennensti, altera Isabella filio principis Antiochiae. Haust gravissimum ex illius morte dolorem Honorius cum egregii principis præclaræ virtutes magnam amplificandæ religionis expectationem concitassent; atque ex ejus morte Cyprum regnum variis tumultibus fluctuare coepit, & auxilia quæ Syriæ submittebantur, ptum iob intestinum malum fuerint intercepta. Suscepit vero Pontifex Reginæ ac filiorum patrocinium, ac Pelagio episcopo Albanensi A. S. L tuendæ Reginæ, & procurum qui tumultuabantur, comprimentæ temeritatis provinciam imposuit (g), 1270.*

(a) Reg. post card. ep. 1267.
XIX.

XVII.

(c) Lib. 2. ep. 1215.
(d) lib. ep. 1226.
(e) lib. ep. 1227.
(f) lib. ep. 1228.
(g) lib. ep. 1229.

XX. Theodor. Angel. concilia- tar ecclæsiae.

Jubetur absolvī modo legatum lib- beret.

XXI.

Suscep- rit, & auxilia quæ Syriæ submittebantur, ptum iob intestinum malum fuerint intercepta. Suscepit vero Pontifex Reginæ ac filiorum patroci- nium. (g) Ep. 1270.

CHRISTI
1218.HONORII III. PAR.
2.OTHONIS IMP.
10.

tum summo Teimplariorum equitum magistro defendendo eidem regno incumbere jussit, (a) ne Cypri tumulti Terræ S. rebus perniciem afferrent; denique ingentem Reginæ viduae luctum his literis delinire studuit (b).

III. Reginæ Cypræ.

Credimus, immo pro certo tenemus, quod pro morte claræ memorie H. Regis Cypræ viri tui eo fortius angustiæ te circumdat, & dolor animum tuum angit, quo tibi, & liberis tuis gravius ex hoc sentis imminentे dispendum, ac regnum Cypræ videt sine regimine periculosis fluctuare. Unde nos, qui ejus vices in terris gerimus, qui est merecentium consolator, tanto benignius tibi super hujusmodi dolore compatimur, quanto Regem cumdem devotionem Ecclesiæ Romanae cognovimus, & rumor mortis ipsius nos vehementius turbavit. Ne autem quisquam ex hoc contra te, aut regnum prædictum audaciam molestationis assumat, nos in consolacionem doloris, & angustiarum tuarum solacium, tuam & pupillorum tuorum personas, ac regnum præfatum, sub Apostolice sedis, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, districtus inhibentes, ne quis vos, & regnum præfatum præsumat temere molestare. Nulli ergo &c. Dat. Lat. iv. idus jul. nostri anno 2. Hactenus de Cypræ ac Syriacis rebus: nunc ad Constantinopolitanas sermonem traducamus.

Rediit ad conjunctionem Romanæ Ecclesiæ Theodorus Angelus Comnenus Epiz. dynasta, ad quam ineundam Crotoneensis episcopus atque Efreem eremita, qui ultro citroque ad Theodorum & Honoriū commeabant, intercessere. Cum ergo Theodorus oratorum opera schisma abjuraret, Apostolicis imperiis obsequenter se fore polliceretur, ac Joannem Columnam tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem legatum, qui una cum Petro in vincula abductus fuerat, libertati redditurum, Honoriū episcopo Crotoneensi Theodori absolvendi recipiendique in ecclesiæ gratiam partes impositu mox atque legatus Cardinalis Brundusium aut in alium locum qui tutus foret, se contulisset; tum præcepit, ut Latinis qui cum Theodoro versabantur, ex omnibus quæ compararent, pro bello facri stipendiis decimas persolvere imperaret; in iis vero litteris Honoriū nullam Petri Imperatoris mentionem edidit ac nobis incomptum est, an e vivis discessisset in vinculis, an libertati Imperioque fuerit restitutus.

Ambivit vero sedis Apostolicæ gratiam Theodorus indicatæ crucifignatorum expeditionis, adversus quæ ipsum a Venetis Gallis, Ungaris & Constantinopolitanis

conflabatur, terrore adductus, quos omnes Honoriū propositis, ut vidimus anno superiori, indulgentiis adversus ipsum concitarat. Pontifex vero cum omnes curas in recuperanda Syria proferendisque religionis Christianæ limitibus desigeret, ab intruenda contra Græcos expeditio-

ne facile destitit, oblataisque a Theodo- ro pacis conditiones admisit: imo tan- ta fuit ipsius conciliandi Ecclesiæ, Græcosque ab schismate abducendi cupiditas, ut ipsum in sedis Apostolicæ clientelam receperit (c) & crucis signatis, qui Ve- netias & Anconam confluxerant, inten- tato anathematis terrore ab invadenda Theodori Comneni, ut filii Ecclesiæ ob- sequentissimi ditione revocari; quo ar- guimento ad episcopum & clerum Vene- (c) Ep. 884.

tum & Anconitanum literæ (d) sunt (d) Ep. 884. & reg. post hortatus (e), ut promissa non scriptis, sed operi mandaret, legatum solveret atque alios, inopes maxime quos tenebat in vinculis, divina provocatus misericor- (e) Ep. 882.

Theodoro duci Comneni.

Gratum gerimus, & acceptum, quod Accipit scit ex relatione venerabilis fratris no- illu. in stri Joannis episcopi Crotoneensis accep- clientelam Apo- munios nostros hilariter receperisti, & ho- nomios hilariter receperisti, ac dilectum filium nostrum Joannem tituli S. Praxedis pres- byterum Cardinalem A. S. L. honoras, & erga illum te mansuetum exhibes, & be- nignum, tuamque personam ad sacra. in- illu. in striae Romanæ Ecclesiæ devotionem exponens, ac ipsius primam recognoscens, & matrem, nobis obedire proponis, sicut devotus filius pio patri. Pro quibus devotionem tuum in Domino commendantes, ei a quo est omne ditum optimum, & omne donum perfectum gratiarum referimus actiones, suppliciter postulando, ut ipse, qui haec tibi misericorditer inspiravit, det & perficere, ac perseverare in iis usque in Diem Domini Iesu Christi. Super quo & tu ipse debes humiliiter exorare, cum ad id & fides cathe- XXII. bolicæ, quam tenes, ut credimus, te inducat, & fructus non modicus, qui ex hoc provenire tibi poterit, in præsenti præter æternæ gloriae diademati, quod tibi si per- severaveris, reddet Dominus justus judex.

Iude est quod nos recepto pro te ab eo- dem episcopo, scit ei per tuas literas, quas coram nobis legi fecimus, præcepisti corporali juramento, quod prædictum Cardinalem omnimode restitues libertati & filius obediens nobis eris, ex consueta cle- mencia, qua Ecclesiæ consuevit ad se re- deuntibus gremium aperire, te annumeran- dum duximus inter Ecclesiæ filios specia- les, & petitiones, quas idem episcopus ex parte tua nobis porrexit, in quantum cum Deo potuimus, de fratribus nostrarum con- filio

CHRISTI
1218.

HONORII III. PAP.

OTHONIS IMP.
19

filio exaudire curavimus, sicut per effe-
ctum evidenter appetat, firmiter astiman-
tes, quod & tu debeas adimplere promissa,
prout Deum timentem, & catholicum vi-
rum decet.

XXIII. *Cum igitur sola perseverantia bravium accipiat virtutibus in stadio currentibus universis, nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino, quatenus in devotione, ac obedientia Apostolicæ sedis, & nostra sic firmiter perseveres, id potius per exhibitionem operis, quam per scripta monstrando, quod & divinam gratiam merearis, & favorem Apostolicum plenius obtinere. Præterea, cum ex injuncto nobis Apostolatus officio, te ac alios Ecclesiæ filios debeamus ad pietatis opera invitare, nobilitatem tuam rogamus attente, & monemus in remissionem tibi peccatum in jungentes, quatenus divine pietatis intuitu, & nostrarum precum obtentu, captivis aperius viscera pietatis, & pauperes præsertim, & alios, de quibus nullum potest tibi commodum provenire, restituas libertati, ut & misericors Dominus te a tuorum ab solvat vinculis peccatorum, qui se illis non dimissurum testatur, qui fratribus non dimitunt; solicite recolendo, quod iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam, beato Jacobo attestante. Dat. Lateran. VIII. kal. feb. ponti nostri anno secundo.*

XXIV. *Dimitissus
o. an. le-
gatus
Constan-
tinop. se
confert.
(a) Rich.
e S. Ger-
man. in
br
(b) Hon. l.
ep.
173.
174.
Augura-
lli ab
Honorio
imposita.
(c) Cap.
x parte
xtr. de
.r. insact.
(d) Lib. 3.
p. 61.
(e) ib. ep.
2.
(f) Ep. 95.
XXXV.
atrat.
Constant.
ceptio a
com.
ont.
allio il-
ad alii
argitur.*

Dimitissum a Theodoro Comneno Joannem Columnam Cardinalem tradit Ricchardus (*a*) Constantinopolim ad gerendum legati munus se contulisse. Imposita in primis illi provincia est, ut docent literæ (*b*) Pontificiæ, clericis Constantinopolitanis, qui multa mala ab impiis hominibus pertulerant, opem ferret; tum de nonnullis quæ adversus canonicas sanctiones a Græcis gerebantur, a legato ipso consultus illud agendum rescripsit, quod titulo de transactionibus inseritur; (*c*) deinde abdicationes antistitum ab episcopali munere recipiendi, eosque ecclesiis aliis præficiendi potestatem ipsi legato fecit (*d*) atque alia tribuit privilegia (*e*); postremo hæc de pallii usu pro Corinthiensi archiepiscopo scripsit (*f*):

Cum in generali concilio provida sit deliberatione statutum, ut Constantinopolitane sedis antistes, postquam a Romano Pontifice receperit pallium, quod est plenitudinis officii pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ juremento licenter suis suffraganeis pallium largiatur, recipiens pro se professionem canoniam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem archiepiscopo, quem ex prædicta causa dumtaxat super usu recepti taliter pallii nolumus impediri, utendi coilibere tribuas facultatem. Dat. Later. IV.

BONORII III. PAP.

CHRISTIE
1218.

OTHONIS IMP.
10.

3

kal. novemb. pontific. nostri anno tertio.
Constantinopolitanum vero patriarcham,
cujus modo facta est in apostolicis lite-
ris mentio, redarguit (*g*) Honorius, (*g*) *Lib. 3.*
quod nonnulla sibi arrogaret, quæ ad *ep. 24.*
Romanum Pontificem pertinerent.

Sicut (b) ex relatione multorum accepimus, tu supra te volens extendere alas tuas, simplices clericos & cum cappis manicatis interdum legatos de tuo latere dirigis cum et plenitudine potestatis, quod legati sedis Apostolicæ diriguntur. Illi enim per patriarchatum tibi commissum causarum audientiam, quæ ad te, vel ad ipsos per appellationem minime deferuntur, sibi vendicare præsumunt, & inconsulis prælatis eorum subditos excommunicant, excommunicatos absolvunt, præponunt episcopos archiepiscopis suis metropolitico jure subjectos; appellationibus non deserunt, quas contingit ad sedem Apostolicam interponi, & eis, qui in episcopos manus iniiciunt violentas, absolutionis beneficium impendendo, cum tales juxta privilegium tutum ad Romanum sint Pontificem destinandi. Ecclesiistica etiam beneficia conferunt, non expectantes quod ad te potestas eadem conferendi juxta Literanense concilium devolvatur. Et infra :

Insuper nuper G.. Conf. intinopolitan. canonicus a te transmissus ad partes Thebarum, & Achajæ legatus, veniens Andrevillam, literis sue legationis offensis, terras nobiliorum virorum G.. principis Achajæ & O.... de Rocha domini Athenarum sine rationabili causa sententiæ subiiciens interdicti, prælatis eorum injunxit, ut interdictum hujusmodi tam per se, quam per suos subditos inviolabiliter observarent; proprie quod ipsi ad sedem Apostolicam appellarunt appellationi sue festum oinnium sanctorum terminum præfigentes: sed idem G.. appellationem more suo temere parvipendens interdicti sententiam postmodum protulit in eosdem, &c. Id genus alia illi exprobrat; denique graves minas intentat, ni cœptis desisteret.

*Et quidem si hæc ita se habent, quæ XXVIII.
sunt specialiter Romani Pontificis usurpan-
do, & aliorum justitiam, ipsos multipli-
citer opprimens invadendo, videris non
pastoralis curam regiminis, sed thronum
superbiæ, ac pestilentie cathedram conser-
disse. Cum igitur quantumcumque dignitate
præfulgeas, te nobis scias esse subjectum,
qui tempus accepimus justitiam judicandi,
& quantumcumque tibi deferre velimus,
dissimilare non possumus nec debemus talia
contra Deum. Dato vero ad universum
clerum Constantinopolitanum diplomate
constitutionem Innocentii, qua caveba-
tur, ne patriarchæ electio, nisi in S. So-
phia ecclesia haberetur, firmam esse jus-
fit (i). Neque de Gaufrido Achajæ prin- (i) Lib. 2.
cipe illud reticendum, Honorium ejus sp. 96c.*

(a) Ib. ep. rogatu crucesignatis mandasse (4), uti
1239. principatum illius tuerentur. Atque haec
1240. de rebus orientalibus dicta sint.

XXIX. Acturi de reliquis, præmittamus quæ
Pisani conciliati cum Italis gesserit hoc anno Honorius
ecclesiæ Papa. Resipiscentes in primis Pisanos,
donati- (b) Vercellenses, Alexandrinos (c);
que pri- Ferrarienses (d) ad consortium fidelium,
vilegiis. e quo exacti fuerant, admisit: nec Pisano
modo in gratiam recepit, verum be-
Ep. neficiis est prosecutus eorumque ecclesiam
778. privilegiis auxit, quæ literis ad Vitalem
781. eorum archiepiscoporum exaratis conti-
(c) Ep. nentur (e) e quibus hæc decerpsumus.
1145.
& l.3. ep.

(d) *Apud Legationem quoque Sardiniae a præde-
cessore nostro Papa Urbano, prædecessori-
bus tuis concessam, & felicis memorie In-*
Honorius, &c.

868. *nocentii secundi, Eugenii, Anastasii, Cœ-
XXX. lestini, & Innocentii tertii Romanorum*

Pontificum privilegiis in perpetuum robo-
ratam, tibi tuisque successoribus præsentis
scripti pagina confirmamus, & confirmationem ipsam ratam, & incontulsum per-
petuis temporibus decernimus permanere.
Denique ut Pisana civitas, quæ favore
cœlestis numinis de inimicis Christiani no-
minis victoriam frequenter obtinuit, &
eorum urbes plurimas subjugavit, amplius
honoretur, equo albo cum nacco albo in
processionibus utendi, & crucem vexillum
scilicet Dominicum per subjectas vobis pro-
vincias portandi &c. Datum Laterani per
manum Ranerii S. R. E. vicecancellarii vi.
idus februarii indictione sexta, incarnationis
Dominicæ anno millesimo ducentesimo
decimo septimo (inita scilicet anni ra-
tione a festo annuntiationis die) pontifica-
tus vero Domini Honorii P. ipse tertii an-
no secundo.

XXXI. *Scripsit etiam de iis ad archiepiscopos,*
 (f) *Lib. 2. Sardinie præsules atque*
ep. 869. *ad clerum populumque Pisanum (g).* Eodem insuper Pisanos ipso Pontifice au-
(g) Ep. *ctore pacem cum Januensibus hoc anno*
870. *pepigisse testatur apostolicum diploma,*
Pisanos *quod extat in M. S. libro privilegiorum*
inter & *Rom. Ecclesiæ, præterea rogatus Honori-*
Januen. *us ab eodem archiepiscopo, num dele-*
pax inita. *gare posset in dicecesi sua laicum judicem,*
(b) Ep. *coram quo clerici a laicis postulati ex Pi-*
1289. *sanæ ecclesiæ consuetudine causas dice-*
Ubaldus *rent, id fas esse respondit (b). Cæte-*
Lamber- *ram duo prænobiles Pisani Ubaldus ac*
tusque *Lambertus fratres, opibus, potentiaque*
Sardinie *florentes, bellum hoc tempore ad inva-*
invaso- *dendam Sardiniam sedis Apostol. Stipendiariam atrox gesserunt: quorum impe-*
res. *titus cum incusso censurarum terrore nullo*
modo retardati essent, Honorius ad illos
armorum vi frangendos se convertit, pro-
positisque indulgentiarum præmiis, Me-
diolanenses excitavit, (i) ut Mariani
Turritani judicis, sive reguli imminente
martio transfretaturi ad defendenda B.

 (i) *Lib. 3.*
ep. 117.

Petri jura signa sequerentur, eodemque argumento (k) Januensisbus Pisaniisque Ecclesiae conciliatis literæ exaratæ. Ceterum non Pisanos modo, verum plures quoque alias maxime religiosos viros of-

ficiis & gratiis ornavit Honorius, uti e-
jus diplomata ostendunt (*l*), sumptoque
Forosempromiensium patrocinio, Fanen-
sibus a quibus forum Sempronium exci-
sum fuerat, imperavit, (*m*) ne in pa-
trias sedes redire volentibus moram & im-
pedimentum afferrent, vel molestiam ex-
hiberent, tum prænobilis pueri Henrici
Frangipani (*n*) arrepto patrocinio Ter-

(l) Lib. 2.
ep. 872.
887. 893.
918.
1090. l. 3.
ep. 224.
(m) Ep.
1049.
(n) Lib. 2.
ep. 273.

racinenses ad servanda illius jura est cohortatus, in quibus literis hæc in Frangipanæ clarissimæ familie laudem exaravit: *Invicti fides, & devotio infessa*, quam magnifici viri antiqui Fratjapan. a progenie in progenies erga Romanam Ecclesiæ habuerunt, nobis efficaciter persuaderet, ut nunc eorum superflites paterno complectentes affectu, eos favorabiliter foreamus, & ipsorum jura illæsi servemus, &c. Dat. Ronæ apud S. Petrum nonas maii post (o) Reg. tif. nostri anno secundo Eodemque exempli cand. ep. epistolam misit (o) ad Pipernates.

Ut benemeritos de Ecclesia patrocinio
Apostolico munitos ab injuriis hostium
vindicavit, beneficiisque ad servandam fi-
dem provocavit, ita nonnullorum poten-
tiam audaciamque frænare censuris cona-
tus est. Arcuit (*p*) fidelium communio-
ne Viterbienses ob affectos gravissimis in-
juriis viros ecclesiasticos, atque Florenti-
no episc. mandavit (*q*) ne quem in cle-
ricalem ordinem cooptaret, donec Floren-
tini legem revocarent, quam tulerant,
ut clerici paternam hereditatem adire non
possent. Repressit Bodenses qui episcopum

Placentinos favere vetuit; (r) incre-	(r) Hon. l.
puit Bononienses cives in comitissæ Ma-	3. ep. 70.
thildis ditionem, quæ ad Romanam Ec-	6. 72. l.
clesiam pertinebat, ausos invadere: ob-	2. ep.
jurgavit Mediolanenses (s) qui adversus	999. ep.
œcumenicæ synodi decreta & data sedi	1214.
Apostolicæ promissa, expeditionem adver-	(s) Ep.
sus Parmenses & Cremonenses parabant: (t) Ep.	780.
(t) Placentinos vero qui jurisjurandi Rom.	941.
Pontifici præstiti religione spreta, Medio-	954-955.
lanensem partibus studebant, intentato	973.
censurarum terrore perculit. Ac sane in-	1216.
signis tum fuit Mediolanensem inconsitan-	1260.
tia, qui cum supplices ab Apostolicæ	1261.
fede sacerorum communioni restitui flagi-	l. 3. ep.
tassent, eaque amovendi interdicti pro-	42.
vincia Bergomensi antistiti, & electo Me-	Mediol.
diolanensi imposita fuisset, ut ex literis	dicta
vii. kal. mart. hujus anni datis (u) con-	Pont.
stat, mox a promissis deflexere; iterum	respuen.
tamen ad officium revocati sunt; atque	(u) Lib. 2.
reversos Ugolini Ostiensis episcopi A. S. L.	ep. 927.
opera, cum Cremonensisbus ex Pontificis	Ugolini
præscripto, concordiam iniisse ostendunt	opera
	concilia-
	tr.

CHRISTI
1218.

HONORII III. PAP.

2.

OTHONIS IMP.

10.

(a) Lib. 3. apostolicæ literæ, (a) quibus illam Honorius auctoritate sua munivit, firmavit que: quemadmodum etiam initiam pacem eosdem Mediolanenses inter ac Papienses

(b) Lib. 2. superiori anno comprobarat (b). Hæc de apostolicis in conciliandis dissentientibus Episcopi populis reducendis ad officium Honorii ab Hon. curis sufficerint: nonnullarum modo rerum sacrarum, quæ maxime pontifici munera sunt, afferenda historia est. Occurrunt primo ea quæ in regesto Vaticano de episcopis ab Honorio sacris pontificalibus initiatis traduntur (c): Ios dominus Honorius PP. III. consecravit anno pontificatus sui tertio Neapolitum episcopum, Syponentium archiepiscopum, Tuderitum episcopum, Portuensem episcopum, Tusculanum episcopum, Colocensem archiepiscopum, Carnotensem episcopum, Pensacariensem. [1]

XXXIII. Reponit in SS. catalogo Willel. Bituric. arch. Adscriptit etiam idem Pontifex sanctorum numero Willelmum archiepiscopum Bituricensem, quem coeleste numen gloriae suæ participem esse editis maximis miraculis ostenderat, quæ cum ad sacram examen revocata essent, deque ejus vita sanctitate oculati testes sacramento aderat, sacros illi honores, ut gratia apud Deum florentissimo atque ad obtainenda precibus divina beneficia magna auctoritate pollenti decrevit: qua de re diploma Apostolicum clero populoque Bituricensi exaravit, (d) in quo post celebratam numinis in servos suos munificentiam subjungit:

Honorus, &c.

Ipsius miraculis, quæ inquisitores prædicti nobis sub suis sigillis inclusa, prout in mandatis receperant, transmisserunt, examinatis per quosdam de fratribus nostris primitus diligenter, ea demum in pleno consistorio fecimus solemniter recitari, & cum sanctitatem morum, & signorum virtutem ad favorem petitionis, pro qua prædicti archiepiscopus, & canonici, una cum episcopis, & prælatis Bituricensis provinciae aliquique quampluribus vehementer instabant, concurrere videremus, divinum & humanum secuti judicium, de fratribus nostrorum consilio, post multam deliberationem habitam cum eisdem, sancti meritis confidentes, ipsum sanctorum catalogo duximus adscribendum; statuentes, ut in die depositionis ipsius ejusdem festivitas devote a vobis, & aliis Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur. Quocirca devotionem vestram mo-

nemus in Domino, & bortamur, per Apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus ejusdem sancti memoriam cum celebritate debita venerantes, ejus apud Dominum suffragia humiliter imploretis. Datum Romæ apud S. Petrum 16. kalend. junii pont. nostri anno secundo. Aliis vero literis (e) archiepiscopo Bituricensi, (e) Id. I. cui metropoliticam dignitatem a Paschale II. Rom. Pont. attributam confirmavit (f), collocandi in honorificiore loco sacri pignoris potestatem fecit, ac fidelibus (g) translationis pompam honestaturis presentia sua, vel singulis annis eo recurrente die ad ejus sepulcrum accessuris, quadraginta dierum. indulgentiam proposuit; ejusdem vero Willielmi sanctorum catalogo appositi Vincentius (h) atque ex eo novatores (i) meminere.

Efflorescente etiam in dies Joannis eremiti sanctitatis gloria, quam a morte ad vitam excitati, variisque pernicialibus morbis ejus suffragiis sanati homines efferebant, rogatus Honorius est a religiosis viris S. Marie de Gualdo, ut illum sanctis annumeraret; qui in ea regna consilii maturitatem adhibendam ratus Bragoniensis & Lutherino episcopis ac priori S. Fortunati dicæsis Beneventanae provinciam tradidit (k), ut de viri illius pii vita ac miraculis inquirerent: Tanto (inquit) maturiori consilio circa ea censuimus procedendum, quanto in iis citius, quam in aliis, mole carnis gravatus humanæ considerationis intuitus potest falli. Quapropter prudentiæ vestre, de qui fiduciam gerimus plenorem, per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis, tam de vita ipsius eremiti, quam de miraculis supra dictis diligentius veritatem, & quod super iis invenieritis, sub sigillis vestris novis remittatis inclusum; ut præeunte divina gratia, & sequente, statuanus exinde, quod fuerit statuendum. Datum Romæ apud S. Petrum 17. non. jun. pont. nostri anno 2.

Quod etiam iisdem pene verbis scriptum de servo Dei Guillelmo de Paradi to abbate, ad Lundensem archiepiscopum (l) atque episcopum Roschilden sem, & abbatem quendam Cisterciensis ordinis; tum etiam ad archiepiscopum Auxitanum (m), Consuranensem episcopum, atque Bonifontis abbatem dicæcis (n) Lib. 3. Convenarum, de Bertrando Convenarum episcopo, miraculis clarissimo.

Emi-

NOTÆ [1] Hæc cardinalium episcoporum promoto ad initium sequentis anni pertinet; notat enim qui tunc florebat Albericus ad annum MCCXIX. In epiphanta domini abbas Cisterciensis dominus Conradus cardinalis Portuensis consecratur; abbas Nicolaus fit Tusculanensis episcopus; dominus Galerus abbas Pontiniaci ordinatur episcopus Carnotensis. Cum autem ad medium usque anni illius tertius Honorii annus adhuc curreret, hinc in Vaticano codice hæc ipsa cardinalium assumptio cum anno ejusdem Honorii tertio recte illigatur. MANSI

CHRISTI
1218.

HONORII III. PAP.

2.

OTHONIS IMP.

10.

XXXV. Emicuit quoque Romæ per hæc tempora D. Dominici sanctitas, dum enim facris concessionibus magno cum Christi fidelium emolumento operam daret, adolescentem Napuleonem nomine, Stephani Cardinalis Fosæ novæ ex [1] fratre ne-

pote, ab equo dejectum, collisumque, ac subita morte extinctum, ad vitam revocavit; eaque occasione S. Hyacinthus Cracoviæ canonicus religioso Prædicorum ordinis adscriptus est. Ivo enim ele-

ctus Cracoviensis episcopus, quem alii ejus patrum, alii vero consanguineum appellant, in urbem una cum ipso se contulerat, cumque egregio excitati mortui edito spectaculo interfuerit, Domi-

nico intima consuetudine conjunctus, Hyacinthum ipsum nonnullosque alios in regulari disciplina erudiendos tradidit, ut Prædicatorum familia in Poloniæ re-

gno propagari posset: quod postea mirifice factum. Hæc pluribus Joannes Longinus, (a) tum ii qui res SS. Dominicis

(b) & Hyacinthi (c) præclare gestas scriptis commendarunt; cæterum Ivo nis in urbem adventus eam causam Longinus affert, quod electionis sue ad Cra-

covensem episcopatum petendam confirmationem advenerit, cum Vincentius illo episcopatu abiisset, seseque religiose servituti apud Cistercienses magna cum virtutis laude consecrasset. Quod rurus ad S. Dominicum attinet; tradit

Theodoricus, (d) ipsum per id tempus Romæ commorantem duos alios a mortuis excitasse, atque apud S. Xistum, & alii. ubi cum sociis degebat, admiranda parafraße, quam deinde ecclesiam, cum æde

Ann. Eccl. Tom. XX.

S. Sabine in Aventino monte Pontificis jussu commutavit, traductis ad illam monialibus, anno sequenti, S. Mariæ Trans tyberinæ, quarum vir Dei, imperante Pontifice, spirituale administrationem, regimenque suscepit.

Interea quomodo Reginaldus decanus, eruditio, virtuteque præclarus Romam venerit cum episcopo Aurelianensi, atque B. Dominicum allocutus, religiosum

ejus ordinem ingredi exoptaverit, memoratus supra auctor pluribus prosequitur (e); ex quo hæc de objecto ægrotanti tum temporis admirabili viso afferre sufficerit: Morbo ingravescente, na-

tura succumbens deprimitur, & salus a medicis desperatur, confidens autem in Dei virtute beatus Dominicus, ad preces se

converrit. Illo orante, magistro Reginaldo vigilanti, & ardore februm admodum æstuanti, Regina cœli virgo mater apparuit visibiliter cum duabus speciosissimis

puellis, dixitque ei: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Deliberanti quid peteret, altera ex puellis illis suscit, ne quid pe

teret, sed se totum beatissimæ matris Dei permitteret voluntati. Ille salubri parens consilio, illius se penitus subjecit arbitrio. Tum mater Dei extendens manum virginem, ægri oculos, aures, nares, os, manus salutari, quam attulerat, unctione li-

nivit, proprias verborum formulæ ad singulas unctiones proferens. Porro ad pedum unctionem ita dixit: Pedes tuos in præparationem evangeli pacis perlungo; & ad renes dixit: Stringantur renes tue cingulo castitatis. Omne quoque Prædicatorum ordinis habitum ei demonstrans: His

K k k est,

NOTÆ [1] Post illud: Nepote Stephani cardinalis Fosæ nova, addé ex annalibus contractis: Præsen-

(a) MS. stram circumstantiis antiquus vita scriptor his verbis recenset (a) vir Dei egressus ibat ubi arch. vat. corpus defuncti jacebat miseranda contusione nimis dissipatum, & horribiliter deturpatum, collis scilicet a ferociente equo in terram fuerat adolescentis: præcepit ergo in quamdam domum reportatum recludi; fratri vero Tancredo, & aliis, qui secum erant dixit, ut sibi pro missa celebranda altare præparent. Ibat ergo cardinales cum his qui aderant, & abbatissa cum sanctimonialibus suis ad locum ubi tunc sacerdos S. Dominicus salutarem hostiam immolabat, qui altari sacro cum summa assistens, ut solebat, reverentia, immenso perfusus est lacrymarum imbre. Cum ergo corpus domini Jesu tenens piissimis manibus elevasset in altum, cunctis qui adfuerunt videntibus, & stupentibus ipse pater a terra in altitudinem cubiti unius elevatus est, corpore terrenum, & grave devotionis, & gratiæ spiritu sursum divinitus atollente. Oblationis itaque salutaris officio devotissime terminato, pater beatissimus ad corpus defuncti Domini misericordiam invocatur accessit; sequebantur cardinales cum famulis suis, nec non domina abbatissa cum sanctomialibus suis cum in ore, & fiducia, quid facturus esset Dominus pro gloria nominis sui penitus ignorantes. Stans autem vir piissimus ad corpus examine caput, & cætera membra conquassata ex casu, pedes quoque manu sua sanctissima tetigit ordinate, & dulciter componendo; in hunc modum cum secundo fecisset, ac tertio, vultum quoque dilaceratione deformatum, alia membra locis suis coaptasset surgens ab oratione fecit signum crucis super eum: tunc stans ad caput elevatis manibus in cœlum virtute divina elevatus est ipse a terra super altitudinem cubiti suspensus in aere & magna voce clamavit: O adolescentis Neapoleon in nomine Domini nostri Jesu Christi tibi dico: surge; & statim, videntibus cunctis, qui ad tam grande spectaculum confluerant, sanus & incolamus surrexit & dixit suscitatori suo: pater da mihi manducare, & vir prius dedit ei cibum & potum, qui sanum & hilare, nullumque læsionis signum habentem reddit ipsum patruo suo domino Stephano venerabilis scilicet SS. apostolorum cardinali: jacuerat autem mortuus a mane usque ad horam nonam; suscitatus autem est, ut opinor XVI. Kalend. martii in die martyris Valentini. MANSI

CHRISTI
1218.HONORII III. PAP.
2.OTHONIS IMP.
10.

est, inquit, habitus ordinis tui. Atque ita & ab ægrotantibus oculis cœlestis illa visio, & a toto corpore morbus omnis ablatus est, stupentibus medicis, quorum iudicio vita ejus desperata fuerat. Nihil horum latebat beatum Dominicum, quippe cuius meritis & intercessione Reginaldo contigisset ex viso. Tertio inde die, cum qui insisteret Reginaldus beato Dominico, rursum adfuit clementissima Virgo, & ut erat pollicita, uincionem illum in Reginaldo iteravit. Alterat tum religiosus quidam ex ordine hospitali, qui testabatur se vidisse beatissimam Virginem totum Reginaldi corpus suis manu perunguentem. Illa salutaris uincio corpus ejus ab omni concupiscentia adeo purgavit, ut quemadmodum ipse fassus est, nec primi in eo motus postea extiterint; verum hæc omnia beatus Dominicus, ab eo adjuratus, non prius revelare voluit, quam ille e vita excessisset. Eodem anno vii. Kal. maii ad cœlestes nuptias evolasse traditur B. Francha virgo, abbatis Placentina, miraculis clariſſima; cujus gesta summatis ex perantiquo illius ecclæsiae breviario exscripta extant in nostra bibliotheca. Atque de Italicis rebus hacenus: jam reliqua hujus anni exponamus.

XXXVII Anno Domini MCCXVIII. inquit Urspergenfis, (a) Otho Imperator obiit; eadem alii: (b) ex quibus Albertus Stadensis: Anno Domini MCCXVIII. Otho in chro. Cod. in annal. ge. Imp. anno regni sui xx. in castro Hartersburg ineffibili contritione compunctus ita ut coquimariis suis præciperer, ut coll. Lambert. episc. 3. c. obiit, a Sifrido Hildesemensi episcopo ab. 16. chro. Citz. Long. hist. Pol. 1. 6. & alii cœlæ ministerialibus occupatur. Rex Fridesricus Herefordia celebrata curia in Imperio confirmatur, &c. Sic ille, quibus respondent tradita a Richardo notario, (c) Godesfido (d) atque aliis (e). Is tandem finis Othonis, qui multis abhinc annis ab Innocentio Romano Pontifice anathemate damnatus, demum morti proximus, divino munere obtinuit, ut ad pœnitentiam atque ad Ecclesiam revertetur, ut nullius prorsus desperanda sit cor. (d) Godesfido (e) Crant. in Saxon. 17. 6. 35. alii que recen. in Annal. rectio, quod ex sacris literis reele monuit Augustinus. Hic vero non duximus reticendum, nos hacenus Othonis ut Imperatoris annos notasse, non quod Imperii jura gereret, cum exauditoratus a Rom. Pontifice esset, vetitumque ne quis eo nomine ipsum dignaretur; sed in eo Baronii in re simili exemplum secutus, ne in consignandis temporibus historiæ series confunderetur. Neque involvendum silentio visum anno insequenti cœlitus objectum piissimæ Christi famulæ scilicet Othonis materteræ, cui Imperatoris anima,

primum suffragia exposcere, tum purgatorii ignis poenis soluta, gratias maximas agere, quod visum a Thoma Cantipratensi hisce verbis enarratur (f)

Othonis Imperatore mortuo quedam congnata ejus in monasterio virginum præterat, quæ zelo cœlum circa subditas mire seruebat. Observans ergo die quodam fenestrarum locutorii, summo mite quendam leniter pulsantem audivit, qui aperata, ecce Imperator apparetus miserteræ dixit: Defunctus ego sum, & in purgatorio poenis excrucior. Dirigas ergo muncios ad diversa & devota cœnobia, & decies mille psalteria pro me legi facias, ita ut ad singulos psalmos decimū illatum disciplinæ, & ad unumquemque versum addatur salutatio Angelica: Ave Maria; & oratio Dominica, Pater noster; psalmus vero, De profundis, quando accipitur disciplina, dicatur. Talibus remedis post mortem vivens merui liberari. (Et nota quod idem Otho, benignissimus Imperator, anno præcedenti mortem suam, infinitam annonam tempore carissime diversis monasteriis, & pauperibus diviserit larga minu.) Nec mori, missis muncis ut præcepit muterteræ, negligi unum ejus ibi omnibus summi cum devotione suscipitum est & perfectum. Apparens ergo dilecte muterteræ ad eundem locum fenestræ, quem diximus, in aurora, tanta claritate circumdatus est, ut illa nullo modo cum cerneret: sed audivit: Gratias reddo tibi, & pro me misericordissimi Domino gratias age, quia iam a poenis eruptus, ad gloriam transeo sempiternam. Nec mireris lector, quia ab illis audiui qui interfuerunt diuinam languori ejus & morti, quod omni die sacerdotibus Christi dorsum suum tradidit flagellandum, & ejus contritus tanta fuit, ut ille cuius superius fecimus mentionem, vere dignus Conradus Hildesemensis episcop. testaretur, vix se posse credere, quod Otho Imperator, post tantam contritionis penitentiam, vel ad horam post mortem purgatorium sustineret. Occasione vero Othonis abs re non erit alienum id genus aliud facinus a principe alio ad exitum vitæ perduto, per hæc tempora editum atque a Cæsario (g) his verbis literis traditum:

Ante hoc triennium (monumentis hæc consignabat anno circiter MCCXXI.) defunctus est Philippus comes Namurensis, vir potens & nobilis, filius Balduni comitis Flandriæ: antequam moreretur, tantum ei contulit Dominus in infirmitate contritionem, ut talis contritus non esset visa in aliquo homine nostris temporibus; quatuor abbatis ordinis nostri simul & sèpè confessionem suam facere consuevit, in tantum se accusans, tantum plangens, ut omnes ad lacrymas provocaret. Nec ei ista sufficiebat, quin laqueum collo suo iniiceret, rogaretque confessores suos, ut

(f) Tb. Cant. l. 2. c. 35. n. 19. xxxvii. De illius anima statu obiectum visum.

CHRISTI
1218.HONORII III. PAP.
2.

NOTÆ ad tantum charitatis excessum & fervorem spiritus raptum fuisse, quod cum ad exercitum christianorum ante Damiatam Ægypti devenisset, ad Soldani Ægypti castra intrepidus in fidei clypeo communitus accessit; quem cum in via Saraceni tenuissent: Ego sum christianus, inquit ducite me ad dominum vestrum; quem cum ante ipsum pertraxissent, videns eum bestia crudelis in aspectu viri Dei in manuëtudinem conversa per dies aliquot, ipsum sibi, & suis fidem Christi predicantem attentissime audivit. Inter alia, ut narrat VVadingus (b) provocavit Mahometis sacerdotes ut ad illistrandam fidei veritatem tollendamque omnem controversiam, in ardente rogo cum ipso de Christo, & Mahometo disceptarent, eisque veram fidem amplectendam, quam divino miraculo Deus comprobaret, & sibi in mediis flammis illa se eredarent. Non accepta est a Saracenis conditio, ac de Soldano subdit Jacobus de Vitriaco: tandem vero metuens ne aliqui de exercitu suo ad Dominum conversi ad christianorum exercitum pertransirent, cum omni reverentia, & securitate ad nostrorum castra reduci præcepit dicens ei in fine: ora pro me, ut Deus legem istam, & fidem, quæ magis sibi placet, dignetur mihi revelare. Saraceni autem omnes prædictos fratres minores tandem de Christi fide, & evangelica doctrina prædicantes libenter audiunt, quoque Mahometo tanquam mendaci, & perfido prædicatione sua manifeste contradicunt: ex tunc autem eos impie verberantes, & nisi Deus mirabiliter protegeret penit trucidantes de civitatibus suis expellunt. Recepit vero se S. Franciscus in Italiam, ut expoliendis populorum moribus operam daret, quem hoc anno Thomas archidiaconus Spalathinus (c) refert se audivisse concionantem Bononia maximo populi concursu, & animarum conservacione: Eodem, inquit, anno in die assumptionis Dei genitricis cum esset Bononia in studio vi di S. Franciscum prædicantem in platea ante palatum publicum, ubi tota pene civitas convernerat; fuit autem exordium sermonis ejus: Angeli, homines, dæmones; de his enim tribus spiritibus rationalibus ita bene, & discrete proposuit, ut multis literatis, qui aderant fieret admirationi non modice sermo hominis idiotæ, nec tamen ipse modum prædicantis tenuit, sed quasi concionantis: tota vero verborum ejus discurrebat materies ad extinguendas inimicitias, & pacis foedera reformanda. Sordidus erat habitus, persona contemptibilis, & species indecora; sed tantam verbis illius contulit efficaciam, ut multæ tribus nobilium, inter quas antiquarum inimicitarum furor immanis multa sanguinis effusione fuerat debacchatus ad pacis consilium reducerentur. Erga ipsum vero tam magna erat reverentia hominum & devotione, ut viri, & mulieres in eum catervatim ruerent, fatigentes, vel fimbriam ejus tangere, aut aliquid de paniculis ejus auferre. At de S. Francisco habentus: nunc ad Pelusiacam obsidionem, a qua digressa est, redeat oratio. MANSI

(b) Luc.
Wad-
ding.
to. i. hoc
anno.

(c) Thom.
Archid.
Spalath.
in hist.
mis. Pon-
tificum
Salonita-
norum.

VACAT
IMPERIUM.CHRISTI
1219.HONORII III. PAR.
3.VACAT
IMPERIUM.

nimir, pannos sericos negotiatorum in abundantia, vestes pretiosas & ornatum sæculum varia supellestili in superabundantia; nam præter eos, qui vivi comprehensi sunt in ea, mortui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad 30. millia & amplius, quos sine ferro & igne Dominus percussit.

XVII. Hæc Godefridus, eadem fusa prosequuntur Matthæus Parisius, Vincentius, S. Antoninus aliique recentiores innumeris; breviter vero de Damiata hoc anno in deditioinem accepta antiquiores, aliique supra laudati meminere; quibus etiam Jordanus (a) & chronicus S. Germani auctor (b) consentiunt, percussum metu soldanum relatis impedimentis in fugam se proripiisse ac mente novembri in per vigilio B. Leonardi divina ope ad deditioinem post acceptas illatasque multas clades compulsa, ad quod episcopum Albanensem egregium studium contulisse ait, urbemque omni divitiarum generis affluentem, refertam auro lapidibus Ann. Eccl. Tom. XX.

(a) Jord.
MS. bibl.
Vat.
(b) Rich.
de S. Ger-
man. ad
an. 1219.

que pretiosis, pannis sericis abundantem traditam direptioni, atque Ægyptiorum opibus ornatum & cumulatum Christianum exercitum fuisse. Interim depulsa ex urbe impia superstitione ejectisque Sarracenis, excitatas consecratasque Deo ecclesiæ, veræque religionis cultum effloruisse. Addit Jordanus illius urbis expugnationem ante præfigitam fuisse: Ante Præfigia captionem Damiata (inquit) liber quidam Christianis apparuit, Arabice scriptus, cuius auctor Christianum, vel Juddæum, vel Sarracenum se negabat: in quo continuabantur quæ gesstis Saladinus contra Christianos, & de captione Damiata, dicebatque quandam Regem Christianorum Nubiæ Mechanum civitatem debere destruere, & ossa Mahometi dispersa proiecere. [1]

XVIII. Pervalit tante victorie rumor extre mas nationes, utque Sarracenos metu, ita Christianos letitia incredibili perfudit. E quibus ait Jordanus Georgianos crucis signatis scriptis literis animos addidisse, M m m se, incidunt.

NOTÆ [1] **O**uanquam vaticiniorum istorum fides mihi admodum suspecta est; juvat tamen libri hujus, vel si mavis, oraculi historiam ex coævis historicis planius explicare. Igitur Jacobus de Vitriaco episcopus Acconensis in ea, quam dedit ad Honori pontificem epistola signata in octava pascha post captam Damiatam, adeoque anno 1220. hac de re ita scribit: Anno præterito (idest 1219.) liber quidam Saracenus, magne apud ipsos auctoritatis, in manus nostras devenit. Hunc autem quidam eorum astrologus, quem prophetam magnum Saraceni vocant, a principio legis eorum cum summo studio scripsit. Pradixit autem inter alia multa quanto tempore lex eorum permanere deberet, & quod sicut gladio inciperat, gladio peritura erat. Prophetavit insuper quanta mala Soldanus facturus esset Christianis, & qualiter ante destructionem gentis paganorum, & exterminium legis eorum regnum Jerosolymitanum cum multis regnis aliis propria subiicerit ditioni. Inde vero non tamquam vaticinando, sed quasi historiam ordinata describendo de recuperatione civitatis Acconensis, & de his, qua in exercitu regum Francia, & Anglia, & aliorum occidentalium principum acciderunt. addidit insuper, sicut propriis oculis vidimus, quacumque usque ad captionem Damiata his diebus nobis & Saracenis rariis casibus contigerunt. Preununtiavit etiam, qualiter capta Damiata, Alexandriam, & Cœyrum, & Babyloniam, & universas Ægypti regiones Christianus populus obtineret &c. Ex his que ventura in eo libro prenuntiabantur, & in quibus oraculum falsi reum tenetur, de toto Vaticinio judicium ferendum est. Quod autem ait Vitriacus librum hunc a Saraceno quadam compositione fuisse, in hoc simplicem ejus mentem deceptam fuisse non dubito, cum Scriptores alii, non coævi tantummodo, sed & rei gestæ, non secus ac episcopus Acconensis, præsentes diserte affirmant, libri illius auctorem se Judæum, vel Christianum, vel Saracenum fuisse negasse. Merito ergo suspicemur a Saraceno, vel alio quodam impostore tunc in vivis agente, cum Damiata fortiter stringeretur, oraculum hoc suppositum fuisse, quo præterita descripta, præsencia tetigit, futura ex praefictis conjectus fuit.

Præter hunc librum aliud etiam vaticinum post captam Damiatam evulgatum fuit, de quo ita Vitriacus: Hoc præsenti anno Suriani, qui nobiscum erant in exercitu, librum alium antiquissimum lingua Saracena scriptum de antiquis armariis suis nobis ostenderunt, cuius erat superscriptio. Revelationes B. Petri Apostoli, a Discipulo ejus Clemente in uno volumine redactæ. In eo vero legenda sece obtulisse assertit vaticinia de consumptione perfida legis Agarenorum, & qualiter imminent, & quasi in januâ existente destructione paganorum, primo civitatem herbosam & aquis circumdatam, sic enim Damiatam appellant, populus christianus subjugaturus esset. Post hæc vero de duobus regibus novis subiungit, quorum unus venturus esset a partibus Occidentis, alias a partibus Orientis obviâ prædicto regi in civitatem sanctam venturum &c. Libri bujus mentionem fieri credo ab Alberico in chronicô, qui ad annum 1220. hæc notat: Post captionem Damiata quedam inventa est prophetia in templo Saracenorum literis Chaldaicis scripta, quam dominus Pelagius Albanensis episcopus cardinalis & legatus in partibus illis in Lætinum fecit transferri & misit Romanum domino pape, quam quidam magister Jacobus constitutus a domino papa legatus Hibernia a Roma detulit Clarevallem, tendens in Hiberniam. In hac prophetia astronomica multa continebantur de his qua præterita sunt in terra promissionis, de Noradino, de Saladino, de captione Jerusalem, de duobus regibus Philippo Francia, & Riccardo Anglia, qui Acre recuperaverunt. Et quod anno 29. ab Acre recuperata capienda esset a Christianis Damiata, & de Pelagio cardinali multa ibi notabantur, qua forte aliter se habuerunt. Hujusmodi enim Prophetia, & si in quibusdam verum dicat, in multis tamen decipit. Notabatur etiam in illa prophetia, quod a parte Orientali debet venire quidam rex, qui vocabitur nomine David, & a parte Occidentali debet venire alius rex, qui terram Saracenorum usque

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

se, ut victoriarum cursus persequentur, non leve suscepuros dedecus, nisi Damascum exciderent, aliaque superstitionis impie præcipua loca sibi subiicerent, pollicitosque arma cum iis coniunctiuros. [1] Ceterum crucesignatos illos capto Pelusio Romanum Pontificem missis nuntiis partæ victoriae certiorem fecisse, argumento literæ sunt ab Honorio proximo insequenti anno ad ipsos scriptæ, e quibus dignum videretur exordium aliaque pauca inserere: *Etsi humanae conditionis infirmitas non sufficiat dignas grates exsolvere domino Deo nostro, super innarrabili dono ejus, & multitudine misericordiæ sue, quam in captione Damiatæ fecit nobiscum, & cum aliis invocantibus nomen ejus, graves labores vestros, ac longas afflictiones, & continua pericula, miseratus, receptis tamen diu desideratis hujus lætitiae nunciis toto mentis annisu dignationis divina beneficio assurreximus, & in toto corde nostro considentes eidem, & mirabilia ejus pro nostra possibilis modulo enarrantes, & processionaliter gratias, & laudes exsolvimus, & exsolvi mandavimus per omnes fere provincias Christianas, insinuantes eisdem quantum nunc egeatis multitudine sociorum.*

XIX. Cum vos oporteat & civitatem prædictam incolere, & convicinas, sine quibus illa retineri vix posset, Christiano nomini, si desuper datum fuerit, subjugare, fideles ad succursum vestrum per literas nostras animare studuimus, & per viros idoneos mandavimus animari, factas propter hoc a principio indulgentias innovantes, ac mandantes, ut illi, qui jam sunt crucis charactere insigniti, cogantur ad executa celeriter vota sua, &c. Et infra: Ne autem occasione terræ vobis jam datæ a Domino, vel sicut speramus in posterum danda, aliqua, quod absit, inter vos possit dissensio suboriri, tam super jam acquisitis, quam de cætero dante Domino acquirendis plenam ipsi legato (Pelagio scilicet episcopo Albanensi, quem paulo ante ob similitudinem muneris quo in Dei exercitu Apostolicæ sedis nomine fungente

Gratulatur iis de relata via gloria Honori us.

Pollicetur nova auxilia.

Cum dilectum nostrum magistrum Petrum Capuanum, quem deputaveramus ad regimen ecclesiæ memoratæ, circa nos certa de causa providerimus retinendum, eundem in fratum nostrorum collegium assumendo, tandem ad multam instantiam dilectorum filiorum Auseimi, Ulrici, & Oprandi canonorum ipsius ecclesiæ, qui sicut viri providi, & fideles pro ea solicite, ac fideleriter laborarunt, illum nobis pro vestra & ecclesiæ vestra utilitate subtraximus, per cuius industriam labores nostri relevabantur præcipue, & de cuius prudentia solitum potissimum habebamus, videlicet charissimum nobis R... sanctæ Romane Ecclesiæ vicecancellarium, virum scientia, vita, & fama præclarum, & elegantia morum, ac conversationis dulcedine gratiosum, ipsumque vestrae præficientes ecclesiæ, ac in patriarcham propriis manibus consecrantes, pallium sibi tradidimus, plenitudinis videlicet officii pontificalis insigne, ut ab Apostolica sede tanquam sponsus de thalamo suo ad vos in ornatu patriarchali procedat, &c. Præcipit ut patriarcham debito honore prosequantur, illiusque monitis obtemperent. Dat. Viterbiæ VII. id. decembr. pont. nostri ann. 4. Antea vero literis IV. kal. novembr. datis

batur, Josue appellaverat) tam in temporalibus, quam in spiritualibus commisimus potestatem, ita ut per se, aut per altos libere illam exerceat, prout res videbitur postulare. Ideoque universitatem vestram rogamus attentius, & bortamur, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus eidem in prædictis omnibus devote ac humiliter more solito intendatis. Datum Viterbiæ VI. kal. martii pontif. nostri anno 4.

Præfecit eodem anno Antiochenæ ecclesiæ diu pastore suo viduatæ Petrum Capuanum, Petri olim S. Marcelli presbyteri Cardinalis e fratre nepotem (a): Antioch verum cooptato postea hoc eodem anno in amplissimum Cardinalium collegium ipso Petro, Rainerium S. R. E. vicecellarium ei suffecit, uti Pontificis literæ (b) ab eodem exaratæ testantur.

Cum dilectum nostrum magistrum Petrum Capuanum, quem deputaveramus ad regimen ecclesiæ memoratæ, circa nos certa de causa providerimus retinendum, eundem in fratum nostrorum collegium assumendo, tandem ad multam instantiam dilectorum filiorum Auseimi, Ulrici, & Oprandi canonorum ipsius ecclesiæ, qui sicut viri providi, & fideles pro ea solicite, ac fideleriter laborarunt, illum nobis pro

XX.
Petrus Capuan. creator
Antioch. patriar-

(a) Hon.

1.3. ep.

417.

(b) Lib. 4.

ep. 631.

XXI.

Rainerius Petro su- brogatur.

usque Jerusalem destruit, & quod mense julio deberet fieri bellum apud Kairm in Egypto inter Saracenos, & Christianos. Hec Albericus, cuius narratio, si cum iis conferatur, quæ de utroque libro commemorat Vitriacus, intelligemus profecto non postremum tantummodo vaticinium in latinum versum fuisse, quod censuisse Albericus videtur, sed & prius illud, ante captionem Damastæ, ut notat Oliverius, Latinis traditum, una forte contextus serie cum secundo continuatum, iisdem Latinis literis commissum fuisse, & in Italianum translatum. MANSI

[1] **G**eorgianorum ad crucesignatos literas male interpretatus est Jordanus apud Raynal dum hic. Literis illi suis christianis renunciarunt, ad famam tantæ victoriae nobili simulatione excitatos una cum rege suo coivisse, ac sacramenti religione se se obligasse ad ob fidendam famam, (quamdam) civitatem Saracenorum; turpe enim sibi, & ignominiosum fore addentes, si Christianis tot pericula vorantibus, tot terrarum & marium tractibus dimicentibus, ut armis ferrent in infideles, ipsi qui præsentes aderant infidelibus, tranquillos illos dimitterent, nec Damascum, vel alium locum nominatum, virtute caperent armorum. Hæc Oliverius, qui literas illas legisse censendus est. MANSI

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

Quo cul- tis ad universos Antiocheni patriarchatus tu ser- archiep. episcopos cæterosque præfules, vanda fit facra per eos theologiae studia in regioni- Euchari- bus illis exercenda, & colenda, hære- flia. (a) ib. ep. (a) denique san- 611. 612. atissimam Eucharistiam summa cum re- verentia custodiri, atque a sacerdotibus tractari jussit (b).

(b) Ep. 612.

Honorius, &c.

Haberetur Cum olim vas aureum magna plenum, ex e. sane Christi corpus deitatem continens præfigu- de celebra- rans, in arca fœderis auro tecta infra- fætua Sanctorum fuerit collocatum, ut

ticipes, sed corona. Dat. Viterbiæ x. kal. decembr. pont. nostri anno 4. His nonnulla ad Constantinopolitanum Imperium adnectenda videntur. Defixus fuerat an- themate ob invasas res ecclesiasticas Achæ- sti princeps, qui cum obfirmatus in sce- lere perstaret, ab Honorio confirmata (c) in eum lata ante sententia percelli meruit; rescissa etiam sunt auditoritate (c) Lib. 3. ep. 237.

apostolica fidei sacramenta, quibus præ- ter fas nonnulli se illi adstrinxerant (d). (d) ib. ep. Neque illud prætereundum, eundem Pon- 416.

tificem Margaritæ Imperatricis patroci- numpsumpsisse (e), præterea, vetuisse, (e) Ep. 311. 499. e fidelium cœtu segregare posset, uti pontificia ad ipsam diplomata ostendunt.

Jam ad Fridericum, uti sumus polliciti, XXIII. Frider. revertamur. Cum ipse ab Honorio literis ab Hon- atque oratorum opera postulasset, uti ab Hono- rio flagi-

Henricum Saxonie ducem ad insignia imperi- at, quasi nec creatorem timeant, vel recreatorem diligent, aut judicem omnium expavescant. Quamquam Apostolus terri- biliter comminetur deteriora illum mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit,

(f) Cum tam literis, quam nunc tuis duxit, aut spiritui gratia contumeliam fecerit, quam transgressorem legis Mosuicæ, qui mortis sententia plectebatur.

Ne igitur de cætero propter incuriam sacerdotum in inde votos divina indignatio gravius exardescat, districte præcipiendo mandamus, quatenus a sacerdotibus Eu- charistia in loco singulari, mundo etiam,

& signato semper honorifice collocata, de- vote, ac fideleriter conservetur. Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione missarum ele- vatur hostia salutaris, quilibet reveren- ter inclinet, idem faciens, cum ipsam por- tat presbyter ad infirmum, quam in de- centi habitu superposito mundo velamine ferat, & referat manifeste, ac honorifice ante pellus, cum omni reverentia, & ti- more, semper tamen lumine precedente,

cum sit candor lucis aeternæ, ut ex hoc apud omnes fides, & devotione augeatur. Prelati autem hujus mandati graviter punire non differant transgressores, si & ipsi divinam & nostram volunt effugere ultio-

nem. Vos autem sic observari faciatis præ- dicta; quod non efficiamini vindictæ par- ann. Eccl. Tom. XX.

Pontifex Frid. mo- rem ge- rit.

(g) Stad. nostri an. 111. Porro Henricum Pontifi- in chron. hoc anno.

ci dicto audientem fuisse, Stadensis (g) Reddu-

scribit: Fridericus conventu habito apud tur ab

Henricus ei Imperii insignia præsentavit; ubi dux Henricus

quod etiam Stero refert, (h) additique (h) Stero in annal.

Othonem morti proximum eadem insignia apud Ca-

derico traderet, reliquise. [1]

M m m 2 Prae- p. 246.

NOTÆ [1] **D** E tradendis imperii insignibus, quid disposuerit Otho imperator melius quam ex Ste- rone discimus e supremis tabulis ejusdem Othonis, vulgatis ab authore narrationis de morte Othonis IV. legendis in Anecdota Martenii to. III. col. 1376. In illis ergo imper- ator sanctam crucem, lanceam, & coronam, dentem Johannis Baptista, & imperialia insignia Henrico comiti Rheni fratri suo credit, injungens ne ulli hominum sub caelo illa representet, nisi ei, quem principes unanimiter elegerint & juste, aut isti, qui nunc [ait] electus est, si principes in eum consenserint; & pro his representandis pro Dei honore, & nostra salute nullas accipias pecuniam [Henricum alloquitur] nisi nostrum, & tuum patrimonium per imperia- lia possis requirere. Quod si non potest fieri super gratiam ipsius, qui habiturus est regnum, qua- profata sunt omnia regna. Ex his constat Steronem minus proprie scripsisse imperialia insignia commissa fuisse Henrico, ut Friderico traderentur. Intelligimus pariter cur Henricus depositum illud tamdiu retinuerit, quippe qui resignare imperialia negabat, nisi prius avitam he-reditatem reciperet. MANSI

CHRISTI
1219.HONORII III. PAR.
3.VACAT
IMPERIUM.

XXIV. Alexan-
drini Fri-
derico
parere ab
Honorio
jussi.

(a) Hon. l.
4. ep. 555.
4. ep. 555.
5. ep. 555.

Præterea cum Alexandrinus populus in Friderici auctoritate futuros sacramenta polliceri, id responsum (a) retulere: Super eo, quod nostra voluntatis sci. beneplacitum petiunt, utrum videlicet vos velimus cum aliis amicis vestris de Lombardia clarissimo in Christo filio nostro Friderico illustri Regi Siciliae in Romanorum Imperatorem electo fidelitatis juramentum praestare, si ab eo fueritis requisiti, vobis duximus presentibus intimandum. Quod si alii cives Lombardiae dicto Regi fidelitatis præstiterint juramenta, sustinemus ad præsens pro pace vestra, ut si ab ipso fueritis requisiti, jurestis eidem. Salvis tamen in omnibus fidelitate, ac jure sacrae Romanae Ecclesie matris vestrae. Datum Reate III. kal. septemb. pont. nostri an. 4.

XXV. Fridericus jura eccl. invadit.
(b) Apud Hon. l. 4.
ep. 527.
572.

Cæterum Fridericus cum male audiret, gravissimeque ab Honorio esset objurgatus jura ecclesiastica invasisse, ut tege re verbis scelera noverat, pluribus literis ad eundem exaratis, (b) multis excusationibus hanc a se accusationem depellere conatus est; atque in extremis novissimarum literarum pagina hæc addit: Ut igitur rancor, vel opinio concepta, vel concipiendz in animo vestro deleatur omnino, & Rex uester devotus Ecclesie filius, de seipso loquitur, si vobis more solito commendatus, in visceribus charitatis, per has literas nostro sigillo inunitas universis notum esse volumus, tam presentibus quam futuris, quod omnes concessiones & dona, quæ alicui fecimus, tam de ducatu Spoleti, terra comitissæ Matildis, quam de aliis, quæ B. Petri patrimonio pertinere noscuntur, duximus irritanda, nostro suciens edicto, ut nullum aliquo tempore robur obtineant firmatatis. Alias vero petitiones, quas per missum Alatrinum misisti, subsequenter studebimus effectui mancipare. Dat. apud Hagenovve VIII. id. septemb. VIII. indic. Dein misso ad cunctos vestigales suos regio diplomatica, in Spoletanos ac Narnienses animadvertisendum decrevit, (c) nisi ad Romanæ Ecclesie obedientiam, a qua desciverant, revertentur.

(c) Hon. 5b. ep. 593.

XXVI.

Porro non solum jura ecclesiastica Fridericum, ut vidimus, invadentem Pontificis redargueret coactus est, verum etiam inveni in Bohemiæ Regem ejusque optimates episcopum, atque ecclesiam Pragensem per summam injuriam insectantes, vexantesque: quare vehementes literas ad Ratiponensem & Pataviensem episcopos dedit, (d) quibus & rerum a se in ea causa gestarum ordinem scripsi exponit. Pra se tulerat antea, ut vidimus, Otacherus Bohemiæ Rex pontificis imperii paritum, expiatum crimen, Pragensem episcopum pristinæ

auctoritati restitutum, revocaturum male contra Ecclesiam gesta: iisque blandis pollicitationibus apostolicam severitatem eluserat. Sed cum postea promissa in opus non perduceret, ac tum ipse tum processores ecclesiam Bohemicam opprimerent, intruderent in dignitates alios, alios spoliarent, fraudarent decimis, aliaque patrarent, quibus jura ecclesiasticorum laesa facta erant, eorumque dignitas contemptui patebat, Honorius hanc illis provociam imposuit (e):

Licet sepedicto Regi tanquam precellenti, & baronibus tanquam ab eo missis deferre velimus; quia tamen non est deferendum hominibus contra Deum, cui est contra omnes homines deferendum; de fratrum nostrorum consilio discretioni vestrae per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus Regem, & barones eosdem, ut præfato episcopo de dannis illatis, & subtractis fructibus, nec non irrogatis iniuriis satisfactionem exhibeant, competentem, & ab ipsis de cætero molestatione desistant, recepera super his ab ipsis pignoricia, vel fidei jussoria cautione, monitatis prudenter, & efficaciter inducatis. Quod si monitis vestris, quod absit, infra duos menses aquiescere forte noluerint, denunciamus eos ex iure excommunicationis, & totam terram eorum interdicti sententias subiacere, quas vos renovantes singulis diebus dominicis, & festis, faciatis easdem appellatione remota, tam ab episcopis quam ecclesiis prelatis, & altis omnibus vicinis inviolabiter observari, donec redeentes ad cor relaxari easdem sententias mereantur. Dat. Reate IV. non. aug. pont. nost. an. 4.

Arguit præterea Honorius (f) Salisburgensem archiepiscopum, qui cum e. (f. Lib. 3. ep. 444.) excitatæ facultatem ab Honorio flagitasset, Pontifex ea ratione concesserat, queritur ut nullum ex ea re damnum in Rom. Ecclesiam ac Luipoldum Austræ ducem crucis signatum redundaret. Is vero non petit ducis, ut debuerat, assensu, episcopatum Secchovensem exerat, illique ecclesiæ quasdam attribuerat, quibus moderandis pastores designare ducis partium erat. Quod gravissime ferens ducissa Austriae Theodora questa est apud Honoriū viri jura infringi; dum pro Christiana fide in oriente adversus Saracenos dimicaret; cuius querelis permotus Pontifex, qui Luipoldum optime de re Christiana meritum in clientelam Apostolicam admiserat, atque etiam vetuerat, ne quis in eum non petita a Sede Apost. facultate anathema vibraret, archiepiscopo perperam gesta (g) ib. ep. rescindere ac revocare imperavit (g): 494.

Mandamus, quatenus diligenter corrigens Jubetur per te ipsum, quod in ejusdem ducis præjudicium attentasti, ejus jura non minuas, ita revocare.

CHRISTI
1219.HONORII III. PAR.
3.VACAT
IMPERIUM.

sed conserves penitus illibata, & donec ipsæ, dante Domino, ad propriæ revertantur, nihil in præjudicium suum, vel terræ suæ attentare præsumas; mandatum nostrum taliter impleturus, quod propter hoc tibi durius scribere non cogamus; quia sibi illicitam injuriam, immo nobis in ipso non possemus æquanimiter sustinere. Dat. Roma apud S. Petrum non. maii pont. nostri anno tertio. Haec tenus Pontifex; verum, cum dicat Stero (a) Eberhardum potestate sibi ab Rom. Pontifice facta, Secchovensem episcopatum hoc anno condidisse, neque Honorius ad eum amplius (b) Stero in annal. apud Canis. an- tig. test. ton. I. p. 246.

XXVII. Intentan- tur illi censurae ni pareat.

(b) Hon. l. 4. ep. 555.
Upsalen. arch. ob- jurgatur Joan. Suec. sceptri invasio- rem corona- cincisse.

XXIX. (c) idem episcopis munus, ut pacem post eandem.

Acrius inveni compulsus est Honorius (b) in Upsalensem archiepiscopum, ejusque suffraganeos episcopos, qui Joannem tyranum Suecia regni invasorem, prætermissu Waldemari Dania Regis nepote, defuncti Erici filio, quamvis Danus nepotis jura sedi Apostolicæ committeret, regi insignibus decorassent: quare commotus Lubecensi, Szerineni, & Kaskeburgensi episcopis partes imposuit, archiepiscopum Upsalensem, si regia inunctione Joannem consecrasset, ad dicendam causam Romano Pontifici se sistere juberent.

Lubecen. Szerinen. & Kuskeburg. gen. episcopis.

Charissimus in Christo filius noster Valdemarus Danorum Rex illustris nobis in- ciæ mori- finuare curavit, quod clarae memoria Eri- tur. Eri- co Rege Sueciae rebus humanis exempto, nobilis vir Jo. regnum Suecia ad defuncti filium dicti Regis Danorum nepotem jure hereditario devolvendum, quorundam ma- gnatum ejusdem regni favore suffultus violenter invaserit. Porro idem Rex intellecto, quod venerabiles fratres nostri archie- episcopus Upsalensis & suffraganei ejus in Re- gem volebant inungere supradictum nobil- item, ne id facerent, inhibuit appellando; præfatum nepotem suum, & omnia jura ejus Apostolicæ protectioni supponens, ac præfigens terminum, quo per se, vel per nuncios suos in nostra comparerent præsen- tia, itis, qui venirent pro tutela dicti ne- potis sui justitia responsuri: sed ipsi legi- tima ejus appellatione contempta in Regem inunxerunt nobilem antedictum, in præfati nepotis sui pupilli, ac etiam post patris obitum nati gravissimum præjudicium, &

NOTÆ [i] **S**ynodus, de qua hic Raynaldus habita fuit Salisburgi, eamdemque secundam celebratam in majori ecclesia S. Rutberti appellat author veteris catalogi apud Hansizum Germ. Sac. to. II. pag. 324. MANSE

VACAT
IMPERIUM.

contemptum nostrum, ac sedis Apostolice manifestum.

Nolentes igitur hujusmodi præsumptio- nis excessum sub dissimulatione transire, cum debitæ pena remissio audaciam tribuat de- linquendi, per apostolica vobis scripta man- damus, quatenus inquisita plenius verita- te, si vobis constiterit dictos archiepi- scopum, & episcopos ad inunctionem hujusmo- di post appellationem legitimam processisse,

auctoritate nostra firmiter injungatis ipsi archiepiscopo, & uni episcoporum, qui a- fliterunt eidem, ut infra competentem ter- minum sibi præfigendum a vobis, cum pro- curatoribus aliorum apostolico conspectu personaliter se præsentent, de hujusmodi sa- tisfacti contemplu, ipsos ad id, si nece- se fuerit, per censuram ecclesiastican ap- pellatione postposita compellentes. Quidquid autem inde feceritis, nobis per literas ve- stras veraciter intimetis. Quod si non o-

mnes, &c. Dat. Reate VII. id. aug. pont. (e) Reg. nostri ann. 4. Demandavit aliis literis post eandem. (c) idem ep. inter dissentientes principes conciliare. Nititur niterentur, ac firei eventus ex sententia dissentitione processisset, de re tota confessis pu- entes concilia- blicis actis sedem Apostolicam instruant. re.

Eodem tuenda equitatis zelo Bremen- XXXI. sium canonicorum collegium, quod Livo- Tuetur nienensem ecclesiam Bremensi subiicere af- fectabat, atque adeo illam neglectis jussis apostolicis, injuriis multis affecerant, re- ligioso pro imperio gravissime increpuit, vetuitque ne amplius negotium Livonum episcopo faceſſerent. Cur vero ad cano- nicos, non ad archiepiscopum his de re- bus scriperit Pontifex, ea videtur inter- cessisse causa, quod Gerardus Bremensis arch. Brem. succedit alter Ge- rardus.

Charissimus in Christo filius noster Val- demarus Danorum Rex illustris nobis in- ciæ mori- finuare curavit, quod clarae memoria Eri- tur. Eri- co Rege Sueciae rebus humanis exempto, nobilis vir Jo. regnum Suecia ad defuncti filium dicti Regis Danorum nepotem jure hereditario devolvendum, quorundam ma- gnatum ejusdem regni favore suffultus violenter invaserit. Porro idem Rex intellecto, quod venerabiles fratres nostri archie- episcopus Upsalensis & suffraganei ejus in Re- gem volebant inungere supradictum nobil- item, ne id facerent, inhibuit appellando; præfatum nepotem suum, & omnia jura ejus Apostolicæ protectioni supponens, ac præfigens terminum, quo per se, vel per nuncios suos in nostra comparerent præsen- tia, itis, qui venirent pro tutela dicti ne- potis sui justitia responsuri: sed ipsi legi- tima ejus appellatione contempta in Regem inunxerunt nobilem antedictum, in præfati nepotis sui pupilli, ac etiam post patris obitum nati gravissimum præjudicium, &

Insigne hoc anno patriciæ sui in eos XXXII. qui illud supplices implorant, potentiae prodigium edidit B. Virgo detrahit divinitus ab nobili adolescenti vinculis, qui se illius apud Deum suffragiis commen- darat, quod Cæsarius his verbis historiæ monumentis commisit (e): Eodem tem- (e) Cæs. l. pore quo dominus Engelbertus Coioniensis 700. 20. archiepiscopus edificavit castrum in Fur- Steinberg, contra nobilem virum Gerardum. de

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

B. Virgo ad se con-sugien-tem vin-culis libe-rat.

de Brubach, juvenis quidam miles de ejus exercitu, Theodoricus nomine facere sibi volens nomen ante idem castrum, captus est. Diu ibidem incarcerated, cum pecuniam pro sua solutione dare spondistet, extratus de carcere, positus est in domo superiore, cui addita sunt vincula, & servi ad custodiam deputati, habebat enim circu-
pedes annulos ferreos, & circa brachium ejusdem generis manicam, qua annexa catena parieti caute fatis erat infixa. Nō te quadam cum esset dormiens inter sex satellites, tam sē quam reliquos captivos cunctos, & Dominum nostrum, ne non & alios sanctos solito invocasset, obdormivit. Et ecce in somnis vidit sē transpositum in monasterium nostrum, de quo cun-
veller egredi, sedens in equo more femi-neo, necessitate vinculorum, dixerunt ei duo ex monachis nostris, Monegundus scilicet, & Henricus cognati ejus secundum carnem: Nolite egredi, sed revertimini, quia sancta Maria de Heisterbach liberavit vos, hoc etiam nomine vocatur dominus nostra, ad quod verbum ille evigilans, gavisus est, & de visione cogitans, utrumnam esset vera, an fantastica scire vo-lens, mox ut digitos admovit, pedem u-nam sine difficultate extraxit. Simili fi-cilitate manum a catena liberavit, sepius ista tentaverat, sed non profecerat, cumque ex motu vinculorum unus servorum evigilasset, territus miles, circulum reponere voluit, nec potuit. Tunc primum in-telligen-s tale miraculum Dei genitricis meritis circa se gestum: servo rursum ob-dormiente, leviter surrexit & vincula ad-buc servius in uno pede, per lineamen per-fenestrarum se dimisit & fugit, quod dum servus comperisset, clamore fugam ejus pro-didit, sed manus humana capere non po-tuit quem virtus divina protexit; multi cum tubis & canibus insecuri sunt, & cum sa-pius in proximo sub frutetis latitaret, invenire eum non potuerunt, qui ad nos veniens, eosdem circulos pro gratiarum actione super altare beatæ Mariae Virginis obtulit, & qualiter ejus meritis liberatus sit, nobis per ordinem recitavit. Acta sunt hæc anno gratia MCCXIX.

XXXIII. Eodem anno, pactis inter Andreæ Regis Pannoniarum filium, & Leonis Armeniæ Regis filiam nuptias apostolicam auctoritatem adjecit Pontifex, gratulatusque est

(a) Lib. 3. hoc dato ad Andream diplomate (a): p. 325. Initæ ma-trimonii Sponso-nes inter Ung. Re-gis filium & Reg. Armen. filia.

Cum sicut tam ex tuis, quam charissimi in Christo filii nostri L. . Armenia Regis il-lustris literis intelleximus, quod inter te, & Regem prædictum convenerit, ut natus tuus ipsius filiam accipiat in uxorem, ita ut eidem Regi ratione filia sua prout be-res succedat in regnum habiturus illud to-to tempore vita sua, si etiam contingat eam decidere, antequam reducatur ab illo, nos quod super hoc provide ac utiliter fa-

VACAT
IMPERIUM.

ctum est, te, ac Rege prædicto supplan-tibus, duximus approbandum. Dat. Later. IV. non. martii pontif. nostri anno 3. Eo- demque argumento ad Armenium scripsit. (b) Tum Ugolino Colocensi archiepisco-po permisit, (c) ut cum regales Panno-niæ ecclesiæ adiret, pallio uteretur: con-tra vero Strigonensi archiepiscopo, ne in diœcesi Colocensi sacra faciens pallium ejusdem generis manicam, qua annexa ca-tena parieti caute fatis erat infixa. Nō te

487. XXXIV. Henrici ducis pie-tas.

Quod attinet ad res Polonicas; cele-branda videtur futurorum sæculorum me-moria Henrici cum barba ducis liberali-tas, qui Trebnicense monasterium S. Hed-wigis uxoris consilio magnis operibus ex-citatum, atque mortis reos homines pœ-illi fabricæ ad expiandum crimen manci-pari jusserat, hoc anno numini consecra-vit. Tot vero tantisque amplificavit o-pibus, ut Longinus hæc scribat: (e) Con-structionum jam monasterium dux Henricus ex consilio beatae Hedwigis dotavit, & auxit largissimis redditibus, qui ad omnes sumptus necessarios sufficerent mille perso-nis, & perpetuae exercenda hospitalitati, su-fuit eleemosyni promereret cupiens, ut di-gnus esset audire Dominum in extremo ju-dicii die dicturum: Hæspes fui, & colle-gistis me: ipsi quoque B. Hedwigis con-tulit eidem monasterio bona sua dotalia. Ut vero cetera ad ecclesiasticam hujus anni historia spectantia adnectamus;

Pontifex Gnesnensem archiepiscopum legationis in Prussia injuncto munere abire jussit (f). Erat is Henricus, quem de ec-clesiaistica immunitate optime meritum appellat Joannes Longinus, (g) ipsum-que hoc eodem anno defunctum præter-quam quod idem auctor & Cromerus, (h) qui illum ornant laudibus, testantur, pontificia litera (i) illustrant: cum e-nim duo ab iis, ad quos electio pertine-ret, in locum Henrici demortui renunciati essent, Honorius vero neutrius elec-tionem ex canonum præscripto factam comperisset, utraque rejecta Iwonem epi-scopum Cracoviensem metropolitanum illi sedi præfecit; hæc omnia pluribus ibi contenta. Verum quamvis ita se habeant, attamen autores paulo ante laudati Vin-centium quemdam nobili loco natum Henrico sufficitum, atque a Rom. Pontifice confirmatum afferunt.

Neque illud prætereundum silentio, XXXV. Honori Christiano Prussia episcopo præcepisse, (k) ut ad sopiaendum atrox bellum, quod inter Danorum Regem Waldemarum, cum quo armorum socie-tatem Luneburgensis dux ipsius nepos con-junxerat, & marchionem Brandenburgensem exarserat, ex quo agrorum vastita-tes, templorum incendia, populorum cæ-des, urbium excidia secuta erant, Prus-sorumque Christiana res destituta jacebat, (l)

CON-

CHRISTI
1219.HONORII III. PAP.
3.

consanguinitatis in quarto gradu canonicum impedimentum amoveret, ut mar-chio filiam Luneburgensi duci in matri-monio collocaret, eoque foedere principi-um invicem amicitia adstrictis animis revocaretur, pax atque arma in infide-les felicius verterentur: Nos, inquit, de-discretione tua plenam in Domino fiduciam obtainentes, tuis, & dictorum nobilium pre-cibus inclinati, per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus super his auctorita-te nostra statuas, quod secundum Deum videris statuendum. Hæc Honorius, qui ut pacem inter hosce principes catholico-s adducere nitebatur, ita alios ad bel-lum contra hæreticos incendit.

XXXVI. Crescebat in dies effrenata Albigen-sium potentia, postquam Montfortium,

Auctæ Albigen-sium res.

Guidonis Biger. com. mors.

(a) Bern. in chri-an. 1218. Ludovic. Gall. R. fil. movet in Albig.

(b) Hon. l. 3. ep. 378. 383. XXXVII.

(c) ib. ep. 351. 352. Marman-dam ca-pit. Bern. ubi locis subactis ad Tolosæ moenia egregius

fragore initio in hæreticos intonuerit, po-stea brevi illius terror evanuit. Marman-da a Ludovicu expugnata aliisque obviis princeps perrupit, cumque diebus qua-dranginta quinque varios in urbem impe-tus præsente S. A. L. Bertrando Cardina-le impressisset, civesque magnis animis se tuerentur, consumpto jani expeditio-nis, quam voverat, tempore initis non nullis concordie legibus in paternum re-gnum se recepit; eo vero abscedente omnia in pejus ruere cœpere, pluraque loca arcesque Raymundo se dediderunt.

XXXVIII. Excitatæ præterea turbæ in Campania, Turba ab Erardo excitata in Cam-pania.

(d) Ep. 515. Waldemarum, cum quo armorum societatem Luneburgensis dux ipsius nepos con-junxerat, & marchionem Brandenburgensem exarserat, ex quo agrorum vastita-tes, templorum incendia, populorum cæ-des, urbium excidia secuta erant, Prus-sorumque Christiana res destituta jacebat, (e)

VACAT
IMPERIUM.

dente causa de Philippæ natalibus justi-ne, an illegitimi essent, bellum movi-sent: Mandamus, quatenus ipsius comitif-æ, & filii ejus homines, & illas, qui eis-dem ad hoc juramenti vinculo sunt astri-cti, ut ipsi comitifæ ac filio ejus contra præfatum Erardum, & ejus fautores assi-stant viriliter, & potenter, si terram, quam possident, perturbare præsumperint, pendente coram nobis causâ natalium su-pradicæ Philippe, moneatis prudenter,

& efficaciter inducatis eos, ad id si ne-cessere fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogentes. Dat. Reate v. idus jul. pontif. nostri anno tertio. Po-stea vero cavit (e), ne anathematis sen-tentiae in prædictos Erardum ac Philip-pam revocarentur, nisi prius ipsi se Ec-clesie imperio parituros, atque memora-tis comitifæ Campaniæ, comitique fa-turos satis sacramento adæcti pollice-rentur: quod cum præstare in animum induxissent, censuris eos anno insequen-ti solvi jussit (f).

Eodem anno Honorius Philippum Fran-corum Regem ad inducias cum Anglo-rum Rege protrahendas apostolicis lite-ris est hortatus (g), cumque a Franco accepisset (b) eum dicto sibi audientem fuisse, hoc nomine gratias illi egit. (i) Publicæ vero tabule de hujusmodi indu-ciis in annos quatuor initis, in sequenti (h) Ep. 394.

(j) ib. ep. 435. (k) Apud Hon. 1. 4. (l) Lib. 3. ep. 306.

(m) Bernardus) Pontifex B... (n) Ber. SS. Joannis & Pauli presbytero Card. A. Pont. hoc ann. (o) Ep. 452.

(p) Ep. 396. (q) Ep. 396.

(r) Ep. 392. (s) Ep. 392.

(t) Ep. 396.

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

- (a) Ep. 398.
(b) Ep. 399.
(c) Ep. 427.
(d) Ep. 428.
XLI.
Translatio reliq. S. Thom. Cantuar. (e) Ep. 566.
(f) Ep. 267.
(g) Ep. 430.
- ecclesiarum Hybernæ præfules ad consuetuda obsequia Regi præstanda, (a) ac principes Angliae viros (b) ad regia iuria asservanda strenueque defendenda compellere, amissa Regis loca recuperare: (c) postremo vetat, (d) ne Angliae præfules, nisi bona cum Regis venia pastores ecclesiæ præficerent.
- Hoc anno Pontifex Stephano Cantuariensi archiepiscopo, S. R. E. Cardinali, corpus S. Thomæ Cantuariensis in honoriſcentiorem locum transferendi potestatem dedit (e) universisque Christi fidelibus martyris ecclesiæ intra translationis octavas adeuntibus, quadraginta dies de injuncta criminum expiatione remisit (f) dein memorato archiepiscopo concessit, ut quarta pecuniarum templo oblatarum pars post hujusmodi translationem in eo instaurando impenderetur. Postremo eidem archiepiscopo & Conventrensi episcopo, abbatique de fontibus Cisterciensis ordinis, de vita Hugonis Lincolniensis episcopi sanctissimi, ac miraculis, quæ ejus opera numen explicuerat, initiuendi religiosi examinis prævinciam contulit, (g) ut SS. catalogo adscriberetur.

Honorus, &c.

XLII. Agitatum gitorum, quod sicut ex vestris fratres archiepiscope, ac episcope, ac venerabilis fratribus nostri . . . Eboracen. archiepiscopi, nec non aliorum omnium episcoporum Angliae literis fuit expositum coram nobis gratiam, & gloriam dans Dominus, tanta sanctæ memorie Hugonem Lincolnien. episcopum prævenit, & subsecutus est gratia ut multas per eum in viii. ipsius virtutes dignaretur mirabiliter operari, & nunc diebus istis tanta eum clarificavit gloria ut ad dandam scientiam primæ stola beatæ immortalitatis ipsius sepulcrum ubi corpus requiescit, ejusdem stola tandem beatificandum secunda divinis faciat coruscare miraculus, ita quod ejus inter alios sanctos non invocari suffragia sit indignum cum lucerna super candelabrum sit ponenda, ut omnes, qui sunt in domo ipsius, gaudeant beneficio claritatis. Quare nobis fuit humiliiter supplicatum, ut eum sanctorum catalogo faceremus adscribi, vel saltem super præmissis inquire diligenter veritatem.

XLIII. Læcit igitur tot & tantorum testimoniis plenam fidem nos deceat adhibere, volentes tamen in tam arduo facto cum omni maturitate procedere, discretioni vestrae per apostolicæ scripta mandamus, quatenus tam super vita prædicti sancti, quam miraculis ante mortem, & post mortem, nec non aliis hujusmodi negocii circumstantiis inquiratis diligentius veritatem, & quæ inveneritis, nobis fideliter rescribatis, ut per vestram relationem instructi proceda-

mus exinde, prout secundum Deum vide-rimus procedendum. Quod si non omnes, duo vestrum, &c. Datum Romæ apud S. Petrum v. kal. maii pont. nostri anno tertio.

Transfudit eodem anno Reginaldus Rex supremum insulæ, cui imperitabat, dominium in Apostolicam sedem, quo pio illo opere divinam sibi gratiam conciliaret, cujus literas (b) eo argumento Honorio transmissas ad commendandum memoriam insigne adeo pietatis exemplum ex parte adducimus: Sanctissimo patri, & domino Honore Dei grata summo Pontifici Reginaldus Rex * Insularum commendationem, cum osculo pedum. Noverit sancta paternitas vestra, quod nos, ut participes sumus bonorum, quæ sunt in Ecclesiæ Rom. ad monitionem, & exhortationem dilecti patris domini P. Norovicen. electi camerarii, & legati vestri dedimus, & obtulimus ei nomine Ecclesiæ Rom. & vestro, & catholicorum vestrorum successorum insulam nostram de mari, quæ ad nos jure hereditario pertinet, & de qua nulli tenemur aliquod servitum facere; & deinceps nos, & heredes nostri in perpetuum tenebimus in feudum dictam insulam ab Ecclesiæ Rom. & faciemus ei per hoc homagium, & fidelitatem, & in recognitionem domini nomine census nos, & heredes nostri in perpetuum annuatim solvemus Ecclesiæ Rom. duodecim marchas sterlingorum in Anglia apud abbatiam de furnis Cisterciens. ordinis, in festo purificationis B. Mariæ. Et si non esset ibi aliquis ex parte vestra, vel successorum vestrorum, deponentur dictæ duodecim marchæ per nos, & heredes nostros penes abbatem & conventum Ecclesiæ Rom. nomine. Hunc donationem, & obligationem dictus dominus legatus recepit ad voluntatem, & beneplacitum vestrum, & post receptionem factam ab eo sic ipse dominus legatus dictam insulam dedit mihi, & heredibus meis in feudum perpetuo possidendam, & tenendam nomine Ecclesiæ Rom. & me inde per annum aureum investivit, &c. Actum Lond. in domo militiae Templi x. kal. octob. anno Domini millesimo ducentesimo decimonono. Et ne super his aliquando possit dubitari, h. literas fieri fecimus & sigillo nostro muniri. At de his satis.

Non defuit Honorus crucesignatis adversus Mauros pro Christiana fide labrantibus, ad quos stipendiis donandos Honorus Hispanos ad pel lendos Sarrac. Incitat Roderico Teletano archiepiscopo A. S. L. concessit, tum (i) ut partem pecunie in Hierosolymitanum subsidium imperatæ in Maurorum bellum averteret, (i) Lib. 3. ep. 264. 369. tum etiam (k), ut eos, qui belli gerendi causa mare se transmissuros voverant, (k) lib. ep. 334. voto commutato, adversus Mauros concitarent. Dein universis Hispanæ Christi fidelibus contra illos dimicaturis pec-

ca-

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

- (a) Ep. 338.
(b) Ep. 454.

Sancti Reg. Navarræ zelum commendat.

Illum arripit in clientela.

* insulae man.

- (c) Ep. 455.
(d) Ep. 549.

(f) Ep. 418.
Hortatur Miramolinum Christianos bene tradact.

(g) Ep. 559.

Pontifici ea de re ad barbarum lit.

(i) Lib. 4.

ep. 537.

550. 558.

Studet revocan-

de inter diffe-

entes pa-

(k) Hon.

l. 3. ep.

270.

(m) Ep.

570.

XLIX.

Collata

hoc anno

a Pont.

privile-

gia.

catorum veniam induxit (a); tum Sancti Navarræ Regis, qui crucesignatorum numero nomen adjecerat, patrocinium hoc exarato diplomate (b) suscepit: Deo in cuius manibus sunt corda regum, gratiarum referimus actiones, quod in te sic ignem suæ charitatis accedit, ut signo vivificæ crucis assumpto, magnifice, sicut decet regiam celstudinem, ire proposueris contra inimicos fidei Christianæ. Ut autem hoc tam laudabile ac salubre propositum melius, & tutius prosequaris, personam tuam ac regnum tuum cum omnibus iuribus, & honoribus tuis sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus; distictius inbibentes, ne quis interim iurta subtrahere, aut invadere, vel quomodolibet audeat temere perturbare. Datum Romæ apud S. Petrum xv. kal. jul. pont. nostri an. tertio. Hæc ad Sanctum Honorium, qui etiam ab Jacobo Aragonum Rege rogatus, ipsum cum regno in fidem ac tutelam recepit (c), beneficiisque est prosecutus (d).

Præterea archiepiscopo Toletano, de quo antea memoravimus, permisit (e), ut decreti oecumenicæ synodi executionem de novo habitu Judæis decernendo, quo a cæteris dignoscerentur, in aliud tempus reiceret. Archiepiscopum vero Compostellanum ejusque suffraganeos tertio quoque anno provinciale concilium convocare jussit (f). Sed quoniam in

Maurorum rebus versamur, non est prætereundum Rom. Pontificem literis ac nuncio ad Miramolinum missis (g) postulasse, ut permitteret Christi fideles in regno suo ex legis evangelicæ prescripto vitam agere.

Nobili viro Albu Jacobo Miramolinio timorem divini nominis, & amorem.

Expedire tibi non credimus, & revera non expedit, ut verbis acquiescas eorum, qui tibi forte suadent, ut existentes in terra tua Christianos uti lege sua libere non permittas. Porro Daniel, & tres pueri ducti a Babylonis Rege captivi permisisti a preposito eunuchorum ipsius, quibus voluerint uti cibo, & potu, se sicut proposuerunt in corde suo nequam mensa regia polluentes, licet Rex ipse vesci eos cibo, & potu regio per dies singulos præcepisset. Legitur etiam, quod Pharaon Rex Aegypti, qui populum Israeliticum afflictionibus multis oppresserat, in luto & latere servire compellens, gravibus & moralibus plagiis usque ad internecionem filiorum correptus a Domino, pro eo quod indurato corde ipsum abire, ut suum offerret Domino sacrificium, non sinebat.

Holofernes autem Judith Hebreæ Deum adorare secundum legem ipsius, & Cyrus redicisci per Esdram unum ex captivis populi Iudeorum templum Domini permisit (m). At de his haec.

An. Eccl. Tom. XX.

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

XLVII.

Et quidem cum nos, quibus Christus, licet immeritis, gregem suum & ovile commisit, exercere inter Christianos patiatur innumeram legis tuae hominum multitudinem ritus suos, ut in hoc nostra ac tua gentis non sit dispar conditio, sed æquum hinc inde humanitatis solatum, non te decet difficilem, sed potius favorabilem, & facilem inveniri. Sane cum ad nos cura pertineat de commissis nobis a Domino, ubicumque consistant, populis Christianis, ne videamur mercenarii, ad quem non pertinet de ovibus umbram tenere, sed solitudinem providi potius exercere pastoris, cum humilitate, quam nil splendidius fulget in cervice Pontificis illius servi, qui de se dixit: Discite a me, quia misericordia sum, & humilis corde; magnitudinem tuam attentius obseramus, quatenus existentes in terra tua homines gentis nostræ uti lege sua libere patiaris. Domini enim est terra, & plenitudo ejus, & universi qui habitant in eadem, habentis in regno hominum potestatem, & illud ad quem voluerit transferentis. Rogamus insuper, ut latorem presentium dilectum filium Gonfalum fratrem hospitalis Hierosolymitanæ, familiarem nostrum, quem charum habemus admodum & acceptum, ad tuam transmissum presentiam benigne suscipias, & honeste pertrahes. Datum Regale non. Septemb. pontificatus nostri anno quarto.

Evocant ad se nunc res Italica orationem: in primis Honoriū omni cura & cogitatione vel in pace inter Christianos populos concilianda, vel in religiosis ordinibus ad arctius vivendi genus revocandis (h), vel in præfractorum hominum reprimendis (i) conatibus, vel in officiis beneficiisque in Apostolicæ sedis studiis conferendis defixum cernere licet. Acerbum diuturnumque bellum inter se se gesserant Tudertini & Interamenses federati, cum Narniensibus & S. Gemini incolis; cumque tandem Pontificis imperio se parituros jurati spopondissent, Honorius pacis conditionibus prescriptis, in pristinam illos concordiam adduxit: cui rei arguento sunt literæ apostolicæ ad universos Christi fideles datæ (k). Cumque Interamensis ecclesia ob memorem beilum diu pastore viduata esset, ac Narniensis Spoletanusque illius jura occupasset, a Raynero Interamense episc. Pontifex postulatus, apostolica auctoritate usurpata restitu jussit (l), pacemque Odonem Frangipanum inter & Petruum Frangipanum ac fratres Hostiensis episcopi opera firmatam, servandam curavit, eaque de re ad Tarracinenses scripsit (m). At de his haec.

Superest ut de collatis hoc anno a Pontifice in varia hominum genera officiis beneficiisque breviter differamus. Aczoni abbati sancti Benedicti trans Padum mi-

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

(a) Ep. 285.
(b) Ep. 289.
(c) Ep. 403.
(d) Ep. 404.
(e) Ep. 407.
(f) Lib. 4. Ep. 547.

Consecratio ab Honorio ep.

Excerpt from the text: thræ usum tribuit, (a) cuius etiam annulique usum Nifo monasterii S. Marxiæ Carrensi abbatii, (b) permisit; deinde in fidem tutelamque recepit Alexandrinum Italæ populum (c) quorum fidei sacramentum se excepisse in alia ad ipsos data epistola dixit (d); tum primicerio & clericis scholæ cantorum ex oblationibus altaris Apostolorum Principis portionem quandam concessit (e): Cum felicis memoria Cælestinus Papa predecessor noster vobis de portione oblationum altaris beati Petri, que contingit Romanum Pontificem, annas duodecim libras de gratia contulerit liberali; nos ejusdem gratiae volentes addere gratiam, ut de virtute studeatis proficere in virtutem, de oblatione predicta decem libras nostro tantum tempore vobis annuatim duximus largiendas, ita quod ex hoc successores nostri nullatenus obligentur. Dat. Romæ apud S. Petrum xii. kal. maii pontif. nostri anno IIII. Cæterum hujusmodi cantorum scholam pontificii facelli cantorum collegium esse, quod hadenus perseverat, haud in dubium revocari posse arbitramur. Dein Mediolanensis ecclesiæ suffraganeos Henrico archiepiscopo par-

ipse, quam fratres sui poma nova, & vetera, quæ sponsus legitur spissæ servasse, ministraturi sint esurientibus animabus, &c. Datum aquid civitatem Castellanam xvi. kal. januarii. pont. nostri anno IV. Commendarat (i) etiam ante eandem sacram (i) lb. ep. 647. familia novo splendore in Christi Ecclæsia effulgenter archiepiscopis, episcopis, ceterisque presulibus, quos etiam monuit, ut illis evangeliæ semina jacentibus omni studio presto essent: quibus (k) VVad. Annal. Min. an. 1219. n. 28.

Quod ad sacrum S. Xisti templum attinet; ex iis que puto ante dicta sunt, D. Domini in comperto esse videtur, Honoriū illic in eum locum devotarum Deo Virginum inductum. Rem gestam narrat ejus vitæ scriptor: (l) Ad quem sane, nimirum S. Sabinae titulum, cum se contulissent fratres cum omnibus rebus suis, agente beato patre Dominico, tempus ab illi præstitutum est, 4. dit 4. quo deberent sorores in ecclesiam sancti Xisti, ubi fratres habentem habitaverant, succedere. Anno igitur a nato Salvatore 1219. XII. kalendis martii, in quem diem tunc inciderat primi dominicae quadragesimæ, abbatissi cum sororibus S. Mariæ Transyberine possidendam accepere ecclesiam sancti Xisti, ibique habitare cœperunt, Domino perpetuo servitæ. Erat inter illas puelli quædam Cœcilia, annos nata decem & septem, ea in ipso portæ ingressu prima ante omnes habitum ordinis induit ministerio beati viri, in cuius manus tertio obedientiam promisit. Post eam abbatissi ceteraque sorores & multæ aliæ cum habitum suppliciter suscepere, & professionem fecere: quæ omnes erant numero quatuor, & quadragesima. Porro Romani illam insignem beatissimæ matris Dei imaginem, quæ apud montales trans Tyberim fuerat, inde tolli solebant, quod facilior illic eis ad illam contemplandam aditus pateret. Itaque vir sanctus nocte sequenti, duobus Cardinalibus, Nicolao Tusculano episcopo, & Stephano, cuius nepotem ad vitam revocarat, comitantibus, & cum permultis aliis, simul etiam magna lumen copia tum præcedente, tum subsequente; nudis pedibus incidentibus, illam cunctis optatissimam & dulcissimam virginis Matris imaginem propriis humeris reverentissime deportavit: quam sane sorores nudis pedibus orantes expectabant, & cum lacrymis, multaque animi exultatione excepérunt: permanetque ea apud illas usque in hodiernum diem.

Hæc est imago illa veneranda, quam B. Gregorius Pontifex ob sevientem pestem dam de profigandam, quodam paschali tempore ea imagi-

Solemnis
pompa
imaginem
Deiparae
transfers

(g) Rich. de S. Germ. an. 1219.

L. Ecclesia urbana S. Xisti ab Honorio D. Dominic. collata.

Laudes illi a Pont. tributa.

(h) Lib. 4. Ep. 654.

Admiratio
fr. dominico, & fratribus sui ordinis, ecclesiam S. Xisti de Urbe duximus concedendam, sperantes in Domino, quod tam

LII.
in ne.

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAP.

3.

VACAT
IMPERIUM.

in abjectione voluntariæ paupertatis eunt, & flentes semina sua mittunt, ut Domino dante misericorditer incrementum, ad ejus aream suos cum exultatione valeant manipulos reportare.

Ipsos igitur, quorum & propositum sanctum, & ministerium necessarium arbitramur, universitati vestre affectuose duximus commendandos, charitatem vestram rogantes, & exhortantes in Domino, ac per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro reverentia divinit, ad officium praedicandi, ad quod deputati sunt,

Commen-
datur ab
Hon.
præsum liberali-
tati.

(a) Ibid.
c. 9.

in processione cum litanis per urbis circuitum reverenter referri jussit, cui etiam tota aeris cessit infectio, & ejus præsentiam ferre non sustinens. Mira autem succedit serenitas & auditæ sunt voces in aere juxta imaginem, ista canentes: Regina cœli lætare alleluia: quia quem meruisti portare alleluia, resurrexit, sicut dixit, alleluia; & beatus Gregorius subiunxit: Ora pro nobis Deum alleluia. Reposta est ergo reverenter admodum per B. Dominicum, & duos Cardinales apud virginem imaginem virginis Matris. Hæc auctor, qui addit (a) de muliere a S. Dominico octavo post die sacram concionem habente a dænone, magno miraculo, liberata; quæ se postea Deo dicavit, eaque a B. viro Amata vocata est; & post multa enarrata miracula quæ coeleste numen sanctissimi viri opera explicuit, de contemptis ab illo terrenis opibus, coelestibus enim tantummodo animo & cogitatione inhiabat, hæc adiicit:

LIII. Diligebat autem verus Jesu Christi imitator evangelicam paupertatem præ cunctis paupertatis amans mundi opibus. Offerebat ei & fratribus, cum Bononiæ venisset, Odericus quidam Dominic.

possessiones suas, quæ cestimabantur libris Bononiensibus amplius quingenis: sed ille divitiarum contemptor prorsus eas recusavit, conscriptamque inde coram Bononiensi episcopo chartam jussit rescindi; non enim voluit, ut fratres haberent possessiones, sed eleemosynis frugaliter vicitarent, contenti vilibus indumentis, & parvis atque humilibus ædibus. Absente eo F. Rudolphus procurator Bononiensis cœnobii parvas & vilissimas fratrum cellas nonnihil in sublime evehere cœpit: reversus autem vir Dei ubi in id conspexit, procuratorem, & alios dolens, & gemens reprobavit, erumpensque in lacrymas: Itane, inquit, iam cito vultis paupertatem abicere, & magna palatia struere? Ipsoque jubente opus illud, quoad vixit, mansit imperfectum.

LIV. Et sane D. Dominicum se a terrena rum rerum amore omnino divulsisse, utque familia sue viri se a caducarum rerum possessionibus abdicarent, divino aëtum spiritu instituisse illustrant Honoriū literæ, (b) quibus ipsum ac socios præsum libralitati commendat.

Archiepiscopis, & episcopis & abbatibus, & aliis ecclesiæ prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint.

Pontif. ea de re lit. Dilecti filii prior, & fratres ordinis prædicatorum, provide attentes, quod qui abscondunt frumenta, maledicuntur in populis, frumentum suum, verbum prædicationis videlicet, quod est pabulum animalium, super aquas multas, idest populos multos, seminant incessanter, & sarcinis divitiarum mundanarum abjectis, quo expeditus currant per mundi bujus agrum, quem plus solito fentes operiunt vitiorum,

LVI. Eodem anno celeberrima omnium sacri minorum ordinis comitia generalia a S. Francisco ante indicata, peracta esse, scis socios Marrochium ad prædictum mittit.

Profici-
scitur in
orientem
ad Mahu-
atque ardentissimo propagandæ fidei zelo met.

Mahometanæque delendæ superstitionis cupiditate inflammatus ad Soldanum con-

tendit, atque ante illius conspectum pro-
ductus, incredibili ardore evangelium pro-
mulgare cœpit, adeo ut infidelem admis-
tratione percelleret, cui veritatis proban-

cum fa-
cerdotib.
Mahum.
in medio
rogo di-
spatire
imperet.

Barbarus
conditio-
nem re-
spuit.

Admiratio
fr. dominico, & fratribus sui ordinis, ecclesiam S. Xisti de Urbe duximus concedendam, sperantes in Domino, quod tam

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1219.

HONORII III. PAR.

3.

VACAT
IMPERIUM.

pietatem excolendis perpoliendisque ope-
ram collocaret.

LVII.
In sanum
grandi-
monten-
laicorum
facinus .

Dum felicibus iis initii Franciscana , ac Dominicana familie orbem virtutum suarum splendore in admirationem rapere nt , Grandimontenses laici religiosi temerarium facinus in alios ejusdem ordinis sacerdotes , quos una cum priore con- jecere in vincula , fædissimo exemplo per- tentarunt , aliumque priorem sibi pro arbitrio præfecere ; ob quam vesaniam pro- terviamque cum defixi anathemate ful- sent , poiteaque ad mentem reversi sce- leris veniam flagitarent , Honorius electo & decano Biturcenibus subjectis posnis ad

crimen expiandum incutis conciliare ipsos Ecclesiæ præcepit (a) : Singulis diebus dominicis usque ad annum in capitulo ver- berentur , & omni sexta feria vivant in pane & aqua , nisi prior clementius agen- dum duxerit cum eisdem . A perceptione quoque Dominici corporis , & sanguinis per annum abstineant , nisi forsan mortis vi- deretur articulus imminere . Præterea omnes illi , qui fuerunt principales tantæ iniustitiae auctores , ab administratione , seu dispositione temporalium rerum toto vi- tæ suæ tempore arceantur , nisi prior , in- specta utilitate domus , aliter processu tem- poris duxerit providendum , &c.

(a) Lib. 3.
ep. 310.

Poenæ ad illud ex- piandum iis ab Ho- nor. im- posita.

Orna-

JESU CHRISTI
ANNUS

1220.

HONORII PAP. III.
ANNUS

4

FRIDERICI II. IMP.
ANNUS

1.

I. Rnatus est Romæ solemní pompa imperialibus infulis ab Honorio Fri- dericus Servatoris anno millesimo ducen- tesimo supra vigesimum indictione octa- va . Sollicitus enim promovenda in oriente rei Christianæ Pontifex eo honore il- lum augere gerezat in votis , ut majo- ri auctoritate , atque alacritate bellum sacrum capeseret ; quæ priusquam aggrediamur , nonnulla ex iis delibanda , quæ antequam in urbem se conferret , Ponti- fice inter ac Regem agitata transacta que fuere . Misit in primis Honorius ad Fridericum Alatrium subdiaconum , ut nonnulla reposceret Romanæ Ecclesiæ ju- ra , atque ecclesiasticam dignitatem suo splendori assereret sicuti ostendunt regiæ literæ oratorum opera ad Pontificem mis- se , nonnulla ditionis pontificiæ loca ab invasoribus occupata ad Ecclesiæ domi- nium revocaret , Siculi regni jura in filium Henricum transfunderet , deque ea re novum diploma ederet , ne si una cum Imperio Siciliæ retineret , regnum illud stipendiarium Ecclesiæ , ab aula pontifi- cia ad imperatoriam traductum putaretur . Quæ quanta prudentia consiliique matu- ritate flagitaret Honorius , secutura tem- pora docuerunt . At Fridericus , cum se benignum nuncio apostolico impertitus es- set , de restituendis iis pontificiæ ditionis locis petitis annuit : ac de re Sicula hæc Honorio rescriptis (a) :

(a) Ext. in regest. Sanctissimo in Christo patri , & perma-
Hon. l. 4. ximo benefactori suo domino Honorio Dei
ep. 682. gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ sum-
mo Pontifici , Fridericus eidem , & sui
gratia Romanorum Rex semper Augustus ,
& Rex Siciliæ , commendationem & rever-
entiam tam debitam , quam devoutam .

II. Exhibbitam nobis in nostris negotiis , pe-
titionibus , & necessitatibus universis ve-
stræ gratis plenitudinem devote recogno-
scimus , & recognoscentes Apostolicæ sancti-
tatis pedibus humiliter inclinamus , utpote
qui per Romanæ Ecclesiæ , & vestre paterni-
tatis grata subsidia , & favorem remi-
niscimur nos auleptos , quid quid honoris ,
& gloriæ possidemus . Verum si ad tot be-
neficia , & tantorum cumulum meritorum
nostra , prout cupimus , & debemus , devo-
tio non respondet , non minus fervet interius
voluntatis affectus , quem utique quoniam
expedit , libenter producimus in effe-
ctum . Sane petitionibus , & præceptis ve-
stris , quæ per magistrum Alatrinum sub-
diaconum , & capellanum vestrum nostrum
celstudini direxisti , sicut promisimus per
magistrum Bonum , hominem de Gajeta ,
Messianensem decanum , notarium , & fide-
lem nostrum in continentis post redditum ejus
promptum & benevolum curavimus imper-

tiri assensum , excepta innovatione privi-
legii de regno Siciliae , quam nobis sub spe
obtinendi a vestra paternitate ipsius regni
in vita nostra dominium reservantes per
Tarentinum electum vestre supplicavimus
sanctitati . Sed postquam novimus vestram
exinde voluntatem , privilegium ipsum du-
xit innovandum ; addito tamen , quod
si charissimum filium nostrum absque here-
de , & germano mori contingat , succeda-
mus eidem in tenendo in vita nostra ab
Ecclesiæ regnum ipsum , quod per ejusdem
electi literis intelleximus a vestri nobis
benignitate concessum .

III.
Concedit
Honorus
Frid.
filio suc-
cessorum
in Siciliæ
regno .
Blanda ac
fallacia
Frid.
promissa .

Nihilominus adhuc de vestra benevolen-
tia , & de nostra , quam ad Ecclesiam &
vos gerimus devotione non modicum con-
fidentes , petitionem de ipsius regni nobis in
vita nostra dominio reservando , cum in
vestra fuerimus præsenti constituti , a ve-
stra beatitudine obtinere speramus . Quis e-
nim devotior inde erit Ecclesiæ , quam qui
Ecclesiæ ubera suscepisse recolit & in ejus gre-
mio suscepisse inde custodiam & etatis , ac
silutis , & honoris augmentum ? Quis
fidelior ? quis accepti beneficij magis me-
mor ? Quis de gratitudine commendabilior
existimari potest , quam is , in quo crescit
cum file de virtute ? acceptorum beneficiorum
tenax memoria perseverat , & sua devotio-
nis debitum , se cognoscens videlicet debi-
torem , solvere nititur juxta beneficioris
arbitrium , & mandatum . Siquidem suscep-
tam gratiam recognoscimus , si jugiter
profitemur eandem , dictus capellanus ve-
ster , qui summa cum diligentia , & devo-
tione improbus , & importunus insitit ad
ecclesiæ procuranda negotia , non igno-
rat , & poterit firmiter protestari , & in-
hoc etiam potest intelligi evidenter , quod
præstatum filium nostrum uberibus matris
Ecclesiæ nutriendum elegimus & ipsius cu-
ræ fiduciâliter committendum .

IV. Addit subdolus princeps se in publicis No-
rimbergie celebratis comitiis principes Ger-
manos pellexisse , ut Syriacæ professionis
votum nuncuparent : paratum se equidem
accinctumque itineri , sed crucis signatos eo-
rum culpa , quibus ipsorum censuris ad
iter compellendorum provincia injuncta-
erat , bello necessario non instruxisse , pro-
indeque si ita Pontifici visum fuerit , hoc
consilium suscepisse , quod subiicit his ver-
bis : Verentes ne arripientibus nobis iter
illi (nimirum crucis signati) remaneant , Peti-
& sub occisione aliqua nos relinquant , de- Frid. cru-
crevimus eos præmittere ante nos , si de- cesignatos
vestre fuerit arbitrio voluntatis , & nos ante se
subsequi , prout deceat . Sed timemus , ne
si ad hac obnoxius intendamus , dum cir-
ca eadem fuerimus occupati , aliqui dies
possint ultra præfixum nobis terminum præ-
teri .

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

terire. Quod quidem non in fraudem loquimur, teste Deo, cum in procinctu sumus itineris, & parati ad ipsum diem, & tam honorem Ecclesiae, quam negotium Crucifixi per Theutoniam efficaciter procuremus, facientes jurare milites strenuos, & electos ad pugnam ut nobiscum debeant transferre, ac paces & treguis in quantum possumus prorogantes pro eodem negotio melius exequendo. Et infra:

V.
Romani
Honorio
pareant
felicitati.

Super his & aliis nuncios destinamus ad pedes vestros, latores praesentium magistros Stabilem, & Petrum notarios & fideles nostros, qui vobis faciant plenam fidem de adventu principis memorati (scilicet Fuldensis abbatis) Quem ecce mittimus ad vos & populum Romanum, ut vestrae paternitati devotionem nostram & principum voluntatem exponat, expositurus nihilominus, tam per literas nostras, quam vivi voce senatori & populo Romano devotionem, quam gerimus ad ecclesiam, & personam vestram, & attentius moniturus eosdem ex parte nostra, ut se gerant taliter circa Ecclesiam, & vestram reverentiam, & honorem, quod in adventu nostro eos merito commendare possimus, & ad merita respondere, significantes eisdem, quod si feceris facerint, quod non credimus, cum praeberemus debent devotionis exemplum, Ecclesiae matri nostrae, quam modis omnibus confidere, ac defensare tenemur, & vobis deesse aliquatenus non possemus, &c. Dat. apud Higenovum xi. kal. mart. in dist. 8.

VI.

(a) Hon. I.
4. ep. 692.
Honor.
Frideric.
arguit
tempus
spemque
omnium
fallere.

His acceptis literis Honorius studium Regis erga sedem Apostolicam sibi ab eo significatum commendat: & quamvis non levibus curis suspensus fluctuaret, ne, ut re ipsa contigit, Fridericus fucum illi faceret, atque interim orientales sub potentia Saracenorum fatiscerent, prorogavit (a) tempus ad sacrum arripiendum iter in proximas kal. maii, quibus remota omni mora tum ipse, tum ceteri crucisignati proficerentur: Porro qui satis diligit, satis timet; unde non mirum, si de retardato processu tuo in subsidium Terrae sanctae tibi timeamus, & nobis, tibi ne per toties repetitae dilationis instantiam, offendim, quod absit, potentissimi Regis incurris, nobis ne facultate prorogationum bujusmodi causam illius summi Pontificis, qui pro salute populi in arti crucis se ipsum obulit hostiam Deo Patri, videamus negligenter reliquisse. Verum adhuc instas, ut adiiciatur quarta dilatio, & non intendis, quod citatus tribus editis, si ad judicium venire contemnit, potest contumacie reprehendi. Sed scimus, quod ad purgationem morae nonnullas causas excusationis allegas. Scimus etiam, quod non sic eas interpretantur amuli, ut amici. Nos autem, ne tam chari filii faciam exponere videamus contemptui, usque

ad kal. maii proximas tui processus terminum prorogamus. Et infra:

Sane considera, considera, cuius sit causa, quae geritur, qui i Christi; cuius communis, quia prosequuntur ipsum; cuius gloria, quia totius populi Christiani, & negligis esse prosecutor causa Dei, procurator commodi tui, & Christianitatis ableta? Et quidem ad ista te Dominus beneficiis allicit, miraculis provocat, & exemplis informat: beneficiis allicit, quia tam depresso aliquando, sic tandem exiret in altum; miraculis provocat, quia de Damiata munitissima civitate plene desiderium pusilli exercitus Christiani, spicjam debilitata, perfecit; informat exemplis, quia non solum nobiles, & potentes, sed etiam pauperes, & debiles hoc salubre negotium sunt aggressi. Quapropter diligenter advertat Rex tam grandis & nobilis, tam potens & fortis, quod in iis eo minus excusationis competere poterit, quo plus videtur suppetere facultatis. Exurgat igitur excellentia regia, exurgat princeps egregius, quoniam ut speramus, paratus est Dominus grandem offerre triumphum, qui multam jam attulit de paucorum labore coronam. Accingere, accingere gladio circi femur potenti Time principum terrenorum. Accingere in humilitate potens; accingere in potentia humili, ut non in brachio tuo confusus, de manu altissimi suscipias in tanti consummatione negocii gloriam, quae speratur.

Quod ad literas pertinet, quas Fridericus, ut supra testatus est, abbatis Fuldensis opera Romanis misit; ingenti omnium letitia acceptas, atque in capitulo publice perfectas fuisse, Romani officiosissimis literis (b) rescripsere; ob regia erga Romanam rem studia Deo ipsi que maximas gratias agere; ejus se in urbem adventus cupiditate teneri, ac sollemnem illum diem, quo Imperii insignibus decorandus erat, avidissime expectare, in omnibus ipsi morem gesturos, modo nihil Rom. Ecclesiae almæque urbi detraheretur; denique Pontifici summo omnium parenti, speciatim vero suo, dicto semper, uti Rex monuerat, se audentes futuros.

Gloriosissimo domino Frederico Dei gratia Regi in Romanorum Imperatorem electo semper Augusto & Regi Siciliae, Parentius eidem gratia almæ ac venerandæ urbis illustris senator, & populus universus Romanus salutem, & hostium tam visibilium, quam invisibilium cœlitus, ac inimicorum crucis victoriam gloriosam, & post Imperii terreni sceptra longæva, ac felicissima gaudia regni cœlestis ineffabilita, vel aliter salutem, & Romani Imperii monarchiam feliciter gubernare.

Dulcis & latabunda materia super receptione literarum vestiarum nobis a se-

Romanorum ad Frid. lit. de illius coron. expectatione.

renitate vestra transmissa, publiceque in capitulo perfecta corda nostra multimodis gaudiis exhilaravit, & gaudia, quæ se in corde totius reipublicæ non capiebant, cum jucunditate foras fecit patenter extire, nec immerito: intelleximus enim tum ex ipsarum serie literarum, tum per honorabilem, providum, & discretum vi- rum abbatem Fulensem legatum, & nuncium, ac principem serenitatis vestrae, quod vos, qui ad Romani Imperii apices estis electi, almificam urbem, senatum, populumque Romanum, & totam rem publicam sincera diligentis affectione, & ejus augmento & promotioni efficaciter intendere dispositis; & ut nomine ita & re Romana respublica imperiali cœlitudine decorari, magnificari possit merito, & augmentari. Ad quod magnificentiam regiam invitant senatus, & Romanorum circa vos stabilis, & pura sinceritas, & indefessa, & merita fructuosa in vestris agendis a senatu, & populo multifariam, multisque modis ostensa, & in urbe honorificentia præstantialiter Regiae majestati exhibita. Super quo rerum omnium auctori quantas possumus laudes referimus, qui vos ad fastigia Romani Imperii sublimavit, & magnificentia vestrae cœlitus inspiravit, quod tales circa nos, & Rom. rem publicam geritis voluntatem, ipsum altissimum modis, quibus possumus deprecantes, ut sublimatatem vestram in tali circa nos conservet sinceritate, & vobis Rom. Imperii gubernacula concedat per longa temporum spatia feliciter gubernare. Nos ergo de tanta magnificencia, indubitate fiducia confidentes adventum vestrum tota mente cupimus, & optamus, parati & expositi in omnibus, & ad omnia cum Rom. Eccl. & ulmæ urbis honore, quæ imperiali debeant & possint cœlitudini complacere; & ille dies nobis jucundus, & festivus occurret, quo serenitatem vestram tempore coronationis præstantialiter poterimus intueri, & laudes tantæ magnificencie debitas exhibere; & quidquid profectus poterimus, & honoris, imperatoriaæ majestati grataanter curabimus exhibere.

IX.

Excusant
se ab Ho-
norio dis-
sensisse.

Super eo autem, quod per easdem literas & nuncium rogasti, & monendo solicita- stis, ut Rom. Pontificem, communem omnium patrem, & vestrum & nostrum, sic propensius honorare curaremus, ad ipsius benedictionem, & gratiam redeentes, quod ad instar nostræ devotionis nationes cœtere- ræ sint devote, & vos, qui estis Ecclesiae lacte nutriti, & obedientia filius, & Rom. Ecclesiae advocatus, pariter & de- fensor ad grates nobis reddendas sitis omni tempore fortiter illigati, gratum gerimus & acceptum; & regiam serenitatem dignis in Domino laudibus commendamus, & cum multa gratiarum prosequimur actione regiae serenitatis sinceritatem, quam ut

ex ipsarum literarum tenore perpendimus evidenter, vos circa nos gerere plurimum gratulamur.

X.

Proinde præsentibus literis regiis sen- bus innoscet, quod nos in eo proposito Pollicen- firmi sumus & stabiles, ac fuimus semper, tur in ut ea facere velimus & operari, quæ Rom. Rom. Ecclesiae, quæ non ab homine, sed ab ipso Pont. au- toritate futuros.

respiciat, & incrementum; nec de iis, quæ possimus & debemus, quidquam aliquando prætermittere, quod ad conservandum inter nos, & Rom. Ecclesiam indissoluble vinculum dilectionis, & pacis facere videatur, & a benedictione ejus, & latere nunquam discessimus, nec dante Domino discedemus. Nam Rom. Ecclesia nostra specialis est mater, quam non offendimus, sed diligimus, & veremur. Jucunda satis est, sicut nostris, matris Rom. Ecclesiae & filiorum dilectio, cum ipsa mater de nostro profectu, & nos filii ver- sit vice de matris exaltatione latemur. Et inde est, quod inter alios dilectos filios & devotos, quos ubique terrarum mater sibi Ecclesiae generavit, nos speciales & proprios reputat, & in nos affectum totius charitatis effundit: & nos inter alios, & pre aliis semper bibuerit, & habebit, dante Domino, suum propugnaculum speciale, & nos ad depressionem illorum, qui contra Ecclesiam matrem & dominam nostram superbie calcaneum exercent, quidquid favoris, & auxili potuimus, curavimus indulgere, ut pote qui honorem ejus non alienum, sed proprium reputamus. Verum, si quæ est vel erit, quod absit, discordia inter ipsam & nos, sic ad eam sedandam propensius intendemus, quod in adventu vestro in pace, & quiete vestrae corona- tionis solemnitas in Urbe per summum Pon- tificem peragetur. Distensisse illos cum Hon- orio anno superiore ex chronico S. Germani vidimus atque effrenato fastu Pon- tificem Roma abesse coegisse. Rogamus itaque majestatem regiam, quatenus Ecclesiae Rom. exaltationi, ac nostræ prout convenit intendatis, ut de fidelibus fide- liores regiae magnitudini semper assurgere teneamur, quia quidquid commodi vel honori- ipsi feceritis, nobis qui sumus Ecclesiae catholici filii, reputabimus esse collatum.

XI.

Hactenus ad Fridericum Romanorum literæ. Quod vero ad Fulensem abbatem attinet, cuius mentio in extremis superioribus literis edita est; constat ex literis apostolicis accessisse (a) illum ad porrigendas Friderici nomine Honori 4. ep. 695. preces, ut ipsum imperialibus ornamenti redimeret, ac in Germaniam legatum Excitatur Frid. ad suscipiens dum iter regum oratorem Pontifex; significavit in Ital. tamen Friderico alium dignitate præstan- tiorem mittendum fuisse. Et quamvis alii Ro-

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

Proroga-
tur ad kal.
mai. anni
seq. expe-
ditionem
Syr.

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

Romanorum Reges pro expetenda imperatoria inunctione archiepisc. episc. ac alios dignitate florentissimos principes mittere soliti essent, omnia tamen obstatu morasque removisse: libentissime que ipsum imperiali consecratione ex veteri more decoraturum, missurumque in Germaniam legatum: denique ad matrandum in Italiam ad excipiendas impre- riales infulas est cohortatus.

XII.
Henricus
eligitur
Rex Ro-
manor.

(a) Ext. in
reg. Hon.
l. s. ep. 40.

At Fridericus non illico jussum iter est aggressus, verum aliquot postea menses in Germania substitit, tantaeque moræ culpam variis a se excusationibus propulsare conatus est iis literis quibus veritus ne Pontifex se minime conscio Romanorum regnum in Germania Henrico filio delatum ægre pateretur, hæc scripsit (a): Quamquam per vestras non receperimus literas, plurimum tamen intelleximus ex relatu, quod Ecclesiæ mater nostra super promotione charissimi filii nostri non modicum sit turbata, eo quod de ipso jamdudum in gremium suum posito, & totaliter mancipato super hoc ampliorum curam & sollicitudinem spopondimus minime habituros, nec post promotionem ejusdem aliquod significavimus apostolicæ sanctitati, & quod etiam adventum nostrum beatitudini vestre toties nunciatum convincimur usque adeo distulisse: super

FRIDERICI II. IMP.

I.

quibus sanctitati vestre veritatis seriem duximus explicandam. In conspectu namque clementiae vestre incitari nec possumus, nec debemus, quin erga promotionem unci filii nostri, tanquam qui ipsum paternis affectibus non possumus non amare, laboraverimus hactenus juxta posse, quod equidem nequitimus obtinere. [1]

Dum autem apud Frankenford, ubi pro licentianis principibus juxta morem Imperii indixerimus generalem curiam, personaliter venissimus, secundum mandatum vestrum accedendi ad pedes vestros iter extinde, duce Domino, arrepturi, ex praesentia dilectorum principum nostrorum venerabilis.. Mtguntin. archiepiscopi, & Lantgr. viii Thuringiae, qui ad curiam convenerant memoratam, discordia, quæ jam multo elapsò tempore suborta fuerat inter eos, ex accumulazione virtutum, & militiae utriusque sic convilescere tunc incipit, quod toti Imperio discrimen & periculum minabatur. Quod praesentes principes attendentes & tanto volentes periculo obviare, se de loco non recessuros aliquatenus juraverunt, nisi prius inter predictos principes dictante sententia juxta posse ipsorum vel compositione amicabili tractaretur, & nos etiam nostris literis firmavimus illud idem. Cumque super hoc fuisse per principes diutius laboratum, quia labor

XIII.
Frid. rem
apud Pon-
tificem
exculat.

XIV.
Facinus
colorat
mendaciis

Ex insperato praesentes principes, & maxime illi, qui prius promotioni dicti nostri filii obviant, nobis insecuri, & absentibus elegerunt eumdem; cuius electio cum nobis pateficeret, sicut fuerat celebrata absque vestra notitia seu mandato, sine quo nibil presumimus, nec volumus aliquid attentare, ipsi electioni contradiximus consentire, sed institimus apud eos, quod si vellent hoc gratum, ac ratum nos habere, quilibet scriptum suum proprio sigillo munitione conficeret, ut electionem ipsam vestra sanctitas acceptaret. Verum Fridericus mendacij arguitur ex Stadensi idoneo ejus ævi auctore, qui ait ipso volente filium Francofurti a principibus Regem jussum, quod etiam apostolicis literis (a)

(a) Lib. 4.
ep. 184.

eo-

infra recitandis comprobatur: & sane consuevit Fridericum callidis hujusmodi artibus Apostolicam sedem eludere, ex allatis supra liquet, atque ex infra adducendis clarius illustrabitur. Pergit Fridericus:

Fuit etiam ordinatum, ut unus ex eis cum processu electionis ejusdem ad vestram praesentiam se conferret. Sed postmodum quomodo restiterit, ab ore nostro cum erimus, dante Domino, coram vobis, vel per A. capellatum vestram dilectum nostrum clarissimum audietis; nihilominus tamen dispossimus, quod dilectus familiaris noster C. Meten. episcopus Imperialis aulae cancellarius propter hoc ad pedes vestros accederet, qui etiam annuens votis nostris, cum esset ad instantiam nostram ad iter accinctus, quodam sibi superveniente languore, buc usque distulit iter suum. Extant in regestis pontificis hujus anni calce Metensis episcopi sigilli imperialis praefecti literæ, quibus se tertiana acutissima a persequendo itinere retardatum ait, atque Henrici sine pontificio assensu celebratam electionem pluribus coloribus excusat: ingravescente nimirum inter Maguntinum archiep. atque Thuringiae Lantgravium bello, atque Friderico in Terram S. discessuro ob incertos rerum eventus, expertaque ex crebra Imperatorum mutatione mala, ad eligendum sibi ex stirpe regia principem excitatos. Addidit etiam se olim diu ante electionem celebratam sedem Apostolicam de celebranda ea electione consuluisse, nec responsum ullum elicere potuisse, deinde vero ab uno e Cardinalibus amicissimo edoctum fuisse, dixisse Honorium nil ad se de electione Romani Regis pertinere. Verum illius interfuisse, ne ea electio tentaretur, ex eo conspi-

cuum est, cum ob id Henricus Sicilia regno donari emitte patria potestate, jussus esset, ne in Friderico Sicilia Imperio conjuncta videretur: Henrico vero electo Romanorum Rege pontificium consilium elulum erat, nec metus aberat, ne Sicilia ab aula Apostolica divelletur. Quibus porro officiis verborumque lenociniis ex eo offensum Honorii animum lenire ac permulcere studuerit Fridericus, ex subiecta literarum parte accipiamus.

Videtur autem nobis beiss. pater, & presumptione colligimus evidenti, quod cum habeatis nos, & filium nostrum in visceribus charitatis, non ob aliud promotionem nostri filii gravem fertis; nisi quia de unione Regni cum Imperio dubitatis. Quod quidem timere, aut suspicari non debet Ecclesiæ miter nostra, quia cum sequestrationem ipsorum modis omnibus affectemus, nobis in vestri praesentia constitutis, mandatum & desiderium vestrum de omnibus adimpleretur juxta votum. Absit enim quod Imperium commune aliquid habere debeat cum Regno, aut occasione filii nostri de electione sua ipsa ad invicem uniamus; immo eorum unioni, ne possit esse temporibus aliquorum, totis nisibus obviamus, prout videbitis operis per effectum, quia in iis, & in aliis tales nos exhibebimus apostolice sanctitati, quod merito gaudere poterit mater Ecclesiæ talem filium procreasse. Nam etsi in Regno jus aliquid Ecclesiæ non haberet, & nos sine herede decedere legitimo eventret, prius ipso Rom. Ecclesiam, quam Imperium dotaremus. Unde de tam evidenti, & manifesta turbatione Ecclesiæ atque vestra, quam super promotione dicti nostri filii assumptis, miramur. Et infra: Ecce quod e vestigio sine majori difficultate venimus, nec inveniendo moram protrahemus aliquatenus longiorum. Vestrum erit pater & domine in absentia nostra de Imperio curam & sollicitudinem obtinere, ut filius uester in honore seu dignitate sive nullum pretii debeat detrimentum. Porro Honoriū id statim egregie præstisſe argumento sunt apostolice literæ tum ad universos Germaniae principes datæ, (b) quibus jura omnia (b) Lib. 5. Friderici, Christi fidelibus Terræ sanctæ ep. 63. subsidio perrecturi, illesa atque illibata servari decrevit; tum ad episcopum Bambergensem, (c) quem adversus Regem (c) ib. ep. nova conflata consilia abdicere jubet.

Quod pertinet ad Metensem episcopum imperialis sigilli praefectum, cum mandasset illi Pontifex ditionem comitissæ Matildis Romanæ Ecclesiæ redderet, atque cusat dadeo Raynaldum subdiaconum suum ad tionem eam ditionem repetendam mississet, ille eccl. restituere. XVII. Legatus Frid. in Italia re-

Quare commotus Honoriū Fridericum urgebat, (d) ut promissis staret, jubereque male occupata confessim re-

sti.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

orum effectum aliquem non habebat, eo quod nullam inter ipsos poterant concordiam seminar, & ipsa controversia usque adeo insurgebat, quod propter discessum nostrum, quem imminentem videbant, plura incommoda, & maxima dispensia Imperii proinde sequebantur.

Ex insperato praesentes principes, & maxime illi, qui prius promotioni dicti nostri filii obviant, nobis insecuri, & absentibus elegerunt eumdem; cuius electio cum nobis pateficeret, sicut fuerat celebrata absque vestra notitia seu mandato, sine quo nibil presumimus, nec volumus aliquid attentare, ipsi electioni contradiximus consentire, sed institimus apud eos, quod si vellent hoc gratum, ac ratum nos habere, quilibet scriptum suum proprio sigillo munitione conficeret, ut electionem ipsam vestra sanctitas acceptaret. Verum Fridericus mendacij arguitur ex Stadensi idoneo ejus ævi auctore, qui ait ipso volente filium Francofurti a principibus Regem jussum, quod etiam apostolicis literis (a)

eo-

infra recitandis comprobatur: & sane consuevit Fridericum callidis hujusmodi artibus Apostolicam sedem eludere, ex allatis supra liquet, atque ex infra adducendis clarius illustrabitur. Pergit Fridericus:

Fuit etiam ordinatum, ut unus ex eis cum processu electionis ejusdem ad vestram praesentiam se conferret. Sed postmodum quomodo restiterit, ab ore nostro cum erimus, dante Domino, coram vobis, vel per A. capellatum vestram dilectum nostrum clarissimum audietis; nihilominus tamen dispossimus, quod dilectus familiaris noster C. Meten. episcopus Imperialis aulae cancellarius propter hoc ad pedes vestros accederet, qui etiam annuens votis nostris, cum esset ad instantiam nostram ad iter accinctus, quodam sibi superveniente languore, buc usque distulit iter suum. Extant in regestis pontificis hujus anni calce Metensis episcopi sigilli imperialis praefecti literæ, quibus se tertiana acutissima a persequendo itinere retardatum ait, atque Henrici sine pontificio assensu celebratam electionem pluribus coloribus excusat: ingravescente nimirum inter Maguntinum archiep. atque Thuringiae Lantgravium bello, atque Friderico in Terram S. discessuro ob incertos rerum eventus, expertaque ex crebra Imperatorum mutatione mala, ad eligendum sibi ex stirpe regia principem excitatos. Addidit etiam se olim diu ante electionem celebratam sedem Apostolicam de celebranda ea electione consuluisse, nec responsum ullum elicere potuisse, deinde vero ab uno e Cardinalibus amicissimo edoctum fuisse, dixisse Honorium nil ad se de electione Romani Regis pertinere. Verum illius interfuisse, ne ea electio tentaretur, ex eo conspi-

cuum est, cum ob id Henricus Sicilia regno donari emitte patria potestate, jussus esset, ne in Friderico Sicilia Imperio conjuncta videretur: Henrico vero electo Romanorum Rege pontificium consilium elulum erat, nec metus aberat, ne Sicilia ab aula Apostolica divelletur. Quibus porro officiis verborumque lenociniis ex eo offensum Honorii animum lenire ac permulcere studuerit Fridericus, ex subiecta literarum parte accipiamus.

Ann. Eccl. Tom. XX.

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAR.

4.

FRIDERICI II. IMP.

I.

Urgetur
Frid. pro-
missa im-
pleat.
(a) Lib. 4.
ep. 850.

(b) Ib. ep.
779.

XVIII. Stipatus florentissimo comitatu transi-
lierat alpes Veronamque felicissime per-
venerat, ubi cum substitisset, suas ad Hon-
(c) Lib. 5.
ep. 140.

(d) Extr.
in regest.
Hon. 1.4.
ep. 150.

Necessitatem vero Terræ sanctæ exag-
retis, sicut res ipsa deposita, insinuantes
regiae celstudini, quomodo fiducia & spes
illius negotii in eo post Deum quasi tota
dependet, sicut per nuncios, & literas le-
gati, prælatorum & baronum exercitus Chri-
stiani evidenter apparet, & quomodo ipsum
ita instanter ad coronam vocavimus spe-
cialiter hoc de causa: & addatis, quod
nisi in instanti passatio exercitui Christia-
no magnifice succurratur, est procul dubio
formidandum, ne predictum negotium Ter-
ræ sanctæ penitus dissolvatur (profligatis,
ut metuebat Honorius, res Terræ sanctæ
fuisse Friderici incuria infra videbitur.)
Quidquid autem super his poteritis intel-
ligere, nobis curetis quamcunq[ue] filieler
intimare. Dicit. Later. IV. id. novemb. pont.
nostris an. v.

Inde vero, paucis interjectis diebus sum-
mus Pontifex in basilica principis Apo-
stolorum Friderico Imperii insignia ritu
solemni contulit, eaque de re Pelagium e-
piscopum Albanensem, atque Apostolicæ
sedis legatum in exercitu Christiano Terræ
sanctæ brevi hac epistola certiore fecit (f).

P. Albanen. episc. A. S. L.

Quia scimus animum tuum super statu
Imperii expectatione suspensum, ecce tua
fraternitati expontimus nos dominica ante
adventum Domini proxima, charissimum
in Christo filium nostrum Fridericum Ro-
manorum Imperatorem semper Augustum,
& Regem Siciliæ, & illustrem Imperatri-
cem consortem ejus in principis Apostolo-
rum basilica cum inestimabili alacritate,
ac pace civium Romanorum solemnissime
coronasse. Qui facta tribus diebus in mon-
te malo mora continua, tandem præsta
nobis securitate, quod tibi, & Christiano
exercitui in proximo martio succursum ma-
gnifice destinabit & in sequenti augusto
personaliter transfretabit, regnum cum pa-

ta sententia, sub nomine regio in leges
publicas redigantur, nobisque mittantur
regie bullæ robora munita in die co-
ronations sub imperiali nomine in basilica
principis Apostolorum solemniter publican-
da. Ad hæc prudenter, & caute stude-
atis investigare, ac perspicere regium ani-
mum, & propositum tam super vitanda regni,
atque Imperii unione, quam super subfilio

De non
divellet.

da ex aqua
Apoll. Si-
cilia.

Terræ sanctæ expresse regiis auribus incul-
cantes; quod videtur contra promissa, &
privilegia sua manifeste venisse; cum &
filium suum coronatum in Regem Siciliæ,
in Romanorum Regem eligi procurarit, &
prælatos & magnates regni ad coronam
vocarit Imperii, & ab eis de novo fide-
litatis exegerit & exigat juramenta, per
quæ in sedis Apostolicæ, nec non posteritatis
suæ aëspendium videtur præfata unio pro-
curari; unde multi non immerito admira-
rantur.

XX. Excitari
ad foren-
da Terræ
S. auxilia
jubet.

Necessitatem vero Terræ sanctæ exag-
retis, sicut res ipsa deposita, insinuantes
regiae celstudini, quomodo fiducia & spes
illius negotii in eo post Deum quasi tota
dependet, sicut per nuncios, & literas le-
gati, prælatorum & baronum exercitus Chri-
stiani evidentia apparet, & quomodo ipsum
ita instanter ad coronam vocavimus spe-
cialiter hoc de causa: & addatis, quod
nisi in instanti passatio exercitui Christia-
no magnifice succurratur, est procul dubio
formidandum, ne predictum negotium Ter-
ræ sanctæ penitus dissolvatur (profligatis,
ut metuebat Honorius, res Terræ sanctæ
fuisse Friderici incuria infra videbitur.)
Quidquid autem super his poteritis intel-
ligere, nobis curetis quamcunq[ue] filieler
intimare. Dicit. Later. IV. id. novemb. pont.
nostris an. v.

XXI. Fridericus
imperia-
libus in-
fusus ab
Hororio
decoratus

Inde vero, paucis interjectis diebus sum-
mus Pontifex in basilica principis Apo-
stolorum Friderico Imperii insignia ritu
solemni contulit, eaque de re Pelagium e-
piscopum Albanensem, atque Apostolicæ
sedis legatum in exercitu Christiano Terræ
sanctæ brevi hac epistola certiore fecit (f).

f. ib. ep.

250.

XIX. Honoriis
tuendis
juribus
Ecclesiæ
studet.
(e) Hon.
L.S. ep.
184.

Ceterum Honorius Rom. Ecclesiæ ju-
ribus, commodisque consulturus, ante-
quam Romam Fridericus perveniret, Ni-
colao episcopo Tusculano A. S. L. & A-
latrino subdiacono suo hæc mandata tran-
smisit (e).

N. episcopo Tuscul. A. S. L. & di. fi. A-
latrino subd. & capellano nostro.

De communi fratrum nostrorum consilio
præsentium vobis auctoritate mandamus,
quatenus efficaciter studeatis, ut capitula-
ria, quæ vobis mittimus præsentibus in-
terclusa, sub competentibus verbis, serva-

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAR.

4.

FRIDERICI II. IMP.

I.

ce ac gaudio est ingressus, ea quæ ad sub-
sidium Terræ sanctæ pertinent, provisio-
rus. Confortare ergo in Domino, & in
eius servitio exercitus Christiani corda
confirmare desideratum succursum favente
Domino magnifice habiturus. Dat. Later.
xviii. kal. januar. pontificat. nostri an-
no v.

XXII. Quod ad Friderici uxorem attinet; hor-
(a) Ep. 62. tatus illum fuerat Pontifex, (a) ut secum
eam duceret, quo una cum ipso diademate
redimiriri posset. His porro de Frideri-
co Romæ Imperii insignibus a Pontifice
decorato, plerique auctores ad stipulan-
tur (b), e quibus Richardus, Godefri-

de S. Ger. dus ac monachus Patavinus fæto S. Cœ-
Ursperg. ciliæ gesta tradunt. At non possumus hoc
Stad. in loco non mirari, quomodo Conradus Ur-
spengensis abbas ejus temporis scriptor
affuerit, Fridericum ab Ugolino epis-
copo Ostiensi corona redimitum. Id for-
titer auctorem in errorem inducere potuit

Pat. l. ebr. Stero quod tunc ab episcopo Ostiensi cruce fu-
in annal. erit insignitus, ut Richardus (c) e S. Ger-
mano monumentis transfudit: Tunc ipse
Imperator, nimurum post accepta sole-
nni pompa imperialia insignia, per manus
Ostiensis episcopi, qui postmodum in Pa-

lam Gregorium est promotus, resumpsi cruce
cem, votum publice innovavit, multoque
qui intererant, nobiles idem facere ant-
recentior.

ed. ann. E manu
Ugolini crucem
accipit Frid.

(c) Rich. liæ satis cum omnium Romanorum gratia
in chr. an. & honore sunt Imperii diademate insi-
gniti.

XXIII. Eodem vero die Honorius inter missa-
rum solemnia anathematis sententiam tu-
lit adversus haereticos omnes, eorumque
fautores, receptatores, defensoresque,
atque in edentes servantes constitutio-
nes, plebiscita & consuetudines, quæ
ecclesiastice immunitati repugnarent, scri-
ptis anno sequenti inueniente apostolicis ad

Bononiensem episcopum hac de re lite-
ris (d): Noverit fraternitas tua, quod
nos nuper in basilica principis Apostolorum
præsente charissimo in Christo filio nostro
Frederico illustri Romanorum Imperatore
semper Augusto, & Rege Siciliæ, in cele-
bratione missarum, postquam capiti suo im-
posuimus Imperii diadema, de consilio fra-
trum nostrorum accensis candelis excommu-
nicavimus ex parte Dei omnipotentis, au-

Ann. Eccl. Tom. XX.

ctoritate quoque beatorum Apostolorum Pe-
tri & Pauli, & nostra, omnes haereticos
ma in ha-
ereticos
eorumque
fautores
in ea cele-
britate
fulmina-
tum.

pitularibus suis infra duos menses post bu-
jusmodi publicationem sententiae fecerint
amoveti. Item excommunicavimus statuta-
rios, & scriptores statutorum ipsorum, nec
non potestates, consules, rectores, & con-
siliarios locorum ubi de cætero hujusmodi
statuta, vel consuetudines editæ fuerint,
vel servata; nec non & illos, qui secun-
dum ea præsumperint judicare, vel in pu-
blicam formam scribere judicata, &c. Po-
strem additur: Fraternitati tue per apo-
stolica scripta præcipimus mandantes, qua-
tenus præscriptam sententiam per civita-
tem, & diecesem tuam solemniter, & fre-
quenter publicari facias, & inviolabiliter
observari. Datum Laterani II. nonas ja-
nuar. pontificatus nostri anno quinto. Hæc
Pontificem episcopis etiam aliis rescriptis-
se, in dubium revocandum non videtur.

Promulgata pariter in basilica Vatica-
na edicta imperialia in ipsa suæ consecra-
tionis celebritate regestum (e) pontificium
(a) Ib. ad
op. 486.
Lata a
Frid. leges
in basil. S.
Petri.

XXIV. (f) Authe-
rid. II.
de S. Ger.
Ric.
Gesta ab
illo in re-
gno.

principis Apostolorum in die qua Imperia-
li diademate coronavit eum Romana Eccle-
sia mater sua, lex siquidem constitutiva
de abrogatione, & destructione omnium
statutorum & consuetudinum adversus ec-
clesias, clericos vel ecclesiasticam liberta-
tem, & de abolitione omnium haereticorum,
& haereticorum diffidatione, & banno. Cum
vero ea in autenticis (f) extet, indica-
se eam sufficerit. Confirmat idem chro-
nicon (g) S. Germani, dum ait Frideri-
cum Rome cum esset, leges pro tuen-
da ecclesiastica dignitate Paterenis excin-
dendis, testamentis crucis signatorum ful-
ciendis, agricolis ab injuriis vindicandis
post imperialis inaugurationis pompam, ut
feliciter auspicaretur Imperium, tulisse, Recipit se
Romanoque limite egressum in regnum, in Sicil.

(d) Mon.
l.5. ep.
310. habe-
tur e. no-
verit extr.
de sent.
excom.

Eodem vero die Honorius inter missa-
rum solemnia anathematis sententiam tu-
lit adversus haereticos omnes, eorumque
fautores, receptatores, defensoresque,
atque in edentes servantes constitutio-
nes, plebiscita & consuetudines, quæ
ecclesiastice immunitati repugnarent, scri-
ptis anno sequenti inueniente apostolicis ad

Bononiensem episcopum hac de re lite-
ris (d): Noverit fraternitas tua, quod
nos nuper in basilica principis Apostolorum
præsente charissimo in Christo filio nostro
Frederico illustri Romanorum Imperatore
semper Augusto, & Rege Siciliæ, in cele-
bratione missarum, postquam capiti suo im-
posuimus Imperii diadema, de consilio fra-
trum nostrorum accensis candelis excommu-
nicavimus ex parte Dei omnipotentis, au-

Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [x] R einerus monachus in continuatione Lamberti Parvi peculiaria quædam notat de ad-
ventu & mora Friderici in urbe; ait enim coronatum fuisse imperatorem in festo S.
Cæsilia, hoc est dominica, qua cantatur: Dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis; in ec-
clesia S. Petri & domino Honorio eum sua conjugi Margareta nomine; & ipsa die multa mune-
ra

Ooo 2 His

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4.

FRIDERICI II. IMP.

I.

- XXV.** His de Friderico enarratis reliquum est, ut de aliis Italæ rebus differatur. Non modo Pontifex in comitatu Mathildis repetendo, verum ad arcendum etiam perduellum Rom. Ecclesiæ vim, q[uo]d ejus iuria in Sardinia per tyrannidem occupare conabantur, plurimum laboris atque operæ contulit. Ubaldus Lambertusque eam ob causam e coetu fidelium, ut supra vidimus, segregati erant: quorum audaciam infringere Pontificem conatum plures epistolæ ostendunt atque adeo archiep. Arborensi precepisse, (a) ne ipsis ep. 674. Lamberto Sardinie invasori opponit se Pontif. (b) Ib. ep. 686. (c) Ep. 688. (d) Id. l. s. ep. 175. (e) Ib. ep. 177. Arboren. arch. ob sequutas Ubaldi partes censuris percussus. (f) Ep. 106. Petria vena absolvitur. (g) Ep. 83.
- XXVI.** Antiquatæ leges a Bonon. in academicos lat. (b) Lib. 4. ep. 728. 729. Laus Bononiensis a. academias. Defensa immunitatis ecclesiastica.

tatem, quæ cum prius esset hamilis, per eos ibidem congregatis divitiis fere supergressa est civitates provinciæ universas.

Explicit etiam pontificum studium, in tuenda cleri dignitate, quam nonnulli magistratus ac populi deprimere nitebantur: quorum audaciam monitis, adhortationibus, minis poenisque ecclesiasticis incussum coercuit: inventus in primis accerime est in Tarvisinio, qui gravissimis sceleribus se devinxerant, vastarant dioeceses Cenetensem, Feltrensem, ac Belunensem, atque episcopos Belunensem, ob patratam sceleram incipiit.

XXVII.

ac minis, in loca Feltrensis, Belunensisque ecclesiæ populabundi ingressi, ea vel everterant, vel in suam redegerant potestatem, episcopum, qui in occasi locum suffectus erat, in vincula coniecerant, parique morte erant affecturi, nisi intempesta nocte e vinculis avolasset. Gravissimas ergo in sacrilegos minas fulminavit, (i) ac nisi intra mensem facta convulsissent, episcopum Tarvisinum, omnemque urbis ac dioecesis clerum religioso pro imperio excedere jussit. Parvensum etiam insolentiam, qui in episcopum suum, ceterosque ecclesiasticos viros multa nefariaque facinora patrarent, Aquilejensis & Gradensis patriarcharum opera comprimentam curavit (k). Ne-

(i) Ep. 83. §39.

que his dissimilia adversus Auximanos scripti: (l) postremo memorato Aquilejæ patriarchæ mandavit (m) laicos ab imperanda extorquendaque pecunia inhiberet.

(k) Lib. 5.

ep. 178.

(l) Ib. ep.

242.

(m) Ep. 148

Nec prætereundum silentio severioris ecclesiastice disciplinae documentum memoratu dignissimum ab eodem Pontifice hoc anno editum in nonnullos parricidas, qui episcopo suo cruentas manus intulerant, quorum aliqui urente conscientia, poenitentia dusti, Apostolicæ sedis misericordiam summa demissione implorarunt. Pontificem ergo ad episcopos Vivariensem, & Tricastiensem ea scribentes, tantique flagitii seriem enarrantem, (n) inducere operæ pretium censui: Pia- (n) Lib. 4. culare flagitium, quod Bertrandus de Ca- ep. 810.

res, & ejus complices commiserunt bone memoria Anicien. episcopum crudeliter occidendo, flere libet potius, quam referre, ipsa immanitate flagitii verba profundis intercedente spiriis, & lacrymas invitit etiam oculis exprimere. Quem enim non moveat, quisve fecis oculis recitat, vi- rum nobilitate spectabilem, dignitate ins-

gnem,

NOTÆ ra equorum fere ad duo millia de Apulia, & de Sicilia, & de Calabria, & aliis terris ei subjectis sunt missa, de quibus eodem die plus quam sexenta donavit, & quingentos milites, qui cum præcederent in Orientali negotio ordinavit, & tam armis, quam sumptibus, & navi- culis iter eorum in Martio accelerari præcepit. Postea tribus diebus Roma mansit, & sic Apuliam intravit. Hæc apud alios frustra quæras. MANSI

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4.

FRIDERICI II. IMP.

I.

Anicien. episc. cru- deliter casus. gnum, meritis vita laudabilem, dominum a vassallis, piis ab impiis, patrem a filiis pro tuenda ecclesiæ sibi commissæ ju- stitia interemptum? Licet autem multi ad- versus Deum, & adversus Christum ejus convenerint, dictus tamen Bertrandus uni- versorum, & singulorum nequitiam super- gressus, solus cum ordinatum fuisset, ut dicitur, ne quis ipsum episcopum tan- geret, in eum sacrilegas manus extendere ac armatus inermem, mansuetum crudelis, patrem filius occidere non expavit.

Tanti ergo facinoris atrocitate permotis, eundem Bertrandum & ejus in tanta im- pietate consortes, qui ad nostram præse- tiam accesserunt, longo tempore sustinui- mus ante fores palatii nostri excubare dis- calceatos, & nudos, aures, & oculos ab eorum ejusmodi, & lacrymis avertendo, ut & ipsi per difficultatem hujusmodi enor- mitatem flagitii sui plenus intelligerent, & alii quoque, quibus illorum culpa fuit in scandalum, de ipsorum confusione non solum exemplum, sed etiam solutum re- portarent. Porro ipsis aures nostras cla- moribus indecessis sine cessatione pulsanti- bus, tandem attenderentes non sanis, sed male habentibus esse opus medico, secun- dum evangelicam veritatem, ne illos, ul- teriori difficultate adhibita, desperationis barathrum absorberet, eorumdem se ad satisfactionem omnimodam offerentium re- cipi, fecimus juramenta, & eisdem bene- ficio absolutionis impenso, talem injungi- ce pœnitentiam sub debito præstigi juramenti, quod videlicet omnes, qui convenerunt ad insedias contra ipsum episcopum, nec ta- men præsicerunt eum debere interimi, nec ejus interitum procurarunt, sine dilata- tione resignabunt Anicien. ecclesiæ, si quis eorum in feudum tenet aliquid ab eadem, nec illud unquam de cætero repetent, nec ea de causa inquietabunt ipsam ecclesiam; nec inde movebunt ei aliquam questionem. Ad hæc in civitate Podien. si secure pote- runt, unam facient quadragesimam, ostia- tim induti faccis, vel ciliciis, ac deton- sis capitibus mendicantes in pane, & aqua- bis in hebdomada jejunando. Quod si forte secure non poterunt esse in civitate præ- dicta, secundum prænotatum modum unam faciant quadragesimam in aliqua de civi- tibus convicinis, qua peracta, in præfa- ta civitate Podien. vel alia ultra mare transibunt in Terræ sanctæ servitio per biennium moraturi, ac omnes sextas fe- rias jejunaturi in pane, & aqua toto tem- pore vita sua, nisi eos evidens infirmi- tas excusaverit vel solemnitas nativitatis Dominica occurrit eo die.

XXX. Prædictus vero Bertrandus, cuius est detestabilior culpa, resignato secundum quod supradictum est feudo, si quod ab ecclesia ipsa tenet, ac deposito cingulo militari con- tra Christianum nunquam de cætero arma

feret. Tres quadragesimas in civitate Po- dii, si securus poterit, ibi esse, alioquin in aliis vicinioribus faciet indutus sacco, aspersus cinere, tonsa capite, discalceatus & ostiatim mendicans, ac pane solo, & aqua contentus tribus diebus qualibet septimana. Insuper per tres quadragesimas supradictas omni die dominica toti clero, & populo civitatis in qua ipsa faciet quad- dragesimas, nudum se offere cum virgis, quas in manu deferet ad verberandum. His peractis ultra mare transibit per se- ptennium moraturus ibidem in servitio Ter- ræ sanctæ, ac in suo reditu apostolico se conspectu*i* præferabit cum literis patriarchæ, ac aliarum autenticarum personarum, quæ in partibus illis tempore illo erunt; continentibus qualiter ibi per dictum se- ptennium fuerit conversatus. Toto tempo- re vita sua duas in anno faciet quadra- gesimas, & sextas ferias, ac solemnes vi- gilias in pane & aqua, nisi certa corporis infirmitas præpediat, vel occurrat Do- minica nativitatis solemnitas, jejunabit. A communione quoque corporis & sanguinis Domini abstinebit septennio, nisi fuerit in mortis articulo constitutus. Si vero post tres quadragesimas prædicto modo pera- ctis ad Carthusien. vel Cisterciens. ordinem transire legitime poterit & transierit, erit a supradicta pœnitentia excusatus. Ideo- que fraternitati vestra per apostolica scrip- ta mandamus, quatenus eos ad agendum pœnitentiam suprascriptam monitione pre- missa per censuram ecclesiasticam appella- tionem remota, si necesse fuerit, compella- tis. Dat. apud Urbem veterem vi. id. jul. ponit. nostri anno iv.

Flagitavit per id tempus patrocinium XXXI. Apostolicæ sedis Florensis ordo, nonnulli declarat Honorius Joachim. Joachim. abbat. ha- reticum non suisse. Nec illud unquam de cætero repetent, nec ea de causa inquietabunt ipsam ecclesiam; labore inquinatum fuisse, atque obicien- tibus commentarium in Petrum Lombardum conscriptum, sententia Lateranensis concilii dominatum: at Honorius eosdem monachos ab adversariorum iniuriis vindicavit, ac Joachimini catholicum ha- bendum esse censuit (a), quamvis nota- tus patrum censura ob fecidimos erro- res esset, auctor enim scripta omnia Rom. Cur abit ab illo ea infamia. Pontifici tradi jusserat, ab Apostolica se- de vel comprobanda, vel corrigenda, di- staratque epistolam, quam suo chirogra- pho muniverat, ubi illam se fidem tene- re constanter professus est, quam Rom. Ecclesia omnium mater & magistra te- neret. Denique Italicas rebus adiiciendum videtur, Honorium Firmanis percutien- dæ monetæ potestatem fecisse (b): Uni- (b) Ib. ep. 268. versitatis vestrae devotis precibus inclina- ti, habendi proprium cuneum ad cedendam Firmanis monetam, citra valorem imperialium, li- percuti- endæ mo- netæ jus ab Hon. traditum.

CHRISTI
1220.HONORII III. PAX
4.FRIDERICI II. IMP.
1.

decemb. pont. nostri anno v. Jam ex Italia in submotas ad septentrionem regiones pontificium zelum secuta nostra excurrexit oratio.

XXXII. Crescensius Card. A. S. L. in regna septentrionalia missus. (a) Ib. ep. 301. (b) Ep. 314. & reg. post sand. ep.

Recruduerant in Dania intestina bella, quæ potius religione quam armis sotum iri arbitratus Danorum Rex, ab summo Pontifice precibus contendit (a) ut legatum apostolicum ad componendas seditiones concitatas transmitteret: idemque alii Sueciæ, & Bohemiæ Reges ad temperandum ecclesiastarum septentrionalium statum, ut ex literis (b) eodem exemplo ad tres eos Reges exaratis patet, flagitarunt. Ad justa tantorum principium vota descendit Honorus, ac legati apostolici munus Gregorio Crescensio tit. S. Theodori diacono Cardin. in Dania, Suecia, Polonia, ac Bohemia commisit: summaque potestate ad pervicaces ad officium revocandos, ac gerendas res instruxit. Tum de injunctis illi partibus exhibendaque observantia ad Lubecensem, Raseburgensem, Szerniensem, Caninensem, Pragensem, Olo mucensem, No scensem episcopos, Upsalensem, Gnesnensem, Lundensem archiepiscopos, aliosque inferiores praesules scripsit (c). Demum ad coercendam principum ambitionem ecclesiasticas censuras in eos omnes est jaculatus, qui Regis Danorum successorum jura labefactarent: preterea finitimis Danie Regibus populisque publicis literis significavit (d) suarum partium fuisse Danie invasoribus anathema incutere, cum illud regnum ab Apostolica sede fiduciario jure penderet.

(e) Ep. 180. Dania S. A. stipendiaria. **XXXIII.**

Vetat Honor. objec-
to ana-
themate
ne quis
eam inva-
dat.

Charissimis in Christo filiis illustribus Regibus, & dilectis filiis principibus, & universis Dei fidibus regno Dacie circumpositis catholicam servantibus unitatem.

Quanto specialius regnum Dacie ad Ecclesias Rom. noscitur jurisdictionem spectare, tanto ad conservationem ejus posteriori studio debemus intendere, quia non immerito multa reprehensione digni existere videbemur, si quod est juris Ecclesiae Romanæ pateremur imminent, vel turbari. Inde est, quod ad exemplar felicis memorie Alexandri, & Innoc. prædecessorum nostrorum Rom. Pontificum vobis omnibus sub intermissione anathematis arctius inhibemus, ne quis prescriptum regnum invadere, vel turbare præsumat, aut jura charissimi in Christo filii nostri... illustris Danorum Regis, vel heredum suorum minuere audeat, vel sibi quomodolibet usurpare. Si qui autem nostræ prohibitionis transgressores extiterint, indignationem nostram, & Ecclesiae Romanæ se noverint incururos, & anathematis vinculo feriendos. Dat. Later. xvi. kal. decemb. pont. nostri anno v.

XXXIV. Complexus iisdem officiis apostolicis Bohemos, quibus Danos prosecutus est,

dissensionesque atque discordias inter Pragensem episcopum & Bohemiæ Regem, proceresque jam ante, ut vidimus, exortas compescere studuit scriptis ad Salzburgensem archiepiscopum, & Kirmensem episcopum, & Cisterciensis ordinis abbatem S. Crucis literis: (e) Post diuinam morim, quam venerabilis frater nostrarus Pragon, episcopus apud Apostolicam sedem traxit pro quaestione inter ipsum ex parte una, & illustrum Regem, ac barones Bohemiæ ex altera, super decimis, jurisdictione ecclesiastica, ecclesiastarum immunitate, ac nonnullis aliis ad ecclesiasticam pertinentibus libertatem, suborta, pro qua etiam ipse Rex & barones excommunicationi, & regnum ejus subjacenti interdicto, tandem procuratoribus ipsius Regis & baronum in nostra praesentia constitutis, utrue pars arbitrio nostro libere se comisit. Et infra.

Ubi subjecit se rem totam cum Cardinalibus contulisse, pacisque formulam conceptis verbis confecisse, a qua cum adversæ partes parum discrepant, Regis procerumque oratores inititisse, ut Pragam episcopum nitteret, illum ab Orthachero humanitatem exceptum iri, sedique suam sacramento adstrinxisse, se episcopum ad sedem Apostolicam incolument reducturos, si concordia non coalesceret, aut aliquod sui dignitatibus periculum aditurus videretur, iisque adductum assensisse, atque adeo hæc Salzburgensi archiepiscopo, alisque imperia fecit: Interponatis prulenter, & solcite partes vestras ad reformandum concordiam inter eos, quæ si studio vestro mediante provenerit, eadem sufficienti, & idonea cautione firmata, præfatas excommunicationis, & interdicti sententias relaxetis. Alioquin episcopum ipsum ad nos reduci juxta promissum nobilium prædictorum incolument facientes, easdem sententias præcipiat usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Viterbiæ xlii. kal. apr. pont. nostri anno iv. Hæc Pontifex ad archiepiscopum, cui etiam mandavit, ut Pannoniæ Regem Constantiæ Romanorum Imperatrici dotalia bona reddere compeleret (f).

Dimovit etiam comitem Ascaris fiduum cœtu, cum, scelere immani, abbatii Nieubergensi oculos effodisset. Joannem Sueciæ Regem monuit hortatus que est ne res Ecclesiæ occuparet, neve episcopos adulterinos intruderet. Exceptit vero paterno sinu Waldemarum episc. qui cum toties olim ob innumeris se commissa flagitia anathemate percussus fuisset, ægrotus admissorum tandem scelerum poenitens, veniamque ex Ecclesiæ ritu consecutus, ubi convaluit, nuncio rebus humanis remisso, in Cisterciensi familia se Deo consecratus, quem Ho-

Nittitur
epic. Pra-
gens. Ora-
chero

conciliare

Electus

contro-
versia ar-
bitri fue-
rat.

norius Cisterciensibus abbatibus commen-
(a) Ib. ep. 136. davit: (a) quo exemplo docemur de nullius emendatione spem abiiciendam,
(b) If. 59. cum testetur Isaia: (b) Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat.

XXXVII. Misit hoc anno ad sedem Apostolicam Stephanus Serviæ, & Diocliæ, aliarum que provinciarum Rex oratores, ut exolescentem cum Romana Ecclesia conjunctionem (recepti enim antea ab Innocentio atque a schismate Dioclii, Dalmatique revocati fuerant) redintegraret, atque has literas observantia erga Romanum.

(c) Lib. 4. Ecclesiam testes exaravit: (c) Sanctissimo patri, & domino Honorio Rom. sedis

ep. 681. Ecclesiæ universali Pontifici Stephano Dei gratia totius Serviæ, Diocliæ, Triboniæ,

Dalmatiæ, atque Oblumiæ Rex corona-
tus, inclinationem summæ fidélitatis con-
stantia. Quemadmodum omnes Christianidiligunt vos, & honorant, & pro patre,
& domino retinent, ita nos desideramussanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vestra fideli-
lem filium nominari affectans, quod bene-
dictio, & confirmatio Dei, & vestra sitsi placet super coronam, & terram nostram
semper manifeste, & ob hoc vobis nostrumepiscopum Methodium nomine destinamus,
ut quidquid ex vestra sanctitate, & vo-
luntate processerit, nobis per latorem præ-
sentium literis si placet rescribat. [t]**XXXVIII.** Delibutum ingenti gaudio tam felici-

Missi in bus nuncis fuisse Honorum præstare

Liveniam & Eston. a Rom. Pont. evang.

Injundum Salisb. ar-
ch. partes in concor-
diad ad-
ducatur.

bus intueri barbaras gentes atque infidelitas

tenebris obrutas, evangelica luce col-
lustratas mitescere, ac fide susceptra Ec-
clesiæ fese aggregate. Hi erant Livo-

nia, Estonia, Prussiaque populi, ad quos

excolendos evangelicos præcones illuc mit-
tendos curavit, datis ea de re literis adabbates, præpositos, priores tum Cister-
cienses, cum ceterorum ordinum, quos ad industriam in tanto opere collocandam

his verbis incendit (d).

(d) Ib. ep. 700.

Honorus, &c.

Cum sicut venerabiles fratres nostri Li-
vonen. Selomen. & Lealen. episcopi nostri
auribus intimarunt, in partibus Livoniæ duritia cordium paganorum tanquam terra vastæ solitudinis imbre gratia divina compluta, & ex parte vomere sanctæ prædications exulta in eis semen verbi Dei

feliciter in segetem pullulet, quin etiam al-

ba sint jam regiones ad messem, quæ qui-

dem, Domino dante benignitatem, multa

est, operarii vero pauci; expedit, ut alii

mittantur illuc metere, quod alii semina-

re.

NOTÆ [1] In Annalibus contractis post fragmentum literarum Stephanii regis Serviæ additur. De eo Thomas archiepiscopus Spalatinus (a) qui tunc scribat hac tradit. Stephanus Do-

minus Serviæ, sive Rasciæ qui Megajpanus appellabatur, missis apocrisiariis ad Romanam se-

dem impetravit ab Honorio summo pontifice coronam regni, direxit namque legatum a late-

re suo, qui veniens coronavit eum, primumque constituit regem terræ suæ. MANSE

CHRISTI
1220.HONORII III. PAX
4.FRIDERICI II. IMP.
1.

runt, quatenus secundum evangelicam ve-
ritatem, qui seminant, simul gaudeant,
& qui metunt.

Cum igitur per Dei gratiam in ordine XXXIX.

vestro sint muli ad hujusmodi opus idonei, charitatem vestram rogamus attentius,

& hortamur, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus monachos, & conver-

sos, quos prædicti episcopi vel missi ab eis a vobis duxerint postulando, illos ad o-

pus ministerii bujus non solum permittatis accedere, verum etiam transmittatis, ut

& ipsi erudientes plurimos ad salutem me-
reantur tanquam stellæ in perpetua æterni-

kal. maii pontif. nostri an. iv. Extat etiam pontificum diploma (e) ad episcopos qui-

(e) Ep.

bus Honori potestatem fecit, ut reli-
giosos viros rogato eorum, qui ipsi præ-

Solicitati

episcopi
diffemi-
nando e-
tiam per eos dies episcopo Revellensi, vangelio

qui ardenti fidei Christianæ amplificandæ operam studio inflammatu apud ethnicos Estoniæ darent.

evangelium serebat, concessit, (f) ut (f) Ep.

quos ad id operis ex iisdem religiosis fa-
miliis idoneos nosset, de præpositorum, ad quos ea de re scriptis, (g) licentia-

(g) Ep.

adduceret. 690.

Tum Prussiae Christi fideles sacro ba-
ptismate nuper ablutos est cohortatus, (b) Ep.

(b) ut tanti beneficii memores suscep-
tum fidei retinerent, præclaræ virtutum ope-
ra ederent, ærumnis non frangerentur:

733.

Prussos in
fide con-
firmat.

XL.

hi erant Livo-
nia, Estonia, Prussiaque populi, ad quos

excolendos evangelicos præcones illuc mit-
tendos curavit, datis ea de re literis ad

abbates, præpositos, priores tum Cister-
cienses, cum ceterorum ordinum, quos ad industriam in tanto opere collocandam

pati: fidelem Deum ultra vires eos ten-
tari haud permisurum: momentaneum,

ac leve tribulationis immensum glorie pondus in nobis operari; eos se officiis be-
neficisque semper prosecuturum.

Honorius, &c.

Gratias agimus largitori omnium gra-

tiarum, qui propria gloria & virtute vos de variis errorum tenebris in admirabile lumen fidei advocabit, & in regione ba-

bitantibus aliquando umbræ mortis, reve-
lavit vobis per Spiritum sanctum eum, qui est lux mundi, Filium suum dominum Je-

sum Christum, ut in agnitione ipsius vias viæ certissime ambulantes, qui aliquando non populus Dei fuit, nunc populus Dei

fuit, & qui non consecuti misericordiam,

nunc misericordiam consecuti, possitis in

adoptione filiorum Dei merito gloriari, he-

re.

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

(a) Ep. 792. uti constituerat, proficisci nequiret, vi-
gesimam eam ob causam receptam resti-
tuere jussit. (a) Tum Judæum quemdam
Barchinensem Azzachum nomine atque
Aragonum Regis Alfachimum appellatum,
ab usuris alienum, catholicorumque stu-
diosum, tum ab ipso tum ab episcopis
rogatus, patrocinio apostolico arcendum
minime censuit, dato ad illum diploma-

(b) Lib. 5. te, (b) in quo Romane sedis erga in-
fideles, ut eos ad Christi obsequium pel-
liciat, humanitatem & clementiam his
verbis explicat: *Sedes Apostolica pia max-
ter ubera charitatis, quibus filios suos nu-
trit, ad alienos interdum studio pietatis
extendit, quos locum sui tabernaculi di-
latando in fide nittitur parturire, ut si for-
san ad emulacionem quomodolibet provoca-
ti in adoptionem ventiant filiorum, Chri-
stusque formetur in illis, & ipsi confor-
mentur eidem, advenienteque ihsus pedum ve-
stigia, qui ei aliquando detribebant. Dicit.
apud Urbem veterem VII. kal. septembr.
Pontif. nostri anno V. Hæc Honorius: qui*
(c) Ib. ep. suis ad Regem literis (c) illud in Az-
61. zachum beneficium se consulisse refatur,
memoratoque archiepiscopo mandavit,
tum ut illum vexari non permetteret, (d)
tum ne Judeos nova signa gestare com-
pelleret (e).

(d) Ep. 87. Verum quanquam Honorius, ab Rege
XLIX. postulatus, hac in re morem illi gesit,
Obiurgat. reprehendit tamen, dum legationes ad
Rex Aragon. Miromelinum ejusque imperio subje-
Judæis o-
ratorum ctoes decerneret, eam provinciam Judæis
munus demandare consuevit, qui magno Caris-
comit- tianorum danno, ipsorum consilia Sar-
tere. racenisi proderent: quocirca Pontifex Re-
(f) Ep. 166. gem ipsum monere, (f) hortarique, si-
104. delium opera in ea re uteretur; non sie-
Monet ri verisimile, ut qui a Christi fide tanto-
quantum pere abhorrent, se Christi cultoribus
ex eo as- fidos exhibeant; eaque de re ad Tarra-
scriben- conensem archiepiscopum Barchinensem
impende- atque Illerensem episcopum scriptit, ut
at. Reg. post eand. Regem ab imponendo Judæis eo munere
ep. 793. avocarent, cumque Legionis, Castellæ,
(h) Reg. ac Navarræ Reges in obeundis hujusmo-
ep. 794. di legationibus Judæoru[n] opera uterentur,
Reges monit. ab ea re literis apostolicis deterruit
(g) ac Toletanum arch. A. S. in Hispania
post eand. legatum ac Palentinum, Burgensem,
(h) Reg. Legionensem, Zamorensemque episcopos
ep. 795. a fœdissimo ac pleno periculi exemplo
eos Reges monitis abducere jussit (b).

L. Percellendus asperioribus monitis fuit
Rex Lu- Lusitanus, qui gravissimis facinoribus re-
sit. argui- gium decus inquinarat; ob quæ fidelium
tur ecclæ- coëtu ablegatus fuerat. Quem effrenato
fasticos furore in ecclesiaram bona grassantem
oppressis- hisce literis (i) Honorius apostolica con-
se. stantia arguit, atque ad officium & resi-
piscientiam revocare est conatus.

Quo'd solitæ salutationis alloquium tibi
salutis propriæ contemptori subtrahimus,

tua culpa mœrenda meretur, quæ te jam
a communione fidelium separavit. Cum enim scias, vel scire debeas, quod omnis
est ab Omnipotente potestus, qui solus habet in regno hominum potestatem, & quemcumque vult suscitare super illum regiae dignitatis potentiam, quam gratis a Domino acceptisti, debueras in ejus beneplacatis exercere, servando iustitiam, quæ Reges ex ulti, & secundo quæ voleat ad omniam pietatem, ut de gratia in gratiam, & de virtute proficiens in virtutem; regnum terrenum commutares felici commercio in æternum, quid Deus eum diligenteribus reprobasti; & infra: ubi patrata ab ipso scelerata in oculis defixit, redactam in servitatem sponsam Christi ecclesiam, imposta monasteriis, xenodochiis, ecclesiis, aliisque locis pisis intoleranda vetigalia, fœdissimos adulterarum amores, quibus se contaminarat, laxatum crudeliter furem in Bracharensem archiepiscopum a tot sceleribus paterna cura revocare molientem; contemptas censuras ecclesiasticas, occupata archiepiscopi bona, eversas domos, excisas vineas, evulsas arbores, denique agros ferro ac flamma vastatos, subiicit.

Et nunc, Rex intellige, sunt hæc opera catholicæ principis, an tyranni? Utinam saltem exempli Pharonis Regis Ægypti, qui veri Dei notitiam non habebat, inter sanctum discerneres, & probatum, ne ad subjugandas tibi res ecclesiasticas inbiates, cui cum ter Joseph tota terra Ægypti fuerit subjugata, sola terra sacerdotum remansit libera, & excepta: quinetiam sacerdotium statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Vel utinam Ozæ pœnit, te ne ad sancti manum extenderes, terruissit, qui pro eo quod arcæ inclinata manum aprofuit, ut sustentaret eandem, percussus obiit, Domino ulciscente; cum ex culpa simili similem, immo ex graviore debes formidare vindictam. Sed ad hæc cur in archiepiscopum, virum utique literatura, & honeste conspicuum, deservisti? Nonne Nathan propheta David Regem corripuit, increpando; & Ieremiah Ezechie dixit: Morieris tu, & non vives; & tamen neuter inde iniuriam pertulit, sed honorem? Et quidem quantum eumdem archiepiscopum intendis gravius persequi, tantum sibi causam das gratiæ ac gloriæ potioris, cum beati sint, qui persecutionem propter iustitiam patiuntur; sed præter periculum animæ, quod quasi serio tibi paras, famam tuam enormius debonestis, multis dicentibus: Ecce homo qui sibi Deum non posuit adjutorem, sed speravit in multitudine divitiarum suarum & in sua prævaluit vanitate.

Ut autem vel nunc fossa pariete mentis
salutis propriæ contemptori subtrahimus,

LII.
Inclusæ illi minæ.

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

tionis, & vissis abominationibus tuis pessimas, abominatus easdem reiicias, & ad salutaria dirigaris; celsitudinem regiam rogamus, monemus, & hortamur attente, obsecrantes per aspersiōnem sanguinis Jesu Christi, quatenus culpas tuas humiliiter recognoscens converti festines ad Dominum, &c. Hortatur ut vitiorum cœno emergat damnaque illata farciat: ni crima expiet, significat Palentino, Astoricensi, Tudenique episcopis illius anathemate, ac regni interdicto feriendi impositam provinciam: Bracharenis archiepiscopi tentias auctoritate Apostolica confirmatas fuisse. Cumque annus ex suscepta ab illo anathematis nota effusat, juste posse perhorrefgere, ne illius subditi sacramenti religione liberentur, ipsius studiosi consortio fidelium pellantur, regnique jura in invasores transfundantur. Datum Later. XI. kal. januar. pont. nostri an. V.

Supereft ut ea aggrediamur, quæ pro Christi fidelibus orientalium regionum Rom. Pontifex peregit, præter ea enim, quæ apud Fridericum Imperatorem, ut vidimus, egit, Conradum scholasticum Maguntinum ac penitentiarium suum in Germaniam legavit, (a) quo crucesignatos, ac Fridericum ipsum ad sacrum iter arripiendum pro concione impelleret, quamquam a vafro & Christiani nominis cause parum vel nihil solicito principe pontificia diligentia elusa est. Postea vero cum nuncios ac literas ab exercitu Christiano apud Damiatam commorante accepisset, ac subsidio prompto egere agnivisset, Conradum, de quo mentio edita est, monuit, (b) Crucesignatos ad traiiciendum vehementius incenderet. At pontificias literas hæc, aliaque scitu dignissima completentæ in medium afferre operæ pretium existimamus.

Honorius, &c.

Venerabilis frater noster. Albanensis episcopus A. S. L. nec non dilecti filii universi exercitus a. apud Pelusium debilitatus. Sed ad hæc cur in archiepiscopum, virum utique literatura, & honeste conspicuum, deservisti? Nonne Nathan propheta David Regem corripuit, increpando; & Ieremiah Ezechie dixit: Morieris tu, & non vives; & tamen neuter inde iniuriam pertulit, sed honorem? Et quidem quantum eumdem archiepiscopum intendis gravius persequi, tantum sibi causam das gratiæ ac gloriæ potioris, cum beati sint, qui persecutionem propter iustitiam patiuntur; sed præter periculum animæ, quod quasi serio tibi paras, famam tuam enormous debonestis, multis dicentibus: Ecce homo qui sibi Deum non posuit adjutorem, sed speravit in multitudine divitiarum suarum & in sua prævaluit vanitate.

Ad hæc, ut lateris nobiscum, & alios lætifices audientes, noveris, quod charis Ann. Eccl. Tom. XX.

FRIDERICI II. IMP.

I.

simus in Christo filius noster Fridericus Spem in-
Romanorum Imperator illustris & Rex Si-
ciliae, nuper in dominica, quæ præcedit do-
minicam de adventu, in omni pace ac tran-

quillitate suscipiens de manibus nostris Im-
perii diadema, in omni devotione, affixit
suis humeris publice signum crucis, præ-
stato ex intimo mentis fervore corporaliter

juramento, quod in proximo futuri mensis

augusti passagio transfretabit, auctore Do-

mino, in subsidium Terræ S. venerabilis

quoque frater noster Meten. episcopus im-

perialis aulæ cancellarius, & dilecti filii

nobiles viri.. dux Bavariae, ac Varne-

rus de Bollandia dapifer, nec non alii mar-

chiones, comites, barones de Theutonia &

Apulia plures quam quadringenti, & cum

eis numerosa militum & peditum multitu-

do, recepto palam Crucis signaculo, in

proximo p[ro]ssimo martis se transfretaturos

in praedicta terra subsidium devoverunt.

Propter quod expedit, ut crucesignati, &

cruce signandi ad transfrandum sine omni

mora festinent, quatenus coadunatis viri-

bus procedentes facilis, ut speramus, au-

etore Domino inimicos nominis Christiani

valeant profligare. Dat. Later. V. kal. de-

cemb. pont. nostri anno V. Ut Conrado po-

nitentario in Germania subsidii cruceli-

gnatorum contrahendi partes commisit,

ita idem in Anglia Pandulpho Norvvi-

censi electo Apostolice sedis legato, (c) Lib. 4.

atque in Alsacia Constantiensi episcopo ep. 756.

(d) munus injunxit, ut nimurum earum (d) Lib. 5.

regionum crucesignatos ad sacram expe-

ditionem obeundam cogerent, Januen-

ses subiratos, quod secus Damiatæ (e) Lib. ep.

capite consultum provisumque esset, quam 10.

ipsis videretur, adhortari ne propterea (f) Ibid.

Terræ sanctæ subsidio esse cunctarentur, ep. 254.

(g) Lib. 4.

mutuam populorum concordiam conci- ep. 807.

liare, (f) ne auxiliis illi submittendis. & l. 5. ep.

impedimento essent, idque genus alia 48. 111.

gerere (g). 191.

Interea ad sedem Apostolicam defertur LV.

Joannem Hierosolymorum Regem, Da-

Rex Joan.

Hierosolyma.

ros. Pelu-

sio in re-

gnum se

recipit.

(b) Lib. ep.

26.

Jo. Regi Hieros. illustri.

Audivimus te secessisse a partibus Da-

miatae & ad civitatem Accon collectis tuis

viribus accessisse, quod si eo proposito, &

consideratione fecisti, ut paganorum partes

illas infestantium incuribus obvies, & co-

natus elidas, tuam commendamus in Do-

Excitatur

mino providentiam, maxime si Christiani ab Hon.

a parte illa usque adeo infestantur, quod ad cœpta

profe-

quenda.

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

quod quidam somniant, te contra regnum Armeniæ velle arma movere; cum credimus tantam esse in regia serenitate prudentiam, quod perspicue vides, quantum periculum, quanta jactura, quanta confusio per hoc evenire posset fidelibus constitutis in partibus orientis, ac toti populo Christiano, & quantum Apostolicæ sedi, & universi fidelibus te redderes odiosum, si nunc totius orbis Christiani viribus proficisci tuo, & Terræ sanctæ concussis, tu communi utilitate posthabita intenderes speciali, quæ nisi communi promota feciliter, non posset stabiliter promoveri.

LVI. Licet igitur confidamus, quod tu hæc prudenter attendens, evitabis aliquid attentare, per quod perire, ac evacuari posset totus labor, quem hæc tenus pro Terra sancta subiit populus Christianus, ex abundantia tamen sub obtentu gratiæ divine, ac nostræ, & sub anathematis pena tibi auctoritate præsentium districtissime inhibemus, ne hoc tempore aliquatenus arma moveas contra ipsos Armenos, aut quoque alios Christianos, sed Iudeas, ut tota Christianitas ultramarina in unitate confusat, & venerabili fratri nostro P... Albanensi episcopo A. S. L. qui strenuit-

Monetur
Pelagio
obtempere.

tem tuam frequenter suis nobis literis commendavit, sicut personæ nostræ reverenter intendens studeas, quod commune populi Christiani negotium desideratum largiente Domino consequatur effectum; postmodum tuis specialibus commodis operam diligenter utiliusque daturus. Alioquin, quantumcumque tuam diligamus personam, & deferre regie dignitati velimus, contra tamen communem utilitatem, immo contra ipsum Deum deferre tibi, vel cuiquam alii non possemus. Datum apud Vrbem vetrem III. idus aug. pontificatus nostri anno V.

Sane Joannem Jerosolymorum Regem Armeniæ regnum ad uxorem suam jure hereditario pertinere contendisse apostolicum diploma (a) ostendit; namque Pontifex suppliciter ab eo rogatus, ut regnum ipsi confirmaret suum illi jus auctoritate apostolica stabilitiv ac firmavit, iv. nonas febr. pontificatus anno IV. hoc ipso scilicet. Verum Raymundum Antiochiae principem & crucesignatum, idem Armeniæ regnum ad se spectare censuisse, [i] atque adeo nuncio ad Honorium missio petiisse, ut Pelagius Albanensis episcopus, & Apostolicæ sedis orientalibus in

LXVII.
Prætenta
ab illo
nonnulla
in Arme-
niam ju-
ra.(a) Lib. 4.
ep. 661.

NOTÆ [i] Quid juris in regnum Armeniæ sibi vindicaret Johannes rex Hierosolymæ, optime explicit Oliverius ad hunc annum. Postquam enim narravit regis illius ab exercitu recessum causantis expeditionem in Armeniam, addit. Filiam enim Leonis habens regis Armenia defuncti uxorem, (quam Isabellam appellant historici) regnum, ut dicitur, affectavit regnis illius, sed spe sua frustratus a baronibus Armenorum non est admissus. Emulum habuit Rupinum Antiochiae principem, de quo sæpe alibi in annalibus, & in annotationibus nostris, quem Leo ipse Armeniæ rex in quadam diplomate Melit. n. C. nepotem, & heredem suum appellat. Postmodum vero, nescio qua de causa, idem rex abjecto Rupino in regni spem filiam suam minorem accivit. Ita enim Oliverius narrationem suam prosequitur. Rupinus etiam princeps Antiochenus idem regnum appetebat, quem catholicos, (ita enim patriarcham suum appellant Armeni) primas nominata gentis in Tharsos civitate potenter obsedit, & comprehensus, incarcerated ibidem vitam finivit. Exvens autem juniori filia Leonis regis, cui pater ante mortem suam principes regni jurare fecit fidelitatem. Catholicos modico tempore post defunctus. Hæc Oliverius, cui fere confronat Bernardus thesaurarius de acquisit. Terræ sanctæ cap. CCV. Rer. Ital. to. VII. col. 843. qui & historiam rejecti ab Armenis Johannis hanc narrat; Interim (dum Johannes adhuc cum sacra militia ageret) nunciis ad regem Johannem venerunt, significantes socrum suum Armeniæ regem viam ususversa carnis ingressum. Rex igitur causam discessus sub hujusmodi titulo libenter amplexus, ob ortam videlicet inter eum, & legatum discordiam, non sine multorum displicentia, in Armeniam profectus est. Sed cum regni primores dicentes se illum non recognitos in dominum, nisi demum quondam regis domini eorum filium, suamque conjugem cum eo non viderent, reversus est Accon, ubi commorabatur regina, ut eam secum in Armeniam duceret, regni jura percepturus. Porro secus evenit. Suggestum quidem illi fuit reginam ipsam necem regis filia, quam ex altera uxore quondam Marchionis Conradi relata generat, procurasse veneno. Propter quod rex corde nimium amaricatus tantis eam affecit verberibus, ut exhalaret misere spiritum. Nec in Armeniam reversus est, per annum mortuus Accon. Eodem pariter anno, & tempore obiisse reginam Johannis uxorem (quam Isabellam appellari supra notavimus) tradit Oliverius, sed causam hujus obitus non exprimit, quin & morbo naturali extintam indicare videtur, cum afferat una cum matre filium parvulum decessisse, quem sane verberibus a patre confessum fuisse nemo crederet.

Ex testimonio Bernardi thesaurarii mox relato constat Leonem sive Levonem Armeniæ regem hoc anno decessisse, eique sequenti anno mense junio, teste Oliverio, successor datus est Philippus filius Boamundi principis Antiochiae, qui ducta in conjugem filia Leonis defuncti regnum dotis jure accepit. Sed brevi rebus præfuisse oportet, cum Haïto Armeniae princeps maritus filia Leonis, ejusdem forte, quæ ante nups erat Philippo, vel alterius, annis quinque supra quadragesima regnaverit, dein corona in filium Tivonem translata, ipse monachum induerit & non diu post decesserit. Obitum hunc cum anno 1270. Haïto historicus, qui chronicon orientale circa annum 1300. scribebat, componit. Chronicon illud Italice prodit in secundo volumine collectionis Rhamnusii, & Gallice in tomo II. operis Recueil des Voyages curieux, a Leide MDCCXXIX. Hæc si demantur, regno Philippi non ultra triennium superevit. MANSI

CHRISTI
1220.

HONORII III. PAP.

4

FRIDERICI II. IMP.

I.

in oris apud exercitum Christianum legatus, regni insignia sibi conferret, ostendunt literæ (a) ipsiusmet Pontificis, qui 5. ep. 263. rem totam legato permisit. Nec præternitendum videtur, intentum sacro parando subsidio Honorium ingentem pecuniam vim cogendam, atque ad memoratum Albanensem episcopum transmitendam curasse: cui rei testimonio plures pontificiæ literæ, cum ad eum, tum ad alias hoc anno (b) exaratae.

LVIII. Hoc interim spatio, quo in statu nostræ res in orientalibus oris essent constitutæ, epistola hæc a Petro e Monte Acuto magistro militum templi, qui aedebat ad episcopum Elyensem docet: Noveritis quod in primo passaggio post capti- nem prædictam apud Damiatam tot peregrini applicuerant, quod una cum residuo remanentis exercitus possint sufficere ad munitionem Damiatæ, & defensionem castrorum. Dominus quidem legatus uni cum clero promotionem exercitus Jesu Christi preoptans populum plures ac diligenter admonuit de faciendo equitatu super infideles: sed barones exercitus tam transmarini, quam cismarini considerantes, quod gentes exercitus ad munitiones dictarum civitatum & castrorum, & ad progressum faciendum ulterius ad Christi unitatis utilitatem non possint sufficere, in hic consentire noluerant. Soldanus enim Babylonia cum infinita perfidorum multitidine non longe a Damista castrametatus super utrumque fluminis brachium pontes construxit, ad impediendum Christianorum progressum. Qui cum tanta multitudine ibadem expectat armatorum, quod maximum periculum de ulterius equitando fidelibus imminet, veruntamen civitatem prædictam & castra fossatis, & litus undique munitivimus, expectantes a Domino consolari per subsidium nobis adveniens in succursum. Et infra:

Sarraceni magnis viribus Christianorum progressus abrumpti.

(c) Matt. 24. 4. ep. 836. risque Constantinopolitanorum morte ni- mium dolorem contrahat, neve animum abiiciat, sed munus strenue administret: altera vero mandat, (e) ut Demetrium (c) Id. I. 5. Regem Thessalonicensem, ejusque regnum ep. 23. solicite & peramanter foveat ac tue- atur.

Expectavimus jam diu Imperatorem & nobiles alios, per quos speravimus relevari, in quorum adventu opus multorum manus inchoatum ad finem sperabamus perducere optatum. Si vero de spe succursus bujus in proxima astute, quod absit, frustremur utique, terra Syriæ videlicet & Egypti tam ista, quæ diu possessa est, in casu dubio sunt constituta. Nos itaque & aliae gentes cismarinae tot & tantis sumptibus in exequendis Jesu Christi negociis adeo prægravavimus, quod ad consuetas expensas non sufficimus, nisi divina clemencia, & fidelium virorum subsidio nobis in proximo succurratur. Datum Accon. XII. kal. octob. Hactenus Petri epistola, quam refert Parisius (c) anno in sequenti; verum in hunc conficiendam esse illud de par. bish. monstrat; quod Petrus ipse dum hæc XII. Angl. kalend. octob. scribebat, Accone morabatur, neque adhuc, ut indicat, Damita in ditionem Sarracenorum venerat: verum id facile eventurum timebatur, nili tempore astivo proximo Fridericus Imp. aliisque nobiles, ut sperabatur, suspectias tulissent. Ceterum Sarraceni sequenti anno sub initium septembribus Damata potiti sunt.

Hoc interim spatio duas etiam epistolas ad Joannem Columnam tituli Sanctæ Praxedis presbyterum Cardinalem, Apostolicæ sedis in orientali Imperio legatum Pontifex scripsit, quarum altera horatur (d) ne ex patriarchæ Imperato- 4. ep. 836. risque Constantinopolitanorum morte ni- mium dolorem contrahat, neve animum abiiciat, sed munus strenue administret: altera vero mandat, (e) ut Demetrium (c) Id. I. 5. Regem Thessalonicensem, ejusque regnum ep. 23. solicite & peramanter foveat ac tue- atur.

JESU CHRISTI
ANNUS
1221.

HONORII PAP. III.
ANNUS
5.

FRIDERICI II. IMP. 2.
ROBERTI IMP. 1.

INgemuit Christianus orbis expugnatum tanto apparatu bellico, tantisque laboribus Pelusium inopino casu in potestatem infidelium anno Servatoris millesimo ducentesimo supra vigesimum primum indictione nona recidisse, victorem exercitum e tot Christianis nationibus diversis conflatum non Sarracenorum potentia, sed astu bellico undique Nili eluvionibus circumfusum ad ditionem compulsum fuisse, conceptaque recuperandæ Terræ sanctæ ac latius circumferendi in Ægypto Christiani nominis spes infelicissime evanuisse. Verum antequam tantæ calamitatis seriem exponamus, affrendum videtur, quanto studio, opera & solitudine incubuerit Honorius, ut occidentales ad submittenda auxilia adduceret. Non ille otio quietique, ut ex literis (a) ad Albanensem episcopum A. • ep. 309. S. L. datis patet se permittere, aut segniter agere, sed in ea omnes nervos industria, diligentiaque suæ contendere, atque adeo Christi fidelium animos ad nomen sacræ militiae dandum accendere, qui que jam dedissent, ad perfectionem impellere, inertes monitis minisque urgere; præ-

(n) Mon. I. literis (a) ad Albanensem episcopum A. g. ep. 309^o S. L. datis patet se permittere, aut segni-

ter agere, sed in ea omnes nervos indu-
striæ, diligentiaque suæ contendere, at-
que adeo Christi fidelium animos ad no-
men sacræ militiæ dandum accendere, qui-
que jam dedissent, ad perfectionem impel-
lere, inertes monitis minisque urgere; præ-

(b) *Ib. ep.* neos monet, (*b*) ut concionatoribus, qui
356. jussu suo e suggestis Christi fideles ad no-
Honorii men militiae sacræ dandum cohortati erant
studia injungeretur, provinciam suam strenue
pro mit- obirent, ardenterque Christianos ad ar-
tendis o- ma pro religione capessenda inflamma-
rient
orienti
subsidiis. (*c*), Conradum capellatum ac p-
(c) Ep. nitentiarium suum quamvis episc. Hilde-
at 1. fons enim renunciatum (cuius ratem he-

537.

lementem renunciatum (cujus ratam habet electionem) excitavit ne demandatum sibi prædicationis munus negligerer,
*(d) Lib. 6. (d) Saxonæ vero ducem (e) ut suam
ep. 15. 16. illi operam commodaret, auxiliumque
(e) Ib. ep. porrigeret. Extant etiam Pontificis literæ (f) ad Germaniæ principes, quos Honorius cruce signatos inquis exacti onibus vexare vetuit*
18. (f) Ep. 17.

II. In Italia vero præcipuam in comparandis crucesignatorum copiis provinciam dedit Ugolino episcopo Ostiensi, quem meritis effert laudibus in literis ad patriarcham Aquilejensem & Gradensem, tum ad archiepiscopos Mediolanensem, Ravennatem, Januensem, ac Pisanum, cunctosque Insubriæ, Piceni, Æmiliae, & Tu-

munus
datum.
(g) Ep.
460. sciæ episcopos, ac præfules alios exara-
tis (g): *Talem ad commonefaciendum su-*

HONORII III. PAP.

FRIDERICI II. IMP. 2.
ROBERTI IMP. I.

CHRISTI
1221.

Silitate faciente Domino victoriam, post plurimos laboriosos agones, in quibus Imperii virtus, & gloria imperatoriae ma-

alios ad capeſſendum iter accenderet, i-
pſe profectionis tempus ſegniore mora-
fallebat; qua in re Honorius (b) gravifimis
hiſce querelis cunctantem urget: Utinam
attenderes, quam defiderabiliter te praefo-
latur exercitus Christianus militans Do-
mino in partibus transmarinis, & adver-
teres quintam de te ſpem promiſcis Ec-
cleſiae generali, credenti pro certo, quod
proponens Hieruſalem in principio latitiae
tue, poſtpositis aliis, ad recuperationem
ejus totis defideriis aspirares; praefertim
cum ad hoc tibi Dominus omnem obtulerit
ſcuſitatem. Sed nunc multi mormurant,
multi clamant, quod poſtponis exequi vo-
tum tuum, at re volle illud exequi vide-
ris, galeas, quas feceris præparari, de-
tinies, quiaſi tecum in duō comitatu ducta-
rus eisdem; que ſi forſitan nunc transfi-
rent, magnum poſſent conſerre auxilium e-
xercitiuſ Christiano, qui eo indiget vehe-
menter. Ut igitur hoc a te opprobrium
auferas, nec nos ſcias ab hominibus la-
cerari, qui dilatiorum voti nobis præci-
pue imputantes contra nos jurant incessan-
ter, immo ut illi complieatis, cuius te
obsequio dovoiſti, ſerenitatem tuum ro-
gamus, monemus, & hortamur attente, ob-
ſeruantes per dominum Iefum Christianum, qua-

V. *Eja milites fideles Imperii arripite ve-
Inanis & lociter arma Christianæ militiæ, quia jam
fucata e- Rom. Imperii viétrices aquilæ prodire. Du-
jusdem plicis quidem retributionis donativi per-
oratio . cipiunt, qui cel'studini nostre in proposito*

criptant, qui confringunt agmina in propria
hujus sanctæ peregrinationis assistunt; quia
præter imperialem gratiam adipiscuntur
felicitatem æternam, &c. Stimulat ipsos
ad jungenda cum illo arma veterum Ro-
manorum exemplo, qui suos Imperato-
res, dum victoriis remotissimas orientis
terras peragrarent, stiparunt. In aliis ve-
ro literis pie Christi domini ferentis cru-
cem exemplo ad illius signum vestibus af-
figendum, ornandumque in orientales o-
ras iter his verbis excitat: (a) *Heu quantum*
in reg. *opprobrium, quantæ confusio, quantus pu-*
5. Hon. n. *dor! non compatiuntur membra capiti suo,*
451. *quod pro nobis tot voluit opprobria, tot*
supplicia sustinere. Non compatiuntur filii
matri, a cuius sunt uberibus satiati, quam
inimici crucis percussam, & flagellatim.

suis vestibus spoliarunt. In humeris quidem propriis vexillum suscepimus crucifixi, qui crucem propter nos, cui affigendus fuerat, suo corpore bajulavit. Erant hæ principis istius artes, cuius si verba eloquentiae floribus distincta attendantur, spirare pietatem videri possit cum tamen longe a verbis nefaria illius opera discrepant.

VI. Non illum divinæ gloriæ amor, non
Friderici defendendi Christiani nominis zelus age-
fraudes . bat , sed aucupandis suis commodis , fir-
mandæ potentie, colligendæque inani glo-
riæ omni studio incumbebat . Cumque

ginta triremes, quas instruetas habebat, confestim Terræ sanctæ subsidio misisse, Malensemque comitem & Catanensem episcopum regni Siculi cancellarium viros industrios classi præfecisse respondit; cui rescribens (c) Pontifex 13. Kalend. august. id sibi acceptissimum fuisse testatus est: at si ipsius consilii fuerat non proficisci, debuisse prius instruetas triremes mittere, cum magnas utilitates Christianis parere potuissent, nunc vero tantum ex iis commodum sperari non posse; nec falso rem conjecit Honorius, nil enim aliud præclari egere, quam ut trifsti deditioonis Pelusii spectaculo interessent tum ipsum extimulat ne ita Siculis rebus se addicat, ut Christi causam deserat, ac nuncupatum Deo votum infringat.

Pellicere etiam ad sacri belli societa-
tem submotas ad septentrionem natio-
nes conatus est Honorius, ut testantur
literæ (d) ad archidiaconum Gnesnen-
sem & alios, quibus imperat, ut cyuce-
signatos Terræ sanctæ subsidio transmit-
tant, ac ne finitimarum regionum po-
puli Christianæ religioni nuper aggrega-
ti præsidio destituti relinquerentur, com-
plures alios ad induendam crucem indu-
cant: præterea vigesimam cogant (e), (e) Ep.
7320.

quam vel in instruendis navibus impen- 426. 502.
dant, vel exercitui Christiano ad mili- 720.
tum

CHRISTI
1221.HONORII III. PAR
5.FRIDERICI II. IMP. 2.
ROBERTI IMP. 1.

tum stipendia mittant; quo interim spatio quinque marcharum millia Nicolao episcopo Tusculano, de quo infra, misit (a), pollicitus insuper totam Germaniae vigesimam quamprimum transmisum iri; quindecim vero marcharum milia marchioni Montisferrati tradiderat, de quo haec ad Pelagium episcopum Alabanensem A. S. L. scripsit (b): *Et ecce dilectus filius nobilis vir marchio Montisferrati cum militum multitudine strenuorum, vexillo Principis Apostolorum, & signo crucis accepto, ad festinum eidem terrae subedium se accingit, qui nobis hoc trubuentibus quindecim millia marcharum argenti, tuus & Ecclesia Romana vexillifer constitutus obsequi tibi tenetur super negotio memorato.*

IX.

Dum haec ab Romano Pontifice decernuntur, & coguntur undique auxilia, nonnullorum temeritate, quos imprudens zelus agebat, praterita trophea excita repente conciderunt. Submiserat Fridericus, antequam quadraginta illas tremes mitteret, ducem Bavariae, cumque is Pelusium secundis ventis contendisset, coque mox Joannes Hierosolymorum Rex cum flore Christianae juventutis se statim contulisset, proposuit in militari consilio Bavarus mirari Imperatorem ipsos tandem marcescere otio, nec praclarum aliquod facinus in hostem ausos: moventa Pelusio castra, penetranda Aegypti interiora, victoriisque latius circumfrendam, reque agitata deliberatum est in hostem signa attollere. De profectio ne ducis Bavariae in orientem extant e quidem pontificis ad Pelagium A. S. L. Pelusii agentem litera (c) anni superioris kal. nov. datte, quibus monet Bavarum cum parte exercitus proximo marcio transfretaturum, cum Fridericus nisi sub augustinus ob varias difficultates traicere posset.

X.

(d) Godef. in annal. hoc ann. Ingentibus sane viribus Christianos bellum aggressos testatur (d) Godefroidus, & ad ducenta millia hominum Pelusio egressos (quoniam Albenejus in suis apud Parisium (e) literis longe minorem numerum collocat) ac secundum Nilum partim terra partim flumine versus Kairum iter magnis animis corripuisse: quibus jam millaria quatuordecim circiter

(c) Ep. 123.
Christiani Pelusio versus Kairum movent.

(d) Godef. in annal. hoc ann.

(e) Par. Hist. Angl.

progressis obvii Saraceni, qua flumen in duo divortia se findit, strenue obsterere. Excitasse etiam barbaros arcem munitissimam in ulteriore ripa, quam novam Damiatam dixerat, ut iter nostris abrumperent, Jordanus scribit (f). Ut vero imprudentissime in Saracenorum do- MS. bibl. los inciderint, ex Templariorum equitum Vat. magistri Petri de monte acuto, qui cladi interfuit certiorem tristis historia seriem hauriamus: Post festum Apostolorum Occurrit Petri, & Pauli dominus Rex, & legatus soldanus, Propulsatur. gno crucis accepto, ad festinum eidem terrae subedium se accingit, qui nobis hoc trubuentibus quindecim millia marcharum argenti, tuus & Ecclesia Romana vexillifer constitutus obsequi tibi tenetur super negotio memorato.

Cumque ibidem moram ficeremus, receferunt ab exercitu multi non licentiani, ita quod in decem millibus armatorum, & amplius fuit exercitus diminutus; soldanus interim per vallum antiquitus factum, galreas, & galiones, Nilo crescente, misit in flumen ad impedientium navigium nostrum: ne nobis virtualibus deficitus a-

XI.
Multi &
Christia-
norum
castris
abcuti.

Damiata venirent alimenta, cum per terram, prohibentibus Saracenis, venire nomine potuissent. His addit Godefroidus (g) Goffredus, Sarracenos a terrestri exercitu egregie, in annal. propulsatos in nostram classem furorem vertisse, atque ad sepringentas, & quinquaginta naves igne Greco effusse: Interclusa itaque via tam terra, quam fluminis, ad necessaria nobis deferenda, habuit confilium exercitus de redditu faciendo: sed fratres soldani Seraph & Coradinus, soldani Alpiae, & Damasci, atque soldani alii, Camelae videlicet, & Homan, & Coilambar, cum Regibus paganorum, quamplurimis, & multitudine paganorum, qui in ejus subedium advenerant, nobis redditum denegabant. [t]

Exercitus tamen noster de nocte rediens, & per terram, amisi virtualia, que ferebat in flumine, & homines multos,

XII.
Exulta
nulta
classe.
Interclus
nostris
comme-
tus.

NOTÆ [x] Omnia, quæ hic Annalista ex authoribus coævis narrat vera sunt, sed rerum gestarum ordo turbatus est, restituendus ex Oliverio, qui præsens aderat, quique singula suis temporum characteribus distinguit. Igitur mense junio, die festa SS. apostolorum Petri, & Pauli colligere vasa exercitus jussus est. Rex Johannes Damiatam rediit, crastina die post octavam SS. apostolorum XVI. kal. augusti, agmen tribus miliaribus processit ad Pharsacum Cafa. Die XIV. Kal. augusti Aegyptii postrema agminis carpere cœperunt, & consequentibus inde diebus levibus utrinque velitationibus decertatum est. In pervigilio S. Jacobi causa locata sunt in capite insula in triangulo, ubi Nilus bifurcatur, in loco qui dicitur Saremsac. Tunc via fluminis impedita est Cruce signatis, quorum navigia die XVIII. augusti partim capta sunt, partim submersa. Ibi expectatum fuit usque ad VII. Kal. septembris

CHRISTI
1221.HONORII III. PAR
5.FRIDERICI II. IMP. 2.
ROBERTI IMP. 1.

Reditum cogitant Christiani. Bellicæ Saracen. artes. Vincuntur astu non armis Christiani. tos, quia excrescente Nilo soldanus fecit aquam derivari per meatus occultos & canales rivulosque antiquitus constitutos, ad impedientium regressum populi Christiani. Cum igitur in paludibus sommarias, supellectilia, clittellas, curruisque ac omnia fere necessaria exercitus Christi amisisset, nec ultra procedere, vel reverti, aut alicubi configere potuisset, virtualibus destitutus, nec pugnam facere cum soldano propter lacum medium, inter aquas inclusus, sicut piscis reti includitur, fecit invitus, & in angaria positus pacatum de reddenda Damiatam soldano, & esclavis ejus, qui inveniri poterant in Tyro & Aebon, pro vera cruce, & pro esclavis Christianis regnum Babylonie & Damasci.

Nos igitur bac, & aliis petitionibus tuis in præsentia fratrum nostrorum diligenter expositis, de ipsorum consilio jumentum bujusmodi in eo duntaxit, quod regnum prædictum alii Regi auctoritate apostolica coronato primo concessum tetigisse videtur, tanquam illicitum & primo jumento contrarium decrevimus non teneare. In eo vero quod spectat ad aliud matrimonium contrahendum; expedire non videmus, ut absolvatis a nobis. Cum enim, sicut accepimus, præfatus filius tuus, & filia supradicti M.. in minori existant constituti astate, antequam ad nubiles annos perveniant, tibi cautius, & consultius provideri poterit in hic casu. Super eo autem, quod causam, quæ vertitur inter te, & chiriissimum in Christo filium nostrum Constantiam Romanorum Imperatricem semper Augustam & Reginam Siciliæ, ad nostram petisti audiendum revocari; noveris nos eidem Imperatrici nostras super hoc literas destinasse, credentes, quod & ipsa velit libenter, ut idem negotium ad Apostolicæ sedis remittatur examen, &c. Dat. Lat. vi. kal. febr. pont. nostri anno VI. Quibusdam etiam præsilibus Ungaris de contractis Belami inter ac Græcorum Regis filiam sponsalibus, inquirendi provinciam demandavit, (b) cum iis solvi Un- (b) Ep. garus a Pontifice flagitaret: inde vero 401. apostolicis literis ad cunctos Pannonicæ episcopos in Regis gratiam missis, perduellum conatus reprimi jubet (i). Cæterum quamvis Andreæ Regis filius 404. & I. regni insignia accepit, ipsi tamen Regi omnes fidos obsequentesque esse impe- 7. ep. 52. rat.

Hoc interim spatio hæretici Albigenes motus in Galliis excire, omnia perturbare, orthodoxos insequi, & vexare, catholicam religionem afficere contumeliis, proterere, sacra denique inquinare, conculcare ac polluere (k); quomodo Honorius Francorum Regem, principes, populosque adversus illos excitare, inflammare, impellere; ad posteros enim transfuscæ sunt apostolicæ literæ (l) (l) Ep. ea de re exaratæ, quarum ad Regem datas afferemus: Noſti fili charissime, quantum his temporibus sancta Ecclesia, pecunia dissolvi hujusmodi matrimonium pro-

(k) Cas. 1. 5. c. 21.

ref. in

Gallias

recrede-

scit.

(l) Ep. 395. 383.

ca-

CHRISTI
1222.HONORII III. PAP.
6.FRIDERICI II. IMP. 3:
ROBERTI IMP. 2.

etatis nostris exigentibus, graviter sit con-
cussa, maxime circa partes Albigensium,
intra terminos regni tui. Heretici mani-
feste impugnant Ecclesiam Dei, & aperte
praedicant contra fidem nostram, scholas
infidelitatis tenentes, & episcopos suos con-
tra nostros in totius sanctae Ecclesie dede-
cuss erigentes. Quantum autem laborave-
rit Romana Ecclesia ad extirpandum de-
regno tuo pestem illam, non tantum per
censuras eccles. verum etiam auxilium tem-
porale in personis, & rebus, quod potuit,
impendendo, ad tuam, & omnium fere no-
titiā credimus pervenisse.

XLV. Scire autem debes fili charissime, quod
secularis potestas tenetur rebelles gladio
materiali comprimere, quos spiritualis gla-
dius non potest a sua malitia cobibere; &
quod principes terrarum debent purgare
malis hominibus terras suas, ad quod etiam
se negligentes exiterint a sancta Ecclesia
de jure possunt compelli. Cum igitur aliis
principibus scribamus, ut purgent ab ha-
reticis terras suas, & peccatis illa in regno
tuo solito acerius invaleat, ut jam vi-
deantur inimici fidei, quod dolentes refe-
rimus, prævalere, & infideles de fideli-
bus triumphare, tuam decet excellentiam,
si honori tuo, & saluti animæ tuæ vis, si-
cū teneris, consulere, dictos hereticos de-
regno tuo cum ipsorum fautoribus tam po-
tentem, quam celeriter expugnare; ne si
diutius differas, fides ibi omnino pereat,
illud residuum terræ, quod tenent catholi-
ci, amittatur, & quod timendum est, pe-
ccatis illa ad loca etiam tibi proxima se-
transfundat; quantum autem Ecclesiae Dei,
ac toti regno tuo possit inde periculum im-
minere, tuam discretionem non credimus
ignorare.

XLVI. Ne igitur tuo defectui, vel nobis, qui
te ad expellendum dictos hereticos debut-
mus excitare, sicut multoties improveratum
est, nobis fidei submersio possit aliquatenus imputari, excellentiam tuam rogamus
attentius, & exhortan in Domino, quan-
tumcumque possumus affectu, de communi-
fratrum nostrorum consilio requirentes, &
in tuorum remissionem peccatum injun-
gentes, quatenus terram illam totam, quam
in partibus illis a te in feudum immedia-
te comes tenuit Montisfortis, cum eam
comes ipse non sufficiat defensare, & jam
obtulerit eam tibi, sicut per solemnes nunti-
os, & fide dignos .. Nemusen. & ..
Bitteren. episcopos, & per literas ipsius
comitis, quas inde confessas vidimus, nu-
per nobis innouit, in dominio tuo accipias,
a te, & heredibus tuis libere deinceps &
quiete in perpetuum possidendum, & ad re-
levacionem dicti negotii nobiscum cito, &
viriliter, sicut regiam decet magnificen-
tiā, te accingas, ita tamen, quod ter-
re illius dominium extra manum tuam,
aut filiorum tuorum nullatenus alienes.

Almari-
cus Tolos.
comitatus
jura Regi
Gall.
transmit-
tit.

Certe ditionem Raymundi comitis Tolo-
sani, Albigensium patroni, ademptam,
ipsiuisse, & Simoni Montisfortis comiti
catholicarum partium piissimo ac strenuissi-
mo duci adjudicatam a Lateranensi sy-
nodo suo loco dictum est ac Papa Hono-
rius testatur; (a) qui pergit:

Pro certo autem scias, quod Raymundo quondam Tolosanum comitem, & filium ejus cum eorum fautoribus dudum ex-
communicavimus, nec ad emendationem,
licet benigne admoniti, volunt, ut debent,
sed contumaciter in sua militia perseve-
rant. Ad promotionem vero hujus negotiis
tam de vigesima, quæ propter hoc colligi-
tur, & indulgentiis iis, qui contra Al-
bigens. crucem assumpserint, faciendis, quam
de protectione, & defensione terræ tuæ,
si aliqui, quod absit, in te vellent insur-
gere, quim illi vacaveris huic negotio Je-
su Christi bona fide, consilium quid pote-
rimus, & auxilium impendemus. Dicit A-
latri 11. id. miii. pontif. nostri anno vi.
Haecenus ad Regem Pontifex: cujus e-
tiam de vigesima cogenda atque ad bel-
lum adversus hereticos conferenda plu-
res epistolæ (b) extant.

Quod ad Raymundum seniorem perti-
net, cujus in recitatis modo literis me-
minit Honorius; Tolosam, ut dictum
est, occupaverat, atque hoc eodem an-
no repentina morte augusti mense ere-
ptus est, ecclesiastica sepultura privatus,
qua nondum Bernardi tempore donatus
& cohonestatus erat, qui hæc omnia li-
teris consignavit, (c) qui que eum Ec-
clesiae Dei adversarium & satanam ap-
pellat. Eo extincto Raymundus filius de
pace cum comite Montisfortis ineunda
agitare coepit, de qua scriptis etiam Hon-
orius tum ad Regem, tum ad episco-
pum Portuensem (d). Prætereundum
vero non est hoc anno septembri mense
cometam apparuisse, quem monachus Pa-
tavinus, (e) proximum Philippi Fran-
corum Regis obitum portendisse ait, i-
demque Philippi gestorum scriptores (f)
tradidere. Addit Cæsarius (g) ad duas
hebdomadas post occasum solis visum mo-
le admodum ingenti emicuisse, Judeos
vero Messia prænuntium esse arbitratos.
Sed ineptiis Judeorum relictis, ad gra-
viora nos conferamus.

Rogatus Romanus Pontifex ab episco-
po Dieni, uti sanctorum catalogo ad-
scriberet Stephanum ejus decessorem, qui
innumeris miraculis coruscaret, & ad cuius
tumulum maximi hominum concursus
ex variis Christiani orbis regionibus fie-
rent, episcopum Portuensem legatum,
paulo ante memoratum diligentissime ju-
bet (h) inquirere de servi Dei vita, o-
bitu, rebus admirandis ante & post mor-
tem editis, & circumstantiis aliis; seque-
certiorem facere; apposita est apostoli-
cis

(a) Ibid.
ep. 486.

XLVII.

(b) Ibid.

ep. 170.

(c) Hon.

1.6. ep.

257.

Uxorati

sacerdo-

tiis amo-

veri juñi.

(d) Ib. ep.

290.

(e) Cap. ex.

parte ex

de offic.

Vicar.

(f) Ep.

313.

L.

Pro resti-

tuendo

Brachar.

arch.

la-

borat Ho-

nor.

(b) Ep.
378. 382.
383.

XLVIII.

Raym.

senioris

mors in-

fausta.

(c) Bern.

in chron.

Roman.

Pont.

&

Com.

To-

los.

ann.

12.

Caret se-

pulta.

(d) Hon.

1.7. ep. 23.

(e) Mo-

nach.

Pat. chr.

lib. t. an.

1222.

(f) Rig.

de gest.

Phl. Aug.

Franc.

Reg.

Guili.

Brit. Phi-

lippid.

l. 12.

(g) Cas.

l. 10. c. 20.

XLIX.

Inquiri-

tur de vi-

ta & mi-

rac. B.

Steph.

Dien. ep.

27.

CHRISTI
1222.HONORII III. PAP.
6.

(a) Lib. 6. cis literis dies nona kal. novembris. Ante vero ineunte anno abbati & conventui
B. Roberti sanctiorum cultus exhibita, quæ apud ipsos quietebant, res min-
ræ patabantur, solemnis in eadem eccl-
esi ritu cæremoniisque colerent. Inde
paucis interiectis diebus, corpus S. Ugo-
nis ab Innocentio secundo inter sanctos
relati, in honoriscentiorem locum trans-
ferendi potestatem fecit (b). Studuit (c)
etiam hujus sanctissimi episcopi successo-
ris opera ad purioris vitæ sanctitatem
obsoletos clericorum mores revocare.
Tum uxoratus sacerdotiis omnibus sine
ulla recuperationis spe exi jubet, datis
episcopo Wigorniensi (d) literis, quæ
cum in jure pontificio extent, (e) præ-
termittimus. Stephano vero S. R. E. Car-
inali archiepiscopo Cantuariensi (f) eos,
qui ad Apostolicam sedem appellassent,
tueri ac defendere justit.

Nec defuit Bracharensi archiepiscopo
apostolicum patrocinium, quem cum Lu-
sitanus Rex hostili furore insectaretur,
Honорius Regis iras emollire atque ad re-
ligionem officii principem ferocientem re-
vocare est conatus.

Honorius episcop. servus servorum Dei...
illustri Regi Portugalensi spiritum consili-
sanioris. Et si venerabilis fratri nostro...
Bracharensi archiepiscopo persecutionem pro-
pter iustitiam patienti, tamquam nobilis
Ecclesiae Dei membro, ex intimo mentis
compatiamur affectu, ex eo tamen expectan-
tes consolationis solatium incunctanter, qui
elamantes ad eum in tribulatione justos ex-
audientes, non solum eos misericorditer li-
berat, verum etiam potenter exaltat, no-
bis non indigne blandimur, quod sicut nunc
tribulationis, ita & gloria tandem ejus
erimus particeps, & consortes: sed tibi
gravius, si tamen ipse doleas, condolemus,
immo dolemus gravissime, quod non doles
te pro manifestis, & enormibus culpis tuis,
Petri gladio medicinali percussum, qui si-
cuit humiliis, & devotis revertentibus
ad percutientem se, qui vulnerat, & me-
detur, causa evidens est salutis, ita per-
versis, qui percussi non dolent, & attri-
ti renuent accipere disciplinam, perditio-
nis est occasio manifesta. Utinam autem,
ne fiat incurabilis plaga tua, & eo insa-
nibilis, quo insensibilis habeatur, saltem
modo te doleus, non hactenus doluisse in-
spicias, nec despicias quam graviter tuo
discipleas Creatori, qui cum inter alia
gratia sue dona te ad regni solum subli-
mavit, ut te, ac subditos tuos ad ejus
regeres famulatum, te sibi sentit publice
rebellantem; dum unicam Christi sponsam,
Ecclesiam scilicet, immaniter persequens,
predicatum archiepiscopum ministrum ipsius,
vel ipsum potius in ministro inde sinenter
affligis, & ab ecclesia propria proturba-

FRIDERICI II. IMP. 3.
ROBERTI IMP. 2.

tum continuare jam diu exilium compul-
sti. Et licet te nostris literis monuerimus
diligenter, & per venerabiles fratres no-
stros Palentinum, Astoricensem, & Tuden-
sem episcopos mandaverimus commoneri,
ut memorato archiepiscopo de illatis dannis,
& irrogatis injuriis satisfacere competen-
ter, tu tamen seductus pravis consiliis per-
versorum cor tuum exhibens durius ad-
mante monitis acquiescere contempisti, e-
ligendo potius excommunicationis in tuam,
& aliorum quorundam, in aliis literis ex-
pressorum personas, ac in terram tuam inter-
dicti sententias per cumdem archiepiscopum
promulgatas, & a nobis habitas ra-
tas, & firmas periculosis sustinere,
quam per satisfactionis compendium redi-
re ad ecclesiasticam unitatem. Quare me-
morati episcopi, prout eis nostris dedera-
mus literis in mandatis easdem sententias
solemneriter publicantes, & facientes per
partes publicari vicinas, reliquam terram
tuam supposuerunt ecclesiastico interdicto,
licet exceptiones quasdam, quas ipsi re-
putarunt merito frivolas, & inane coram
eis opponi fecisses, & ad sedem Aposto-
licam appellari. Sed nec sic a tua es du-
ritia emollitus fallaciter suggesteribus si-
cuit dicitur, seductoribus tuis tuam tibi du-
ritiam profuturam; qui si te diligenter al-
liquatenus, si non ut animæ, saltem ut
famæ consulerent, bortarentur, ad gremium
matris Ecclesiæ celeriter te redire, cum cir-
cumscripto timore divino, quem quanto diu-
tius abitici, tanto damnabilius efficeris a
Domino alienus, ignominiam ex hoc incur-
reris detestando, dum a multis dicitur: Ecce
Rex, qui contra inermes se armans,
gladium, quem ad malefactorum vindictam,
laudem vero bonorum suscepit a Domino
bajulandum, acut in viscera matris suæ,
paratus perire potius, quam Ecclesie man-
dato parere?

Ut igitur ex monitis iteratis plenus a-
gnoscens monentis affectum, eis libentius,
& perfectius acquiescas, serenitatem re-
giam per iterata scripta monemus, & hor-
tamur attente, per eum, qui venturus est
judicare vivos & mortuos, nihilominus ob-
secrantes, quatenus saltem ex hoc nunc
sciens, & videns quia malum, & amarum
est reliquise te dominum Deum tuum, &
apud te nec ejus esse timorem, converti fe-
stines ad eum, & restitui acceleres eccl-
esiasticæ unitati, ernoisque te de laquo,
in quem & periculoso & probrosum esse
te non dubitas incurrisse; sepe dictum ar-
chiepiscopum, exhibitas sibi, nec non ca-
sus, qui insensibilis habeatur, saltem
modo te doleus, non hactenus doluisse in-
spicias, nec despicias quam graviter tuo
discipleas Creatori, qui cum inter alia
gratia sue dona te ad regni solum subli-
mavit, ut te, ac subditos tuos ad ejus
regeres famulatum, te sibi sentit publice
rebellantem; dum unicam Christi sponsam,
Ecclesiam scilicet, immaniter persequens,
predicatum archiepiscopum ministrum ipsius,
vel ipsum potius in ministro inde sinenter
affligis, & ab ecclesia propria proturba-

ma-

CHRISTI
1222.HONORII III. PAP.
6.FRIDERICI II. IMP. 3.
ROBERTI IMP. 2.

*manu Dei humiliaveris te obnoxius, tan-
to mereberis gloriofus sublimari; certus
omnino, quod nunquam alias absolutionis
beneficium poteris obtainere. Alioquin pa-
tens erit te a Domino, quasi de industria,
recessisse, nolleque intelligere vias ejus;
dum maledictionem, veluti aquam bibens,
facto, et si non voce, videris afferere: Va-
nus est, qui servit Deo, & quod emolu-
mentum iis, qui mandata ejus sat agunt cu-
stodire?*

LII.
*Injecte
illi mina
regnum
ad exte-
ros deri-
vatum
iri.*

(a) Lib. 6.
ep. 439.
Religiosi
viri a
pertina-
cia moni-
tis abdu-
ere jussi.
(b) ib. ep.
440.
LIII.
Jacob
Rex A-
rag. a
Mauris
lacefistus.
(c) Ep.
446.

*Nos quoque non solum prædictas senten-
tias faciemus frequentius publicari, do-
nec prædicto archiepiscopo, & aliis injuriam
passis congrue fuerit satisfactum, verum
etiam crescente contumacia tua severius con-
tra te, tam spiritualiter, quam tempora-
liter procedemus, terram tuam, prout in
aliis literis tibi suimus comminati, expo-
nendo Regibus, & principibus occupandum,
ita quod cedat in jus perpetuum occupan-
tium, & fideles tuos a fidelitatis debito
absolvendo, & omnes, qui tibi adhæse-
rint, excommunicationis vinculo innodu-
ndo. Dat. Alatri xvi. kal. jul. pont. noſtri
anno vi. Hc porro literæ insertæ sunt
aliis (a) ad nonnullos religiosos viros
exaratis, quos Regem adire & coram
monere, atque apostolicas minus incute-
re jubet. Præterea singulis diebus domini-
nicis, festisque aliis diebus anathematis
sententiam in Lusitano regno ac provin-
cia Bracharensi, atque etiam cum Rego
cœtu fidelium abacto communicantes pro-
mulgare. Cæterum quo facilius contu-
max princeps ad Ecclesiæ obedientiam
se recipere posset, ipsum ejusque culpe
conscios ecclesiasticis censuris ex sacro-
rum canonum præscripto absolvendi ar-
chiepiscopo Bracharensi provinciam com-
misit (b).*

*Ut Lusitanum Regem a Christianæ pie-
tatis religione aberrantem in salutis viam
revocaturus minis perculit, ita Arago-
nium a Sarracenis tutaturus, qui in i-
psiis regni limitem incurrebant, officiis
est prosecutus, Hispanorumque fideles
precibus urgetabat, (c) ut cum Jacobo*

Rege adversus Mauros arma opesque
suas, si res postularet, conjungerent,
atque ad id divinis præmiis ipsos allice-
re studuit: Suscepæ servitutis officium,
quod nos charissimo in Christo filio nostro
Jac. illustri Regi Aragonum, sicut & aliis
Christianis principibus constituit debitores,
eidem nos obligat vinculo speciali. Cum
enim sit Ecclesiæ Rom. vi. illus, non so-
lum contra inimicos nominis Christiani si-
bi auxilium tenemur impendere, verum
etiam contra Christianos, si quod absit,
urgeret necessitas, teneremur eidem favorem
& subsidium exhibere. Quia igitur Mauri,
quibus terra ipsius noscitur esse con-
tingua, eum adeo crebris lacefere dicuntur
injuriis, ut credatur vix posse contingere,
quin tandem inter eos guerra manifestior
oriat, vos tanto studiosius contra illos
volentes assistere dicto Regi, quanto cer-
tius est eos non solum ipsius Regis, sed
etiam Christianorum omnium existere ini-
micos, universitatem vestram rogamus, &
obsecramus in domino Jesu Christo, ac in
remissionem vobis injungimus peccatorum,
quatenus si forte ipsi Mauri guerram Re-
gi fecerint sepe dicto, eidem pro reveren-
tia Jesu Christi, & honore nominis Christiani,
personarum & rerum auxilium virili-
& efficaciter impendatis, ut ipsorum
Maurorum feritas, auctore Domino, per
vestra virtutis auxilium comprimiratur,
&c. Indulgentiarum præmia iis, qui
ipsi in eo bello auxilia tulerint, pollicet-
ur. Dat. Alatri xvii. kal. jul. pont. noſtri
anno vi. Verum posthæc Regem ipsum
reprehendit, (d) ob inducias a se cum
Mauris initas nobili viro G... Garzia
de Tagra nuncupato ordinis militiae S. Ja-
cobi adversari, ne Christianæ religionis
hostes lacefseret, adversus quos cum suis
toto vitæ tempore bellum gerere decrever-
at, ac vetuisse, ne quis illi in suo regno
comeatus aliaque bello necessaria ven-
deret: quocirca monet a cœptis desipere,
suunque illi potius favorem liberaliter
explicare cohortatur.

Bellum
paraturo
Christia-
nos ades-
se jubet
Honori-
us.

(d) Lib. 7.
ep. 35.

Cele-

JESU CHRISTI

ANNUS

1223.

HONORII PAP. III.

ANNUS

7

FRIDERICI II. IMP. 4.

ROBERTI IMP. 3.

I.
*Celebre
in Cam-
pan. ha-
bitum
colloqui-
um de re
Hier. in-
stauran-
da.*

(a) Lion. I. teræ, (a) quarum posteriores, cum rei
T. ep. 341. 176. gestæ rationem atque ordinem exactius
declarant, exscribemus.

Regi Francorum ill.

*Justus Dominus in omnibus viis suis,
qui unicuique pro meritis condigna retrac-
butione respondet, circa negotium Terræ
sanctæ spem populi Christiani fovit ali-
quando prosperis, & interdum debilitavit
adversis. O quantum Christicolis vide-
batur arridere prosperitas! O quantum
illuxisse credebatur fidelibus felicium au-
rora successum, quando crucis signatorum
exercitus Ægyptum aggrediens, post tur-
rim captam, post transitum fluminis, post
hostes exterritos, in adversariorum stationi-
bus castra fixit, & Damiatam, quæ ro-
bur censebatur Ægypti, duris obsidionis
angustiis coarctavit! Res quidem ageba-
tur miraculi, ut Dominus, qui elegit in-
firmitate expugnationis difficilem, eo tempo-
re tradidit gerentibus bellum ejus, quo
invaluerat multum partis adverse poten-
tia, & abbreviatus erat non modicum
nostrorum numerus bellatorum.*

II.
*Habebat autem in iis universitas Chri-
stiana, unde protenderet, quasi certæ spei
fiduciam in futurum; verum succedenibus
prosperis victores obliti nomen Domini post
triumphum, dato virtutibus libello repudi-
di, sic contraxere cum vitiis, quod detrac-
tabatur fidei, ubi convertendi fuerant
infideles, & major erat peccatorum com-
missio, ubi maior remissio sperabatur. Qua-
propter provocatus Dominus dexteram in
sinistram, & gratiam mutavit in iram,
cibaram nobis vertit in luctum, & gau-
dium transfluit in moerorem cum nostris in
Ann. Eccl. Tom. XX.*

NOTÆ [1] *A* Nonnumus author chronicæ Erfordiensis desinens in annum 1254. vulgati a Schannat.
in vindemii to. 1. pag. 91. Opus suum ita exorditur: Anno Domini MCCXXIII. Si-
fridus Moguntinus archiepiscopus habuit concilium Erfordia in ecclesia B. Marie. Hujus concilii
quod provinciale facile credimus, ejusque causa ignoratur, nec memoria nulla extat in colle-
ctionibus; quin & ab aliis omnibus authoribus siletur, præterquam forte ab Ephurdiano, qui in
suo antiquitatum variloquo vulgato a Menkenio Rer. Germanic. to. II. col. 483. ad ann. 1224. ita
scribit: Sifridus Moguntinus archiepiscopus habuit concilium Erfurt in ecclesia B. Marie vir-
ginis, & instituit, quod omne festum habens proprias laudes in IX. festiobus celebraretur. MANSE

*manni hostili conclusis, & perdita Damia-
ta, brevi dierum numero sic exinaniti sunt
temporis longi labores, quod non solum
blasphemorum injuryis nomen est expositum
Christianum, verum etiam quoad aliquos,
qui aliquando communicaverant fidei, con-
temptui datus est ipse Christus; unde fa-
cta est durior post prosperitatem adversa-
tas, & eo minus habuerit consolationis af-
flictio, quo minus argumenta prosperita-
tis præterita, subsecutæ jacturae pati po-
terat conjecturam. Sed licet iniqüitates no-
stræ quandoque diviserint inter nos, &
Dominum nostrum, non est tamen aggredi-
vata ejus auris, ut non exaudiat, nec ab-
breviata manus ejus, ut silvæ non pos-
sit: misericordiam quippe non continebit in
ira, quin saltēm propter nomen suum, ne
ulterius blasphemetur in gentibus, poten-
ter exurgens, judicet causam suam, &
exaltans humilem in salutem, iniqūos abi-
git, & consternat elatos.*

III.
*Ecce ipsius inspiratione, ut firmiter cre-
dimus, charissimus in Christo filius noſter
Fridericus illustris Romanorum Imperator
semper Aug. & Rex Siciliæ, omissis mul-
tis arduisque negotiis, quorum onus hono-
rem imperialis celstitudinis sequebatur, ve-
nit ad nos in Campaniam nobiscum de
prædictæ terre subſidio tractaturus, ibi-
que præsentibus venerabili fratre noſtro
patriarcha, & charissimo in Christo filio
noſtri Joanne illustri Rege Hierosolymita-
no, Bethleemitano episcopo, magistro Hos-
pitalis, præceptore Templi, & magistro
domus Theutonicorum, ac aliis, quos ad
tractatus hujusmodi e diversis mundi par-
tibus credidimus adhibendos, singulis, quæ
natura negotiis requirebat, diligentí medi-
tatione pensatis, idem Imperator ad noſtri
beneplacitum, & consilium prædicto-
rum transfretandi terminum, in festo B.
Joannis Baptista post biennium proximo se-
cuturo prompta voluntate suscepit, corpo-
rale super hoc exhibens spontaneus jura-
mentum.*

IV.
*Denique ut ad id plenus suum manifesta-
ret affectum, & plus fidei daretur negotio,
ac omnino suspicionis contrarie scrupulus
tolleretur, ad instantiam patriarchæ præ-
dicti, & aliorum orientalium in noſtra,
Ttt & fra-*

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

Filiam Regis Hierosol. sibi deponet.

& fratrum nostrorum praesentia, & multitudinis hominum, qui ad colloquium venerant, se dulciorum in uxorem legitimam filiam Regis ejusdem, jurisjurandi religione firmavit. Sane probabili presumptio ne tenemus, quod a Domino factum est istud, ut votis fidelium optatae rei successus exolvat, quod preconceptae spei praeludia promiserunt ad sui restorationem negotii tuum, & aliorum Regum, ac principum animos ipse Filius summi Regis accendet, qui de secreto Patris, in publicum egressus ad servos, ad ima descendit, ut subditis ad summa pararet ascensum sub testa nostrae mortalitatis, sigulus in terris visus, & cum hominibus conversitus. Tuum procul dubio expedit & expectat auxilium caesi Christi, & probatam domus tuae potentiam desiderat Terra sancta. Nunguid non habuerit de juventutis tuae primis & de majoris etatis reliquis, quasi de vita decima non habebit? O quantum accresceret ejusdem terrae subfilio, si de propagata devotione patris in filios per unum ex ipsis subvenires in tantae necessitatibus articulo crucifixo! O quam magnifice ad succursum devita Gallia se pararet, ut mitenti placeret, & missus! Absit, ut post erga remaneat, quae procedere consuevit. Absit, ut tam salutari Christi servitio gens tam Christiana se subtrahat. Absit ut que pro Domino hactenus onera multa sustinuit, in peculiari bello Dei Filii solvit militiae cingulum, arma relinquat rubigini, animum neget victoriae, cum corona non desit vitoribus per gratiam & meritum in praesenti, per gloriam & premium in futuro.

Hinc est quod excellentiam tuam affectuose rogamus, serenissime Regum, & ante instantem possemus Christianissime principum, obsecrantes per Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, per sanguinem Jesu Christi, ut exurgas in adjutorium Christi tui, qui quadammodo in se prodigus, & parcus in servis, temporali morti se tradidit, ut te a fauibus mortis eriperet sempernae. Exurgas, & liberes terram illam, in qua salutem humani generis operatus est personaliter ipse Salvator. Exurgas ad contritionem nationis pravae, atque perverse, que ubi sit Deus Christianorum improperat, & multis insultat opprobriis nomini Christiano. Et quidem illatas subditis tuis offensus ulcisceris, & Dei tui non vindicabis injurias tam atrocies? Ad hereditates tuorum manus invasorum extendi non pateris, & patieris hereditatis Dominice tanto tempore detentores? Ne igitur in Deo periculose diffimiles, quod juste non tolerares in homine; pungat cor tuum tui contumelia Creatoris, accendat te zelus fidei Christianae, ut sic in forti manu, & extento brachio terrae memoriae subvenias, quod insinuato

nobis subventionis tuae proposito, ante faciem aliorum te fructuose ponamus exemplar, in tuis laudibus gloriante, tibique accrescat cumulus meritorum non solum ex iis que feceris per te ipsum, sed ex aliis etiam, que facti tui similitudine subsequuntur. Dat. Later. Hactenus Honorii ad Philippum epistola: postquam subdatur in pontificio regesto alias eodem exemplo, nonnullis verbis immutatis, Regibus Pannoniae, Angliae atque aliis misfas esse. Iis consertanea scribit inter ceteros Richardus (a).

Ceterum prioribus ad Philippum literis ait Pontifex, se in predicto colloquio, pacem ad paranda ubique subsidia maxime per necessariam inter principes, ac populos Christianos inviolate servandam statuisse, ipsumque etiam atque etiam rogare, & monere, cum Anglo pacis foedera ineat, vel saltem induciam tempus protrahat, quas adhuc servarant: moveret ipsum effusus Christi sanguis, quo aeterno Patri reconciliati sumus, secumque volveret, & repetenter mente, cui cum proximo suo pax non est, animi tranquillitatem, sine qua pacis aeternae premia non feruntur, vix aut nunquam adesse. Denique Norvicensi episcopo, magna probitatis viro, quem idcirco ad illum legarat (erat is Pandulphus in legationibus Apostolicis sedis obeundis saepius adhibitus ac versatissimus ex subdiacono Rom. Ecclesie, episcopus creatus) benignas aures daret, ejusque monitis acquiesceret. Philippum porro ex voluntate Pontificis inducias se prorogatarum pollicitum, sed ne persiceret ipsius obituisse, pontifex literis ad Ludovicum Regem ejus filium, ac successorem in sequenti anno datis testatur (b).

Quod attinet ad pastas nuptias inter Fridericum (cujus uxorem Constantiam Aragonum Regis filiam superiori anno postremum diem obiisse indicat Staden sis affirmatque Richardus (c) & Isabellam Joannis Hierosolomitani Regis filiam; ademit Pontifex cognitionis impedimentum, quod inter eosdem intercedebat, dato ad Fridericum huiuscmodi diplomate (d): Cum zelo fidei Christianae succensus, & inspirante Domino aspirans ardenter ad vindicandam injuriam Jesu Christi, & terram ejus de perfidorum manibus vindicandam accepta cruce illuc devoferis transfretare, ac ut exhiberes circa Christi causam ferventioris devotionis affectum, & ad persecutionem ejus te arctius obligans, alios ad id efficacius exhorteris fastigium excellentiae Imperialis decenter humilians, ad consilium nostrum, & fratrum nostrorum nobilem mulierem I... natam christissimi in Christo filii nostri L. illustris Regis Hierosolomitani,

(a) Rich.
de S. Ger.
man. in
chron.
an. 1222,
1223.
VI.
Ipsum
inter &
Angl.
inducias
producit.

(b) Hon. l.
8. ep. 281.
VII.

(c) Rich.
de S. Ger.
man. in
chron.
Constan-
tia mors.
(d) Hon. l.
8. ep. 7.

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

affidaveris publice in uxorem; nos provide attendentes, quod tanta res, quae nos scitur principaliter Dei esse, non erat impedimento aliquo retardanda, sed potius favore benevolo prosequenda, impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, si quod obsteret, tunc decrevimus submovendum, & nunc, ut non obstante, quod in quarta consanguinitatis linea eadem I... tibi dicitur aitnere, legitime copulamini, auctoritate presentium dispensamus. Dat. Signae non. aug. pont. nostr. an. 8. Celebratas vero Brundusii anno MCCXXV. scribit Richardus.

VIII. Porro de Joannis ad Pontificem advenio. Reg. tu memorant plures autores, quos non Hier. in operae est recensere: illumque non solum ab Honorio benigne exceptum, verum muneribus quoque donatum, & in Angeliam dimissum referunt cum aliis novatores (a). Et quidem auctor est Mattheus Parisius (b) Joannes Brennum.

(b) Paris.
bif. Angl.
an. 1223.
(c) Cent.
13. c. 10.
(d) Par.
col. 990.
(e) Hon. l.
7. ep. 178.
(f) Ibid.
ep. 179.
(g) Ep.
181.
(h) Ep.
183. 177.

Apostolorum Petri & Pauli in Angliam subsidia petita venisse; inde in Gallias regressum solemini pompæ interfuisse, in qua Philippo vita functo, Ludovicus regis insignibus decoratus est, ut anonymous auctor (c), Antoninus (d), & alii affirmant. Atqui non Joannes modo, sed etiam maxime Honorius subsidia bellica pro Hierosolymitano regno compara nda curavit, ut ejus ostendunt literæ ad Lantgraviu Thuringiæ (e), ad ducem (f) & populum Venetum, ad Austricæ ducem (g), ad archiepiscopum Pisianum (h) ejusque suffraganeos & Christiani orbis episcopos alios: quibus etiam præcepit, ut expeditionem sacram indicerent, ac pro concionibus promulgarent; & quemadmodum laici pecuniam ad subsidium Terræ sanctæ conferre tenebantur (qua de re ad Galliæ, cæro rōque Reges scripsit i) ita clericos quoque ad idem præstandum impellerent. Præterea refert Godefridus (k) Pontificem concionatores misisse, ac sparsisse, qui Christi fideles ad sacre militiae dandum nomen oratione incitarent.

IX. Incendere etiam magis ad copta Christiani filia urgenda Honorum tristes Alexandrinii in Ægypto a Saracenis opprimuntur. Hoc non est omittendum, sed semper in corde tenendum, qualiter cum venerit, facere debeat dominus Imperator. Hæc est via salvationis, & sanitatis, & sine perditione, annuente Domino; scilicet galeo, & naves, quantæcumque fuerint, per flumen Rasetum intrent, & ad villam, quæ sita est in insula fluminis, quæ vocatur Foba, ibi applicent, & sic Domino concedente habeant totam terram Ægypti sine perditione. Flumen Rasetum est profundum, & altum, & latum, & dicta insula plena omnibus bonis, sicut lator presentium fideli, & familiaris noster poterit vobis narrare, cognovimas eum prudentem, & discretum super hoc, & ob hanc causam vobis eum misimus. Unum quidem pessimum factum fuit in terra Ægypti ad dedecus Christianorum, scilicet pro facto Damiatæ, quod CXV. ecclesiæ

Ann. Eccl. Tom. XX.

FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

Archiepiscopi, episcopi, presbyteri, clerici, ac omnes Christiani, qui sunt in terra Ægypti, vestrae paternitati, atque sanctitati supplicant, cum suspiriosis, & lacrymosis vocibus. O quanta est tribulatio, & angustia, quæ in hac vita nobis data est ad sustinendum, credimus jam vobis clarificatum esse, quamvis ut non sit, vos domino nostro, prout possumus, patefacimus; equum in dominis nostris babere non audemus, nec mortuos nostrros cum cruce per civitatem portare non sumus ausi. Quod si aliqua ecclesia Christianorum aliquo casu occiditur, de cetero nullo modo sumus ausi eam reæxificare, & unusquisque Christianus de Ægypto a quatuordecim annis in ante oportet dare geliam, Latine autem dicitur tributum, bizantium uum aurum, & quatuordecim karubbas, & si pauper erit, mittitur in carcere, & non poterit inde exire, nisi reddat totam geliam idest tributum; tot & tanti Christiani sunt in terra Ægypti, quod omni anno oportet reddere curia soldani centum mill. bizant. aureos sarracenos de Babylonia. Quid plura vobis referam? cum ad omnia vituperabilia, & sordida opera, & etiam ad plateas civitatis mundificantes mittantur Christiani; quod est dedecus totius Christianitatis. Hierusalem, quæ ædificatur ut civitas, qualiter facit destructa, in terra & desolata, non oportet vobis scribere. Scitum est per universum orbem defacto Damiatæ, qualiter vituperabiliter factum fuit, non oportet per literas assignare, quod turpissimum est dicere.

Miserere itaque domine, miserere nostri, veni, & libera nos pater noster spiritualis. Sicut sancti ante adventum Christi expectabant redemtionem, & liberationem a Christo salvatore, ita expectavimus adventum filii vestri Imperatoris, & non solum nos expectamus hanc gratiam, sed etiam renegati plus quam decem milia, qui dispersi sunt per terras Sarracenorū. Hoc non est omittendum, sed semper in corde tenendum, qualiter cum venerit, facere debeat dominus Imperator.

Hæc est via salvationis, & sanitatis, & sine perditione, annuente Domino; scilicet galeo, & naves, quantæcumque fuerint, per flumen Rasetum intrent, & ad villam, quæ sita est in insula fluminis, quæ vocatur Foba, ibi applicent, & sic Domino concedente habeant totam terram Ægypti sine perditione. Flumen Rasetum est profundum, & altum, & latum, & dicta insula plena omnibus bonis, sicut lator presentium fideli, & familiaris noster poterit vobis narrare, cognovimas eum prudentem, & discretum super hoc, & ob hanc causam vobis eum misimus. Unum quidem pessimum factum fuit in terra Ægypti ad dedecus Christianorum, scilicet pro facto Damiatæ, quod CXV. ecclesiæ

Ttt 2 factæ

X.
Suggerit
confilia
pro inva-
denda
Ægypto.

XXI. Silere vero non possumus nonnulla religiosa facinora, in quibus Honorius pietatem suam explicuit. Instituta in pri-
Instit. ab ligiosa facinora, in quibus Honorius pie-
Hon. in tatem suam explicuit. Instituta in pri-
xenod. mis ab illo est sacra in xenodochio Ro-
S. Spir. mano, cui S. Spiritus in Saxia nomen est,
sacra ce- celebritas, in qua maximas eleemosynas,
lebritas. in pauperes effundere statuit, jussitque,
ut instruēto religioso agmine canonici
sancti Petri Veronicam dominica, quæ
prima post evolutum Epiphaniæ octa-
vum diem occurrit, deportarent; qua
de re hæ ad præfectum xenodochii datae
(a) Lib. 7. literæ (a): Rationabiliter instituimus, ut
ep. 203. effigies Iesu Christi a B. Petri basilica, per
ejusdem canonicos ad dictum hospitale, ubi
memoria beatissimæ Matris ejus recolitur,
infra capsam ex auro & argento & lapi-
dibus pretiosis ad hoc specialiter fabrefa-
ctam, venerabiliter deportetur fidelibus
populis, qui ad has nuptias (de his lo-
quitur, quæ olim in Cana Galilææ præ-
sentia Christi Domini cohonestatæ fue-
runt, de quibus nonnulla mystica inter-
pretatione præluserat) celebrandas de-
vote convenerint, desiderabiliter ostenden-
da. Ut autem nos, qui Domino revelante
venerandum aliis aperiuimus sacramentum,
eo etiam inspirante imitandum aliis præ-
beamus exemplum, concedimus, statuimus,
& jubemus, ut pro mille parvibus ex-

**Eleemo-
synæ ab
Hon. e-
rogata.** *vote convenerint, desiderabiliter ostenden-
da. Ut autem nos, qui Domino revelante
venerandum aliis aperuimus sacramentum,
eo etiam inspirante imitandum aliis præ-
beamus exemplum, concedimus, statuimus,
& jubemus, ut pro mille parvilibus ex-
trinsecus adventantibus, & trecentis per-
sonis intus degentibus, decem & septem
libræ usualis monetæ, ut singuli accipiant
tres denarios, unum pro pane, alterum pro
vino, aliumque pro carne, ab eleemosynario
summi Pontificis annuatim vobis in per-
petuum tribuantur; & canonicis prædi-
ctis, qui effigiem prescriptam Salvatoris
processionaliter deportabunt, singulis duo-
decim nummi, & cereus unius libræ, qui
deferatur accensus, de oblationibus con-
fessionis B. Petri præstentur. Quia vero
non in solo pane vivit homo, sed in omni
verbo, quod procedit ex ore Dei, de-
bet huic stationi Rom. Pontifex cum suis
Cardinalibus interesse, ut & missarum so-
lemnitas ibi celebret, & exhortatorium fa-
ciat de hac celebritate sermonem, ne fide-
lis populus famelicus ab iis nuptiis rever-
tatur, præter materialem, & doctrina-
lem, spiritualem quoque sibi cibum impen-
dat; remissionem unius anni de injunctis
sibi penitentiis indulgendo, &c. Datum
Signæ III. non. jul. pont. nostri an. VI.*

XXII. Ad excitandam etiam Romanorum pie-
festus di- tatem dedicatæ basilicæ S. Mariæ majo-
ces dedica- ris recurrentem quotannis diem festum,
tionis ba- datis ad collegium canonicorum illius
sil. S. M. ecclesiæ literis agitandum sanxit (*b*) ; an-
Major. norumque duorum ac dierum aliquot in-
agitari dulgentias templi limina perlustraturis
iussus. proposituit. Emicuit pariter pontificius ze-
(b) Ep. lus in adstringenda religiosa disciplina,
231. quæ in nonnullis monasteriis collapsa-
erat, qua de re ad Cistercienses date

FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

ROBERT MINTON

(c) literæ. Nec effusit minus in servando ^(c) Lib. 8.
sacrarum vestium splendore, vasorum ni- ^(c) Ep. 151.
tore, ac divini cultus retinenda majestate:
perstrinxit enim ea in re negligentia Tuder-
tinum (d), Fesulanum, Senensem, Sutri- ^(d) Ep.
num, Lucanum, Pistoriensem, Vulte- ^{113.}
ran. Messan. Grossetanum, Pisanumque
antistites (e): Quia sicut dolentes audi- ^(e) Reg.
vimus & referimus, quidam presbyteri, post eandem
& alii clerici tuæ diœcessis Christi corpus ^{ep.}
irreverenter exponunt, & non solum ec-
clesias dimitunt incultas, verum etiam ^{Qui in}
vasa ministerii, vestimenta ministrorum, ^{Ecclesiis}
pallas altaris, & ipsa corporalia tam im- ^{nitor &}
munda relinquunt, quod interdum aliqui- ^{cultus}
bus sunt horrori; ne alienam culpam facias ^{servan-}
esse tuam, si tam latam negligentiam ne-
glexeris castigare, fraternitatem tuam mo-
nemus, per apostolica scripta mandantes,
quatenus ecclesias tuæ diœcessis visitans di-
ligenter, super iis specialiter corrigas que
fuerint corrigenda, subditis tuis injun-
gendo districte, ut corpus Christi cum omni ^{dus.}
honorificentia studeant custodire, & tam
vasa ministerii, quam alia supradicta cu-
rent munda, & nitida conservare, moni-
ta, & mandata nostra taliter impleturus,
quod nullus nobis rumor de tua negligen-
tia referatur. Dat. Lat. II. non. decemb.
anno VIII.

Hic addenda videntur, quæ in regesto
(f) de consecratis ab Honorio episco- (f) Ib. p. 23a.
pis adjecta sunt: *Istos dominus Honorius ep. 23a.*
Papa III. consecravit, archiep. Tarantia-
sensem, episcopum Nivernensem, episco-
pum Aniciensem, episcopum Mutinensem,
episcopum Pistoriensem, episcopum Suanen-
sem, episcopum Verulanum, episcopum Ra-
pollanum. Pontificem etiam hoc anno,
martii mense S. Balbinæ templum in ur-
be sacrasse argumento est tabula lapidea
parieti infixa. Neque hoc loco silentio
prætereunda, quæ Richardus de prodi-
giis historiæ monumentis consignavit: (g) (g) Rich.
Mense martio in festo S. Benedicti cœlum
totum visum est igneum, & pluit eo die
terra, & cinis. de S. German. in chron. hoc ann.

Sed ad boreales regiones deflectamus. XXIII.
Præfules principesque Daciæ Henricum
comitem de Zwerin apud Apostolicam
sedem læsa majestatis reum detulere, qui
per maximam audaciam, fævitiam, at-
que impietatem Waldemarum Regem,
ac dominum suum vulneratum, captum-
que una cum filio in carcerem conjecis-
set, atque inclusum teneret. Quare ju-
stissime commotus Pontifex, præsertim
cum Rex Rom. Ecclesiae vestigalis & ob-
sequentissimus esset, omni eum studio a
comitis tyrannide vindicandum, pristinæ-
que asserendum dignitati studuit; cui rei
argumento sunt plures ejus literæ hoc
anno exaratæ, præcipue vero ad archi-
episcopum Colonensem (*b*), quibus etiam (*b*) *Lib. 8.*
atrocem adeo tanti facinoris ordinem, *ep. 82.*
exitumque exponit. Co-

*ginta milites destinabit; unde patet cui-
libet volenti veritatem oculo rationis in-
spicere, quod s̄pedictio Regi tenemus, sal-
tem sicut aliis crucis signatis, adesse.*

Gaudentes igitur, & charitatem tuam
dignis in Domino laudibus commendantes,
quod ad liberationem ipsius Regis, & filii
sui hactenus, sicut accepimus, fideliter in-
tendisti, fraternitatem tuam rogamus at-
tentius & hortamur, ac tibi per apostoli-
ca scripta firmiter injungendo mandamus,
quatenus quod hactenus fecisti laudabili-
ter per teipsum, de cætero studiosius fa-
cies, mandato, & precibus apostolicis in-
vitatus, ad liberandum eos, modis quibus-
cunque potes, incessanter intendas, ita
quod studium tuum clareat per effectum,
& tu præter sedis Apostolicæ gratiam,
quam ex hoc plenius assequeris, crescas
& nomine apud homines, & merito apud
Deum.

*Inter cætera vero dictum comitem ex XXVII.
parte nostra moneas diligenter, ut infra
mensem post susceptionem literarum nostra-
rum, quas super hoc sibi dirigimus, præ-
fatum Regem, & filium ejus plene liber-
tati restituat, & absque difficultate qua-
libet liberos abire permittat, nosque ipsi
faciemus exhiberi iustitiae complementum,
si adversus eum habet aliquid quæstionis.
Qui si tuis, immo nostris acquiescere mo-
nitis non curaverit, ipsum & omnes ejus
in hac iniustitate fautores, sublato appel-
lationis oblaculo excommunices, faciens
excommunicationem ipsam singulis diebus
dominicis & festiis, pulsuis campanis,
& candelis accensis solemniter publicari per
universa loca, in quibus videris expedire
&c. Imperat ut provinciam, in qua Rex
tentus in vinculis fuerit, interdicto ecclæ-
siastico supponat. Dat. Later. kal. novem-
an. VIII.*

Excitavit iisdem literis (*a*) ad feren-
dam Regi opem episcopos Lubecensem ,
Werensem , ac Fridericum Imp. cui præ-
ter cætera proposuit imperialem decere
providentiam , Regi in ultimo discrimi-
ne posito opem auxiliumque liberaliter ex-
plicare , dignumque in sceleratum homi-
nem talia moliri ausum iustitiæ exemplum
statuere , quo improbis a scelere submo-
vendis timor iniiceretur . Davidem Ama-
lecitæ nuntianti Regem Saulem , ipsius
infensissimum persecutorem , a se interfe-
ctum , atque inde præmia expectanti , re-
spondisse (*b*) : *Quare non timuisti mitte-*
re manum tuam , ut occides Christum Do-
mini ? illumque statim suis interimendum
tradidisse , quo regiam majestatem reve-
reri mortales discerent , neque impias suis
Regibus manus inferre auderent : non i-
deo tamen hæc ipsi suggerere , ut comi-
tem morte afficeret , cum illud consilium
ab Apostolice sedis mansuetudine abhor-
reret ; verum suadere , uti Rex affictio-
Re-

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

Regi auxilium ferret, sanguini tamen fundendo temperaret: eum itaque monere obtestarique, uti numinis & Apostolicæ sedis proposito ob oculos honore ad Waldemarum Regem ac filium pristinæ libertati restituendum incumberet. Hæc Friderico Honorius; qui aliis etiam literis ad comitatem eundem datis, adhortationibus, monitis, gravissimisque minis ab incepto avertere conatur, his verbis extremæ epistolæ (a) adjectis:

(a) Ep. 83. XXIX. Pro certo autem noveris, quod si contemptis pœnis bujusmodi (ex sunt quæ in aliis ad archiepiscopum Colonensem datis exponuntur) saepe dictum Regem, & filium ejus præsumptoris detinere, nos centra te pœnas alias excogitare curabimus, & specialiter imperiale dexteram in tuum exterminium concitare, taliterque super te gravabimus manum nostram, quod te ad ultimum pœnitibet luctamen contra Deum, & Ecclesiam Rom. suscepisse, & erit sera pœnitentia post ruinam. Videas ergo dum potes, ne te illis immergas angustiis, de quibus exire desideres, & non possis, cum dignum sit, ut cum velit non valeat, qui noluit cum valebat. Dat. Laz. II. kalend. novemb. anno VIII. Inde vero IV. nonas novemb. Lubecenses epistolæ ad eos missa, in Regis fide contineat satagit (b), quod etiam par est credere subiectis alii populis imperasse. Waldemari ab Henrico comite in vincula conjecti mentionem etiam faciunt Albertus Stadensis (c), Godefridus (d) qui tamen in superiore annum id facinus coniicit, additque Engilbertum archiepiscopum Colonensem in Northusiano conventu ab Henrico Rege habito multum pro Daniæ rege pristinæ dignitati restituendo elaborasse: quemadmodum vero solitus vinculis fuerit, suo loco dicitur.

XXX. Interea rogatus Honorius ecclesiam Livoniensem Seloviensi, ac Leolensi, quæ nuper ex ethnicis ad fidem conversis collectæ institutæque fuerant, metropolitana dignitate coheretatem præficere, rem in opportunius tempus contulit: suas interim partes episcopum Livoniensem ibi agere jussit (e), atque adeo causas ad sedem Apostolicam ceterum deferendas, quavis provocatione remota, cognoscere.

Hoc anno cum Pannoniæ populi decimas, quas ad eam diem ecclesiis dare consueverant, persolvere abnuerent, Honorius eos scriptis literis (f) arguere, cohortari, atque apostolico pro imperio iussis minisque urgere, uti satis muneri suo faciant: morem majorum sequantur, qui magna animi alacritate summaque pietatis ac religionis laude id præstitissent. Deus enim qui hilarem datorem diligit, sibi tradita scenore multiplici restituit.

(e) Hon. I.
§. sp. 140.
141.

(f) Lib. 7.
sp. 106.

Andream vero Regem, ad quem ea de Jussi Urre scripsit (g), monuit, non solum consuetas decimas ecclesiis tribueret, verum animi sui propensione populos ad eas conferendas impelleret; denique contumaces adigeret: quod si renueret, vel illi 107. recusassent, tantam se injuriam non a quo animo laturum.

Post hæc perlatæ fuere ad Apostolicam sedem Colocensis atque aliorum Panioniae antistitutum literæ, quibus Pontificem de dimissa a Bela Andreæ Regis primogenito uxore certiorem fecere (h): Ad hoc divina dispensatione vocati estis in plenitudinem potestatis, ut ea, quæ salutem desiderant animorum, nec alias possunt corrigi, per subjectos auctoritate sedis Apostolicæ corrigantrur. Inde est quod vestre significandum duximus sanctitati; quod cum dominus noster Rex Ungarorum de partibus ultramtrinæ rediens, per terram nobilis viri Laschari transiit facaret, filiam ejusdem filio suo primogenito Belæ illustri, jam in Regem coronato, & in regni gubernacula post se, Deo proprio, successivo despontavit uxorem; præstito ab ipso Rege, & nobilibus suis, qui tunc præsentes erant, publice juramento, ut ad consummationem matrimonii inter personas memoratas fideliter laborarent. Eandem etiam nobilem, ut nurum decet regiam, secum in suam terram adducens, recepto prius a nobilibus regni, qui tunc in traductione pullæ absentes erant, solemniter sacramento, filio suo memorato tradidit in uxorem, ipsam nibilominus, omnis solemnitate adhibita, in Reginam Ungariorum coronari faciens, & inungit. Cui supradictus Bela illustris, cum omni dilectione, & tranquillitate in ætate legitima jam existens cobabitavit per totum biennium, & amplius sicut maritus; nunc autem dialolo sémiantem zizaniam, & quorundam malevolis suggestionibus perversorum, vir legitimam, cui postquam ad ætatem legitimam, uterque per venerat, per biennium, & amplius cobitarat ut diximus, in totius regni scandalum, & subversionem religionis Christianæ dimisit uxorem.

Et licet unacum magistro Acconto subdiacono, & capellano sanctitatis vestre legato, qui super hoc negotio, sicut vir honestus & prudens, omnem diligentiam quam potuit adhibuit, institutissimus attente, propter excellentiam tamen sublimitatis regie, præsertim cum literæ sanctitatis vestre suæ, per hoc ad quosdam, ut dicitur, judices emanassen, absque connivencia vestra minime duximus procedendum. Quapropter sanctitas vestra taliter in hac parte, prævidere dignetur, ne inferiores quique, qui majorum debent informari exemplo, perditione famili corrumptantur; nobis, & legato vestro mandantes, quid super hoc nobis extiterit faciendum: parati enim su-

mus,

XXXI. Ungarorum præsumptum literæ ad Honoriun. (a) Lib. 7. ep. 126. (b) Lib. 8. ep. 100.

Ut Bela Theod. Lascharis. Imp. filiam ux. rem du. xerit.

Ut scele. rate il. lam dimi. serit.

Solicita. gato, qui super hoc negotio, sicut vir ho. norus ut tantum scandala. lum amo. veat.

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.

mus, tanquam obedientiæ filii, in omnibus sacris vestris obedire mandatis. Hæc genus episcopi. Ut vero Bela Pontificis dicto audiens repudiatam uxorem receperit, atque Honorius ipsius a patre eam ob causam vexati patrocinium arripuerit, insequenti anno dicetur. Hoc interim spatio Pontifex, cum episcopum Cracoviensem, qui religiosæ servituti addistruum se Deo voverat, episcopatu discedere permisisset, (a) mox ut eam rem in magnum ecclesiæ Cracoviensis damnum redundare accepisset, pristinam illum dignitatem jussit (b) capessere, atque animarum salute in divinæ contemplationis suavitati præferre.

XXXIII. Jam orationem nostram Gallicæ res ad se revocant, quæ ob interitum Philippi Regis lugubres extitere: post diuturnam enim ægritudinem ipsum hoc anno naturæ concessisse, præterquam quod in confessu est apud omnes fere ejus ævi scriptores, (c) supra allatæ ad Philippum Honorii literæ, atque aliæ ad Ludovicum paulo post recitandæ ostendunt. Colligit illius egregias laudes brevi compendio D. Antoninus, dum hæc de Philippo tradit: Vir certe mirabilis fuit & omni memoria dignus, cui post Carolum magnum vix aliquis similis reperiri posset ex Regibus Franciæ. Verum nobis eas paulo diffusius a Rigordo expositas delibare visum est. Probatæ igitur fidei auctoris postrema verba veluti sepulcræ tanti Regis titulos hoc loco adiicimus, cum maxime plura memoria celebranda complectantur: Anno ab incarnatione Domini MCCXIII. pridie id. julii obiit Philippus Rex Francorum illustris apul carorum, quod vocatur Meduna. Qui sensus illius virtutes.

Strenuus, gestis magnificis, fami præclarus, victoriosus in bellis, ac triumphis multis & magnis plurimum glorioſus, jus & potentiam regni Francorum mirabiliter dilatavit, & regalem fiscum ampliavit in multis. Multos etiam præclaras principes terris, militibus, armis, & opibus præpotentes regno suo & sibi graviter adversantes debellavit viriliter, & devicit. De adjectis ab illo autæ Gallicæ provinciis hæc Jordanus (d) habet: Probitate mira regno suo multos adjecerat comitatus, scilicet Viromanduensem, Bellmontensem, Pontunensem Alaconensem, Cœnonanensem, Turonensem, Andegavensem, Pictavensem. Hæc Jordanus. Addit vero Rigordus de ejusdem Regis pietate ac singulari in Ecclesiam studio:

XXXIV. De illius pietate. Ecclesiæ quoque defensor maximus, & protector. Istam præcipue sanctam ecclesiam, sancti videlicet Dionysii speciali favoris gratia, & quasi quodam anoris privilegio fuit propensius & protexit, & quem habebat erga ipsam dilectionis affectum. Ann. Eccl. Tom. XX.

etum, multoties effectu operis comprobavit. Porro ipse ab annis teneris zelator fidei Christianæ, vexillo crucis affixo bumeris, in sua juvenili ætate contra Saracenos in manu valida transfretavit, ubi in obsidione Aconitanæ urbis, usque ad ejus consummatam debellationem plenamque recuperationem præclare & efficaciter laboravit: ac postmodum vergens in senium proprio filio suo primogenito non pepercit, quin eum mitteret bis aduersus hereticos Albigenses cum magnis sumptibus, & expensis. Et alia, tam in vita sua, quam in suo decessu multa largitus est ad ejusdem negotiis Albigensis subfilium, & juvamen. Præterea dando pauperibus, & dona plurimi charitatively per loca varia dispersendo, elemosynarum fuit largissimus seminarior; sepultus autem est in ecclesia beati Dionysii, &c.

De illius testamento.

XXXV. Adiicit auctor illius exequias celebra-tas magna pompa a duobus archiepisco-pis atque episcopis viginti, qui pro agi-tando ad redintegranda contra Albi-genses catholicam rem consilio confluxerant, quorum nomina ab ipso scripta.

præterimus: Qui prælati de mandato domini Papæ, immo de ipsa totius, ut credibile est, ordinatione divina pro negotio Albigensi tunc temporis erant Parisiis congregati. Missim autem exequile cele-brarunt simul Portuensis episcopus, & Rhe-menensis archiepisc. uni voce ad duo ultra-ria propinquæ, ceteris episcopis cum cleri-cis, & monachis, quorum aderat innumer-a multitudo, assidentibus & eis respon-dentibus, sicut uni. Inter quos adiuit &

Joann. Rex Hierosolym. pompa funebre cohene-stat.

Sæpedictus autem Rex Philippus tule con-didit testamentum. Legavit ad subfundum Terræ sanctæ trecenta millia librarum Parisiensium, videlicet præfito Regi Joanni centum millia, militiae Templi centum millia, hospitiu Hierosolymano centum millia. Datum est de suo Alnarico comiti Montisfortis viginti millia librarum Parisiensium, ad uxorem ejus, & suis de Albigensi terra & manu hostium reducendos. Præterea de tit quinquaginta millia librarum Parisiensium pauperibus eroganda. Mag-nam etiam summam pecuniae dicitur insu-per erogasse.

XXXVI. Succedit in regno Philippo Ludovicus VIII. ejus filius primogenitus ex Isabellæ filia (quod tradit auctor anonymus) tu filius Gall. sce-

diit regnum ad stirpem Caroli Imperato-ris, de quo originem habuit ex parte de gest. (e) Anon. Lud. Jord. MS. bibl. Vat.

Ludovicus phil. major na-tu filius Gall. sce-diit regnum ad stirpem Caroli Imperato-ris, de quo originem habuit ex parte de gest. (e) Anon. Lud. Jord. MS. bibl. Vat.

FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

VVV re Vat.

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

Rhemis re Blanca in Joannis Regis Hierosoly-
regia in- mitani multorumque principum conspe-
undatione cu, qui ad ornandam pompam conflu-
delibus xerant, accepit regiae ornamenta digni-
una cum tatis, cum annos sex & triginta natus
Regina eset. Cum novi Regis fama ad Hono-
Blanca. rum affluissest, literas ei misit, quibus
Honor. ad eum se ex Philippi obitu dolorem hau-
magnum sisse significavit; regiamque illi dignita-
(a) Hon. I. tem gratulatus (a) ad sectandas major-
8. ep. 77. rum virtutes provocavit.

Honorius, &c.

Adeptum regnum illi gratu-
latur. Ineffabilis providentiae divina profunditas attingens a fine usque ad finem fortiter omnia, suaviterque disponens, ac secundum suæ dispositionis arcuum mutans per successiones labentium temporum Reges terre, iunctæ recordationis Philippi Regie Francorum patre tuo, post laudabiliter acta regni terreni negotia, sicut firmiter credimus, ad meliora vocato, te in ejus solo feliciter collocavit, ut te regnante pro ipso, ac ejus pietatem, & justitiam imitante, pater in filio vivere videatur.

Licet igitur ejusdem patris tui obitus nos, qui cum sincera charitate dileximus, secundum hominem coniuraverit, accepimus tamen in personæ tuæ sublimatione solatium, ita quod ex hoc orta lætitia dolorem, qui ex morte jam dicti patris tui acciderat, temperavit, ipsa nativa bonitate tui præclarri generis plenam nobis tribuente fiduciam, quod progenitorum tuorum vestigia imitanda non deseres; sed si- cut in regni sede, sic & in decore virtutum eis, Domino largiente, succedes. Propter quod illam dilectionem sinceram, qua sapientium patrem tuum fuimus amplexati, in te totaliter transfundentes, firmiter gerimus in propenso honori, & profectui tuæ sublimitatis intendere, & in quibuscumque decuerit, tibi favorem apostoli- cum exhibere. Rogamus igitur circumpe- cutionem tuum, & bortamur attente, qua- tenus præfatum patrem tuum, tum in ce- teris commendandis actibus, tum specialiter in vera devotione, quam ad Apo- stolicam sedem, & ad totam Dei Ecclesiam habuisse dignoscitur, taliter imiteris, quod fecit ipse apostolicam gratiam, suis ex- gentibus meritis, incessanter habuit, sic & tu illam jugiter merearis, &c. Datum Laterani VIII. kalend. novembri anno o- Etavo.

XXXVII. Verum quid est, cur summus Dei Pon- Cœlesti de tifex Philippum ad meliora evocatum fir- Philip. miter se credere testetur? Indicat for- animæ statu. tasse visum, quod de salute Philippi a- nimæ cœlitus objectum cecinit Guille-

mus Brito, qui de loco ac tempore, qui bus illud contigit, hæc habet:

Tempore magnanimi, quo Regis humatio facta est,

-- * Signa tunc Papa moram faciebat * Signa in urbe.

Signa scilicet notissima Hernicorum in Latio civitate, ubi tum Honorius a- gebat, pluresque epistolas (b) a XIII. (b) Lib. 7. ep. 187. & dinceps. kalend. jul. ad III. non. sept. dedit. Un- de exploditur scholion contra hæc auto- ris verba adjecum, quo interpretatur Si- gniam orbem Tusciae in valle Spoletanæ esse. Pergit Guillelmus inulta & agre- sti quidem musa, sed veritatis amantis- sima enarrare virum prænobilem Jacobum nomine pontifici pœnitentiarii hospitem in ancipi mortis discrimine extrema sa- cra unctione delibutum, cum fugientis vite ultima suspicio pena traheret, ob- jecto cœlesti viso fuisse recreatum; in quo S. Dionysius purpurea veste decorus atque ingenti circumfusus splendore, cui præbant Angeli albo amictu, sequebatur vero Regis Philippi anima veste ignea- induita, se obtulit: cumque illi signifi- casset se Dionysium esse, illum vero Phi- lippum Regem, qui e vivis discesserat, atque in purgatoriis flammis ad crimina expianda versabatur, adjecit, adiret Pon- tificem, moneretque ut pro Regis anima incuruentum missæ sacrificium offerret. Ex- pavescenti ad iusta, respondentique, a- gere in extremo mortis confinio, vires nec animum suppeteret, ut ea Pontifici referret, atque etiam insanum habitum iri; D. Dionysium omnem ex illius animo metum blandis verbis depulisse, ac re- pente pristinæ valetudini restituisse. At æger. in rei veri- tatis ar- gumen- tum vale- ritutis.

XXXIX.

Conrado episcopo Portuensi A. S. L. Pa- risis hoc anno in Albigenses habitam te- statur; ejus etiam tum Guillelmus modo recensitus, & ex Tilio novatores (c) me- minere. Aliud quoque concilium indixit Conradus A. S. L. apud Senonas celebran- dum adversus Albigenses, qui in deterius ruentis eo audaciae ac dementiae erant devoluti, ut quemdam in Sclavonia im- probissimum hominem antipapam salu- rent. Verum præmaturum, sed oppor- tunum impii exitium coepit insana con- fidit. [1] At Parisum hæc enarrantem au- dire

Conradus Portuen- ep. syno- dum ad- vers. Al- big. cele- brat.

(c) Cent.

13. c. 9.

col. 854.

NOTÆ [1] Iteras Conradi Portuensis, quas ex Parisiis mutillas exhibet annalista, integras in suis literis ad suffraganeos datis inferauit Theodorus Rotomagensis archiepiscopus, easque vulgavit P. Martene Anecd. tom. I. col. 90. Ex his autem plura illustrantur, quæ in fra- gmento, sive obscura sunt, sive in aliud sensum trahuntur. Ita ergo in his legas; Ecce quod vi- dimus

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

(a) Par. bist. Angl. an. 1223. Albigen- sum hæ- resis in Dalmatia dire præstabit (a): Circa dies istos hæ- retici Albigenenses constituerunt sibi antipa- pam in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiae, nomine Bartholomæum. In qui- bus partibus error ille adeo invuluit, ut etiam episcopos & alios multos regionum illarum ad suam allexerit prævitatem. Contra quem. C. Portuensis episcopus & in partibus illis Apostolicæ sedis legatus, Ro- thomagensis archiepiscopo scripsit in hac verba: Venerabilibus patribus Dei gratia Ro- thomagensis archiepiscopo & ejus suffraga- neis episcopis salutem in Domino Iesu Chri- sto. Dum pro sponsa veri crucifixi vestrum cogimur auxilium implorare, potius com- pellimur lacerari singultibus, & plorare. Ecce quod vidimus, loquimur: & quod scimus, testificamur. Ille homo perditus, qui extollitur super omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, jam habet per fidem suæ præambulum hæreticam, quem hæ- retici Albigenenses papam suum appellant, Ann. Eccl. Tom. XX.

habitatem in finibus Bulgarorum, Cro- tiæ, & Dalmatiae, juxta Ungarorum na- tionem. Ad eum conflunt hæretici Albi- genenses, ut ad eorum consulta respondeat. Etenim de Carcassona oriundus vices illius antipape gerens Bartholomæus hæreticorum episcopus funestam ei exhibendo reverentiam, sedem, & locum concessit in villa, quæ Porlos appellatur, & seipsum translatum in partes Tolosanas.

Iste Bartholomæus in literarum suarum undique discurrentium tenore se in primo su- latarionis alloquo intitulat in hunc modum: Bartholomeus servus servorum sanctæ Fi- dei tali salutem. Ipse etiam inter alias enormitates creat episcopos, & ecclesiæ perfide ordinare contendit. Rogamus igitur attentius, & per asperitionem sanguinis Iesu Christi, & propensius obsecramus auctoritate domini Papæ, qui fungimur in hac parte, districte præcipientes, quatenus veniatis Senonis in octavis Apostolorum Vvv 2 Pe-

NOTÆ dimus in finibus Brunarum (lege Bulgarorum, ut est in fragmento Parisiis) Croatia, & Dalmatia juxta Hungariam nationem, ut per antipapam mosas antichristi d' catero breviores esse minime dubitetur, dum novus Lucifer nova arrogantia fellibus (lege follibus) intumescent sedem suam con- tendit ponere in lateribus aquilonis.... Hinc est, quod papa perfidia qui maceriam Domini Sabaoth jam pro magna parte dedit in direptionem & singularis ferus depascitur, & conculet: ad eum conflunt Albigenenses, ut ad eorum consulta respondent, ejus in habitantes doctrinis, & ejus damnata secta judicia complectentes. Iste Sathanas quendam sua perversitatis hominem usque in Agennum (lege Agensem) diæcesim diffimavit nomine Bartholomeum Carcassonensem in episto- la in collectione Gervashianum, de qua infra, legitur Cartes). Est enim de Carcassona oriun- dus, vices illius (Antipape additur in collectione Gervashiana) agentem.... Cui Bartholomeo Vigorousus de Bathona (de Barcellona Gervasi) hæreticorum episcopus funestam exhibendo reverentiam sedem & locum suum concessit in villa, quæ dicitur Poiros (Poreus Gervasi.) & se ipsum translatum in partes Tholosanas. Reliqua omitto quippe quæ in fragmento Parisiis integra fide expressa sunt. Easdem literas sed multo emendatores habemos in collectione epistolarum Gervashii Præmonstratensis nuper vulgata a P. Carolo Ludovico Hugone abate Sivagii, ibidemque impressa an. 1732. Ex his vero variantes dedimus unde genuinus sensus literarum erueretur. Ille igitur cui sedes concessa est in Porlos seu Poreo ipse est Bartholomeus & in Tholosanas partes non Bartholomeus quidem, sed Vigorousus concessit. Vigorousus iste combustus dein fuit Tolosæ anno 1223. (Alberic in Chron.) Quæ omnia plane contrarium sensum reddunt in fragmento Parisiis in Annali- bus legendu. Discimus pariter Bartholomæum non antipapam, sed antipapæ vicarium egisse: Cujus Sathanas, nempe antipapa, ut legit Parisiis in eodem fragm., vices gerens Bartholomeus. Ex fragm. autem Parisiis locus esset suspicandi antipapam e regnis aquiloniaribus in Aquitaniam venisse; sed hanc suspicionem tollit locus integer epistolæ, a nobis relatus, per spicule demonstrans non antipapam, sed Bartholomæum in eas partes venisse. Denique nomen loci, unde Conradus epistolam dedit corruptum est in Parisiis, apud quem legas Plin. VI. Non. julii, quod nullum sensum reddidit. Integer vero est in nostra epistola, que data legitur: Provin. VI. nonas junii. Quis vero fuerit antipapa iste hæreticorum in viciniis Bulgariae, Croa- tiæ &c. agens, ignorare me ingenue profiteor; non tamen a vero abesset, qui suspicaretur Theodori Comneni, qui tunc Latinos bello urgebat, opera hunc quicunque tandem fuerit, Antipapam Pontifici Latinorum adversarium intrusum vel faltem ejus favore susfultum id au- sis. Nec facile alius erat ab Archiepiscopo Bulgariae, qui usurpatorem illum imperiali corona ornaverat. Denique præterendum non est in literis illis Archiepiscopi Rotomagensis in anecdoto Martenii relatis mendum inesse, quo enim loco data leguntur VI. idus julii, repor- tendum est forte vi. nonas, vel vi. kal. julii, (vi. non. julii legitur in collectione Gerva- shiana) aliqui enim literis illis acciri non potuerint episcopi, ut concilio in octava apostolo- rum Petri & Pauli anno illo celebrando adessent, cum octava illa in diem pridie nonas ju- lias incidat.

Neque hic præterendum censeo ab his, vel ab aliis horum temporum hæreticis antipapam alium constitutum fuisse, cuius meminit author gestorum Trevirensium archiepiscoporum in Col- lect. Martenii tom. IV. col. 244. qui hæc scribit: Eodem tempore (circa annum 1231.) Tre- virorum archiepiscopus (Theodoricus) Synodus tenuit (de qua nihil in collectionibus) in qua ipse publice enuntiavit hæreticos in sua diæcesi habens episcopum quem cognovissent secundum suum nomen Theodoricus, & idem alibi fecisse de episopis locorum, itemque habere eos commu- nem papam, quem secundum catholicæ ecclesiæ episopum nuncuparent Gregorium ut si interro- garentur de fide, eam fidem se habere dicent, quam haberet papa Gregorius. Alium etiam Viter- biæ antipapam constituisse sibi Hæreticos Viterbienses scribit Author gestorum Gregorii IX. re- latus in Annalibus ad A. 1235. qui antipapam hunc Johannem Benvenutum appellat. MANSI

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

Antipapa
brevi sub-
latus.

(a) Ext.
in regest.
Hon. l. 8
ep. 22.
(b) Hon.
ib. ep. 23.
(c) Ep.
34.

XLI.
Expedi-
tionem in
Albig.
confian-
curat
Hon.

(d) Ep.
230. 131.
132.
(e) Ep.
133.

(f) Ep.
135.

XLII.
Excitat
ad eam
Lud. Re-
gen.

Cum Reges, & principes Christiani propter Ecclesiam matrem suam, ex qua spiritualiter nati sunt, & quam a Christo, ut eam temporibus suis foveant, suscepere tuendam, Deo teneantur reddere rationem, grave nimis debes gerere, ac indignum, quod intra terminos regni tui videlicet in partibus Albigen. heretici manifeste, ac intrepide impugnant Ecclesiam, fidem Christianam evacuant, & dilacerant ipsum Christum. Certe Nabuchodonosor Rex decretivit dicens: Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sydrac, Misac, & Aedenago, in interitu erunt, & domus eorum in dispersione. Si ergo taliter fuit Rex alienigena, ne deberet Deus

Petri, & Iuli proximo futuris, ubi & alti prælati Franciae, faciente Domino, congregabuntur, parati consilium dare in negotio prædicto, & cum aliis, qui ibidem aderunt, providere super negotio Albigeni.

Alioquin imbedientiam velstram domino Papæ curabimus significari. Dat. Plan. vi. non. juli. Hæc legatus; addit vero Parisius tumultum illum brevi antipapa sublato sotipum fuisse. Conradus vero cum in Albigenium negotio, maxime adversus Raymundum filium alterius Raymundi Tolosani olim comitis tempus terere sibi videretur, missionem redditum que in Urbem ab Pontifice per literas (a) efflagitavit: cujus arbitrio Pontifex rem totam permisit (b). Adiicitur dies apostolicis literis iv. id. septemb. Signæ. Neque ita multo post Conradus ex Galliis excedens Romam se recepit, ut aliae Honorii ad Ludovicum Regem literæ ostendunt. (c).

Verum quamvis Apostolicæ sedis legatus se adversus Albigenes rem feliciter agere posse diffideret, Pontifex tamen Deo fretus nec animo, nec consilio defuit. Quare vigesimam primum in Galliis cogendam, etiam ab exemptis, atque adversus impios in bellicis sumptibus collocandam, consumendamque decrevit.

(d) Dein Almaricum militia ducem hæreticam multis sit personarum, & rerum dispendit laboratum, pene omnia in confusione antiquum populi Christiani, peccatis exigentibus, sunt reducta, & ille, qui felicibus invidet actibus, sic armavit in antichristi præambulos partes suas, ut diffidentibus illis intrepide, ac latius prævi dogmatis sui virus, verendum est plurimum, ne ipsorum veneno regnum tuum in fide, ac devotione præ aliis radicatum, cui Dominus benedixit, inficiant, & ex hoc contra totam Ecclesiam, tanquam in principaliori parte concutim, nova persecutio exciterit. Multo ergo desiderio expectantes, ut per te catholicum principem & catholicorum principum succelijorem impensis eorum conatibus celeriter obvietur, ne illud modicum terræ, quod adhuc tenuerit catholicæ, amittatur, & pestis bujusmodi regnum Franciae maculet, cui jam aperte suos expandendo laqueos appropinquat. Excitat Regem ut excindendæ illi pesti se accingat: Amalricum comitem quidquid juris in Tolosano comitatu habeat, in illum transfundere paratum: Raymundum jamdiu defixum anathemate, atque in eo contumaciter obfirmatum: mitti ad ipsum Bituricensem archiepiscopum Lingoniensem, & Silvanensem episcopos, quorum precibus ne adversas aures præbeat, enixe contendit. Dat. Later. xix. kal. januar. pont. nostri an. viii. Pridie vero ejus diei alias ad ipsum Regem literas dederat, quibus eum laudibus commendat, ipso regni sui

Israhel blasphemari, commotus, in Regum Christianissime, devotissimorum principum successor & heres, cum quo devotio Christiana coaluit, evacuari fidem nostram, lacerari Christum, & Ecclesiam dissipari a talibus patieris? Denique si potestates sæculi, & rectores raptiores persequantur, & fures; tu qui regni solium obtines, terram tuam hereticis, qui animas pretiosiores cunctis subluntis furantur, & rapiunt, non purgabis?

Sane præcepimus a Domino legitur: Si audieris in una ex civitatibus, quas dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare, illic dicentes: Eamus, & serviamus diis alienis, quos non nosl; pones illos in ore gladii, & igni civitatem incendes. Nimirum, eti pro immenis susceptis in hoc seculo beneficiis Deo, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, tenearis in multis, ad hoc tamen illi reputare te debes fortius obligatum, ut pro ipso in fidei subversores, a quibus blasphematur, animosus insurgas, & pro catholicæ puritate, quam de partibus illis attendentes dæmoniorum doctriniis ejecis se noscuntur, viriliter te opponas.

Porro non absque dolore cordis, & gravimenti amaritudine recolere possumus, quod cum ad extirpandum inde p̄stem hæreticam multis sit personarum, & rerum dispendit laboratum, pene omnia in confusione antiquum populi Christiani, peccatis exigentibus, sunt reducta, & ille, qui felicibus invidet actibus, sic armavit in antichristi præambulos partes suas, ut diffidentibus illis intrepide, ac latius prævi dogmatis sui virus, verendum est plurimum, ne ipsorum veneno regnum tuum in fide, ac devotione præ aliis radicatum, cui Dominus benedixit, inficiant, & ex hoc contra totam Ecclesiam, tanquam in principaliori parte concutim, nova persecutio exciterit. Multo ergo desiderio expectantes, ut per te catholicum principem & catholicorum principum succelijorem impensis eorum conatibus celeriter obvietur, ne illud modicum terræ, quod adhuc tenuerit catholicæ, amittatur, & pestis bujusmodi regnum Franciae maculet, cui jam aperte suos expandendo laqueos appropinquat. Excitat Regem ut excindendæ illi pesti se accingat: Amalricum comitem quidquid juris in Tolosano comitatu habeat, in illum transfundere paratum:

XLIII.

XLIV.

Egregia
Ludovici
Regis vo-
tes.

XLV.

(a) Ep.
142.
Melgori-
enses de-
sciscunt
ad Ray-
mundum.Increpan-
tur ab
Honorio.(b) Ep.
143.(c) Ep.
144.(d) Ep.
145.

XLVI.

Ferdin-
inandus in
Hisp. Al-
big. infe-
ctatur.(e) Miri-
an. l. 12.
de reb.
Hisp. c. 11.Arturis
manu
propria
ignem
subiicit.
Trinit
piat de
Sarrace-
nus.NOTÆ
(a) MS.
epis. Lo-
devensis.

sui exordio contestatum, ut Portuensis episcopus coram se, & Cardinalibus re-tulerat: malle se rei suæ injuriam inferri, quam pati catholicam religionem ab Albigenibus oppugnatam, suis opem non ferentibus, detrimenti quidquam accipere. Præterea ipsum commendat decem argenti marcharum millia, ex largitionibus Philippi patris sui reliæta, catholicis subsidio missæ. [1]

E contrario nobiles, populumque Melgoriensem vehementi minacique epistola (a) arguit, ab Ecclesia ad perditissimum Raymundum Tolosani olim comitis filium descivisse: eos se iterum monere, & a apostolico pro imperio jubere, si quid divini timoris, vel pudoris saltem humani in ipsis inesset, antequam novis pœnis constringerentur, confessim ad obedientiam episc. Magalonensis justi ipsorum domini sui redire nulla habita jurisjurandi ratione, si quod forte Raymundo præstisset; cum nefas sit in eo, quod perperam juratum sit, fidem servare: neque secunda monita expectarent; severius enim in eos animadversurum, quo placiidius ipsos haec tenet. Hæc Pontifex ad Melgorenses. Scriptis vero episcopo literis primum confirmat (b) sententias in Raymundum comitem lata, qui Melgorii castrum ad jus Rom. Ecclesiæ pertinens occupaverat: deinde ipsi episcopo tribuit, (c) ut ab ecclesiis dictæ suis moderatam pecunia summani, in negotium fidei impendendam, exigere possit; (d) tum etiam cives Melgorienses absolvere, qui ad Ecclesiæ obedientiam se recepissent.

Præclaram vero hoc tempore præfocandæ Albigenium pesti, quæ penetrarat in Hispaniam, operam dedisse Ferdinandum Castellæ ac Legionis Regem scribit Mariana; (e) tantoque odio eos insectatum, ut tormentis exagitandos curaret; qui etiam quasi victimarius ignem arsuris regia manu ac ligna subiiceret. Tantum in eo im-probitatis odium tantumque tuendi in Hispania religionis splendoris desiderium erat, ex quo & populorum gratiam promeruit, divinumque patrocinium sibi conciliavit, ut hoc ipso anno egregie de Mauris, relatis pluribus spoliis, triumpharit, Regemque Batiæ Mahomedam ad sua excipienda imperia compulerit; sed de Ferrando ob ecclesiastica jura oc-

cupata increpito iterum inferius, ut enim principum faudes celebrandæ, ita nec tacula ab historico vitia videntur.

Jam regnum Angliæ oratione nostra, lustrandum. Auctor est Parisius nuntios Regis ab Urbe reversos, apostolicas litteras ad archiepiscopos Angliæ eorumque suffraganeos detulisse, quibus ipse arcum Henrico Reg. restituere.

XLVII.
Angliæ
res.
Jubentur
præfeci
arcum
cas Hen-
rico Reg.
restituere.

Norwallæ
principes
centuriis
defi-
xus.

percellendi provinciam commisit (f). Que-
madmodum etiam clericorum impuden-
tiam insolentiamque infringendam decre-
vit, (g) qui nuptias contrahebant, re-

(f) Ep. 66.
(g) Ep. 63.
verum B.. olim Anglorum Reginæ patro-
cinium sumpsit, (b) adversus episcopum (b) Lib. 7.
Cœnonanensem, qui eam censuris ecclæ-
siasticis exagitabat; cum iis a nullo nisi
ab Rom. Pontifice affici posset. Deinde
episcopo Londoniensi præcipit (i) pra-
vos clericorum mores corrigat: Ugo-
ni que episcopo Karleolensi, (k) cuius etiam (k) Ep.
ecclesiæ privilegia firma esse constituit,
imperat ab eam ecclesiarum ministerio
eos arceat, (l) quorum parentes sa-
crum aliquod in eis munus exercuissent. (l) Ep.

Efflorescebat tum in Anglia magna co-
lestium prodigiorum gloria Guillelmus ar-
chiepiscopus Eboracensis, quorum veri-
tatem diligentius explorari jussit Honori-
us, ac testium dicta in publicas tabu-
las referri, ut sanctorum albo annumerari posset: qua de re hæc ad episcopum Elyensem duosque Cisterciensis fabriæ ab-
bates scripsit: (m) Gaudemus in Domino, (m) Ep.

& in ejus laudibus delectamur, quod si-
cut venerabilis frater noſter archiepiscopus, De vita &
& dilecti filii decanus, & capitulum E-
boracen. miraculis
Guill. Eborac.
arch. in-
quiri ju-
bet Hon.

117.

De vita &
miraculis
Guill.
Eborac.
arch. in-
quiri ju-
bet Hon.

XLVIII.
Villelmus quondam Eboracensis archiepi-
sco-

[1] Post illa verba: subdio missæ adde ex annalibus contractis. His addimus extare in-
teri MS. (a) insigne pietatis Ludovici VIII. & sacri pro excindenda hæresi ardoris
monumentum; nam susceptis post Philippi regis patris obitum regni gubernaculis, datis ad Neu-
mausenses literis jussit damnatos hæreses ab Episcopo proscribi, bonisque everti; tum hæreticos
proposito capientibus præmio diligentissime inquire, contemnentes anathema bonis exui, ac
decumas fine fraude sacerdotibus pendendas imperavit; quod decretum hac temporis nota con-
signatum est. Actum anno gratia MCCXXXIII. mense aprilii. MANSE

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

scopus tanta vivens fulsit gratia meritorum, quod post felicem ejus obitum, ad ostendendam ipsius gloriam sanctitatis Dominus ad sepulcrum ejus multa, & magna miracula operatur. Verum licet opportune importune nobis totis affectibus supplicarunt, ut cum lucerna non sit ponenda sub modio, sed supra candelabrum statuenda, eum, quem Dominus honorat in Ecclesia triumphant, nos in militanti Ecclesia sanctorum catalogo ascribere deberemus, nos tamen provide attendentes, quod in tempore sancto negotio non est nisi cum maturitate plurima procedendum, ad maiorem evidenteriam veritatis discretioni vestrae, de qua plenam in Domino fiduciam obtainemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus habentes pro oculis solum Deum, qui non indiget mendacii alicuius, tam de vita, quam de miraculis vestri praedicti perquirentes solite veritatem, que inveneritis, per vestras nobis literas intimetis, ut ex vestra relatione sufficienter instructi procedamus exinde, prout secundum Deum viderimus procedendum. Dat. Lat. non. april. pont. nostri an. VII.

XLIX. Post hæc subditur in pontificio regesto, idem ad episcopum Patavinum duosque religiosos viros scriptum, de Joanne episcopo Vicentino ab impiis oculo tuenda ecclesiastica libertate gladiis confozzo, de quo cœlitum numero adscribendo episcopus, clerus, ac populus Vicentini Honorum per literas, nuntiosque suos enixe rogarant. Cumque in mentionem de cultu sanctorum inciderimus, abs re non erit, addere vigilansimum Pontificem, ab episcopis impudentem sceleratissimorum quorumdam audaciam atque avaritiam reprimi statuisse, (a) qui varias regiones obire, ac simulare res miras ab adulterinis sanctorum reliquiis, quas habebant, edi; deque ea re factas a se Regum, principum, praefulum, Romanique ipsius Pontificis literas ostentare presumebant.

L. Ceterum quemadmodum Joannes episcopus Vicentinus ecclesiastice libertatis tuendæ gratia jam ante ab impiis cœsus obierat, ita pro ejusdem propignitio ne A. Cathenensis in Scotia episcopus nuper a perfidis parricidis interemptus. Quod cum ab episcopis illis acceptisset Honorius, magno sceleris horrore perfulsus, commotusque graviter in mortuum pestis animadvertissum censuit, Regemque in ipsis, quem ob demonstratum vindictæ expetendæ studium laudibus ornavit, vehementius incendit, ut tam insigilis illatae Deo Ecclesiæque injuriae ultor esset; testes apostolice literæ ad Scotiæ episcopos datæ (b): Nunc scimus vere, quod charissimus in Christo filius noster Rex Scotorum illustris, ad vindictam malefectorum, laudem vero bonorum tra-

(a) Ib. ep. 209.
Repressæ ab Honori o.

(b) Hon. ep. 75.

ditam sibi a Domino exerceat potestatem, cum commissas in regno suo nequitias non permittat impunitas. Jam plene cognoscimus, quod libertatem ecclesiasticam diligat, cum suæ autores injuriae perseguatur. Jam revera ipsum Dei fatemur atletam, cum ad vindicandum sanguinem Christi ejus, qui de terra clamat ad ipsum, regalibus negotiis prætermisis intendat.

Auditio quidem ex literis vestris, quam abhorrendum facinus, quamque detestabile malum dudum sit in regno suo patratum, noster expavit animus, cor contremuit, & aures ex ipsis horribilitate facinoris timuerunt. Sed ex earundem literarum intellecto tenore, quam animose idem Rex insurrexerit contra hujus sceleris patratores, dolorem, quem nobis facti atrocitas intulit, pro magna parte sensimus ex sua diligentia mitigatum. Eadem sane literæ continebant, quod orta inter recolende memoria A.. Cathenensem episcopum ex parte una, & parochianos suos ex altera, super decimis, & alis Cathenensis ecclesiæ juribus quæstione, ipsaque in præsentia Regis ipsius, mediantibus quibusdam personis ecclesiasticis amicabili compositione soppita; redeunte tandem episcopo ipso ad propriæ, ipsique Rege in Angliam pro arduis regni sui negotiis properante, iidem parochiani, tamquam moti adversus eum, quia ecclesiæ suæ causam egerit contra ipsos, in pastorem pium lupi rapaces, in patrem degeneres filii, ac in Christum domini diaconi satellites irruentes, eum vestibus propriis spoliatum, cœsum, lapidatum, & bipenni vulneratum ad mortem, in coquina propria ejus interitus nimis avidi creaverunt. Rex vero præfatus qui proficiens in Angliam, jam ad extremæ regnæ sui pervenerat, hoc auditio dolens, & extanta perversitate sceleris conturbatus, ad vindicandam tam crudellem episcopi dictæ mortem, & ad male perdendum malos, qui eundem episcopum sic perdidérant, prorsus omisssis, quæ ipsam trahabant, negotiis, se protinus exercitibus suis collectis accinxit, aperte insinuans quod eum injuria Christi angat, & suæ zeletur ecclesiæ libertatem pro cuius defensione mortem subiit episcopus memoratus.

Nos ergo juxta postulationem vestram, ipsius Regis super hoc excellentiam commendantes, ac prosequentes actionibus gratiarum, eum per scripta nostra monimus, ut a sumptum propositum ulciscendi Deo & Ecclesiæ super hoc illatam injuriam, ulciscendo taliter prosequatur, quod pro eo ipsa teneatur Ecclesia Dei misericordiam implorare, ut semper sit, ubique ambulaverit ipse, secum, & in æternum stabilit regnum suum, faciatque sibi nomen grande, ac ab omnibus inimicis suis ei requiem largiatur. Addit ut parricidarum terras, qui se episcopi cæde inquinant,

Commenda
Hon. Honorio,

LI.

LII.

(b) Ep.

22.

CHRISTI
1223.HONORII III. PAR.
7.FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

runt, ecclesiastico interdicto feriant, donec rite ab iis crimen expiatum fuerit. Dat. Later. idibus februarii pontif. nostri anno septimo.

LIII. Hon. Reginald. Recem. Veiligat. Iem ecclesiæ fa- dum in apost. client. accedit. (a) Ep. 264.

Eodem anno Pontifex Reginaldi insula Man Regis, qui regnum suum Romanæ Ecclesiæ vestigale fecerat, patrocinium hoc exarato diplomate suscepit: (a) Sicut transmissæ nobis tuae literæ protestantur, honorum, quæ sunt in Ecclesia Rom. particeps esse cupiens, ad exhortationem venerabilis fratris nostri P.. Nrvicensis episcopi tunc electi, & A. S. L. ei Ecclesiæ Rom. nomine ac nostro, insulan de Man, quæ ad te jure hereditario pertinebat, nullumque de ipsa servitium facere tenebaris, donasti liberaliter, & irrevocabiliter tradidisti, recipiens eundem insulam ab Ecclesia Rom. in feudum, & pro ea nobis fidelitatis, & homagii exhibens juramentum. In recognitionem quæ domini Ecclesiæ Rom. tu & heredes eius annuatim duodecim marchas sterlingorum in Anglia apud monasterium de furuis in festo jurisdictionis B. Virginis persolvitis: quæ omnia jurasti te servitum fideliter. Nos igitur habentes hæc ratam, & grata tuis supplicationibus inclinati, personam, & terram tuam cum omnibus, quæ in præsentiarum rationib[us] possides, aut in futurum justis modis præstans te Domino, poteris adipisci, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Dat. Lat. x. kal. jun. pont. nostri anno VII. Ita Christiani olim principes adeo non audebant ecclesiastica jura invadere usurpare, ut regna summa pietatis laude Apostolicæ sedi dono darent; atque adeo novam veluti adeptos gloriæ majestatem putabant, si sese demissio animo Pontifici abjecissent, ac sceptra Apostolorum principi jam consecrata, Ecclesiæque vestigalia gestassent. Nec vana illorum opinio, cum ad summum eos splendorem felicitatemque effloruisse suspiciamus.

Sed ad Honorum revertor, qui dum Reginaldum insularum Regem de Ecclesiæ optime meritum laudibus officiisque exornat, Ferdinandum Castelle Regem ab officio parumper declinante arguere compellitur (b); quod nimis annuas gravesque a Segobiensis ecclesiæ hominibus exactiones contra ius fasque extorqueret: unde annuos eidem ecclesiæ census persolvere nequirent. Tum datis

NOTÆ [1] Post illud: Dat. Laterani III. Kal. decembbris anno VIII. additur in annalibus contraria: Accepisse eam disciplina religiosa formulam post plures divinas illustrationes refert (a) S. Bonaventura, (a) qui etiam de stigmatibus illi divini us penultimo vita anno, qui in proximam invenit, impressis hac refert: Cum seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in vit. S. Franc.

ad Garziam Gundisalvum magistrum militæ B. Jacobi, ejusque fratres apostolicis literis (c) privilegia & bona ejusdem militie rata firmaque esse statuit, subditque: Sit timor omnibus præcipua cura & cautela continua, ut qui conjugium sortiti fuerint, continentiam custodiant coniugalem, & qui sine conjugio manere decreverint, inviolatum teneant cœpitatem, &c. Datum Signie per munum magistri Guidonis D. Papæ capellani v. id aug. indictione XI. incarnationis Dominicæ anni * MCCXXIV. pontificatus vero domini Honori Papæ III. an. VIII. XXIII.

Commanditam pariter & corroboratam apostolicæ autoritatē ab Honorio concepta a D. Francisco religiose discipline fratribus notat Baronius (d) ex Mino ritarum chronicō. In pontificio vero h[ab]i jus anni regesto est ea de re apostolicū diploma, ubi Honorus ita loquitur: (e) in scibis Ordinis vestri regulam a bone memoriæ quæ apud nos ext.

(c) Lib. 8. ep. 261.

(d) Btr.

S. Fran cisca. Hon or & scibis. obedi entiam pol licetur.

(e) Lib. 8. ep. 261.

Ita Christiani olim principes adeo non audebant ecclesiastica jura invadere usurpare, ut regna summa pietatis laude Apostolicæ sedi dono darent; atque adeo novam veluti adeptos gloriæ majestatem putabant, si sese demissio animo Pontifici abjecissent, ac sceptra Apostolorum principi jam consecrata, Ecclesiæque vestigalia gestassent. Nec vana illorum opinio, cum ad summum eos splendorem felicitatemque effloruisse suspiciamus.

Sed ad Honorum revertor, qui dum Reginaldum insularum Regem de Ecclesiæ optime meritum laudibus officiisque exornat, Ferdinandum Castelle Regem ab officio parumper declinante arguere compellitur (b); quod nimis annuas gravesque a Segobiensis ecclesiæ hominibus exactiones contra ius fasque extorqueret: unde annuos eidem ecclesiæ census persolvere nequirent. Tum datis

Rex Marrochii conf. &c. Dat. Ltt. III. kal. decemb. an. VIII. [1] Hoc denique anno Christi fidelibus cultoribus per Marrochiam dispersis, Apo-

CHRISTI
1223.

HONORII III. PAP.

7.

FRIDERICI II. IMP. 4.
ROBERTI IMP. 3.

postolicæ sedi per literas exponentibus, Regem Marrochitanum, dum de hostibus triumphabat, vel quid aliud prospere feliciterque illi successisset, quinque Christianos, religione famaque omnium præstantissimos, ad secum epulandum ex-

vocare, eaque occasione quadragesimali etiani tempore, vel feris sextis ad carnes edendas cogere, ipsisque facti pœnitentibus veniamque demisse postulantibus Honorius errati gratiam fecit (a). (a) Lib. 79. ep. 146.

Exo.

NOTE tate descendere, cumque volatu celerrimo pervenisset in aeris locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis crucifixi in modum crucis manus & pedes extensos habentes, & cruci affixos, quæ alæ super caput ipsius elevabantur, duæ ad volandum extendebantur, duæ vero totum velabant corpus. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque mœre gaudium cor ejus incurrit; & paulo post intellexit tandem ex hoc domino revelante, quod ideo hujusmodi visio sic divina providentia suis fuerat præsentata conspectibus, ut amicus Christi prænosceret se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandum. Disparens igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem, sed & in carne non minus mirabilem signorum impressit effigiem; statim namque in manibus ejus, & pedibus apparere cœperunt signa clavorum, quemadmodum paulo ante in effigie illa viri crucifixi videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum, & superiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus existentibus ex adverso, erantque clavorum capita in manibus, & pedibus rotunda, & nigra, ipsa vero acumina retorta, & quasi repercussa, quæ de ipsa carne surgentia, ipsam carnem excedebat; dextrum quoque latus quasi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod saepe sanguinem sacrum effundens tunica, & femoralia respergebat. Visa sunt a pluribus hac sacra stigmata, quorum fides nemini suspecta esse posse, ut refert S. Bonaventura: qui etiam addit se id ex Alexandri IV. pontificis ore audivisse, testaturque illa ab ipso conspecta fuisse; de his vero a Gregorio IX. encyclica ad fidèles litera scripta sunt: cœlestis autem visi series ab ipso S. Francisco ad Christi gloriam solidibus relatæ fuit. MANSI

HONORII III. PAP.

ANNUS
1224.FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4.JESU CHRISTI
ANNUS

8.

I. **E**x oriente anno Domini vigesimo quarti missi pro to supra millesimum ducentesimum excit. ad indictione duodecima, Honorius ad transbellum fundendum in principes populosque fidei facr. populi restituendæ Christiani nominis glo-

pracones riae ingentem, quo ardebat zelum, e-

vangelicos praecones in plures occiden-

tis provincias, Germaniamque maxime,

ex qua ingentia auxilia elicienda erant,

proficiisci jussit, ut divini verbi clasico

magnanimi quique viri excitati sub cru-

cis signis conserberentur. Ac ne ob ac-

ceptam ultimam cladem languerent fi-

delium animi, datis ad Germanie præ-

fules literis, monuit (a) id divine pro-

videntiae factum consilio, que ex adver-

sis rebus triumphos novit elicere.

Honorius, &c.

II. **A**d exercitationem fidelium eam (de-

Apostoli Terra sancta barbarorum tyrannide op-

ca de ea pressa loquitur) passus est (nimurum De-

re ad Ger-

manos o-

si est intelligens aut requiriens ipsum, qui

ejus ulcisci velit injurias retribuendi Chri-

sto aliquid pro omnibus, que retribuit i-

pse sibi. Et quidem infiniti exinde ac

incomparabilia bona Christi fidelibus pro-

venerunt. Nam, o quot, quot sunt hodie

delicati, qui satisfactionem injunctæ si-

bii, vel injungendæ pœnitentiae metuentes,

tanquam in profundum peccatorum veni-

sent penitus desperabant, & nunc gratia

divini preventi, provide cogitantes, quod

non sunt condignæ passiones huius temporis

ad futuram gloriam sibi feliciter revelan-

dam, animas suis, quis interdum pro pa-

tria, & nonnunquam pro fratribus &

amicis periculose præsuerant, pro Christi fa-

lubriter ponere statuerunt, qui pro se po-

statam in vitam custodit æternam. O quot,

quot, qui se ad mensam illius divitis se-

disse, qui est dives super filios hominum

recolentes, & cupientes eadem ei appone-

re, que apposuerat idem eis, sumptu sa-

lutaris calice passionis, cum palma mar-

tyrii ad regna cœlestia pervenerunt, in

perpetuum cum martyribus regnatur! O

quot, quot cupientes visitare terram, in

qua pedes Christi steterunt, in corde con-

trito, & humiliato spiritu, ante, vel post

consummationem peregrinationis arreptæ

carnis morte pœveni ad supernam pa-

triam e'arunt, & glorianter in ordine

confessorum! Et hæc omnia idem Dominus

operatur, qui dat virtutem, & præmia

elargitur, gratia gloriarum superaddens.

Quis ergo tam duro corde poterit Christo

non compati, qui dat sibi compaticientibus

conregnare? vel quis ei non militabit ad

tempus, qui pro nobis in cruce suis si-

ppendiis militavit? vel quis ei non mini-

strabit libenter, qui vult ubi est ipse,

Ann. Eccl. Tom. XX.

sunt esse ministros? aut quis se, vel sua illi negabit, sine quo nihil potest exister, vel haberi? absit, ut pretiosiorem animam se ipso habeat Christianus, qui jam non tantum sibi vivere debet, sed ei, qui est mortuus & surrexit.

Subdit Fridericu Imperatorem, cuius literas acceperat, ducendæ sacræ expeditioni se devovisse, quem in tanto, tamque justo bello deserere turpissimum esset: missos a se sacros concionatores ad proponenda in sacris suggestis indulgentiarum præmia, obeundæque in Germania legationis Portuensi episcopo Cardinali provinciam demandatam, cui meritos honores exhiberi, atque ad promovendam Christi causam præsidio esse jubet. Eodem arguento ad patriarcham Aquilejensem, archiepisc. Maguntinum, Trevirensim, Colonensem, Magdeburgensem, Salisburgensem, Bremensem, ac Bisuntinum, eorumque suffraganeos literæ ab Honorio exaratae. (b) Ibid. ep. 405.

Apostoli Terra sancta barbarorum tyrannide op- ca de ea pressa loquitur) passus est (nimurum De- re ad Ger- manos o- si est intelligens aut requiriens ipsum, qui ejus ulcisci velit injurias retribuendi Chri- sto aliquid pro omnibus, que retribuit i- pse sibi. Et quidem infiniti exinde ac incomparabilia bona Christi fidelibus pro- venerunt. Nam, o quot, quot sunt hodie delicati, qui satisfactionem injunctæ si- bi, vel injungendæ pœnitentiae metuentes, tanquam in profundum peccatorum veni- sent penitus desperabant, & nunc gratia divini preventi, provide cogitantes, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam sibi feliciter revelan- dam, animas suis, quis interdum pro pa- tria, & nonnunquam pro fratribus & amicis periculose præsuerant, pro Christi fa- lubriter ponere statuerunt, qui pro se po- statam in vitam custodit æternam. O quot, quot, qui se ad mensam illius divitis se- disse, qui est dives super filios hominum recolentes, & cupientes eadem ei appone- re, que apposuerat idem eis, sumptu sa- lutaris calice passionis, cum palma mar- tyrii ad regna cœlestia pervenerunt, in perpetuum cum martyribus regnatur! O quot, quot cupientes visitare terram, in qua pedes Christi steterunt, in corde con- trito, & humiliato spiritu, ante, vel post

consummationem peregrinationis arreptæ

carnis morte pœveni ad supernam pa-

triam e'arunt, & glorianter in ordine

confessorum! Et hæc omnia idem Dominus

operatur, qui dat virtutem, & præmia

elargitur, gratia gloriarum superaddens.

Quis ergo tam duro corde poterit Christo

non compati, qui dat sibi compaticientibus

conregnare? vel quis ei non militabit ad

tempus, qui pro nobis in cruce suis si-

ppendiis militavit? vel quis ei non mini-

strabit libenter, qui vult ubi est ipse,

Ann. Eccl. Tom. XX.

III. Portu-
ensis episc.
in Germ.
leg. A. S.
missus.

(b) Ibid.
ep. 405.
(c) Godefr.
in annal.
an. 1224.
IV.

Significat Pontifici significaret se toto animo parande in orientem profectio incumbere; eas fuisse arbitramur, que de ea ab Imperatore missæ in regesto pontificio extant. Earum exemplum infra scriptum est: Cum ab eo, per quem Reges regnant, & principes dominantur, id quod sumus, & possumus divino munere cognoscamus assumpti beneficij non ingratitudines, nescientes quid exolveremus Altissimo pro omnibus, quæ contulit, & retribuit ipse nobis; cum bonis nostris non egeat, a quo procedit bonorum omnium plenitudo: in holocaustum tamen gratitudinis obsequio sanctæ Crucis obtulimus nosmetipso, personam, substantiam, & quas ipse concessit opes, & regna, sibi, & Terræ sanctæ ministerio deputantes. Ad persuasio- nem quoque vestram, paternæ monitionis sacramen- instantiam, & mandatum, fratribus etiam to pollici- vestris venerabilibus Cardinalibus consu- lenibus, atque rogantibus, per se specia- liter singulis, & generaliter universis, filium illustris Hierosolymitani Regis hereditariam ipsius terræ dominam, pronuba sacra sancta Rom. Ecclesia, vobis quo- que existentibus paronymbo, ducere ju- ravimus in uxorem, ut assumptum Terræ sanctæ negotium videremus, & possemus comodius consummare. In quo sic credi- mus onus cum vinculo matrimonii oportere transduci, sicut labor & conjugium pro exi- gen- tiam.

X x x gen-

CHRISTI
1224.HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP. 5^a
ROBERTI IMP. 4

gentia negotii sunt indissolubiliter fœderata.

V. Pontificiam in ea re ope-
nem flagitiat.

Apparatus ab eo clas-
sis.

(a) God. u-
bi supr.

VI. Sarraceni Siciliæ se-
Frid. ar-
bitrio permit-
tunt.

Præterea fr. Hermannus domus Theutonorum magister ad præsentiam nostram accedens, proposuit, & persuasit insister, quod de consilio vestro erat, & satis utile vobis, & ei expediens videbatur, ut protam arduo negotio Terræ sanctæ cum principibus Imperii orentur, versus partes illas nos personaliter conferentes. Quod dum nostro proposito resedisset, & in procinctu ehemus versus partes illas dirigendi prosperum iter nostrum, venit mareschalculus noster Catharten, qui fuerat in expugnatione Sarracenorum Siciliæ constitutus, dicens secum gaitos & seniores

de omnibus montanis Sarracenorum Siciliæ nuntios, ex parte omnium ad nostram præsentiam destinatos, per quos cæteri omnes exposuerunt se mandata nostra, & beneplacita nostra prouis impleturos. Super quo habita deliberatione cum proceribus curia nostra, quid videretur agendum, visum est omnibus consultius expedire, quod * deberemus in hoc articulo non

præsentiam nostram de Siciliæ partibus absenare, ne pro nostra absentia, vel recessu Sarracenorum a devote proposta declinarent, & facilius pressent eorum sita colligere, quibus collectis difficile foret admodum in brevi termino subjugari; sed præmitteremus magistrum ad principes, proprium & voluntatem nostram per eum singulis exponens, nobis ad recipiendum Sarracenos, dum se spontaneos darent, instantem operam impensuris. Propter quod eundem magistrum de tam arduo negotio, while vidimus ostendimus, injungentes ei legationem ad principes factiendum, scribentes & promittentes per eum duci Austriae, Lantgratio Thuringiae, ac cæteris principibus nominatim, nec non Regi Hungariae, ac suis magnatibus ad Terræ sanctæ subsidium transiit, passagium vietum, pecuniam, & alia necessaria in regno nostro liberiliter exhibendi, prout idem

magister quem ad vestram prius præsentiam destinamus, proponet in conspectu vestro singula singillatim. De Hermanni adventu militaris Theutonicorum ordinis magistri ad Fridericu[m], de instituto ipsius Friderici, verum intermissio itinere; de legatione in Germaniam eidem Hermanno, aliisque commissa, agit etiam Godefroidus, de quo paulo ante memoravimus. Subdit Fridericus:

Per quem etiam, nimur Hermannum, plenus agnoscat, quod illustris Hierosolymitanus Rex nuper scriptus nobis, & qualiter in proposito sit ab illis partibus recedendi, pro eo quod parum ibi proficiat pro negotio Terræ sanctæ (Contulisse illum se in Germaniam inferius ex Godefrido dicemus) [1]. Nam prædicatores, qui prædicanter verbum crucis, in tantum vilpenduntur ab omnibus, tum quod infimæ personæ videntur, tum quod nullam autoritatem, vel aliquam, sicut moris est, in talibus habeant præstandæ indulgentiam potestatem, quod non est, qui eos audiat, vel intendat. Verum esti non imus inficias

Mittit
Hermann,
ad con-
flandas
copiae.VII.
Queritur
rem fe-
gnus 2
praconi-
bus evan-
gel. agi.

eias, ab improbis alicubi contemptui habitos, non tamen id omnino afferentibus demus: cum præsentim ex pontificiis litteris perspicuum sit, tale munus viris probitate, doctrina, atque etiam dignitate præstantibus, Apostolicam sedem injungere consuevit, eaque ratione Honorius hoc anno, antequam ea scriberet Fridericus (ut remotiora, de quibus suo loco dictum est, prætereamus) hujusmodi provinciam episcopo Roschildensi, non nullisque abbatis demandavit (a quos etiam publicas ea de re supplications instituere jussit) atque archidiaconum.

Cenomanensem suum in ea re zelum explicare (b) jusserrat. Quod ad indulgentias attinet, eas jam concesserat cœmenica synodus Lateranensis, ipseque Honorius confirmarat. Addit Fridericus: Et sicut a diversis partibus orbis majorum & potentiorum a nobis literæ pervenerunt, videtur eis quod remisse ab Ecclesiæ, & a nobis in tanto negotio proceditur. At si princeps tarditatis negligenter accusari meruit, quo nomine illum Honorius scipio arguit, minisque perculit; certe Pontifex in nullam, vel tenuissimam ejus rei suspicionem incidit, ut inde ob ingentes a se magna cum pietatis, solertia, prudentiæque laude impensos labores ac sumptus, quorum suis locis minimus, summam apud omnes gloriam sit consecutus. Sed ad Friderici orationem, & querimonias regrediamur.

Magnates enim regnum Fr. incia & Angliae, sicut prædicti Regis insinuatione cognovimus, nullam videntur voluntatem habere de crucis negotio assumendo, nisi prius, ut decuit inter utrumque regnum ea fu-rit in longævum tempore firmata, quo secure ire valeant, & redire. Sane quantum conciliandis Galli inter & Angliam inducitur, studii operequis hoc anno Honorius collocari, indices sunt gravissimæ ad Ludovicum ea de re literæ exaratae a nobis inferius adducendæ: Plerique vero de potentioribus Angliae, qui proficer possent in servitio Jesu Christi, & omnium assumpserant signum crucis, prætentant se a vobis de crucis ministerio absolutos, & sic pauci, vel nulli sunt, qui per omnes provincias illas, quas dictus Rex dicitur perigrasse, velint se ad crucis ministerium preparare. Verum hæc a Friderico ad segnitium suam regendam per simulationem facta ex pontificis e-

Ann. Eccl. Tom. XX.

pistolis convincitur: Pontifici enim soleme fuit neminem nisi exorta nova causa, reque diligentissime cognita probataque, voti vinculo absolvere. Subiicit Fridericus:

Nos igitur tanti negotii zelo ducti prædicto Regi moram per literas nostras in partibus illis persuasimus longiorum, quem nibilominus per Apostolicas literas de morte in illis partibus faciendæ pro crucis negotio promovendo expediri animari. Nam recessus ejus, & præcipue si ad ultramarinas partes futuri æstare, sicut habet in proposito, transfretaret, multum diffiden-
tia, & incommoditatis offerret erga obse-
quia Crucifixi. Commisimus etiam ei per patentes literas nostras, ut omnes, quos inducere paterit ad Terræ sanctæ nego-
tium opporturos, diligenter inducit, & tam crucis signatis quam & signatis ex parte nostra secure promittat passigium, vi-
ctum, & quæcumque necessarium in regno nostro signis largitus ministrandæ.

Porro refert Godefroidus (c) Joannem Regem Hierosolymitanum in Galliam hoc anno (Jordanus (d) rem in annum superiore confert) ad sacra B. Jacobi Apostoli linna venisse, redeunteque Hispanie [1] Regis filiam in matrimonium ut Regi Ung. ac proceribus Ger-
bellicos sumptus promittat.

VIII.

Joannes Rex Hier. luitrat li-
mina s. Jacobi. Regis Ca-
stellæ fo-
rem tibi
thoro ju-
git.

Regem cum se contulisset, Coloniam una cum illo profectum, ibique ab Engelberto archiepiscopo, hetaque urbe, magnificissime ipso assumptionis Dei parte pervigilio exceptum esse. At regiam puellam, cui Berengarie nomen erat, ab Joanne ductam, Castelle Regis sororem ac Blanchæ Francorum Regine neptem, anonymus Ludovici Regis auctorum scriptor fuisse commemorat. Qui quamvis ea de Joannis in Hispaniam profectione, nuptiisque inter superioris anni res gestas congerit, in hunc tamen conjicienda ibi tradita demonstrant: ait namque Regem iter aggressum prima quadragesimæ dominica baculum peregrinationis Turonis arripiisse, quo sane tempore Joannes non in Galliis sed in Italia agebat, ut ex Honori epistola ad Philippum Regem eodem anno data, tumque a nobis reddita satis constat. Sed iterum ad Friderici literas.

Ecce quidem, ut oriens totus agnoscat, quod incommutabilem gerimus voluntatem promissum consummandi matrimonium & onus illius terræ sicut recipimus efficaci-

Xxx 2 ter

NOTÆ [1] Erba illa ex Epistola Friderici ad Honoriū non recte interpretatus Annalista cen-
seri potest. Scribit enim Fridericus: Illustris Hierosolymitanus rex nuper scriptus nobis
qualiter in proposito sit ab illis partibus recedendi &c. Exponit hæc Annalista de recessu Joannis a Germania inferiori; sed male; quo enim tempore Fridericus ista scribēbat, die scilicet quinta Maii hujus anni, Joannes nondum in Germaniam iverat, quin & vix peregrinationem Hispanicam incepérat. Propositum igitur fuit Joanni non Germanæ tantummodo, sed & transmarinas regiones omnes descretere, cum parum ibi proficer signorum militum negotium intelligeret. MANSI

CHRISTI
1224.HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP. 5^a
ROBERTI IMP. 4^b

(c) Godef.
Regem Hierosolymitanum in Galliam hoc
in annal.

(d) Jord.
MS. Vat.
bibl.

Joannes
Rex Hier.
luitrat li-
mina s.
Jacobi.
Regis Ca-
stellæ fo-
rem tibi
thoro ju-
git.

NOTÆ

[1] Peregriatio Hispanica seu Compostellana Joannis regis Hierosolymæ prima Dominica huic anni cepisse recte in Annalibus adnotatur. Quod vero addit Annalista de auctoribus hac in re dissidio cum aliis exordium illud in præsentem, aliis in superiore annum consignent, vanum est. Ominus enim antiquæ evanescit, si quis ad variam anni exordiendi rationem animum advertat. Qui enim authores annum a Natali domini seu a januario incipiunt, illi ad superiore annum, qui vero principium anni in paschate, seu in die XXV. Martii satuant, illi cum presenti anno rem componunt. MANSI

CHRISTI
1224.

HONORII III. PAR.
8.

FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4

Pallacia Friderici promissa. ter procurandi, Jacobum venerabilem patrem episcopum, dilectum fidelemque & familiarem nostrum in passus proxi- mo futuri martii, apud Accon disposuimus destinare, qui consensum filia Regis futuræ, dante Domino confortis nostra juxta ordinationem vestram coram delegatis ve- stris inquirat & audiat, prout solemnitas exigit conjugalis. Extant de iis Honorii literæ (a) hoc anno kal. martii date ad 8. ep. 337. patriarcham Hierosolymitanum, atque ad archiepiscopos Tyensem, ac Nazarensem, & Acconensem episcopum, quibus se accepisse ait, Fridericu[m] Imperato[r]em oratores suos illuc missurum, qui procuratorio nomine significant, ipsum in Elizabetham, quam Joannes Rex ipsius pater sibi uxori spoponderat matrimonium consentire; [x] ac pariter ab Elizabetha mitrum consensum verbis ex- pressum exciperent: quare eos presules rei solemni ritu ac pompa celebrande interesse juber; Acconianumque episco- pam ob Christi hostes crebris excursioni- bus fideles infestantes, fatigatum atque inde excedere meditantem, hortatur (b) ut generosos spiritus induat, & copias Christianorum quamprimum appulsuras, praeterea futuras pollicetur, ac Fridericu[m] traicere pariter decrevisse. Qui, ut ad coemptam orationem redeamus, epistole ad Pontificem scriptæ his verbis finem statuit.

XII. Rogati Ho- nitorum in Gall. & Angl. legatos mit- tat ad concilian- dos Reg. Erit itaque sanctitatis vestra per Ale- maniam, Ungariam & regna finitima, nec non in Franciam, Angliam, & ceteras partes orbis, tam sufficientes, & idoneas delegare personas, & illi praestandæ remissionis, & indulgentiæ auctoritate munitas, que ad crucis negotium promoven- dum audiri debeant, & timeri. Legatum etiam speciale pro treuga inter Franco- rum & Anglorum Reges tractandi pariter, & firmanda dignemini destinare, quo- licite possint & tute strenui prædictorum viri regnorum ad Dei servitium se con- ferre, taliter super ceteris circumstantiis negotii providere dignantes, quod desidia, vel remissi negligentiæ quilibet, sicut ha- cenus non notetur, quia nos quo ad no- stram spectat, & Imperie solitudinem, per affectum, & effectum ostendimus evi- denter, qualiter tantum perfidere negotium intendamus, cœli, & terræ super hoc te-

stimonium habituri. Ceterum, quæ dictus magister ex parte nostra vestra sanctita- ti proponet, firmiter credere debeatis, in- jungenes nihilominus ei, ut injunctam sibi tanti legationem negotii propensius exequa- tur. Dat. Catharæ v. die martii duodeci- mæ indict.

Hactenus ad Pontificem Fridericus. Ce- terum non sprevit monita filii mitissimus parens, qui Conradum S. R. E. Cardina- le non modo legatum suum, uti vidi- mus, in Germaniam, verum in Gallias etiam, datis alijs ad Ludovicum Regem una cum scriptis sibi ab Imperatore li- teris, misit (c) quo ad inducas Anglo- dandas adduceret. Rogatus quidem Phi- lippus Rex ab Honorio anno superiore erat pollicitus se intaurandi belli sacri in- tuitu inducas producturum, divinumque gloriam sue utilitati ante laterom; sed morte oppressus rem in exitum perdue- re non potuerat, quare Honorius Ludovi- cum ipsum filium, quem sceptrum Gal- lorum arripuisse diximus, iterum propo- sito parentis exemplo ad suas preces ad- ducere est conatus: Cite recordationis Lud. Gall. Reg. qui nos speciali charitate dilexit, inten- ta prece rogavimus, ut cum chirissimi filio nostro Henrico Rege Anglorum illustri, iniret fæleri firmæ pacis, vel scilicet treu- gas, quæ inter ipsos stabiliæ fuerant, prorogaret, qui secundum innatim sibi be- nignitatem, pietatemque promisit, quod prorogaret trequis ipsius precum nostrorum obtenuit, & intuitu Terræ sanctæ; sed pro- missionem suam morte prætentus adimple- re nequivit. Preces igitur, quas super hoc eidem patre tuo porreximus, ecce in auribus celistinis tue cum magna fidu- cia replicamus, sperantes te illis tanto efficacius impleturum, quanto amplius tu- am decet clementiam pia ipsius patris tue adimplere promissa, quatenus eorum salu- bris impletio, non solum tua, sed etiam ejusdem patris tua animæ proveniat ad salutem.

At Ludovicus non modo Pontificis pe- titis de producendis induciis non annuit, verum bellum atrox in Angliam movit, ut Pontifex literis apud ipsum questus (d) est.

Honorius, &c.
Divinæ procul dubio gratia donum fuit,
quod

XIII.
Admiss-
ab Hon.
illius pro-
cess.

(e) lib. q.
580.
Conrad.
Card. leg.
in Gall.
mittitur.

Lud.
Gall. Reg
ad pro-
ducendas
cum Reg.
Angl.
inducias
felicita-
tus.

XIV.
Respusit
Pontifica
monita.
(d) Lib. 9.
ep. 1.

Graves ea de re ac alii progenitores tui Francorum Reges fuere fide, ac devotione præcipui, & hu- jus doni præmium, præter felicitatem æ- ternam, quam illos divino munere credi- mus consecutor, fuit etiam temporalis pro- speritas, qua sicut jam prænotavimus, an- tecesserunt omnes fere alios Reges mundi.

Et quidem sæpe te, fili charissime, affectu paterno monimus, ut in iis studeres eo- rum vestigia imitari, & quibus es dignus successor in regnum, studeres succedere etiam in decoro virtutum, idque te factu- rum spe certa confidimus, & generoso sti- piti, a quo ducis originem, futurum etiam fructibus similem credimus, & speramus. Ceterum si preces, immo quasi primitias precum, quas tibi porreximus, pro treu- gis inter te, ac Henricum illustrem Re- gem Angliae prorogandis melius exaudi- fies, tribuisses huic nostræ spes certitudi- nem pleniorem, & ad porrigenendum alias, cum res exposcere videretur, ampliorem nobis fiduciam præstissemus.

Ad prorogandum autem treugas ipsas eti te nostra reverentia non induxit, in- duxisse scilicet debuit consideratio negotii Terræ sanctæ, propter quod sicut & tunc tibi notificare curavimus, ordinavimus in colloquio inter nos & charissimum in Christo filium nostrum Fridericum illus. Ro- manorum Imperatorem semper Aug. & Re- gem Siciliæ celebrato, ut p[ro]x[imo] inter omnes Christianos, ac maxime inter excellentiores principes interim servaretur, quatenus sic ipse terræ liberius veniret ab o- mni parte succursus. Sed esto quod de i- psis treugis prorogandis ob certas causas inter te, ac prefatum Angliae Regem con- venire non potuit, ad movendum arma- continuo contra eum, spreto prefato statuto nostro, & cura Terræ sanctæ post- habita, que necessitas te coegerit? Audi- vimus enim, quod ad invadendum terram, quam idem Rex adhuc citra mare obtinet, te accingis, & per vassallos, & confederatos tuos fecisti jam illam invadis, & qui in treugarum prorogatione dictarum non curasti obsequium nobis impendere, jam prorumpis etiam ad offensam, dum statuto, quod de pace servanda edidimus, incipis contraire, &c. Dat. Lat. III. non- aug. anno IX.

Præbuit aversas aures pontificiis pre- cibus Ludovicus, conflatoque exercitu in Henrici Regis terras Gallicæ aucte stipendiarias, quarum jure ipsius parentem Jo- annem, antequam in lucem susceptus es- set Henricus, ex Gallorum procerum, sententia excidisse contendebat, incurrit, atque e castris Honorio in Picaviam ad eas Gallico imperio restituendas subiicien- dasque se contulisse rescripsit (a).

(a) Apud Reveren. in Christo patri Honorio Dei gratia sanctæ Rom. Ecclesiæ summo Ponti-

CHRISTI
1224.

HONORII III. PAR.
8.

FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4

fici, Ludovicus eadem gratia Francorum Rex salutem, & devotum in Domino re- verentiam.

Paternitat[er] vestræ duximus declarandum, quod cum treuge olim firmata inter p[ro] recordationis Philippum quondam Regem Francorum illustrem genitorem nostrum & nos ex una parte, & Henricum Regem Angliae ex altera terminarentur, nos qui nullo modo consilium habuimus a baronibus nostris, ut treugas cum eodem Rege Angliae firmaremus, personaliter accessimus ad feu- da nostra Picaviæ * saecunda, de quibus * i. occu-

panda

& altis feulis de regno Francorum mo- ventibus fuit abjudicatus Joannes quondam Rex Angliae per judicium p[ro]p[ri]um suorum Francorum baronum nostrorum, antequam iste Rex Henricus Angliae genitus esset, sive natus; & ex tunc omnia feuda illa- cesserunt in jus dicti genitoris nostri & regni Franciae, & nostrorum, qui tanquam verus, ac rectus heres regnum Franciae per Dei gratiam obtinemus. Iste vero Rex Angliae Henricus huic facto nostro modis quibuscumque potest se opponens, de regno

Angliae, quod movet de feudo Rom. Ec- clesiæ & vestro mittit contra nos, & re- gnun nostrum milites, & gentes cum ar- mis, ad contratenenda nobis feuda nostra, de quibus Rex Joannes pater istius Re- gis Angliae fuit abjuicatus per judicium p[ro]p[ri]um suorum, antequam iste Rex Hen- ricus Angliae genitus esset, sive natus. Nos igitur, qui non credimus vos velle ut de feudi vestris mala proveniant nobis, vel regno nostro, paternitatem vestram duxi- mus attentius rogandam, & requirendam, ut si dictus Rex Angliae per vos hoc faciat, vos id ipsum taliter revocari faciat, quod de regno Angliae, quod est de feudo vestro, nullam malum provenienti- nobis vel regno nostro. Quod si Rex Angliae hoc faciat auctoritate sua, & consilio suo- propria, & non vestro; non miremini, se nos consilium in contrarium habeamus. Di- lectum autem vestrum Stephanum clericu- latorem præsentiam ad vos duximus pro- pter præmissa destinandum. Sane Ludovi- cum hoc anno cum ingenti exercitu Ru- pellam Picaviæ portum Alnensem urbem principem, quo Anglorum Reges eorumque copie ad regionem illam propugnan- dam appellere consueverant, obsidione, po- cinxisse, ac postridie kal. augusti in de- testationem accepisse, indeque Picaviam nullo negotio in suam potestatem rede- gisse, tradunt ex antiquioribus, ut re- centiores prætereamus, Matthæus Parisius, (b) atque anonymus ejusdem Re- gis gestorum scriptor: (c) qui prætere- hoc anno. (c) Ane- nym. de gest. Lu- stipendia ab Anglorum Rege exspectarent, deo. Reg. spe sua delusos fuisse indignati sunt, cum cod. ann.

NOTÆ [1] Este notat Spondanus ad A. 1223. uxorem hanc Friderici filiam Joannis regis Hiero- solymæ, non Isabellam seu Elisabetham, sed Jolandam appellandam esse. Elisabe- tham vero non secundam hanc, sed tertiam uxorem ejusdem Imperatoris extitisse. Errori cau- sam præbuit mos ætate illa familiaris scribendi nomina propria prima tantum litera notata, unde cum Literam I. in monumentis & se consultis nacti Scriptores fuerint, Isabellam reddi- derunt, cum Jolandam legere debuissent. In hunc errorem Raynaldus hic incidit, emendan- dus ex omnibus coevis Scriptoribus, præsertim ex Alberico, qui Jolandam integre descripta nomine appellat. MANSE

CHRISTI
1224HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4

Plures
alias ur-
bes &
provin-
cias An-
glo eri-
pit.

vasa quæ submissa erant a Rege, non
auro, ut credebatur, sed lapidibus &
furture plena essent; expugnata vero Ru-
pella Petachorios, Lemovicos aliasque
urbes ac provincias, quæ in Garumna
littus excurrunt antea Anglo obnoxias in
Ludovici Regis obsequium procubuisse;
refert vero idem auctor Parisis, dum Ru-
pella obsideretur, solemnem in festo B. Pe-
tri ad vincula supplicationem ab sacro
Deiparae templo ad eadem D. Antonii ha-
bitam, quo Deus incolumem Regem vi-
toremque in patriam reduceret, eique
supplicationi tres Reginas Isamburgen-
Philippi nuper defuncti uxorem, Blancham
Ludovici conjugem, ac Blanchæ neptem
Berengariam Hierosalemi Reginam inter-
fuisse. Hæc de Ludovico Rege, occasio-
ne literarum Friderici dicimus, cætera
prosecuturi, cum de Gallicis rebus agemus.

XVII.
Reginae
Georg. ad
Hon.
officioæ
lit.

Interea accepit Honorius, ut ad res Ter-
rae sanctæ regrediamur, a Georgianorum
Regina legationem, literasque omni of-
ficio refertas, quibus ipsa pollicebatur
se, Tartaris acie jam fuis, fugatis, cæ-
sisque, victorem exercitum Hierosolynitanis
Christi fidelibus subsilio missuram,
qui junctis cum Friderico Imp. illuc pro-
fecturo armis, impiam Sarracenorum gen-
tem bello peteret, ac sanctissimis locis pro-
cul depelleret [1]. At Reginam hæc pol-
licentem aliaque scitu digna enarrantem
operæ pretium est audire.

(a) Apud
Hon. l. 8.
ep. 432.
* Avognia

Sanctissimo patri, & domino totius Christiani-
tatis, tenenti sedem B. Petri; Joannes vir obediens serviens comestabulus totius Bratiæ sive Armeniæ salutem, capite inclinato usque ad pedes.

Significat
Regis
mortem

* Geor-
gianorum
Paranti-
bus auxi-
lia Terra-
S. Geor-
gianis
Tartaros
irrupisse.

Sanctissimo (a) Papæ patri, & domino omnium Christianorum, tenenti sedem B. Petri; Rusticani humilis Regina de * Aeguia devota ancilla & filii sui & inclinato capite ad pedes salutem.

Spero in Domino, quod sicut estis mag-
nus, & excelsus, ita Dominus adimplebit desiderium, & devotionem vestram, si propter literas tibi missas es dulcis nobis & queris de statu nostro. Significamus sanctitatem tuæ, quod frater meus Rex * Urgianorum mortuus est, & regnum ejus remansit nobis. Modo petimus benedictionem vestram super nos, & super Christianos nobis subiectos. Pervenit ad nos magister equitum, de quo Regina memorat, literas etiam suas, eandem sententiam complebentes, plenariaque humanitatis officiisque Pontifici militi, (b) in quibus præterea asserit, Tartatos sex illi Georgianorum mil- lia primum interfecisse, quod per speciem religionis prelato crucis vexillo ipsos de- ceperint: ceterum fraude detecta, ad vi- ginti quinque equitum millia ex illis in- ternecione delecta; ac se qui crucesignatorum militiæ cum plurimis aliis principibus viris antea nomen dederat, quadra- gin-

NOTÆ [1] Cum in Annalibus hic sermo de Tartaris Georgiam invadentibus fiat, pauca quædam de illis ad rei illustrationem ex historiis antiquis decerpenda sunt. Tartari illi, de quibus hic, non ante multos annos imperium suum formarunt. Huius conditor ab Haitone historiæ Orientalis scriptore, qui saeculo XIV. ineunte scribebat, appellatur Chungius, seu Ginguis Can, idest Chungius seu Ginguis imperator. Ille subditus primus, dein rebellis, ac tandem invasor regni Uig-Can, qui Tarquettin seu Tartarie Orientali imperabat, legitimo ejus possessore depulso, regnavit. Tum armorum suorum terrorem undique spargens, longe, lateque imperium dilatavit. Salutatus fuisse imperator creditur anno 1202. teste Abulfarajo in histor. Dynasti, sed Hatio incertum id esse notat, sibique, sedulo licet perquirenti, de tem- pore rei gestæ nihil sat is explorati occurrit affirmat; & Marcus Polus Venetus, qui regio- nes illas anno 1272. excurrere coepit, epocham imperii Tartarorum ab assumpta a Chungio (Cinchim appellat) corona, constituit anno 1187. Obiisse Chungius creditur anno 1244. idest Christi 1226. Is ergo novus imperator ditionis suæ ampliande cupidas, arma in Georgianos tulit anno 1220. sed exitu infelici, ut ex literis reginæ Georgianorum in Annalibus recitatiss discimus. MANSI

HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4

ginta bellatorum millia adducturum; quamvis vero illius literæ parum ab iis, quas modo attulimus, differant, eas tamen adducendas censuimus, ut agnoscant hæretici, quo honore remotissimæ nationes Romanum Pontificem, a cuius obsecro defecere, olim fuerint prosecutæ, illiusque imperii parere consueverint.

Sanctissimo patri, & domino totius Christianitatis, tenenti sedem B. Petri; Joannes vir obediens serviens comestabulus totius Bratiæ sive Armeniæ salutem, capite inclinato usque ad pedes.

Si vos queritis de statu meo, per vestram sanctam benedictionem bonus est status meus, & significo sanctitati vestre, quod dominus meus Rex est mortuus, & cum sancta gratia, & benedictione vestre nos elegimus alium in Regem. Sanctum & justum mandatum vestrum, quod legatus vester de Damiatâ mandavit nobis, pervenit ad Regem, & ad me; sed cum prepararemus nos magnifice in armis & equis, virtualibus & personis venire ad succursum Christianorum, & liberationem sepulcri, Tar:ari, cruce præcedente eos, intraverunt terram nostram, & sic sub specie Christianæ religionis deceperunt nos, & usque ad vi. millia interfecerunt de nostris. Hujus Tartarorum excursionis meminisse videtur Jordanus, qui eam ad annum Christi 1220. refert his verbis: Eodem anno Tar:ari Georgiam visitare cœperunt; demum intraverunt majorem Armeniam, ubi est mons Ararat, ubi requievit arca Noe, in cuius radice est prima civitas, quam ædificavit Noe. Pergunt literæ enarrare, ut profligati fuerint Tartari, ac dictis superius consentiunt.

Sed postquam intelleximus eos non esse veros Christianos, nos cum gratia vestra, & auxilio sanctæ crucis surreximus in eos, & interfecimus de eis usque ad xxv. millia equitum, & quosdam ex ipsis cepimus, aliosque fugavimus de suis: & ista fuit causa, quare non potumus adimplere mandatum vestrum, factum per legatum. Verum quia intelleximus, quod mandasti Imperatori, & ceteris Christianis de occidente, ut ad liberationem sancti sepulcri se debeant præparare, gavisti sumus quamplurimum. Et scire vos velimus, quod cum super hoc receperimus vestrum mandatum, parati sumus, cum toto exhortio nostro ad Christianorum subsidium proficiendi; & ego in propria persona paratus sum in succursum Terræ sanctæ venire cum xl. millibus bellatorum, ubi vobis placuerit: nam noveritis, quod ego & multi barones nobiles de terra nostra suscepimus crucem. De cetero rogamus sanctitatem vestram, quod mittatis benedictionem vestram super nos, & terram nostram, ut cum benedictione vestra & gratia divina secure possimus præ-

lia Domini prælari. Latori præsentium David sancto patri, & episcopo nostro credatis tanquam nobis in iis, quæ ex parte nostra sanctitati vestre duxerit proponendæ. Nepos meus filius fratris mei Sanxa nomine dominus xv. magnarum civitatum inclinato capite ad pedes postulat benedictionem vestram.

His acceptis literis Honorius Reginæ fidem ac studium erga Romanam Ecclesiam sacrosancta Hierosolymitana loca meritis laudibus extulit: magnum sibi doarem ejus fratri obitum attulisse significat, regnumque pacatum ac tranquillum Regine gratulatur: ipsam de proxima Friderici Imp. profectione, deque amplitissima delictoru n indulgentia Terræ sanctæ opem ferentibus concessa certiore facit (a).

Honorius &c.

Multum gavisi sumus in Domino super devotione, quam habes ad nos, & ad Romanum Ecclesiam, mitrem Christianorum omnium, & magistrum: & super pio desiderio, quod habes de liberatione Terræ sanctæ, in qua Dominus Jesus Christus dignatus est hunc generis operari salutem, traxens morti crucis ineffabili pietate seipsum, ut genus humanum a morte perpetuat liberaret. Super morte autem clarae memorie fratris tui Regis Georgianorum tibi piteri compatis sumus affectu, ac in eo subsequenter gavisi, quod pacifice obtines regnum ejus, sicut nobis per ipsas literas intimasti, optantes, ut Deus, in cuius manu sunt jura regnum & regna, te ac tuum regnum in fut. file, ac devotione, atque in bonis omnibus amplificet, & conservet. Et si enim absentes sumus corpore, præsentes tamen spiritu, te ac alios Christianos regni tui cordis ocu- lis intuemur, & delebitur, in fide, quam habebitis in domino Iesu Christo, cui eo ipso est acceptior fides vestra, quod eam servatis in medio infidelium nationum inter quas lucetis quasi lucernæ in tenebris, & redolitis quasi lilia inter spinas, reportaturi fidei vestre desiderabilem finem, salutem vestrarum videlicet animarum. Propter quid tuam exhortamur in Domino cel- studinem, ut certa de promissione Christi dicentis: Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis; in confessione, ac laude sancti nominis ejus firmus stabilitaque persistas, & ad persistendum in ea subditos tuos exemplo sanctæ conversatio- nis inducas, ut post hujus transitoriae vi- tæ inevitabilem exitum, una cum ipsis regnum merearis consequi sempiternum.

Sane super eo quod de passus charissimi in Christo filii nostri Friderici illustris Pollicetur Romanorum Imperatoris semper Augusti, brevi in Regis Sicilie certificari desideras, te Syriam Frid. pro- ac exhortium tuum ad ipsius Terræ sanctæ fecturum. suc-

XXI.
Rescrit
Reginæ
Georgie
Hon.

*(a) Ib. ep.
434.*

Faukham
illi regni
adminis-
trationem pre-
catur.

CHRISTI
1224.

HONORII III. PAR
8.

FRIDERICI II. IMP. S.
ROBERTI IMP. 4.

**Proponit
indulgen-
tiarum
præmia
arma in
Sarrac.
correptu-
ris.**

succursum magnifice offerendo; fidei tuæ
zelum in Domino commendantes, tibi au-
toritate præsentium declaramus, quod idem
Imperator ad ipsius terræ liberationem mi-
ganimiter, ac magnifice se accingit, a festo
S. Joannis Baptiste proximo ad annum unum,
pro liberanda de manibus infidelium terra
ipsa, cum innumera fideliū multitudine,
& alio apparatu, imperiali magnificientia
digno, Christo ductore feliciter transstu-
rus. Monemus igitur serenitatem tuam, &
bortamur in domino, quatenus juxta lu-
dabilem promissionem tuam, tuum studeas
exhortium taliter præparare, quod tunc
possis domino Iesu Christo dignum magni-
tudine tua servitium exhibere. Ut autem
tu, & subditi tui ad tam suatum opus vos
tanto libertius, & devotius præpareatis,
quanto ex hoc majora vobis apud Deum
præmia comparatis, notificamus devotioni
tuae, quod omnes, qui liborem istum in
propriis personis subierint, & expensis;
& illi etiam, qui non in personis pro-
priis illuc accesserint, sed in suis expen-
sis juxta facultates suas viros idoneos
destinaverint; & illi similiter, qui li-

(a) Ep.

433.
XXIII.
Laborat
pro feren-
Imperio
Constan-
tinop.
auxiliis.

Ut vero in comparandis ad restituendum regnum Hierosolymitanum subsidiis adeo sollicitum Pontificem vidimus, non minus ille nervos industriadque ad propugnandas Imperii Constantinopolitani res contulit; eoque maxime conatus suos, operamque explicuit, cum maximi interestet ad restituendas res Syriacas, profligandosque Saracenos, Imperium illud a Latinis obtineri atque in primis Ludovicum Francorum Regem enixe est precatus, uti Roberto Imper. consobrino suo festina opportunaque auxilia submitteat. In die 15. Septembris anno 1187.

(b) Ep.
442.
Reginam
Franc.
excitat,
ut virum
ad ea sub-
mittenda
urgeat.

v.i Francia est creata. Nec ignorat, ut credimus, qualiter nunc ch. trissimo in Christo filio nostro ... illustri Constantinopolitano Imperatore consobrino ch. trissimi in Christo filii nostri Ludovici illustris Regis Francorum viri tui eidem Imperio praesidente, diminuta est, & diminuitur potentia Gallicorum ad versariis invadentibus contra eos graviter, ita quod, nisi eidem Imperatori celeriter succurratur, timetur, ne irrepricable Litinius personarum, & rerum detrimentum imminet, & generiliter genti Gallicæ damnum inestimabile, sicut plenius intelligi potest, quam deceat nis referre. Quia igitur nimis eset non solum impium, sed etiam inhumatum, si dictum Imperatorem, & gentem Gallicam ab inimicis Dei, & Litinorum omnium dictus Rex perire, dum ei potest succurrere, pateretur, &c. Hortatur apud virum precibus insitat Constantinopolitano Imperio fulciendo non desit, non posse sine ipsis ac Gallorum dedecore amitti, quod patris temporibus tania gloria partum extitisset. Dat. Lat. xiii. Kal. jun. anno viii.

Præterea cum Theodorus Comnenus, de quo priori anno memoravimus, dominandi cupidine exigitatus, Theffalonicense regnum occupasset, majoraque moliretur, Honorius ad arcendam tyranni audaciam evertendaque consilia, Guillermum Montisferrati marchionem, Demetrii Theffalonicensis Regis fratrem, virum strenuum, jamque a se ad id, ut vidimus, delectum, amplioribus eum adhuc auxiliis stipari fulcirique operan dedit. Atque in primis plures ad varios de pecunia marchioni persolvenda epistolas exaravit (*c*): tum archiepiscopis, episcopis, clericis ac religiosis viris Constantinopolitanii Imperii Græcis, ac Latinis citra Macram hæc literas misit (*d*).
Honorius, &c.

Dilectum filium nobilem virum Guillelmum marchionem Montisferrati ad succursum ipsius Imperii tuum generositate magnanimitatis innatae, tum desiderio prosequendi suam, & charissimi in Christo filii nostri Demetrii illustris Regis Theſſalonicensis fratris sui iustitiam ferventissime aspirantem in hujusmodi proposito, & desiderio studiſſime corroborare curavimus, non solum ſibi ministrando in multa quantitate pecuniam, ſed & viros strenuos de provinciis circumstantibus ad eundem cum ipſo apostolicis indulgentiis exercitando. Idemque marchio tum per ſuam ſollicitudinem, tum per noſtram tantum ac talem ab æſtate præterita congregavit exercitum, quod niſe eum repentina infirmitas, tempore, quo debebat iter arripere, invaſiſſet, nunc ſicut veriſimile eſt, & firmiter creditur, eſſet in Romania cum tanto exhortio, quod ea, quæ nunc diſſilia

CHRISTI
1224.

HONORII III. PAR
8.

FRIDERICI II. IMP. 5.
ROBERTI IMP. 4.

Recupe-
rata vale-
tudine
priora
urget
confilia.
*cilia videntur & aspera, plana & fa-
lia viderentur. Distulit autem hoc infi-
mitas ipsa, non abstulit, quia idem ma-
chio sanctitate recepta, collegit militum,
peditum magnam & strenuam multitu-
nem, & sicut magnanimiter, ita mag-
ifice propositum iter arripiens, moram, qua
acerbitas infirmitatis ingesserat, redime-
celeritate sagerit: quod quia non pot-
tum propter instantem hyemem & tempe-
ram contrarium navigationi, quando po-
venit Brundusium, tum propter defectum
sumptuum necessariorum tanto negotio, a-
lectam multitudinem ibi retinuit cum
in instanti martio feliciter, divini five-
te gratia, transiturus, atque ad id si-
exercitum, & se invicem exercitui jur-
mento constrinxit. Et infra:*

XXV. *Ait* tene*tes satius esse ut bona vestrarum & ecclesiarum vestrarum pro manutenenientur Imperio statu communicetis ad tempus, quia ea omnia perpetuo amittatis; de fratribus nostrorum consilio propter urgentem necessitatem duximus suuendum, ut omnium vestrorum prouentuum hujus anni, omniumque aliorum mobilium, quae nunc habebitis in ipso Imperio, exceptis dumtaxat ecclesiistarum thesauris divino cultui dedicatis de quibus aliter procuravimus providere ac exceptis vestibus, & equis quotidiane usui necessariis, ac utensilibus, in quibus non est aurum, vel argentum aut lapides pretiosi, medietatem murchioni praedictam sub iuris iurandi religione interre confer-*

Idem sub-
fidium ul-
tra Ma-
cram Ro-
berto col-
latum .

jub juris iuratae religione integre confer-
tis ; & infra : Similque auxilium a co-
sistenteribus ultra Macram , tam in reg-
civitate , quam extra charissimo in Chri-
sto filio nostro Imperatori Constantinopol-
tano illustri statuimus conferendum , h-
solo adhibito moderamine , ut videlicet so-
vant eidem tantum decimimi prouentuum
bujus anni , pro eo quod inter eos mul-
esse dicuntur , qui omnes redditus suos
utpote consistentes ultra brachium amisi-
runt , quorum necessitas necesse est per alios
relevatri , &c. Hortatur , ut necessitat-
ita cogente æquo animo ferant: invitato
atque obstinatos adigi jubet ; cæterum
pulcherrimam vel ex parte vel majori
recuperandi spem afflari , si quæ in com-
mune contulissent; extremaque episto-
la hæc adiicit : Volumus autem , ut ide-
marchio , & filius ejus , ac frater cu-
baronibus suis præstent in manibus de-
ctorum executorum corporaliter juramen-
tum , & obligent etiam terras suas , quo-
si Dominus restituerit eis regnum Theessal-
Ionicense totum vel majorem partem ip-
sius , restituent vobis , vel ecclesiis vo-
stris ea quæ nunc marchioni conferent
eidem . Dat. Later. iv. kal. decembr. an-

XXVI. Paucis vero post diebus de omnibus
(a) *Ib. ep.* certiorem fecit (a). O... e Rocca Atho-
85. narum dominum, tibi Latinorum res a-
Ann. Eccl. Tom. XX.

Constantinopolitanum Imperium spectantes adeo cordi esse, ut præter collatam a se ingentem pecuniaë vim, ipsius opera Guillelmus Montisferrati marchio sub-sidio cum lecta ingentique militum manu venturus esset; atque idcirco pecuniam earum regionum ecclesiasticis viris armis ex se imperasse: ceterum princeps collecto- citatur.

le imperiale. cæterum princeps collecto
ribus auxilium, si eo opus foret præsta-
ret: signa cum schismaticis strenue con-
ferre paratus sit, quo brevi labore diu-
turnam sibi ac reliquis Latinis pacem
compararet: se iis qui in prelio adver-
sus ipsos occubuisserent, amplissimam cul-
parum veniam attribuisse, modo pecca-
torum maculas per sacram confessionem
expiassent. Adscripta est hujusmodi lite-
ris dies non. septemb. eodemque argu-
mento plures aliae, ut in regesto adje-
ctum est, Achajæ principi ac Negrepon-
ti dominis scriptæ sunt. Alia vero epi-
stola (b) Constantinopolitani Imperii prin- (b) Ep. 3
cipes, militumque animos ad pugnan-
dum incendit. Decreta etiam in eas re-
giones legatio est, cuius obeundæ mu-
nus Nicolao episcopo Rheginensi injun-
xit viro clarissima familia fato, notæ pro-
bitatis, summo consilio prudentiaque præ-
dito, qui memorato Guillelmo marchio-
ni prelto esset; illustrant literæ (c) ad (c) Ep. 6,
patriarcham Constantinopolitanum, at-
que Imperii & Thessalonicensis regni epi-
scopos datæ. At de legato deque Guil-
lelmo rursus anno insequenti nobis sermo
recurret: nunc nonnulla de Ciliciæ rebus
addemus.

Expulerant Armeni Tarsensem & Ma- XXVIII.
mistanum archiepiscopos, cæterosque ea- Restituerunt
rum regionum Latinos clericos, ad quos suis sedi
restituendos Honorius pontificium zelum bus præ-
explicuit. Conficiebat Honorium gravis- silibus
fimo dolore inusta iis præsulibus injuria, incubuit
Hon.
cum illius dedecus in omnes Latinos re-
dundaret: cumque de ea re ad Armeno-
rum Catholicum scripsisset, ut suam au-
toritatem in iis ad suas ecclesiæ revo-
candis adhiberet, pontificis monitis aver-
fas aures præbuerat, quare Honorius hæc
Hierosolym. patriarchæ suffraganeis, ut
vim precibus conjungeret, imperavit :
Cum adhuc Catholicò præfato scribamus,
ut cum non sit sustinendum, nec ullo mo-
do ulterius dissimulare possemus, quod præ-
dictorum iustitia pereat, & ea quæ de-
betur nobis obedientia, subtrahatur, hac
saltem vice sic faciat, sicut suum, &
Armeniorum vult periculum evitare, ut eis-
dem archiepiscopis & capitulis restituantur
in integrum ecclesiæ supradictæ, fra-
ternitati vestræ per apostolica scripta man-
damus, quatenus tam eundem Catholicon,
quam cæteros, qui dominium tenent Ar-
meniæ ad hoc moneatis solicite, ac pro
posse vestro efficaciter inducatis, quod se
monitis vestris acquiescere forte contem-
Yyy Pse-

in- (b). Ep. 3.

ad. (c) Ep. 69

a- XXVII.
n Restituer

CHRISTI
1224.HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP. S.
ROBERTI IMP. 4.

pserint, vos eisdem archiepiscopis, & capitulis studeatis, qualiter suas possint recuperare ecclesias, utile consilium, & opportunum auxilium exhibere, ut ubi non prodest monitio, auxilia suffragentur. Dat. Later. XVI. kal. januar. pontif. nostri anno nono.

XXVIII. Et vindicando in libertatem Walde-maro Regi Dan. Quae leges pro liberando Rege ab Hermann. propo-sita.

Neque hic laborum finis, quos Honorius in reducendis exilibus, pristinæque afferendis dignitati, ceterisque tuendis impendit, verum Conradi Cardinalis episcopi Portuensis legati sui, atque Hermanni magistri Hospitalis Theutonicorum Friderici Imp. oratoris opera & vinculis eximere conatus est Waldemarum Danorum Regem, in quibus ab Henrico comite ipsius vestigali per summum scelus habebatur, cum id sepius gravissimis literis tentasset. In Germaniam igitur tum Pontificis legatus, tum Imperatoris orator profecti una cum Henrico Rege, quod tradidit Godefridus, (a) atque Engelberto archiepiscopo Coloniensi, nonnullisque principibus aliis in Saxoniam contenterunt, & Hermannum ad captivum Regem commitemque misere; cujus studio hæc pacis formula confecta, ut Rex que ad Imperii jus pertinebant, redderet, a Friderico regni insignia acciperet, & centum marcharum millia ut solveretur vinculis se daturum polliceretur. Verum Albertus comes Verlemundensis Regis ipsius sororis filius, aliquique Danicæ optimates efferas ira animis receperunt, atque ingenitam pecuniae vim ad redimendum Regem allatam secum retulerunt; postridieque Albertus rem acie decernere statuit, prælioque post diem Christi natalem inito, ab hora diei prima ad vesperam magna utrinque cede certatum: denique Albertus una cum pluribus aliis nobilibus comprehensus, cum Rege avunculo in custodiā traditus fuit; que omnia Godefridus complectitur, Crantzius (b) vero breviter perstringit, additque Waldemarum auro se redemisse. [1]

XXIX. Antea vero Romanus Pontifex archiepiscopum Bremensem graviter perstrinxit, (c) quod cum vetuisset, ne liberando Regi obstareret, neve ipsius regnum infestare auderet, spretis apostolicis imperiis vestigales suos siveque dioecesis milites Waldemaro cuidam nefando apostatae coniunctisset, qui in regnum excursione facta, ac quadam arce diruta nonnullos occiderat, aliosque in carcerem conjecerat. At quoniam comes Albertus, cuius tutela regnum traditum erat, exemplum in arcis proditores ediderat, illum archiep-

(c) Ib. ep. 7. Bremens. arch. a Pont. ob Paniam infestatam increpatis.

NOTÆ [1] Waldemaro captivo libertas tandem data est, ut in Annalibus adnotatur, sed non anno isto, immo post biennium. Id enim dicimus ex brevi Chronico Danico a Lundw. Reliquiar. tom. IX. sub num. XII. vulgato, & anno MCCLXXXVII. desinente. Ibi ergo ad A. MCCXXVI. legitima: Rex redit de captivitate. MANST

FRIDERICI II. IMP. S.
ROBERTI IMP. 4.HONORII III. PAP.
8.CHRISTI
1224.

scopus vexabat atque e commercio fiduum a se ejectum iri minitabatur, mouuit illum pontifex, ac pro apostolica auctoritate præcepit, tum ab infestando regno, atque ab negotio Alberto faciendo sibi temperaret, nec per eam speciem regem ipsum persequeretur: si quid ipsi adversus eos quæstionis & controversie intercederet, non vi sed judicio experiret; paratum se, ut alias literis suis significarat, jus suum ipsi tribuere: alioqui judices ab se constitutos sententiam ex canonarum sanctionum præscripto dicturos certo sciatur.

Maximis ea tempestate calamitatibus Dania attrita jacebat, ac Rege capto ingentibus se undique malis cinctam lugebatur, cum id sepius gravissimis literis tentasset. In Germaniam igitur tum Pontificis legatus, tum Imperatoris orator profecti una cum Henrico Rege, quod tradidit Godefridus, (a) atque Engelberto archiepiscopo Coloniensi, nonnullisque principibus aliis in Saxoniam contenterunt, & Hermannum ad captivum Regem commitemque misere; cujus studio hæc pacis formula confecta, ut Rex que ad Imperii jus pertinebant, redderet, a Friderico nonnulla præfatus hæc subiicit:

Honorius, &c.

De prædicti famuli Dei vita, fama & miraculis per prædictum quondam Lunden. archiepiscopum approbatæ vita virum, timoratum & justum, cui merito erat super hoc adhibenda fides, ac per venerabilem fratrem nostrum P.. Roschildensem episcopum, & dilectum filium abbatem de Ervaldo Cisterciensis ordinis, inquire mandavimus diligenter. Qui de vita & fama certa, de ipsis tam per se, quam per alios, & de miraculis tam per eos, in quibus facta fuerant, quam per testes fide dignos juratos, veritate cognita, certos nos reddere curaverunt, eis inter alia exponentibus, quod tanta in Christo gratia divinæ benedictionis effulgit, ut ejus suffragitis leprosi mundentur, sanentur ægroti, libarentur dæmoniaci, aperiatur lingua mutorum, & quod est mirabilius, jam idem sit plurimum mortuorum almificus suscitator.

Gaudet itaque mater Ecclesia, quod cœlestis ædificatur Hierusalem, superni ædifici structura consurgit, nova in templo Dei columna erigitur, novumque produxit misericordia Dei florem, quem cœlesti rore uberioris irrigatum mira, & suavitate fructuum fœcundavit. Lætari quoque patria vestra debet, & cum fucunditate in laudes assurgere creatori, quod tan-

XXX.
Guil. Ro.
schild.
abb. SS.
catalog.

tar.

(d) Lib. 8.
ep. 208.

to est exaltata patrono, talemque apud Deum meruit intercessorem habere, per quem nominis sui fama fit celebris, latiusque diffunditur, & per cuius suffragium quasi vicinius habitatores sui possunt faciliter veniam promerer. Cantet præterea novum Domino canticum ecclesia S. Thomæ de Paracclito, quæ splendore novi lumenis confessoris ipsius requiescentis ibidem pulchra facta est, & apparuit speciosa. Decet etiam matrem Ecclesiam ab illius laudibus, quem vitæ beatitudinem, signi que ac miraculosis beatificatum a Deo esse constat, in gloria non vacare, sed ei potius debitum honorem exolvere, ac votis impendere sacramenta.

XXXII. Quare nos, quibus, licet immeritis, a Domino est Ecclesia gubernanda commis- sa, super vita, fama, & miraculis præfati viri Dei, per dilectum filium nostrum G.. sancti Theodori diaconum Cardinalem, qui legationis officium in partibus illis exercuit, certiores effecti, ne velle videtur, quod lateret lucerna sub modio, quæ supra candelabrum esse debet, sicque iniuititer Christi essemus vicarii, si non faceremus, ut venerarentur fideles illum, quem sanctorum splendor, Dominus tot, & tantis fulgentem miraculis ineffabiliter dispositus providentia venerandum; ipsum de nostrorum fratrum, & multorum prælatorum apud se dem Apostolicam consistentium canonizamus confilium, & sanctorum statuimus catalogo adscriendum &c. Hortatur fideles, ut sanctorum confessorum Christi cultu ac laudibus Guillelmum prosequantur, ejusque preces apud numen implorent. Dat. Lat. duodecimo kalen. februarii pontificatus nostri anno VIII.

Sed ad Honori suscepitos labores, ac navatam in principibus aliisque tuendis operam revertamur. Exagitabatur ea tempeste Bela Rex Andreæ Pannoniæ Regis primogenitus, ab ipsomet parente, quod dimissam, ut anno superiori vidiimus, uxorem ex voluntate Pontificis receperisset. Quare injuria oppressum filium Pontifex confessum in suam clientelam accipere, Germaniæ principibus ipsique patri commendare, ac ut in pristinam gratiam dignitatemque restitueretur, operam conferre. Confirmant plures hoc anno datæ ea de re pontificiæ literæ, in quibus sibi primum locum hæ vendicant in ejusdem Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [1] HEnrici regis cum Agnete nuptiæ, quo potissimum anno celebrata sint scriptores disident. Uspergenfis refert illas in annum 1223. Author Chronicus Australis annum 1222. notat. A reliquo omnibus disident Anonymus author Chronicus Erfordiensis, qui ad annum 1226. hac notat. Hoc etiam anno Norimbergæ in nuptiis Henrici regis rupra crepta (idest sepulchro, ut Cangius interpretatur) XXX. milites, & XX. servi cadentes interierunt. Huic autem inhærendum esse ideo censeo, quod Godefridus in chronicis testetur novam illam Reginam non nisi in eunte anno 1227. regali benedictione consecratam, & coronatam fuisse. Hæc autem gesta fuisse notat Author Dominicus V. Quadragesima. Quis autem credit reginam si anno 1222. seu 1223. nupta fuisse coronationem suam tardi dilatarum? MANSE

Bela causa ad Pannoniæ episcopos exarata (a).

Archiepiscopo Colocen. & suffraganeis ejus.

(a) Ib. ep.

294.

Cum charissimus in Christo filius noster Rex Bela primogenitus charissimi in Christo filii nostri Andreae Regis Ungariae illustris gravem pro eo, quod.. uxorem suam ad mandatum nostrum recepit, persecutionem sustinet, coactus ex hoc in terram nobilis viri ducis Austriae se transferre, fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus prædicto nato Regis ejusdem, cui merito tenemur adesse, vestrum ei exhibendo favorem plenius afflatatis, monitis apud patrem ipsius, & exhortationibus insistentes, ac consulentes eidem, ut sibi malitiosum se non exhibeat, vel infestum, nec ad se redire compellat eundem, sed in regno suo, ubi cum ejus uxore, ac suis, sicut regium decet heredem, honeste valeat commorari; redditus ei certos assignet, ipsos etiam, qui cum ipso morantur, nequaquam in personis, vel rebus offendat, mandatum nostrum taliter impleturi, quod vestra cognoscatur diligentia per effectum, & a nobis possitis de circumspecta sollicitudine commendari. Dat. Lat. VIII. kal. martii pontif. nostri anno VIII.

Ceterum Austriae dux, ad quem Bela confugit, blande ipsum benigneque excepit: quem idcirco Honorus meritis laudibus ornavit (b). Erat is Lupoldus, cuius filiam Agnetem Henricus Rex Friderici Imp. filius, quod Urspergenfis (c) 298.

(b) Ep. (c) Ursp. chr. ann. inde ab Rege patre omni studio Pontifex 1223. per literas contendit (d) ut eundem Be. (d) Chr. Austr. ann. præced. aliiq. Austriaco. & aliis princ. commen. datur ab Hon.

compl. 1223. Sed ad Honori suscepitos labores, ac compulsum, quod uxorem apostolico mandato coactus reduxisset, omnibus paterne charitatis significationibus prosequi vellet: ut dignum erat liberaliter tractaret, quo honorifice sibi suisque consulentes, ne cui suspicionem iniiceret, moleste ipsum ferre filium suum Apostolicæ sedis imperio paruisse: Præterea Bohemiæ Regem, (e) Charinthiæque ducem Hono- (e) Lib. 8. rijs hortari (f) precarie, uti Belam, si. ep. 297. ad ipsos se receperisset, omnibus benevolentiæ argumentis complectantur, aliosque principes viros laudibus efferre, (g) qui ipsius rebus faverent.

(f) Ib. ep. 296. (g) Ib. 290.

In-

CHRISTI
1224.HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP. 4

XXXV. Interea ingens timor Andream incēsit, ne per occasionem discessus filii novi in regno motus excitarentur, populique ab se deficerent: quocirca ut rebus suis caveret, legationem literasque ad Rom. Pontificem, ipsius consilia operamque petitum misit, a quo benignum hujusmodi responsum retulit (*a*): *Firmissime teneas, & nullatenus dubites, quod sic nos tui honoris, & exaltationis augmentum, & regni tui tranquillitatem affectamus, & pacem, nt neminem contra hoc supportare velimus, quin potius quibusunque contra te, aut regnum tuum machinantibus, patrati sumus tanquam de nostro agerent dispensio, efficaciter obviare.* Unde charissimo in Christo filio nostro Belae Regi natio tuo scripta nostra dirigimus, ut se tibi devotum filium exhibeat, & in nullo a filiali se reverentia, & devotione subducatur, provisurus attente, ne occasione sua, vel eorum qui cum ipso morintur, regnum contingat Ungariæ perturbari. Scribimus etiam morantibus cum eodem, ut ad devotionem tuam prædicti filii tui animum accendentes, nibil sibi suadeant, nihilque facere ipsi præsumant, unde moveri debet, & regni tui tranquillitas perturbetur. Quocirca excellentiam regiam monemus, & bramatum attente, quatenus eundem natum, qui ad tempus, non tamen tui dicitur culpa cessisse, sicut tanti Regis decet filium & heredem, benigne, ac honeste studeas pertraetare, cum si fecus fieret, nonnulli putarent displacuisse tibi, quod idem filius tuus circa uxoris sue receptionem mandatis apostolicis obedivit. Datum Later. vi. id martii anno VIII. Hactenus Honorius, qui ut Regem ad officium parentis optimi, a quo descivisse videbatur, commodius revocaret, culpam ab eo magna prudentia amovere conatus est. Ceterum extant ejus epistole (*b*) quas se ad Belam aliosque dedisse testatur.

(b) Ep. 345. 346. 147. 148.
XXXVI. Inter haec cum Religiosi S. Mariæ Theutonicorum milites regionem quandam Bozæ ipsis ab Andrea Rege dono datam jam excolere cœpissent, Rom. Pontificem rogavere, illam in Apostolicæ sedis tutelam jusque accipere dignaretur; quorum piis votis precibusque respondit Pontifex, atque in haec verba rescripsit: *Petitis, ut terram Bozæ, & ultra montes nitium, quin propter paganorum insultus vastam usque ad proxima tempora, & desertam, largitione charissimi in Christo filii nostri Andreae Ungarorum Regis illustris adepti esse noscimini, & nouiter inhabitare cœpitis, ipsorum paganorum impetu non sine multo personarum vestiarum discrimine refranato, in jus, & proprietatem Apostolicæ sedis recipere dignaremur; afferentes, quod fideles libertius transibunt in ejus coloniam, si eam viderint Apo-*

*stolicæ sedis esse speciali ditione subjectam, siisque fiet ut terra, quæ lata & spatioſa cultoribus indiget, facile populetur, & numerus habitantium in eadem ad ipsorum paganorum terrorrem & securitatem fidem, atque ad utilitatem noi modicam Terræ sanctæ feliciter augeatur. Vestris ergo piis precibus benignius annuentes, præfata terram in jus, & proprietatem B. Petri suscipimus, & eam sub speciali Apostolicæ sedis protectione, ac defensione perpetuis temporibus permanere sancimus. Ad haec cum eadem terra secundum indulgentias vobis ab Apostolica sede concessas nullum præter Rom. Pontificem habeat episcopum vel prælatum, præmissa auctoritate districtus inhibemus, ne quis archiepiscopus vel episcopus in terram ipsam, vel incolas ejus interdicti, vel excommunicationis sententiam sine speciali auctoritate Apostolicæ sedis promulgare præsumat, vel jurisdictionem quamlibet exercere, &c. Dicit. Later. ii. kal. maii pontif. nostri anno VIII. His præterea de rebus scripsit Pontifex tum Pannoniæ (*c*) episcopis, tum Bozæ archipresbytero (*d*) (de quo in literis modo allatis memorat) (*e*) Ep. 412. cleroque, ac populo. Antea vero superiori anno extremo antistitem Transylvanum graviter arguerat, (*f*) sacrum ep. increpitum Bozam imperium affectare, presbyteros illos & clericos ad synodos suas evocare, decimas reddituum partes ac jura alia episcopalia ab iisdem laicisque extorquere; denique in eos, qui voluntati sue non assentirentur, iniquas anathematis, atque ecclesiastici interdicti sententias ferre. Quamobrem apostolica auctoritate ipsi imperat, ut ejusmodi sententias, si quas tulisset, revocaret; populum illum vexare desinat, illos injuriis affici non passurum.*

Sed ad gelta hoc anno ab Romano ipso Pontifice apud Germanie principes regrediamur; namque Bohemie Regem monuit precatusque est, uti (*f*) possessiones, in quibus sunt aurifodinae, Uraltilaviensi episcopo restitueret (*g*), utque rebus humanis ereto Andrea episcopo Pragensi, cum quo diu de libertate ecclesiastica certaverat, canonicorum collegio, cui de successore deligendo apostolica mandata dabat, præsto esset, ne quis electioni facienda moras nectere moliretur: ceterum sibi exploratum esse, ipsum Regem aliorum potius iniqua suggerentium malitia, quam culpa sua Andreæ episcopo negotium exhibuisse, cum a pluribus nuntiis ac præsertim a Gregorio Crescentio S. Theodori diacono Cardinali in illo regno legationis munere perfuncto accepisset illum, uti Regem deceret, mansuetum ac benevolum erga ecclesiam animum gerere. Hujusmodi blanditiis Pontifex summa prudentia Christia-

CHRISTI
1224.HONORII III. PAP.
8.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP. 4

rianos principes intra æquitatis fines tenere consuevit.

Rex Sueciae admovitus ne ecclesiasticos op primat. (*a*) Lib. 9. tu eosdem presbyteros, & clericos expeditionum tuarum angariis, & aliis sæcularibus exactionibus aggravas, & molestas, & contra divina, & humana statuta in sæculari compellis judicio responderemus. Cum autem haec salutis tibi pariant detrimentum, & nos quo sincerius te diligimus, eo libenter revocare te ab hujusmodi cupiamus, serenitatem regiam rogamus, monemus, & exhortamur attente, quatenus ne contra te iram ejus qui transfert regna, & spiritum aufert principum, provocari contingat, ab iis taliter conquiescas, quod & divinam exinde evitare possis offendam, & nos contra personam tuam, tanquam velis in ecclesiasticarum personarum delicti gravamine, non possumus quod te gravare debeat, cogitare.

XXXII. Denique, ut de domesticis tibi proponamus exemplum, inclytæ recordationis Richardus Rex Angliae cuius nunc successorem persequeris, cœpit olim bello lassere claræ memorie patrem tuum, multoque superior viribus, & opibus videbatur, adeo quod ejus prævalente, ac urgente potentia, ipse pater tuus contra eam Ecclesiæ Rom. præsidium imploravit, quæ semper indigne, oppressis subvenire desiderans, auctoritatis suæ obstatum interjectit ipsumque Regem Angliae vellet nolle treugas cum ipso patre tuo inre canonica severitate coegit. Ecce regnum Angliae, quod tunc perseqnebatur, tuam ab eo persecutionem versa vice nunc patitur, & ab eo quod tunc temporis infestabat, hoc tempore infestatur. Sic ludit in humanis divina potencia rebus. Sic victorem a victo superari sœpe videmus. Nec ista ideo dicimus, quod talia tibi esse timenda credamus, sed tamen que acciderunt, accidere adhuc possunt; quare debes taliter erga Rom. Ecclesiam in prosperitate te gerere, ut si quid adversi, quod Deus avertat, ingruerit, ejus fiducialiter, & sine rubore possis auxilium implorare.

XXXIII. Nec indignari debet tua sublimitas, vel moveri, si Apostolica sedes de concessa sibi a Deo plenitudine potestatis nunc studet te a prædicti Regis infestatione compescere, cum prædecessorem ipsius ab infestatione clarissimi genitoris tui, olim sicut prædictus, studuerit coercere. Quæ enim pro sacerdotio patre tuo maturo, & potentissimo Rege canonicam censuram exercuit, cur non illam pro adolescentulo Rege Angliae in casu omnino simili exercebit? Nemo potentia tua suadeat, quod non sit nostrum in hac parte obviare injuria dicti Regis, eo quod res, de quibus agitur, constat existere feudales; cum Hieremias prophetæ, qui fuit de sacerdotibus Anatbot, fuerit dictum a Domino: Ecce constitui te super gentem, & regna, ut evellas & destruas, ædificies atque plantes, sicutque patet, quod ad Rom. Ponitatem, qui sacer-

dotii obtinet principatum, spectat omne peccatum mortale evellere, quod interdum fieri sine coercitione non potest: restat ut & rebellis debeat coercere.

Cum ergo credaris sacerdotum Regem Angliae manifeste peccare, nos ad quos omnibus censura peccati obtinere dignoscitur, qua conscientia possumus obturare aures clamoribus dicti Regis inculcantis nobis jugiter querimoniam de peccato, quod committis in ipsum; & officii nostri debitum assidue implorantis, ac obsecrantis, ut si nos sua non moveat injuria, moveat saltem statuti sacerdoti contemptus, quod violas, & infringis in grave dispendum subfidi Terræ sanctæ? Vides quod coarctamur graviter e duobus, dum nec sine multa mentis amaritudine possumus in te dilectissimum, ac charissimum filium gladium canonicæ severitatis exercere, nec sœpe dicti Regis ulterius obaudire clamores, quos in aures Domini sabaoth credimus introire. Quare licet a te toties jam repulsi, adhuc tamen pulsamus ad ostium cordis tui, serenitatem tuam rogantes attentius, & obnoxius obsecrantes, quatenus nos de hoc articulo quasi cuiusdam perplexitatis eripias, restituendo prædicto Regi terram ejus, a te vel tuis contra tot preces nostras, & contra statutum sœpe dictum invasam, & ab ejus injuria quiescendo, jus quod te habere contra eum proponis, legitimate prosecuturus tempore competenti, quo Terræ sanctæ succursum, qui per Reges, & regnum Franciæ consuevit promoveri potissimum non disturbes. Alioquin quantumcumque tue velimus sublimitati deferre, tamenque evitare scandalum cupiamus, non poterimus tamen ulterius Regi deesse prædicto, cum nec deferendum sit homini contra Deum, nec iustitia sit propter scandalum deserenda. Cum ergo dilectus filius noster R.... S. Angeli diaconus Card. A. S. L. ad regnum tuum propter hoc aliaque negotia destinemus, sic & iis quæ tibi scribimus, & iis quæ tibi viva voce proponet, aures tuas & unicum reverenter inclines, quod nec nos, nec ipse contra te procedere, quod omnino vitare cupimus, tua faciente duritia compellamus.

Fregere Ludovici animum mixtae impensis Honorii preces, felicius enim sumpta in Anglos arma adversus Albigenes haereticos convertit, ut Richardus (a) te- (a) Rich. statut: [1] Hoc anno Rex Franciæ moni- S. Germ. in chron. Albi-

XXXX.
MS.

NOTE [1] E xpeditione Ludovici in Albigenes ad sequentem annum referenda est, ut perspicue do- dem Meloduni, alio vero in Bituricensi celebrato actu ea de re fuisse, sed infectum negotium dimissum. Denique tertia die post conversionem S. Pauli (anni succedentis 1226. quamvis ipse annum 1225. adhuc supputat, cum novum annum a die XXV. martii exordiatur) feria IV. concilium aliud Parisiis coivit, in quo Raymundo Tolosano & sociis dictum anathema, & Amorricus de Monteforti cum patruo suo Guidone jus suum totum in ditionem comitis

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.CHRISTI
1225.
HONORII III. PAR.
9.

Lud. Rex Albigenes cum copioso Francorum exercitu in Provinciam vadit. Eam vero industria sua legatum pontificium expeditionem promovisse significat Ludovici Regis gestorum auctor anonymus: *Eodem anno in festo Apostolorum Petri, & Pauli Romanus S. Angeli diaconus Card. legationis officio fungens in Francia Turonos venit, & sequenti tertia die cum Rege Francia Ludovico Caynonem perexit; paucisque interjectis verbis: Circa vero purificationem B. Marie Ludovicus Rex & magnates regni Franciæ plurimi, & archiepiscopi, & episcopi & barones Parisiis adunati contra Albigenes haereticos crucis signum per manum Romani Card. assumserunt. Eadem fere Bernardus, (a) & alii. Extant Honorii literæ (b) ad Romanum Card. A. S. L. pro Agennensi episcopo, qui egregiam operam ad profiliandam heresim contulerat, multaque*

Ann. Eccl. Tom. XX.

ab Raymundo comite Tolosano pertulærat. Addit Bernardus (c) Arnaldum archiepiscopum Narbonensem Cisterciensis ordinis (de quo nos plura supra) sub id tempus e vita discessisse, Petrumque Amelium ejusdem ecclesiæ archidiaconum illi suffectum; habetur in sequentis anni apostolicum diploma (d) in pontificio regno xiv. Kalend. junii ad archiepiscopum Narbonensem, quo ecclesiæ ejus jura in suo robore manere decrevit.

Prodiit in Belgio insignis impostor, qui se Balduinum Constantinopolitanum Imp. simulavit pluresque in fraudem induxit, a quibus honorifice est suscepitus; quem ad Ludovicum Francorum Regem addutum fuisse auctor est anonymous scriptor, cuius paulo ante meminimus: verum ipsum multis de rebus in Ludovici legatique Apostolicæ sedis conspectu interrogatum, petitisque respondere designatum, irato

Aaaa 2

eam

NOTÆ tis Tolosani transtulit in Ludovicum Galliarum regem. Qui demum Ludovicus feria VI. sequenti (die nempe XXX. januarii) crucem assumpsit. Hæc author chronicus Turonici, cuius narrationi ex epistola Romani cardinalis legati ad Theobaldum Rotomagensem, vulgata in Anecdoto Martenii tom. I. col. 931. addendum est, Ludovicum spondisse legato post mensem a festo Resurrectionis affuturum se Bituris cum exercitu in Albigenes ducendo.

Ad duplex illud Gallicanum concilium quod attinet, nonnulla hic afferenda sunt ab aliis prætermissa. Ac de concilio quidem Meldunensi nihil addi potest supra illud, quod legitur in eodem Turonensi chronico, ex quo uno innoteſcit. Cœpit die octava omnium SS. & causa in diuinorum cum Anglis, sicut & res Albigenes aliquandiu ibi discussæ, sed non definitæ. Jus pariter sibi aſteri postulabat Clerus Gallicanus in cognoscendis causis rerum mobilium, tunc scilicet cum ecclesiasticorum subditis in laicos non subditos litigarent, sed resistente Rege nihil decisum fuit.

Concilium vero aliud in Bituricis die festa S. Andreae convenit, ibique causa Raymundi Tolosani discussa, sed non decisa. Insuper legatus literis apostolicis exhibitis postulavit reservari pontifici binas præbendas in singulis per Gallias cathedralibus ecclesiis; singulas pariter in singulis abbatis, ac demum singulas in singulis monachorum conventibus. Sed Episcopis fere omnibus reluctantibus, nihil actum est. Literæ illæ apostolicæ, a Legato tunc exhibitæ prodierunt non ante multos annos in Anecdoto Martenii tom. I. col. 929. Ex his autem nonnulla ad rei hujus illustrationem eruimus. Primo igitur literæ illæ datæ sunt Laterani V. Kal. Februario; ex quo mendacii arguitur Parisiis, afferens, legatum in frequenti illo Patrum confessu affirmasse nunquam sibi postulata illa pontificia probata fuisse, quin & literas ea de re pontificis nouissi cum in Gallias jam pervenisset accepisse. In provinciam non prius venisse credibile est, quam pontificie literæ in Annalibus num. 29. relate darentur. Signantur vero illæ XV. kal. martii; adeoque integro mense postquam literæ de præbendarum reservacione scriptæ fuerint. In quibus si Parisiis fides nutet, quanti æstimandus est, cum patres de aula Romana, multa & indigna obloquentes inducit? Secundo, ita rem totam digeri pontifex mandat, ut e singulis cathedralibus, & collegiis ecclesiis, præbendæ singula ad usum superius expressum destineantur. Ex redditibus autem episcoporum, abbatum, & monasteriorum portio aliqua præbendas adæquans in opus idem segregaretur. Denique literas suas pontifex sic concludit. Ceterum ut ad relevandas ecclesiæ onera, & gravamina prælatorum, prout possumus, intendamus, de præbendis clericis Romanis, vel aliis a sede apostolica concessa (lege concessis) luxuriam providendum, ut postquam fuerint supradicta completa, cum eas vacare contingat, ad proprias ecclesiæ revertantur, ne si successive conferantur extraneis, sicut aliquando fieri confuerit, filii ecclesiæ, qui continuo resident, redderentur inutiles, & voluntate quodammodo fierent aliena.

In eodem pariter Bituricensi concilio Legatus de Patrum assensu decimas omnium proveniūm ecclesiasticorum in toto tractu legationis suæ, per quinquennium regi Gallorum sponte condidit, ut Legatus ipse in epistola indicata ad Theobaldum Rothomagensem testatur. Neque tandem fides detrahenda est anonymo scriptori chronici Turonensis, qui decimas regi concessas in Parisiensi Concilio afferit. Hæc forte res in Bituricensi proposita in Parisiensi tandem admissa fuit. Sed & huic rei lux alia accedit ex epistola Gallorum ad Gregorium IX. legenda in Annal. ad An. 1227. 57. Negante enim Ludovico arma in Albigenes mouere, nisi decretarum sibi in concilio Bituricensi decimaru[m] subfido juvaretur, vietas manus dederunt ecclesiastici, atque tunc denum in Parisiensi concilio decima illæ, vel sponte concessæ, vel de Synodi & Legati mandato solvi ceptæ sunt. Id a se præstitum profitetur clerus Gallicanus in literis ad Gregorium IX. datis, recitatilque in Annalibus ad A. 1227. 56. Quid deinde in ea controversia actum sit, cum post obitum Ludovici iterum exsuscitata est, ad annum 1227. 51. adnotabimus. MANST.

CHRISTI
1225.HONORII III. PAR.
9FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

(a) Alb. eam ob causam Rege Galliis exactum, Stad. in desertum a suis: tum ementito mercab. ann. 1224. toris habitu fugientem captum, in vin- Godef. in cula conjectum extremoque affectum sup- annal. an. 1225. plicio, quæ omnia ab auctore aliisque Matt. hisce imposturis, ac fraudibus, nonnulla, Par. quæ hoc anno contigere, divina prodigia Vtestm. ex Parisio afferamus.

Præclarum edidit beatissima Virgo suæ novatores in eos, qui ipsius cultui addicti sunt, cent. 13. col. 179. singularis clientelæ miraculum, cum Sa- & alii. resberiensem comitem mediis maris flu- XXXVII. XXIX. Saresbe- tibus eripuit, quam historiam auctor his verbis prosequitur: *Per idem tempus Vil- lelmus comes Saresberiensis, qui cum co- mite Richardo militaverat in partibus naufragio ope Vir- ginis ere- ptus.*

Eodem anno Honorius Laurentio archiepiscopo Dublinensi sanctorum hono- rem cultumque decrevit (c) dato ad uni- versos Rhomagensis provincie Christi fideles diplomate, cuius exordium est: Ineffabilis providentia Dei, illius nos præcipuum partem hoc loco edemus: Sanctæ memorie Laurentio Dublinen. archiepis- po, apud ecclesiam sanctæ Mariæ de Au- ep. 23. De his Sur. 10. die 14. nov. 84. B. ataretur, cum ipsis nautis, & aliis omnibus, qui in navi erant, de vita despe- ratus, annulos pretiosos, & quæcumque in auro, vel argento, aut pretiosis vestibus possidebat, fluctibus pelagi commisit, ut sicut ad vitam nudus intravit temporalem, ita ab omni honore terreno spoliatus, ad patriam transiret æternam. Et cum in supra fuisse desperatione constitutus, Iesus est cercus ingens & magno splendore coruscans ab omnibus, qui in navi per- clitabantur, in summitate mali & juxta cereum stantem viderunt puellam quandam nimia pulchritudine decoratam, que lumen cerei, quod nocturnas tenebras illustrabat, a ventorum pluviarumque irruenti ro- bore conservaret præclarum. Ex hac quo- que cœlestis visione claritatis, tam comes ipse quam nautæ omnes securitate concepta, divinum sic adesse auxilium confi- debant. Et cum universi, qui in navi erant, quid hæc visio portenderet, igno- rarent, solus Villelmus comes præfatus bhus benignitatis gratiam B. Marie vir- gini assignavit. Si quidem comes saepi- et die, qua primo donatus cingulo fuerat militari, cereum unum ante altare beatisimæ Matris Dei asservavit, ut ad mis- sum, quæ diebus singulis in honorem ejusdem Dei genitricis cum horis canonicas de- vote solet decantari, jugiter arderet ut pro lumine temporali lucem commutaret æternam.

Ut B. Virgo cli- entum su- orum of- ficia com- penet. xxxviii. Religiosa detur, quod auctor adiicit de virgine, fœmina quadam religiosa per septennium nullo sola euch. vescitur. hostia sustentata: Eodem anno in urbe Légre castrensi obiit puella quedam inclusa religiosa, quæ per septennium ante obitum nullum omnino gustavit cibum, nisi quod diebus dominicis corporis & sanguinis Domini communionem accepit. Quod miracu- lum cum ad audientiam Hugonis Lincol-

nensis episcopi pervenisset, fidem non adibi- but veritati. Sed incredulus plane, fecit per dies quindecim presbyteris & clericis inclusim prædictam arcta nimis observari custodia, quoisque compertum fuit illam in toto termino memorato nullo usum fuisse corporis nutrimento. Faciem quoque semper habuit ut lilium candidissimum roseoque ru- bore perfusam, ad indicium pudicitiae & munditiae virginalis; hec Parisius. At non incredulitati, sed prudentiæ adscri- benda est cautela ab Hugone adhibita ad probandum, ut monet B. Joannes Apostolus (b) an spiritus ex Deo esset.

Eodem anno Honorius Laurentio archiepiscopo Dublinensi sanctorum hono- rem cultumque decrevit (c) dato ad uni- versos Rhomagensis provincie Christi fideles diplomate, cuius exordium est: Ineffabilis providentia Dei, illius nos præcipuum partem hoc loco edemus: Sanctæ memorie Laurentio Dublinen. archiepis- po, apud ecclesiam sanctæ Mariæ de Au- ep. 23. De his Sur. 10. die 14. nov. 84. B. po, ubi subjecit Rhomagen. archiep. decano, atque illius ec- clesiæ æxarii præfecto, ac postea Darense episcopo & priori Trinitariorum Dubli- nensium inquirende miraculorum verita- tis, sanctitatisque vitæ illius provinciam impositam, addit:

Collegimus autem ex ipsarum serie li- terarum, quod sepe dictus vir Regis, & Regine Hibernæ filius exitit, & ab in- fantia sacris literis eruditus, senilem ges- sit in juvencgravitatem, & mundanarum illecebras vanitatum a se, ultra quam ætas illa solebat abdicavit. Deinde in archiepiscopum Dublinensem assumptus, sic in virtutem de virtute profecit, ut in oratione affidus, austerus in maceratione proprii corporis, ac in elemosynarum largitione profusus, se totaliter Domino dedi- carit. Per depositiones vero testium præ- dictorum constitit evidenter, sanctam vi-

A pueri- tiam ejusdem esse tot sequentibus miraculis tia cultui divino comprobata, quod non parvam texet hi- storiam, qui volet ea singula scribere se- riatis. Sed ut prætereamus, quod claudi- gressum, caci visum, surdi auditum, mu- ti loquela, leprosi mundationem, & va- riis afflicti languoribus sanitatem ad in- vocationem ejus nominis repererunt, & ea Ingentia sola, que inter cetera emicuerunt miracu- illius ope la, breviter perstringamus; idem sanctus miracula.

im-

CHRISTI
1225.HONORII III. PAR.
9FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

immo Dominus, ob ipsius merita gloriofa, septem mortuos, quorum unus triduanus era, mirifice suscitavit. De ipsius igitur sanctitate tantis certificati miraculis, di- vinumque secuti judicium, per quod ejus glorificatio nobis tam evidentibus innouit argumentis, eundem beatum virum cata- logo sanctorum ascripsimus, & annumeran- dum decrevimus sanctorum collegio confes- sorum, ac inter eos a Christi fidelibus ve- nerandum, statuentes, ut ejus veneranda festivitas de cetero annis singulis octavo decimo k.l. decembribus solemniter celebre- tur, &c. Dat. Reate III. id. decemb. At de his haecenus; jam Hispanias adea- mus.

XLI. Exagitabat Ferdinandus Castellæ Rex Segobiens. elec- tum ex- agitat.

Rex Cast. B.. Segobiensem electum atque illius ec- clesiæ administratione deturbare niteba- tur, quod se inconsulto episcopus fuisse designatus; reque ab archiepiscopo Tole- tano nonnullisque suffraganeis ejus ad se- dem Apostolicam delata, Honorius elec- tum injurya a Rege divexari pronuntia- vit, ac suscepcta electi causa Rege n. ab illo insectando abducere studuit, m. nunti- que non leve in ea re suscipere dedecus, ac divinam in se majestatem, cuius bene- ficio sceptris potiebatur, asperare. Quo

(a) Lib. 9. ep. 253. 254. Oburga- tur ab Honor.

argumento binas ad eum epistolas (a) dedit, ex quarum priori partem decer- pimus: Tu prout libuit assérens, quod cum tuo affensu debuerat celebrari, consentire noluisti electioni prædictæ, sed eundem elec- tum post electionem, & confirmationem ipsius coegisti episcopatu Segobien. exire, ac bona ejusdem episcopi, quasi voluntas pro ratione tibi fuerit, occupasti. Sane quantumcunque ferentati tua deferre velimus, palpare factum bujusmodi non debe- mus, quoniam cum animæ nostræ, & tua salutis periculo deferremus homini contra Deum. Et quidem licet merito dolere pos- simus, pro eo quod sic agitur cum electo prædicto, cuius promotionem, cum vir sit, ut intelleximus, vita honestus, ornatus moribus, & literatura præclarus, & suo- rum meritorum exigentia honorandus, plurimum affectare deberes; multo magis tamen ex hoc anginur, quod in eodem facto, quasi Ecclesia tota concutitur, cuius causam in sinu nostro colligere nos oportet. Porro dignitas Regis non exigit, ut cum fo- veare debeat libertatem ecclesiæ pariter, & augere, prælatorum electiones libere fieri non permittas, immo potissimum conve- nit Regis honori, quod facultatem provi- dendæ ecclesiæ ministris reservet eorum, & liberum dimittat electoribus judicium eligendi, &c. Dat. Reate III. non. apr. Eadem de re ad Berengariam Castellæ Reginam scriptis. (b) Ferdinandum por- ro Pontifici dicto audientem fuisse inde- coniicimus, cum nullas de ea querelas repetitas invenerimus.

Cæterum præclara illum hoc anno ad- versus Saracenos Hispaniæ facinora edi- Sarrace- disse indicat Richardus (c) iis verbis: Re- nos inva- ges Hispaniæ terram Miramomelini occu- (c) Ric. MS. in- pant; quos Ferdinandum Castellæ ac Ja- cobo R. Zeitus Valentia Rex a Ja- cobo R. Aragon. stipendia- Murciae pendebantur, partem obtulerit, rius fa- cus. Urget Honor. Ferdinandum ad profi- gandos Sarace- nos ex Hispania. (e) Lib. 10. ep. 6.

Honorius, &c.

Sane, sicut relatum est nobis, accensus zelo fidei per te ipsum crucis inimicos vi- riliter expugnare cœpisti, & cooperante jam gratia Salvatoris, qui devotum ob- sequium tuum & pium super hoc propositum ex alto prospexit, in manibus tuis dirigi prospere causa cœpit; super quo in laudes, & gratias assurgimus creatori; & infra, ubi arma sacra correpturis indulgentiarum præmia, & clientelam apostolicam est pollicicus, addit: Quo circa excellentiam tuam monemus, & obsecramus in Domi- no, quatenus de divina confisus potentia in tam laudabili proposito firmiter perse- verans, illud de bono in melius, sicut de tua speratur constantia, prosequaris, ne- gotio Christi spiritualibus & materialibus armis munitus insistendo ex animo, & to- tis viribus, ut desideratum eventum ba- beat laborando, ne si, quod non credimus, ab incepto desisteres, non solum Christo, vel Ecclesiæ Rom. sed & opinioni, quam- de te concepimus, illudere videreris, cum credendum sit, quod is, qui per misericor- diam suam bonum dedit principium felici- processum, & exitum largietur. Dat. Reate. vi. kal. octob. pont. noft. an. x. Le- gationis vero in Hispania munus adver- sus Saracenos contulit Liddensi electo, cujus etiam patrocinium admisit, (f) ei- (f) Ep. que archiepiscopos Compostellanum, & 86. Bracarensem socios adjunxit.

Cum vero involutæ superstitionum er- roribus nationes non tam Regum ferro, quam evangelicorum præconum divino verbo Christo subiici consueverint, non sufficit Honorio Hispanos in Saracenos ad evertendam eorum tyrannidem con- citare, nisi viros pietate insignes ad ipso- rum

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAR.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

rum mentes evangelii luce collustrandas mitteret; atque adeo ex Prædicatorum & Minoritarum viris lectissimis propagandæ religionis provincia demandata (a) est, ac Dominico & Martino Prædicatoribus auctoritas collata, ut in Miramomelini terris disseminando evangelio operam navarent: Attendentes igitur, quod abnegantes vos ipsos, animas vestras pro Christo ponere cupitis, ut lucrificati simbi animas aliorum, & quod nullum sacrificium Deo esse constat acceptius, quam lucrum querere animarum, vos in terram Miramomelini juxta vestrae supplicationis instantiam duximus destinandos, ut evangelizantes ibi Dominum Jesum Christum, quantum ipse dederit, convertatis incredulos, erigatis lapsos, sustentetis debiles, pusillanimes consolemini, & fortis nibilominus confortetis. Et infra, ubi ipsos auctoritate amplissima donavit: Præcipimus autem vobis in virtute obedientiae, ut ius nullatenus presumatis abuti, sed tanquam inconfusibiles operarii Jesu Christi, ita irreprobabiliter vos geratis, quod a summo patrefamilias retributionis denarium mereamini, & nos majora vobis possimus committere confidenter. Dat. Tybure IV. idus junii pont. nost. an. IX.

XLV.
Preficit
episc.
nonnullis
ecclesiis
in Sicilia

(b) Rich.
ubi sup.

(c) Lib. 10.
pp. 55.

(a) lib. ep.
90. 100.
301.

de Urbe, ac Aversanum venerabilem fratrem nostrum quondam Anabitum archidiaconum, sine tuo præjudicio providentes de fratribus nostrorum consilio in pastores. Rogamus igitur serenitatem tuam attentius, & hortamur, quatenus ecclesias ipsas, sicut imperiale clementiam decet, habens pro reverentia Dei, & anime tuæ salute propensius commendatis, eis honores suos, ac jura integra conservando, prænominatos extrinsem pastores, favore imperialis gratiae prosequaris, &c. Datum Reate VII. kalend. octob. pontificatus nostri anno X.

Tulisse gravissime, quæ gesserat Honorius, Fridericum, nec eos episcopos suorum ecclesiarum gubernacula capessere aliquanto tempore permisisti, refert Richardus. Ut vero ea de causa magna animorum exulceratio & discordia inter Fridericu[m] ac Pontificem secuta sit, ac denum p[ro]viciaciam ab Honorio correptus Imperator fregerit, proximo anno dicetur. Nunc quid de Lucensi designato, cuius electio sortis periculo commissa fuerat, decreverit, adjungamus. Confirmavit sane electum ob præclaras virtutes, quæ in eo emicabant: sed electionis genus damnavit, de quo haec ad Lucensem canoniconum collegium scripsit (d): Sicut comperimus, convenienter vos ut de futuri tractaretis electione pontificis, & circa modum electionis diversos incipientes habere tractatus, unum tandem elegitis ex vobis per sortem, qui tres, auctoritate vestri elegit, per quos vice omnium Lucanæ provideatur ecclesiæ de p[ro]fere, quorum duo tertium, prædictum magistrum scilicet elegerunt, quod expresse licebat eisdem, secundum traditam a vobis omnibus potestatem. Procurtoribus igitur vestris super his in præsentia nostra constitutis, nos tali examinato processu, licet nota non careat, quinimo multa reprehensione sit dignum, quod sors in talibus intervenit, propter prærogativam tamen morum, & literaturæ memorati magistri, & affectionem, quam ad eandem habemus ecclesiam, electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmacionis admittimus, sortis usus in talibus perpetuæ prohibitione damnantes, &c. Adiicit imperia, ut tancis virtutibus prædictum virum debitum officiis, atque observantia complectantur: cui etiam, ut Pisanos in Ecclesiæ gratiam, a qua exclusi erant, revocaret, auctoritatem contulit (e).

Per id tempus hereticæ apud Insubres, ac Brixianæ maxime, adeo potentia, opibus, audaciaque creverant, ut orthodoxos gravissimis injuriis afficerent: quorum insolentiam Honorius per Brixianæ Mu-

XVI.
Frideri-
cus rem
gravissi-
me acci-
pit.

Sors in
electioni-
bus epi-
scopo-
rum da-
mnata.

(d) Ep. 71.

114.

in Insu-
bria gra-
fiantur.

tine-

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAR.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

tinæque episcopos comprimentam curavit. [1] Verum cum Mutinensis episcopus, cui Guillelmus nomen impositum erat, vir omni laude præstans, novumque vas electionis, ad nomen domini Jesu Christi coram ducibus genteque Prutenorum circumferendum, a Deo, atque ab sede Apostolica electus esset, Pontifex in ejus locum, ad defendendam fidei in Insubria causam, episcopum Ariminensem subrogavit, data ad ipsum, ac Brixensem

(a) Hon. I.
9. ep. 145.
Enmina-
ta in
Brixien.
hereticos
sententia.

episcopum collegam suum epistola (a), cuius partem subiicio: Quia in civitate Brixie, quasi quodam hereticorum domicio ipsi heretici, & eorum fautores numeri in tantam vesaniam proruperunt, ut armatis turribus contra catholicos, non solum ecclesias quasdam destruxerint incendiis, & ruinis, verum etiam jaetatis facibus ardentibus ex eisdem ore blasphemolatrate præsumperint, quod excommunicabant Rom. Ecclesiam, & sequentes doctrinam eisdem; volumus & mandamus, ut turris dominorum de Gambra, & turris Ugonium, turris quoque Orianiorum, & turris filiorum quondam Botatii, de quibus specialius, & vehementius ad insa-

nias hujusmodi est processum, diruantur omnino, & usque ad terræ pulverem detrabantur, non redicenda de cetero absque sedis Apostolicæ licentia speciali, sed in acervos lapidum ad memoriam, & testimoniun pœnae tantæ vesaniae, tantique criminis permanetur, atque in eadem damnatione sint turres, quæ sunt ob causam hujusmodi jam destructæ. Aliæ vero turres, quarum domini etiæ ad tanti furoris rabiem non processerint, eas tamen contra catholicos munierunt, usque ad tertiam partem, vel usque ad medianam pensatis excessum quantitatibus diruantur, nec levantur de cetero, nisi id apostolica fuerit auctoritate permisum. Nullus autem eorum qui nominatim excommunicati sunt hac de causa, sive sunt heretici, sive ipsorum fautores, absolutionis beneficium assequatur, nisi personaliter ad Apostolicam sedem accesserit, illud humiliter petiturus, excepto dumtaxat mortis articulo, in quo nolumus absolutionem potentibus denegari, &c. Dat. Lat. v. idus jan.

Dum hec hereticorum lues Italiam foedaret, illam Raynerius Furconensis episcopus non ita multo ante vita funditus mi-

XLVIII.

NOTÆ [1] Post verba illa: comprimentam curavit; addunt Annales contracti: Permovit etiam Honorius Fridericum imperatorem, qui tum Patavii principum Italorum solemnes cœtus cogebat, ut sanctissimas leges (a) ad excindendam hereticam impietatem ferret, quæ postea ab Innocentio IV. confirmatae fuerunt; quorum præcipua pars hoc est: Horum, inquit imperator, festæ veteribus, vel ne in publicum prodeant non sunt notatae nominibus, vel quod est forte nefandius, non contentæ, ut vel ab Arrio Arriani, aut a Nestorio Nestoriani, aut a similibus similes sumpentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Pateranos se nominat, velut expostos passioni. Hujusmodi miseri Paterani, a quibus abest sancta credulitas divinitatis æternæ, sub uno contexto nequitæ simul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & seiplos: Deum dum Dei fidem & Dei filium non agnoscunt; decipiunt proximos dum ipsis sub spe spiritualis almonie hereticæ pravitatis oblectamenta ministrant; crudeliter etiam sanguinibus in se ipsis, dum post animarum dispendium, corpora denique severa mortis illecebris, quam per agitionem veram & veræ fidei possent evadere; vita prodigi, & necis improvidæ sectatores involvent; & quod est ipso dictu dirissimum superstites etiam non terruntur exemplo. Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros. Et infra: Statuimus in primis, ut crimen heræeos & damnatae sectæ cuiuslibet quocumque nomine censeantur sectatores, prout veteribus legibus est indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine lese majestatis nostræ debet horribilis judicari, quod in divina majestatis injuriam agitur attentatum; quamvis iudicij potestate alterum alteri non excellat: nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum & bona, & damnant post obitum memoriam defunctorum, sic & in prædicto crimine, quo Paterani notantur, per omnia volumus observari &c. Dat. Paduæ XXII. februarii duodecima indictione.

Hæc annalista, quem tamen oscitantiorem chronologum hic egisse non dubito, cum indicatio XII. quæ legibus hisce subjungitur, superiore annum 1224. signet. Ea proinde conventus iste Patavinus, legesque in eo sanctæ referenda sunt. Porro Friderici de hereticis leges in collectione epistolârâ Petri de Vineis occurunt omnino tres, quas resecta temporis quo datae sunt, adscriptione ibidem legas. Eas vero ex codice, quantum conjectura assequor, correctiori iterum vulgavit Lunig in Spicileg. ecclesie. pag. 172. apud quem promulgatae singulae leguntur Paduæ die XXII. februarii indictione XII qui temporis characteres annum 1224. signant. Hæc igitur est legum a Friderico in hereticos latarum epocha. Eodem forte anno ipse pariter Fridericus Cathaniæ agens non absimilem aliam constitutionem in hereticos Longobardia promulgavit, quam habes apud Annalistam ad A. 1221. 18. signatam anno 1224. mense martio indict. XI. quæ temporum notæ cum inter se non cohærent, ideo certus ejus constitutionis annus non facile definiretur. Facilius tamen probari criticis posset annus 1223. ab indictione XI. expressus, cum vix fieri potuerit ut Fridericus qui mense februario anni 1224. leges tulit pro addicendis extremo supplicio hereticis omnibus, iis etiam expressis qui Longobardiam infestabant, dein altero succedente mense novam aliam constitutionem in hereticos Longobardiæ ferret. Vero proprius censeri posset, imperatorem Cathaniæ agentem mense martio anni 1223. in hereticos Longobardos constitutione sua animadvertisse; quas deinde leges ad omnes per totam imperii ditionem hereticos sequenti anno 1224. februario mense extenderit. MANSI

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAP.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

Rayner. Furco-
nen episc.
miraculis
elarus.
(a) Ep.
58.

miraculis illustrabat; quæ ut in publica referri monumenta juberet, rogatus Honorius, provinciam illam episc. Pennensi, & priori S. Mariæ commisit (a); ad quos hæc inter cætera: *Gaudemus in Domino, & in ejus laudibus delectamur, quod sicut venerabilis frater noster Furconen, episcopus coram nobis exposuit, felicis memorie Raynerius prædecessor ipsius, tanta vivens fulsit gratia meritorum, quod Dominus ad ostendendam ejus gloriam sanctitatis ad sepulcrum ejus multa, & magna miracula operatur, ut quem virtus morum honestavit in via, miraculorum signi nobis insinuant in patria honorari.* Dat. Reate kal. octob. anno x.

XLIX.
Agitatum
de Mauritiu-
sio abb.
Cist.
sanctis
annume-
rando.

(b) Ep. 36.
Licet humana devotio prompto affetu debeat honorare, quos dignatio diuina benignitatis honorat, tutus tamen esse censimus hoc differre negotium, quam in eo sententiam minus considerate proferre. Noleentes autem deesse supernæ gratiae muneri, sed adesse, discretioni vestrae præsentium auctoritate mandamus, quatenus testes, quos abbas, & monachi dicti loci super vita, & miraculis dicti viri duixerint producendos, examinare prudenter, ac diligenter, ut moris est, interrogare cureris, & depositiones eorum nobis sub sigillis vestris inclusas fideliter transmittatis, ut in ipso negotio cum diligentia & maturitate debita procedamus. Quod si non omnes, &c. Dat. Reate kal. septemb. anno x.

L.
Constitu-
tio Ho-
nor. edita
in eos qui
injuriis
graviori-
bus Card.
afficiunt.

Claudimus hujus anni periodum allata in medium constitutione, quam hoc anno edidit Honorius ad frænum iniiciendum temeritati & audacie improborum, in eos qui quæ eo proruperat, ut etiam S. R. E. Cardinales violare injuriis non vereretur, in quos gravissime poene statutæ fuerunt. Universis præsentes literas inspecturis.

Summi providentia Principis peculiarem populum, quem prætulerat aliis, gratiæ privilegio specialis fovebat manna misericordiæ, ac rigoris virga regebat, beneficis affluens, ultiōnibus non remissus. Amicus etiam Domini Moyses pro eodem populo vitulum obtulit labiorum & manum sacrificium non omisit, post supplicationis hostium holocausto satisfactionis oblatio, causam populi coram Domino precibus, Dei causam in populo gladiis prosecutus. Sane in maligno positi mundi malitia, dum impunitis excessibus, per campum licentiæ discurrit effrenis, claustra juris in-

fringit, aditum pandit injuriis, legem dannat honesti, privilegium promittit errori, & dum spem impunitatis ad alios prorogat, ad culpam nonnullos invitat, sicque fit pœnalis impunitas cum pœnis reservet majoribus puniendos, & per impunitæ transgressions exemplar blandiatur aliis ad offensam. Unde interdum utcumque tyranice parcitur, & misericorditer deservitur, cum publicæ utilitatis interstet, ut excessum vindicta coerceat, & pena sit limes offensæ.

Hinc est, quod propter præsumptam in quosdam de fratribus nostris temeritatis audaciam nos, ne cœlestis Regis contumeliam, qui honoratur, & spernitur in ministris, dissimulationi relinquere, ac Christianæ religionis opprobrium dum Christè Domini, quos ad Christianorum omnium salubre servitium Apostolica sedes assunxit, crudeliter impetuntur, dare negligentie videamur, non tanquam injuriarum ultores nostrarum, sed honoris sponsæ Christi & immunitatis domus Domini zelatores, de communis fratrum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione sancimus.

Poenæ
fulmina-
tæ in col-
dem.

ut si quis in hoc sacrilegii genus irreperitur, quod S. R. E. Cardinalem fuerit hostiliter inscutus, vel percusserit, aut coperit, vel socius fuerit facientis aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel favorem aut postea receptaverit, vel defnsaverit scienter eundem, sicut reus læsa criminis majestatis perpetuo sit infirmis, diffidatus nibilominus, & b. inditus, sit intestabilis, ut nec testamenti liberam habiteat factiōnem, nec ad alicujus bona ex testamento, vel ab intestato vocetur, quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus minus inveniat suæ malitiae successorem.

Fiant habitationes ejus desertæ, & ut non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius edificia in ruinam, & ut perpetua notam infamie perpetua ruina testetur, nullo tempore reparantur. Nullus ei debita reddere, nullus respondere in judicio teneatur.

Quidquid etiam in bonis inventetur ipsius, fisci vel reipublicæ dominio applicetur, ut ex illis nil transmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodanmodo dammentur & sua.

Si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficium spirituale, vel temporale ab aliquibus ecclesiis obtinet, si eis ipso jure privatus; quæ sic liberæ ad ecclesiis revertantur, quod ecclesiastarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. Quod si filium habet clericum, non prælatum, ecclesiasticum beneficium obtinentem, illo præteretur spe collationis alterius omnino sublata.

Nulli præterea talium filiorum, atque nepotum, ex virili sexu descendentium ab eisdem, alicujus aperiatur janua dignitatis aut honoris ecclesiastici, vel munda-

LII.
Derivata
etiam in
posteros.

LX.

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAP.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

ni. Ad alicujus loci regimen non accedat. Sit ei postulandi negata facultas: sit notariae, judicatus, & quodlibet aliud officium, seu ministerium publicum interdictum. In judiciis ejus assertio contra quemque nihil fidei, nihil credulitatis inveniat, ut ad testimonium prorsus reddatur indignus. Sit ei ad ordines ascensus inhibitus: sit ad beneficium, vel officium ecclesiasticum negatus accessus; & ut magis famosa sit ejus infamia, ad actus legitimos nullus ei patet aditus, nulla porta pandatur eidem super aliquo præmissorum, omni spe dispensationis adempta. Præsenti nibilominus adiutorius sanctioni, ut ex insecutione manuum violentia ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, & tam insecutor, quam alii supradicti tanti mali participes, quādiū in sua contumacia perdurant, singulis diebus dominicis & festis, pulsatis campanis & candelis accensis, per omnes illius loci ecclesiias, in quo tantum fuerit facinus attentatum, nec non civitatum, & diocesum vicinarum excommunicati publice nuntientur, nec ab alio, quam a Rom. Pontifice, cum fratrum suorum, & injuriam passi consensu possint absolutionis beneficium obtainere, nisi dumtaxat in mortis articulo constituti.

Cum autem fuerint absolvendi, primo sufficenter & idonee caveant, quod in ferendæ pœnae parebunt, & auxiliante Domino pœnitentiam peragent injungendam. Deinde per omnes illius loci ecclesiias principales, vicinorumque locorum diebus dominicis, & solemnis incedant nudi coram populo, fœmoralia tantum habentes, & virgas ferentes in manibus, cum quibus per easdem ecclesiias publice fustigentur, ituri postmodum ultra mare, & ibi dem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus; nec exinde postmodum revertantur absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Verum cum tales gratiæ reconciliationis meruerint, beneficio absolutionis obtento indulgeatur eis licentia, ut suam, suorumque injuriam prosequantur; & debitorum illorum, quæ contracta fuerint, de postmodum acquisitis repetitio non negetur. Illud autem non duximus omittendum, quod si quis fuerit in præmissis, nudo consilio, vel simplici favore culpabilis, judex in talem pœnam metiatur ex culpa, ut secundum quod excessus exegerit, vindicta procedat. Præmissis etiam dignum censumus annexendum, ut si quisquam aliquo prædictorum excessum quemquam de clericis vel religiosis nostris familias, vel Cardinalium afficer forte, præsumperit, proportionetur pœna delicto, ita quod vindicta ex aequo excessui respondente ab offensa nostrorum cobibeatur deinceps manus temeraria formidine ultiōnis, quos Dei vel nostra, seu fratum nostrorum rever-

An. Eccl. Tom. XX.

rentia non coercet. Si quis vero vel per se, vel per alium, quod absit, occideret Cardinalem, vel evidentem dederit causam mortis, ultra quam præmissa contineant, sic in eum potestas jurisdictionis insurgat, sic rigor ultiōnis inflat, quod contra vitæ subsidium mortis solacium invocet, vivens pœnae non culpæ, vindictæ speculum non offendat.

Per hæc quoque secularibus potestatibus non admittimus facultatem utendi legibus contra tales, quos adversus sacrilegos catholicos principes ediderunt. Quis enim locus regiminis poterit esse tutus? Quis rector securitate gaudebit, si Rom. Ecclesia, quæ omnium ecclesiæ, disponente Domino, caput est & magistra, casibus istis subiicitur? si ejus filii speciales hujusmodi periculis exponuntur? Quem ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangaret, & confusio tam aspera non moveret? Porro qui filius est, dolebit, quæ fidelis matre fidei lædetur. Quapropter si princeps, senator, consul, potestas, vel alius dominus, seu rector, quo cunque nomine censeatur, contra præsumptores prædictos, præsents constitutionis tenorem non fecerit observari, tam ipse quam officiales ipsius infra mensem, postquam res ad notitiam eorum pervenerit, excommunicatione notetur. Quod si populus fuerit circa ista remissus, & ad satisfaciendum rectores, & officiales ejus non compulerit Rom. Pontifex cum suis fratribus omnibus infra mensem exeat, si eum ibidem contigerit tunc morari; & antequam plenarie satisfiat minime revertatur, nisi forsitan inevitabilis ecclesiæ necessitas imminaret, propter quam exitus ejus, & fratrum periculosus proculdubio redaderetur.

Præterea si populus rectorem sic excommunicatum tertio monitus, sicut poterit comoneri, a regimine amovere contempserit, subiiciatur civitas interdicto usquequo congrue satisficiat. Dat. Reate duodecimo kal. decemb. pont. nostri anno x. Exerce re postea constitutionis hujus severitatem successores Honorii Romani Pontifices in eos, qui Cardinalibus injurias graviores intulissent: ut Joannes (a) XXII. in nonnullos Anglos, qui Gaucelinum tit. SS. Marcellini & Petri presbyterum, & Lucam S. Mariæ in via Lata diaconum Cardinals Ap. S. legatos ad pacem inter Eduardum Anglie Regem ac Robertum de Brus, qui sceptrum Scotiæ corripuit, conciliandam Dunelmum profectos, impedimentis ac sacra supellectili spoliabant; sed jam indicasse sufficerit, quæ fusijs nostrorum annalium tomo tertio insinuavimus.

Ex paulo ante allatis his aliisque Honorii literis constat ipsum hoc anno pluribus mensibus Reate commoratum, ibique cathedralē ecclesiam ritu solemnē

bbb. far.

(a) Jo.
xxii.
to. 2. ep.
secr. 422.
430. &
437.

LV.

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAP.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

Reatina ecclesia ab Hon. consecra-
ta. sacrasse vetustæ tabulae exemplum a Ba-
ronio relictum his verbis declarat: In nomi-
ne Domini amen. Anno ejusdem MCCXXV,
Indictione XII. v. id. septemb. tempore Ho-
norii III. PP. pontificatus anno ejus deci-
mo, consecrata est major ecclesia Reatina,
ab ipso domino Honorio cum talibus epi-
scopis, videlicet Ostiensi, Albaniensi, Pre-

nesino, Sabinensi & aliis Cardinalibus,
& aliis episcopis partium diversarum ad
honorem B. M. semper Virginis, &c. In-
de sacræ recensentur reliquiæ sub ara
maxima reconditæ; denique peccatorum
indulgentiæ eam ecclesiam adeuntibus a
Pontifice tributæ.

CHRISTI
1225.

HONORII III. PAP.
9.

FRIDERICI II. IMP. 6.
ROBERTI IMP. 5.

JESU CHRISTI
ANNUS
1226.

HONORII III. PAP.
ANNUS
10.

FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

norii apologiam ab ipso Pontifice audire
præstat, quam si ipsi eam texeremus.

Friderico Romanorum Imperatori semper
Aug. & Regi Siciliae.

Miranda tuis sensibus nostra venit epi-
stola, ut scripsisti, sed mirabilior tua no-
stris. Sane si nostræ paginæ verba justo li-
brajess examine, si literam ad ritu item
sensum, postposito coniuge, non traxisses
interpretis non suspecti judicio, invenis-
ses in illis, unde spirituali patri tenere-
ris & matri. Tuae quidem tenor episto-
lae continebat, quod preter omnium op-
tionem, & consilia principum, ut tuis ver-
bis utamur, te invenimus ad beneplacita
nostra paratum, ita ut nullus prædecesso-
rum tuorum ullis retro temporibus recol-
latur adeo Ecclesiæ fuisse devotus. Sed
de principiis non aliter ex his verbis in-
formabimus animum, quem probabilis cre-
dulitas habeat facti experimento probata,

Inanis
Friderici
Iactantia
de collatis
a se eccl.
beneficiis.

Ut fran-
gatur ab
Honorio.

I Neunte anno Christi millesimo ducen-
tesimo vigesimo sexto indictione quar-
tadecima Fridericus magno armorum ter-
tore non ad defigenda apud Saracenos
crucis trophyæ, sed ad subiiciendos sibi
Insubres expeditionem comparavit, de
(a) Rich. quo hæc Richardus (a): Imperator ipse,
de S. baronibus & militibus infeudatis, cæteris
Germ. in mandat, ut omnes se præparent ad eundum
chron. secum in Lombardiam & ut omnes apud
Frideri- Piscaram, ubi VIII. intrante martii esse
cus in Longo- Imperator ipse dispont, debeant conveni-
bardo- re. Et infra, ubi subjunxit Joannem Re-
novet. gem Hierofolymitanum iplus sacerorum
averso ab eo animo discessisse, cujus dis-
cordie causam opportuniori loco affere-
mus; addit: Imperator de Apulia venit in
territoriam laboris & relicta apud Salernum
in castello Terracinae Imperatrice conforta-
sua, ipse in Apuliam redit, ubi Henricum
de Morr, magistrum justitiarum capita-
neum statuit regni sui, & ipse Piscaram
se contulit, ac exinde in ducatum Spole-
ti perveniens, hominibus ducatus ipsius per-
suas præcepit literas, ut secum in Lom-
Corripi- bardiam debeant proficisci. Quod cum fa-
tur. id cere ipsi requerent præter Papæ manu-
ab Hon. atum, cui tenebantur, Imperator ad eos
aliiisque literas iterat graviores, quas illi de du-
viciis in literis re-
literis re-
pungit Honori-
am.

II. Extant eæ in regesto pontificio gra-
vissimæ Honori literæ, quibus Friderici
objecta ab illo
dissolvit
Pontifex. Clientes Ecclesiæ sibi subiicere meditan-
tis suaque in Ecclesiam collata beneficia
efferentis insolentiam fregit. Illud sane
non admirationem modo, sed stuporem
rem suis ponderibus libranzi afferre po-
test, adeo secundarum rerum successus
Imperatoris animum corrupisse perstrin-
xisseque mentis oculos, ut qui regnum
Siciliæ clientelæ apostolicæ beneficio con-
tra hostium potentiam atque improbitatem
tenuerat, Imperium Romanorum.
Pontificum autoritate fuerat asseditus,
recenter Cardinalium studio dotali Hie-
rosolymorum regno austus esset, tanto-
rum beneficiorum immemor ob restitu-
tas Apostolicae sedi nonnullas terras re-
lata Ecclesiæ beneficia jactaret, suamque
munificentiam cum veterum Imperato-
rum liberalitate non æquaret modo, ve-
rum pompticis etiam verbis efferet; at-
que ob id jus Rom. Ecclesiæ invadere
sibi impune licere putaret. Sed hanc Ho-

Ann. Eccl. Tom. XX.

Bbb b & qdi-

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.**& odium in dilectione notatur.**

Circa tutelam quoque tui, a claræ memoriae Imperatrice Constantia Regina Sicilie Apostolica sedi reliquit, a beneficiorum gratia excipis, si tutela sit debito satisfactum, eo quod fas inducebat, ut fieret, & nefas si deficeret, notaretur. Verum cum nullus necessitatis articulus tunc urgeret Ecclesiam, ut in te, qui eras omni suffragio substitutus, onus non leve susciperet tutelæ, susceptio, quæ a grata sumpsit exordium, habere te debuit de prosecutionis debito non ingratum, saltem ut tutrici notam, non solum suspectæ, sed etiam fraudulentæ administrationis non nitereris impingere, dicens quod Ecclesia nomine defensorum hostes immiserat Apuliae. Habebat præterea diffamationis adjectio, quod quem tutrix Ecclesia debuit promovere, dejectit, erigens in paterna sede hominem alienum, qui non contentus Imperio ad regnum nihilominus aspiravit.

Et quidem non id hactenus habuit tua confessio, non id usque nunc continebat tuarum series literarum quibus post Deum totum ascribebas matris Ecclesiæ studio, totum attribuebas ejusdem nutricis laboribus quicquid eras, & etiam quod vivebas (plures hac de re ipsius Friderici literas supra retulimus). Unde igitur istis tam contraria, tam novella processit opinio? Unde presumptio tam adversa, tam repentina prorupit? Si enim frequens missio literarum comitem conscientiam mitten-
Aliæ Friderici querelæ aduersus Innocentium III.
tis habebat, cum nulla subsecuta sit causa novæ scientiæ, neque scientia novæ cause, cur caluminiose impingitur, quod eviden-
tia facti repudiat? cur sub quodam involu-
cro duplicitatis infertur, quod veritatis simplicitas non admittit? Quod si scripta præmissa substituta erant credulitate scribentis, tua circumspectio colligat, quæ de istis illatio subsequatur. Sunt ne ista subidia, quæ promittebas Ecclesiæ, si necessitas immineret?

Est hic retributionis affectus, quem offerebas, si gravamen occurreret? Non id mater expectavit a filio, non id nutrix sperare debuit a pupillo. Haec Deus, quæ in tali filio aliis spei reliquiæ relinquuntur, si mater tam diligens desperare cogatur? Haec Deus, quæ de tali pupillo fragmenta favoris cæteri colligent, si nutrix tam utilis jaculis detractionis impetratur? Haec Deus, quot & quantos labores amisit Ecclesia, si palmes, quem multo sudore plantavit, & coluit, in amaritudinem vitis convertitur alienæ, cum sit minoris dispendii nullos fructus producere, quam nocivos. Oh, quam uberes lacrymus, quam amaras felicis recordationis predecessor noster Innocentius pro te fudit! Oh, quanta solicitudine laboravit, ut te a nocentium eriperet manibus, insidianum laqueis liberaret, & quasi de mortis fauibus extorqueret! Ecce quid

retributionis eidem imperialis liberalitas afferat; ecce quid regalis magnificentia recompensem, dum pupilli vita insidiator occultus dicitur, & bonorum tacitus spoliator. Recogita, recogita fili charissime, ac infra claustra pectoris frequenti meditatione revolve, quam parvum, quamque depresso ille summus Pontifex post obitum matris accepit, & quam grandem, quamque promotum in sua morte reliquit.

Porro, ut credimus, tenelle infantiae nondum finem attigeras, cum impius Mercualdus tui nominis detractor, perfidus, avidusque tuorum invasor regni Siciliæ metas aggressus, ultraque manus invasionis extendens, montem Casinum obsedit, & insultibus multis impetiit, exercens sui robur exercitus ad speratum exterminium captionis. Sed in hoc Ecclesiæ solicitude non defuit, quæ per duos Cardinales cum multis militibus, & expensis non modicis, efficacem manum auxiliū porrexit obsessis, vires invasoris debilitans, & conatus ob-sidentis elidens. Cumque obsidionis exitus exultantis non responderet affectui, & prorogata spe defensionis ad alios resistendi animum resumerent convicini, se iniquus ille in Siciliam transfulit, ut ibi, si de persona Regis desiderii sui finem attingeret, ad regni fastigium sine difficultatis obstatulo perveniret. Sed nec ibi protectionis solitæ dexteram subtraxit Ecclesia, mittens illuc bonæ memorie C.... tit. S. Laurentii presbyterum Card. nobili viro comite Jacobo consobrino predicti predecessoris nostri multis associato militibus, in tui subsidium nihilominus destinato. Alius etiam Cardinalis tibi postmodum extitit deputatus, qui tuis utilitatibus non remissus, ibi diem clausit extremum, consequenter alio substituto, ut solicitudinis debitæ plenitudo circa tuæ personæ custodiad non deesset.

Interea Diopuldi malitia, longe lateque diffusa, sic se per partes Apuliae, ac terræ laboris extenderat, tantumque receperat incrementi, quod obtenta de P.... quondam comite Celan. victoria, pro majori fere parte homines regionis suo applicabat arbitrio, suoque dominio addicebat in aliquos sicut poterant resistentes, eo crudelius debacchando, quo minus de paucorum, & humilium timebat repagulo, qui de multorum, & sublimium viribus triumpharat. Cumque in partibus illis non haberet Ecclesia quem erigeret contra illum, multosque sumptus amiserit in hominibus regionis, quæ pro te jam fecit expensas multorum millium uncianarum, recepto ad opus tui a G.... comite quondam Brenensi fidelitatis publice juramento, ipsum misit in regnum, ut per eum elati confringeret cornua inimici. Numquid hoc fuit commissum. perdere puerum? Numquid hoc fuit creditum spoliare pupillum? De throno Dei sententia

Refutan-
tur cum
expro-
bratione
justa.CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

retributionis eidem imperialis liberalitas afferat; ecce quid regalis magnificentia recompensem, dum pupilli vita insidiator occultus dicitur, & bonorum tacitus spoliator. Recogita, recogita fili charissime, ac infra claustra pectoris frequenti meditatione revolve, quam parvum, quamque depresso ille summus Pontifex post obitum matris accepit, & quam grandem, quamque promotum in sua morte reliquit.

V.

Friderici querelæ de evesto ad Imperium Othonem respondeatur.

ta prodeat, & virtus altissimi rectum judicium operetur, si adversus Ecclesiam tuam excellentiam decuit talia credere, si debuit ex his concepta credulitas in partum prodire hujusmodi, ut verbis, & scriptis exposita in publico compareret. Sed forsitan hoc divina providentia voluit, ut habeatur in posterum cautela securior ex proviso.

Circa hominem siquidem alienum, quem in sede patris tui, si tamen patris sedes dicti debeat, quæ non successionis, sed electionis jure defertur, erectum fuisse prædixerat, tua prudenter adversus Ecclesiam substitisset inventio, eo quod veritas negata de publicis minus relinquit fidei de occultis. Nullum enim angulum latet Imperii, quod Imperatore Henrico defuncto, quidam olim Philippo quondam duci Sueviae, ac Othoni postmodum Imperatori divisus voluntatibus adhaerent. Et licet idem Philippus nomen tuum primo prætenderit, ad se postea convertit negotium, sic illum succendentibus prosperis suis utilitatibus applicans, quod non jam de jure dubitabat Imperii, sed spem ad occupationem regni Siciliæ prorogabat L.... quondam Eboraciensem episcopum ad hoc mittens. In his etiam tuo subsidio Apostolica sedis providentia non defecit, sic illi per memoriam C.... Cardinalem & nonnullos vasculos Ecclesiæ resistentes in Marchia, quod conatus contrivit adversos, & interdictus est hostibus etiam ad primos regni fines accessus. Philippo tandem sublato de medio, Othoni, quem omnium principum roborata consensibus præsentabat electio, nec expedit, nec licuit diadema Imperii denegari, qui procul dubio, ut scriptisti, subito factus ingratus, tergum non faciem vertit Ecclesiæ, immemor receptorum. Sed quamvis eam multis provocarit offensis, dissimulabat illas utcunque misericordis Ecclesiæ patientia consueta. Sed postquam ad tuam prorupit injuriam, in te quasi in pupilla oculi tactum contrarium ferre non potuit, multas vias excogitans, quibus pleno remedio suo posset subvenire minori. O quam proximus eras periculis! O quam paratus ad casum! Quapropter invocavit Ecclesia illius auxilium, qui superbis refutit, & dat humilibus gratiam; qui imperat mari & ventis, & cessat tempestas; qui deponit potentes de sede, ac ponit humiles in sublimi. Invocavit etiam principum corda fidelium, pusillos & magnos sollicitans, ut ei ad tui relevationem collapsi manum porrigerent adjutricem. Obstinet tandem divina potentia ingratia conatibus, faciens in te cum Ecclesia signum in bonum, ut elato cadente tu surgeres, & potente debilitato tu posses. Arguit euim illum sua malitia, suaque aversio increpavit, quoniam justo Dei iudicio propria perdidi, qui avare cupiverat aliena: & tu,

cui regni tui vix extrema rem inserant, illius omnino Imperium obtineres. Hæc utique salutis remedia cum auxilio principum, divinae providentiae virtute præambula tibi providit mater Ecclesia, talia beneficio puer contulit & adulto. Quid ultra tibi facere potuit, & non fecit, de contingentibus nil omittens, & ea etiam, ad quæ non tenebatur, adiiciens? Miramur autem, quod in his tuos labores commemoras, dicens te dubii casus facta secutum, qui vocatus ad certa, laborantibus aliis, in labores alterius introiisti, metens quæ non seminasti, & colligens proculdubio quæ non sparsisti.

Denique defuncti fatigata persona nostram tua non præteriuit inventio, minus diligenter considerans, quod nos, qui prædecessori prædicto, quo ad utilitates tuas affectione plenaria succedentes, ad tui consummationem honoris patenter astitimus & potenter, nostro in multis detraximus, ut tuo adiiceremus honori, facti quodammodo famæ nostræ prodigi, tuae parci. Sed pro istis, & aliis hac nobis retributione respondes, quia dicis jus. Regibus Siciliæ in electionibus prælatorum, sicut afferis, debitum ex antiquo nostris constitutionibus minorari. Verum si scripta tua, & genitricis tuæ manu solicitudinis revolvisses, si sanctorum etiam patrum constitutiones adverteres, non culpare Ecclesiam circa defensionem ecclesiastica libertatis, cum non debeat de prosecutione mordere justitiae, qui contendere nitorit de abusu. Afferis insuper nos, præter formam communiter requisitam, te inconsulto, quibusdam ecclesiæ regni vacantibus præfecisse personas. Sed quæ sit illa forma nescimus, quæ pro certo nimis esset informis, per quam Apostolica sedis iudicium ex tua voluntatis arbitrio dependeret. Non tamen intendimus promovere suspectos, dummodo non ultra notam suspicionis extendas, quam rationis tramites patientur. Et infra, ubi objecit ab ipso Tarentinum archiep. Catannensem & Cephalud. episcopos improbe pœnis variis affectos; addit: Quia vero Dei causa deesse non possumus, nec debemus, super omnibus istis, & aliis contingentibus ecclesiastica libertatem sic, divina suffulti potentia, debitum nostri præsequemur officii, quod Deo pro posse satisfacientes, & homini, in hoc geremus utiliter negotium nostræ salutis & tuae, cum deferre homini contra Deum, præsentim in talibus, sit nocere; ac parcere, sit servire; manus enim mulierum misericordium filios decoixerunt, sed habeat vera dilectionis plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amarius inferuntur.

Adieci præterea, quod post reditum in regnum Siciliæ, redintegrassis viribus tuis pro temporum varietate dispersis, exclusis rebellibus, Ecclesia contra ma-

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

VI.

IX.

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.

tris officium suspectos filii receptavit. Et quidem de virium redintegratione gaudeamus: & utinam redintegrantis affectio sic debitum fuisse contenta limitibus, quod a justitia recuperationis in suis, in alienis ad usurpationis injuriam non transisset, quia præter id quod in die novissimo districti Judicis ultione reddetur, consummari felicibus substantia non consuevit eventibus, augmentis non aggregata legitimus, quinimmo grandis acervus inficitur partis adjectione corruptæ. Super exclusis responso supersedere possemus, nisi aliquius iudicio crederetur retardatum silentium repetitam justificare querelam. Sed ut videmus, quod hactenus respondentis dissimulatio distulit, nunc extorquet instantia conquerentis. A memoria quoque tua excidisse non credimus, quod comiti Thomasio, Raynaldo de Aversa, & fautoribus eorumdem, antequam eastræ, quæ viribus obtinere nequiveras, resignarent, inter alia, quæ publica & autentica sunt conventione notata, venit expressus personarum securitas in promissum; & ut id robur firmatis haberet, nos & universi fratres nostros rogasti per nuncios, & litteras speciales, in testimonium reservatas, ut Rom. Ecclesia supersecure ac confidenter reciperes, quod inviolabiliter promissa prædictis attenderes, & plenarie conservares: sed utrum verbis facta responderint, fidesque promissis plusquam deceat sedis Apostolice, ac excellentiæ Imperialis honorem; afflictionibus publicis, & pœnis manifestis exponunt nonnulli de fautoribus comitis memorati, quorum multos post speratam de securitate fiduciam dedisti exitio, & quosdam ignominiosa morte damnasti; proinde possumus non inmerito formidare, ne nostra patientia, in prædictis veræ patientiæ nomen amiserit, & effectum. Quare non credas id obliuioni esse relatum, licet sit hactenus dissimulatione suspensum; sed quod in similibus inferiores pro te promittere debeant, de specula poterunt eminenti recipere speculum & ex-

FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

emplar. In quo quantum auctoritati sedis Apostolice sit detractum, quæ ipsos ad premium tuarum instantiam sub sua securitate recepit, satis intelligunt qui rem sciunt.

De comite vero Matthæo, quem apud te in subtractione suorum Terræ sanctæ servitum, crucis & Crucifixi reverentia non defendit, comiteque Rogerio quondam captivo, ut nosti, & postmodum liberato, ut scimus, nec non & quibusdam aliis, qui ad urbem, & loca confinia a persequentes facie configuerunt, conquiescat de cetero conquæstio principis excellentis, ne sicciam stipulam persequi, & contra folium, quod a vento rapitur, suam monstrare potentiam videatur. Hæc quippe a Julii Cæsaris gestis non elicis, qui Domitium pœnae avidum, & venia contemptorem vitæ servavit invitum, & Metellum se gladiis offenserentem ira tanti principis reputavit indignum. Certe in Israëlico populo civitates erant refugii, & urbem ad refugium Christianus populus non habebit? David recursus erat oppressis, & summus Pontifex David magni vicarius avertet faciem ab afflictis? & utique non, cum nulla molestia tibi per illos inferatur, & tuis nisi velis id dumtaxat ferre molestia quod vivunt.

Adhuc de viro egregio socio tuo, si ad nostram pervenisset notitiam, quod de iis, quæ tibi facere debuit, omisisset, nostra eum non præteriret monito, quem tibi defideramus acceptum, & te illi potissimum ex gratiosum. In quo movet multorum corda miratio, quod cum consueverint alii crescere ex affinitate majorum, iste non sine multorum scandalo, non sine Terræ sanctæ dispendio, non sine tui nominis laetione decrevisse videtur. [1] Discordiæ inter Joannem Regem Hierosolymitanum ac Fridericum exortæ meminit Richardus, (a) Ricb. e S Germ. in chr. Jord. MS. bibl. Vat.

X.

XI.

Expro-
bratur
Frideric.
Joan. re-
gno ex-
uiffe.CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

xoris regno potitum sperabat, nec fugæ locus erat, ut ex angustiis, in quas se conjecterat, explicaret: ajunt vero nonnulli vitæ discriben una cum Gualtero nepote ex altero Gualtero & Tancredi filia prognato adiisse, cum Fridericus conflatam in se ab iis conjurationem suspicatus esset; addit Jordanus Joannem regno Hierosolymitano exutum in Gallias se contulisse. Indignum hujusmodi in Joannem facinus his verbis Friderico exprobrare pergit Honorus: [1] Et quidem his similia magnis locis principum gesta non continent, sublimum mores ignorant, liberalium lirgitas non acceptat. Non sic illius Terræ procuratur utilitas,

non sic ad ejus subsidium bellatores strenui adveniunt. Super quo tibronera gravia, & importunitas nos afferis alligare, quæ digito nostro movere nolimus; non attendens quod jam pluribus annis elapsis ultra te illis oneribus subiecisti, spontaneus in Theutonia signum crucis assumens; non attendens, quod Crucifixi gerendo negotium, onus non leue tulit Ecclesiæ in ecclesiasticorum decimatione proventuum; non attendens quod per fratres nostros & alios predicatorum multi potentes & nobiles, magni & parvi se crucis obsequio devoverunt. Pro mercatoribus autem Romanis excellentiæ tuæ frequenter scripsisse meminimus, sicut dicas; sed cum per hoc jus suum non as-

NOTÆ

[1] D issidii hujus inter Fridericū & Joannem regem originem hanc suppeditat Bernardus thesaurarius, quem ex iis, quæ inferius expendimus, historiam suam de acquisitione Terræ S. usque ad annum 1274. circiter perduxisse suspicor. Historicus iste narrat Fridericū uxorem suam filiam Joannī fastidientem, amorem suum in ejus ancillam collocasse, adeo ut cum illa ne commisceari quidem sustinuerit. Hinc discordia inter Joannem & Fridericū. Joannem vero invisum sibi imperatorem fugisse in Galliam, Jordanus apud Raynaldum hic affirmat. Sed vereor ne author ille nunc tandem e latebris extrusus a Cl. Muratori in dissert. de antiquit. Italiae medii ævi to. IV. præpostere hic retrahat iter Iohannis in Gallias, quod ante aliquot annos obiverat. Nam Thesaurarius afferit Joannem a Friderico palsum Romam prius, dein Bononiā venisse, ibidem substituisse tandem; donec Fridericus sibi ab illo metuens, pacem obtulit & obtinuit. Tum rex in Apuliam redit, ubi ad usque obitum Jolanda imperatricis filię suę moram traxit. Huic Bernardi narrationi per omnia congruit author continuationis Gallicæ ad Historiam Guillelmi Tyrii, vulgatae in collectione monument. a Martenio to. V. Verum duo hæc scripta unum idemque esse opus non suspicor tantummodo, sed & evidentius his argumentis de nitro. Constat equidem Latinum Opus Bernardi Gallicæ primo ab authore suo scriptum fuisse, ac dein alio quoq; a interprete in Latinum transisse; nam in exordio codicis Etsen, unde historiam hanc Bernardi Muratorius deprompsit, legitur: Incipit historia de Acquisitione Terra sancta, quam author hujus operis translatis ex Gallico in Latinum. Hujus vero Gillici authoris nomen in operis decursu prodit Latinus interpres, saepe Bernardum Thesaurarium illum appellans. Interpretrem vero doctissimus Muratorius in præfatione ad illud opus indicat F. Franciscum Pippinum de Bononia Ord. Fratrum Prædicatorum, qui & anno MCCCXX. itinerarium M. Pauli seu Poli Veneti Latine vertit. Cujusmodi interpres munus ita egit F. Pippinus, ut non verbum verbo reddiderit, sed latius excurrens Gallicum authorem perspèce contraxerit, & sensum scriptoris, non verba, frequenter expressebit. Non raro etiam quædam interserit ex alii authoribus decerpta, ad extremam libri oram adnotans ea quæ Bernardus de historia illa scriptis, & sensit. Hæc si demas, Latina hæc historia adeo cohæret Gallicæ in collectione Martenii vulgatae, ut nullas rerum circumstantias, quæ in una leguntur altera omittat; quin & allocutiones ipsa ducum, regumque iisdem phrasibus utrimque recitantur, ut ex collatione disceptationis habitæ coram rege Americo, cum de obſidione Tabaria ageretur, perspicue resultat. Insuper eadem interdum epitheta nova & inusitata uni eidemque rei in utroque opere adduntur. Iohannes rex Hierosolymæ a Friderico discedens Bononiam pinguem adiit, ut scribit Latinus author; eadem & in Gallico leguntur, in quo Iohannes pergit a Bologne la Craffe. Utrinque pariter animadvertisit urbein Hierosolymam cessisse Saracenis die festa S. Leodegarii anni 1187. quanquam in Gallico opere mendio forte vel codicis, vel typographi fit 1188. Denique idem utrimque ordo in rebus narrandis servatur, quanquam ex frequentibus Latini interpolationibus hæc minus sentiuntur. Sed age in gratiam eorum, qui alterutro ex his operibus parent, unicam ex utroque periodum afferamus eam, quam diximus, phrasum similitudinem ad oculum exhibent. Thesaurarius cap. 114. Sribit de regina Angliae in Cyprum transfectantem. Jaffa ancoris apud urbem, quæ Limeron dicitur, Kirascus, qui ibi castrametatus erat pro tutela insulae contra itinerantium incursiones &c. Hæc verba ita recitat Gallicus author: Cil tornerent vers terre, & getter encré devant une cite qui a nom Limeron. En ce point estoit li empereur de chypre a Limeron a tot son oft. porce que se cil qui alvient, & venoient outre-mer vouloient faire force en l' Isle ne rober qu'il fust appareille du defendre &c. Ex his patere arbitror Gallicum Latinumque scriptum unum idemque esse opus Bernardo Thesaurario tribuendum, quod a doctissinis Gallici operis editoribus ignoratum fuit. Discimus pariter F. Pippinum mutillum codicem Gallicum nauctum fuisse, cum Latinam historiam nonnisi ad annum 1230. circiter perduxerit. Qiam mutilationem ipse pariter interpres subodoratus in calce historiæ suæ hæc adjectit. Hæc de gestis regis Joannis sumpta sunt ex historia Bernardi Thesaurarii. Qualis enim fuerit exitus non inveni, vel quod bißtoriam non compleverit, vel quod codex unde sumpti fuit imperfectus. Continuavit utique Thesaurarius historiam suam usque ad annum 1274. quo Lugdunense I. Concilium celebratum fuit; ejusdem enim in fine historiæ suæ meminist. Hinc etiam de aetate Bernardi Thesaurarii, quam Muratorius ex conjectura tantummodo subodoratur, argumentum capere licet. MANSI

NOTÆ [1] Q uæ hic ab Annalista recitatur epistolam in regesto Vaticano Honorio tribui ex eo colligo quod Raynaldus, cui illud consulere prouum fuit, Honorio re ipsa assignat. Insuper Thomas Capuanus sculpi hujus scriptor, cuius Dictatorem anno 1224. Cl. Hahnus in sua collectione edita Brunsvigæ vulgavit, eamdem epistolam integrum cum fragmento a Raynaldo hic n. 8. omisso inter Honorianas collocavit. Quare in ejusdem epistolæ versione Ital., quam Cl. Lamyus e codice bibliothecæ Riccardianæ vulgavit in Deliciis eruditorum to. I. operum Latinorum pag. 256. emendandus est titulus, nec Gregorio IX. quemadmodum ab authore ejus versionis præstitum est, sed Honorio III. tribuenda. De suo pariter author ille adjectit correctionem in textu, quam a mente pontificis aliena fuisse mihi exploratum est. Ubi enim epistola genuina apud Raynaldum & Thomam Capuanum fert: Ad bac de viro egregio socio tuo si ad nostram &c. ita legit Interpres: del Conte I di Brenna nobile socio tuo &c. Quis interpolationem non agnoscat? Næque enim credibile est pontificem expoliatum regno Hierosolymitano a Friderico Joannem, quasi merito id præstitum fuerit, agnoscere, & approbasse, ut non amplius illum regis titulo donandum censuerit. Cum præsertim in literis anno sequenti 1227. scriptis, a Raynaldo ibidem numer. 50. relatis, confueto regis titulo illum decoraverit. MANSI

CHRISTI
1226.HONORII III. PAR.
10.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP.
6.

Objurgatur Ecclesie fixa jura invadere meditatum. **XIII.**
Incusse illi mina.

ram beneficiorum nou subtrahet, & dulcedinis ubera non abscondet, cum non sit verisimile, quod animi ferventis affectum ab illo de facili velit avertere, quem multo labore fovit impuberem, multaque solicitudine promovit adulterum. Dat. Lat. [1]

Puduit Fridericu Pontificem optimè de se meritum injuste lacestissime, ac veritus ne, si justas in se Apostolicæ sedis iras concitaret, res suas labefactaret, tumida verba in demissi obsequii officiorumque significationem convertit. De alatris enim a nobis literis locutus Richardus, addit: Propter quid Imperator, ut ipsius placaret animum, rescribit humiliiter in omni subiectione. At quamvis ab Spoletanis adiecto poenarum terrore tamquam Imperii clientibus ad sua signa evocandis compellendisque destiterit, hæsit tamen in animo infixus justè objurgationem violentiam, post commodum possessiois adeptum, factus de petitore posseffor, offers conquerentibus te jus in tua curia redditum. Super quo sicut nova jura sunt condita, in publicum prodeant, cum id non patiantur antiqua.

Quia vero non est abbreviata manus Domini, ut non possit sublimitatem incurvare hominum, & ultitudinem humiliare virorum, nunc cum felicium tuis votis successum splendor illuxerit, in sereno humilitatem non deseras, quam in nubilo pre-tendebas. Speramus itaque quod viri tam discreti memoriam, nunquam sic ad examinationem deducet oblivio, ut omnino in vitium ingratitudinis incidat, quod reprehendit in æmulo, & culpam, quam damnat in hoste, committat. Non ergo seducant te prospera, quem instruxisse debuerunt adversa, cum fuerit Pharaonis pincerata notatus, eo quod succendentibus prosperis sui est oblitus interpretis; & lex nobilitatis id habeat, ut nobilium mentes excelsa non elevent, & infima non deminant. Quapropter, fili charissime, probatis Apostolicæ sedis affectibus, nullius suggestionis te subducat, quæ nisi obstaculum nivis indepositionis impedit, a te dexteri-

ram beneficiorum nou subtrahet, & dulcedinis ubera non abscondet, cum non sit verisimile, quod animi ferventis affectum ab illo de facili velit avertere, quem multo labore fovit impuberem, multaque solicitudine promovit adulterum. Dat. Lat. [1]

Puduit Fridericu Pontificem optimè de se meritum injuste lacestissime, ac veritus ne, si justas in se Apostolicæ sedis iras concitaret, res suas labefactaret, tumida verba in demissi obsequii officiorumque significationem convertit. De alatris enim a nobis literis locutus Richardus, addit: Propter quid Imperator, ut ipsius placaret animum, rescribit humiliiter in omni subiectione. At quamvis ab Spoletanis adiecto poenarum terrore tamquam Imperii clientibus ad sua signa evocandis compellendisque destiterit, hæsit tamen in animo infixus justè objurgationem violentiam, post commodum possessiois adeptum, factus de petitore posseffor, offers conquerentibus te jus in tua curia redditum. Super quo sicut nova jura sunt condita, in publicum prodeant, cum id non patiantur antiqua.

Friderico Imperatori.

Cum omnibus injuriis patientibus paterno compatiamur affectu, & gravamina singulorum, prout ad nostrum spectat officium, solcito perseguamur, molestias & gatturas, quæ viatoribus, & praesertim vienientibus ad sedem Apostolicam, & reuentibus inferuntur, tanto accuratius prosequi nos oportet, & stratas publicas debita securitate tueri, quanto id ad maiorem utilitatem totius populi Christiani digne-
 scitur redundare, ac a prædecessoribus nostris factum est hactenus, & a nobis folici-

XIV.

Frangit

arrogan-

tiam Fri-

der.

XV.

Officio

lit.

mul-

cere

stu-

det

B

norium.

XVI.

Fovet

itinera-

rum

gra-

fato-

res.

(a)

Lib.

10.

op.

334.

XVII.

XVIII.

XIX.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XXXX.

XXXI.

XXXII.

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

vissimas aduersus perduelles iras prorupit, atque in literis saepius ut gravissimum crimen Longobardis objecit, venientem ad patris anplexus filium arcuisse.

XIX.
(a) Chron. I. i. an. 1225.
Discordia in bellum vertitur.
(b) lb. hoc ab.

Quæ urbes aduersus Imp. co-
serint.

XX.
Honori ad conciliandam inter eos pacem studia.

XXI.
Querula Frid. de accepta injuria ad Hon. lit.

Propulsato itaque Henrico Verona, cuius tyrannidam, ejecto Richardo comite, arripuisse anno superiore Ecelinum Patavinus monachus scribit, (a) Fridericus Cremonam se contulit, ibique colloquium ad emolliendos blandis pollicitationibus foederatorum animos habuisse ait idem auctor, (b) Mediolanenses ejus verba aspernatos esse; immo tunc magis exasperatos populos mutuo inter se foedere ad tuendam libertatem coisse addit Richardus e S. Germano, iisque Imperatorem bellum indixisse refert: *Imperator Cremonam vadit, ibique diebus paucis faciens moram, cum se civitas Veronensis cum Mediolano, & aliis subscriptis civitatibus ipsi Imperatori contrariis confederasset, ad burgum S. Dominii se contulit; ibique sibi coadherentibus quibusdam prælatis & principibus Alemanniis, ac proceribus regni sui contra civitates istas sibi contrarias, videlicet Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Tervisum, Padum, Vicentiam, Tauriam, Novarium, Mantuanam, Brixianam, Bononiam, & Fuentiam diffidationis evulgavit edictum, quod cæteris sibi fuentes civitatibus præcipit observari. Subiungit auctor ea discordia in bellum aperatum versa, Henricum in Germaniam regredi coactum, Tridentinam urbem sibi obstantem flammis delevisse: Fridericum vero ad comparandas maiores copias rediisse.*

Attulit ejus belli fama gravissimum dolorum Honorio, qui omni opera ac studio contendebat, ut Christianorum arma ad recuperandas Hierosolymas defendendamque religionem contra Machometis superstitionem vernerentur: moxque legatorum opera ac literis Longobardos & Fridericu ad conciliandam pacem urgere coepit, nec se difficilem illi admittendæ Fridericus præbuit: datis enim Fogiæ literis, quibus de accepta a Longobardis injuria, utque illi celebrandum de adornanda Asiatica expeditione concordum discussissent, gravissime conquestus, subjunxit se pro eo, quo teneri se ajebat, solvendi voti ac vindicandarum Christi injuriarum desiderio suas oblivioni tradere, remque totam Pontificis & Cardinalium arbitrio committere.

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio Dei gratia sacrosancta Rom. Ecclesia summo Pontifici, Fridericus eadem gratia Romanorum Imperator semper Aug. Hierusalem, & Sicilia Rex, salutem, & reverentiam, tam debitam, quam devotam.

Qualiter nobis pridem euntibus in Lombardiam pro curia celebranda Cremonæ specialiter pro negotio Terræ sanctæ quidam Lombardi conurbationis illicitæ, videlicet Mediolani, Placentiæ, Laudæ, Vercelliæ, Brixia, Mantua, Verona, Tervis, Padua, Vicentia, Bononia, & Fuentia civitatum, & ii qui tempore illo, quo apud Mercuriam per venerabilem patrem Portuen. & S. Rufina episcopum, tunc Apostolicæ sedis legatum, Verner. Tyren. &.. Mediolanen. archiepiscopos, & Brixien. & Mantuan. episcopos, & alios quamplures prælates H. venerabilem magistrum domus S. Mariæ Theroniticorum in Hierusalem, & Alatrium capellanum vestrum, concordia inter nos, & ipsos fuerat ordinata, & per ipsos unanimiter acceptata, conjuraverint cum eisdem, tam salubri negotio se temere opponentes, nobis & Imperio graves intulerint injurias, & enormes, Regi filio nostro, & principibus aliis ad eandem curiam convocatis, nequiter interdicentes accessum beatitudinem vestram creditimus bene scire. Scit etum omnium cognitor secretorum, quod postpositis omnibus ad ejus servitum intendentes ad eam appropinquante termino celebrandam veramus in spiritu dilectionis & gratiae circa omnes, nec habebamus animum aliquem offendendi, nec conceperamus aliquod odium contra aliquos, propter quod oportaret de nobis merito dubitare, licet quidam de partibus illis nos, & Imperium graviter offendissent, quorum offensas nolebamus taliter vindicare, sicut Imperii nostri dignitas exigebat, & ostendebamus etiam in affectu; immo pro reverentia Salvatoris, cuius negotium intendebamus efficaciter procurare, volebamus inde benigne agere cum eisdem, & talia facere, quæ nullatenus fecissemus, nisi causa tam sancta, immo sanctissima nos urgeret. Sed statim quod ivimus, pro pace scandalum, & pro benignitate malitiam adeo in eis invenimus, quod nec quantum niteremur benigne circa ipsos agere, non potuimus eos ab iniquo proposito revocare. Sicque factum est, quod eorum nequitia perdurante, tam celebris curia pro re tam digna, immo dignissima constituta debitum non potuit habere processum. In quo quantum ipse Deus, cuius negotium agebatur, graviter sit offensus, quantum honori S. Romanæ Ecclesiæ, nec non & nostro, & Imperii fuerit derogatum, vestra sanctitas adverte poterit diligenter.

Sane, beatissime pater, licet potuissimus hactenus, & possimus tantas, & tales injurias vindicare, quia tamen negotium redemptionis, quod nostris duximus humeris applicandum, postponere nolumus, Horonem debemus, & ad executionem ipsius astem debemus, ejusdem insu-

per

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

per sequentes exemplum, qui mortem proximam recipiens temporalem, suas sustinuit injurias patienter; quia etiam de benignitate vestra pleniorum fiduciam obtinemus, hujusmodi causam inter nos & Lombardos prædictos ordinationi, dispositioni, & voluntati vestre ac frarum vestrorum venerabilium Cardinalium duximus libere committendam, scientes nos ratum habituros, & firmum, quicquid providentia vestra decreverit exinde faciendum. Datum Asculi vigesimo nono augusti quartædecimæ indict.

XXIII.
Recusantem illud munus Honoriū urget admittere.

(a) Extat. reg. Hon. I. ii. ep. 436.
Ea de re posterio- res lit.

Hactenus Fridericus, qui Pontificis opera ac religionis metu ad ipsius obscurum Longobardos adductum iri sperabat, quos armorum terrore non percussisset. Verum Honoriū, quanquam omnem operam ad concordiam adducendam collocabat, grave tamen onus suscepturum putavit, si arbitri partes ad dirimendam controversiam admitteret: atque etiam verebatur, ne postea Fridericus, quæ ab ipso statuerentur, infringere temeraretve. Quam justam suspicionem Imperator repetitis literis (a) amovere studuit, precibusque impulit, ut reliquat ipsius arbitrio causam decideret.

Sanctissimo patri domino Honorio &c.

Placuit beatitudini vestra super reconciliacione Lombardorum, mediante vestra providentia, facienda per venerabilem Tyren. archiepiscopum regni Hierosolymitani cancellarium, & fratrem Hermannum magistrum domus hospitalis Theutonicorum dilectoris familiares, & fideles nostros noviter respondere nobis, videlicet quod visum erat apostolatu vestro, & vestris fratribus universis imposuisse nos importabile onus vobis, eo quod ita recipieatis super vos, & sacrosanctam Rom. Ecclesiam specialiter factum istud. Et quoniam dubium videri posset aliquibus, ut quod modo promittimus processu temporis forsitan irritare vellenus, testimonium super hoc invocamus illius, qui rimatur secreta cordum, qui novit omnia, antequam sint, quod in fidei puritate hoc facimus, & istud vobis commisimus in vera rectitudine cordis nostri. Et cum circa honorem nostrum sancta mater Ecclesia solicita semper fuerit, sicut novimus, tanto nobis debet esse nunc efficax in hoc facto, quanto specialius videtur id facere propter Deum.

XXIV.
Unde sicut jam fecimus, & literæ nostræ protestantur, quas misimus, iterato vobis cum omni fiducia committimus factum istud; beatitudinem vestram, de qua fiduciam specialem habemus, attente rogantes, quatenus super factu ipso, quod jam utiliter assumpsis, firmiter & securiter procedentes cum Deo, illud inde facere, statuere, ac ordinare velitis, quod ad hono-

Ann. Eccl. Tom. XX.

FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

rem Dei, & sanctæ Rom. Ecclesie, Imperii, atque nostrum valeat redundare, & servitum Terræ sanctæ, quod teste Deo, ex nimia devotione, & affectione cordis diligenter præponimus omnibus factis nostris, & in injuria Christi, & Christiani nominis ignominiam, propter hoc nequeat impediri; quoniam, quidquid statueritis de reconciliatione prædicta, ratum & gratum habebimus, & juxta providentiam & ordinationem vestram, confirmationis literas & scripta exinde faciemus; ita ut nunquam pia mater Ecclesia assumptione super se pœnitiat onus istud, sed pro nobis potius, tanquam pro speciali filio, si neceſſe fuerit, majora facere teneatur. Si vero, ubi humiliando nos propter Deum, arbitrio, & voluntati, ac ordinationi vestrae commisimus factum istud, Lombardi forsitan, quod non credimus, ordinationi vestrae parere noluerint, suppliciter rogamus & petimus, ut Deum, & patientiam nostram habentes pre oculis, quod vestrum est ex inde facere debet. Ceterum quidquid super hoc, & aliis prædictis Tyrensis regni Hierosolymitani cancellarius, & L... Reginus archiepiscopus, ac memoratus magister, dilecti familiares, & fideles nostri exponent vobis oretenus ex parte nostra, illam fiduciam verbis, & dictis eorum adhibeatis, si placet, ita eis firmiter & secure creditis, tanquam si prolatâ hæc ab ore nostro personaliter audiretis. Datum Fogiæ XVII. die nov. xv. indict.

Permisere etiam Pontificis arbitrio sua Longobardi jura, atque ob id foederatæ Consenserunt procuratores instituere, ut compo- Longob. rem ab Ap. fede (b) definiri. (b) ib. ep. 437. 438. Concor- dia firma- ta ab Hon- norio.

439.

Cccc 2 ta,

CHRISTI
1226.HONORII III. PAR.
10.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.(a) Li. 11.
(b) 440.

XXVI. Rectoribus societatis Lombardie, Marchiae, ac Romaniae.

Honorii in re de-
cidenda sententia. Ejus locum, licet immeriti, obtinentes in terris, qui pax nostra fecit utraque unum, duos parietes venientes e diverso coniungens in seipso lapide angulari, nascen-
tibus debemus obviare discordis, & intendere solcite, ac diligenter ad ea, quae sunt concordiae, unitatis, & pacis. Cum ergo nuper inter charissimum in Christo filium nostrum Fridericum Romanorum Imperatorem semper Augustum & Regem Siciliae, atque nos discordia orta esset; nos attentes, quod res, nisi obstatetur principiis, videbatur altius progressura, & praeter difficultates alias allatura impedimentum negotio Terrae sanctae, pro quo est tanto tempore laboratum, dignum du-
ximus interponere partes nostras, & igne-
bujusmodi, antequam vires assumpisset, extinto, gravibus obviare periculis, quae quidem ex hoc, nisi tempestive occurserunt poterant evenire. Ipsi igitur Imperatore, ac vobis totum ipsum negotium in nostra, & fratribus nostrorum providentia & dispositione, libere ac absolute ponen-
tibus, idque declarantibus per literas, & publica instrumenta, necnon per solemnes procuratores & nuncios, propter hoc ab utraque parte ad nostram presentiam destinatos, cum inter cetera fuisse ex parte ipsius Imperatoris propositum, quod im-
pediente societate vestra, nequiverat juxta propositum suum procedere contra pravita-
tem haereticam, quae partes illas dicitur graviter infecisse, ac relevare libertatem ecclesiasticam, quae ibidem multipliciter as-
serebatur oppressa, nec procurare subsidium Terrae sanctae, propter quod specialiter ad partes ipsius duxerat accedendum, quodque captivi sibi contra jus, & honorem Imperii fuerant denegati;

Quas eas-
fas suae in-
Longob.
expedit.
prætex-
rit Frid.

XXVII. Nos bis, & alii, quae fuerunt hinc inde proposita, plenus intellectis, de prouidentia sic duximus statuendum, ut videlicet ipse Imperator pro reverentia Jesu Christi, & negotio Terrae sanctae suo, & filii sui, ac Imperii nomine iis, qui sunt de societate jam dicta, universaliter singulariter universis remittat omnem rancorem, malevolentiam, injurias & offensas; omnia quoque banna, consti-
tutiones, sententias, & ordinamenta, quae fecit, vel imposuit per se, vel per alium, aliisque pro ea societati vel alicui de societate praedita, civitatibus, locis, &

CHRISTI
1226.HONORII III. PAR.
10.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

cripsit humanissime: se nunquam immuni passurum jura Imperii, cuius amplitudinem potius augeri cuperet: datum legato munus, ut quæ ad Imperium spectarent, praesidiario milite munita in fide & clientela Ecclesie prælatorum opera contineret, ut postea Imperatori, cum fidei causa confirmata esset, restituerentur.

Honorius, &c.

Tuæ sublimitatis solicitude(b) non impro-
be postulavit, ut civitates, castra, & alia lo-
(b) Li. 11. ca ad Imperium pertinentia in partibus Pro-
vicia, ac regni Arelaten. & nominatim Hon. lit.
ad Frid.

ea, quæ quondam Raymundus comes Tolosanus tenuit ab Imperio, tibi, sive ad dilecti filii nostri R... sancti Angeli diaconi Card. A. S. L. sive ad cujuscunque alterius manus, occasione exercitus facti, ob extirpandam de partibus illis pravitate haereticam, devenerunt seu adhuc forte devenient, restitui faceremus. No-

Pollicetur verit itaque tua serenitas, nos qui tua, & Rom. Imperii jura minuti nolumus, sed augeri, in Prov. & regno Arel. non amissum.

retica pravitate purgari, ut jura Imperii servarentur illæsa.

Licet igitur tua petitio a nostro proposito non discordet, restitutionem tamen bujus-
modi providemus differendam, donec quæ Loca ad illud spe-
terre ad Imperium in partibus illis per-
tineant, ac totius negotii circumstantia no-
bilis per relationem ipsius legati plenius in-
notescant. Ipsi autem Cardinali ad præ-
fens per scripta nostra mandavimus, ut

Later. non. januar. pontif. nostri ann. XI. terras ad ipsum Imperium pertinentes, in sua, & Ecclesie potestate retineat, facien-
do eas per episcopos, & alios ecclesiarum prælat. custodiæ commit-
tenda.

(a) Ib. ep. 443. 444. certa verborum forma conceptæ, quas Longobardi ad Imperatorem, vicissimque ad ipsos Fridericus, tum illi ad Pontificem transmissuri essent, ut pax firma-
ri nexus valido devinciri posset, quas ne fatigemus lectorem, omittimus.

Ut Imperatoris jura in Longobardia asserere studuit Pontif. ita ne in Provin-
cia atque Arelensi regno quovis pio prætextu invaderentur, animum adhibuit. Moverat adversus impios expeditionem Ludovicus Galliarum Rex, cumque eo bello Raymundus, qui plura in Provin-
cia loca fiduciario jure ab Imperio Rom. obtinebat, peteretur, metus Fridericum incessit, ne Galliarum Rex excindendæ haereseos specie eas urbes Albigeni labe infectas eriperet Imperio, Galliarumque regno adjungeret, literisque Honorium bellii in Albigenes sacri auctorem interpellavit, ut urbes obnoxiae Imperio, quæ armis crucis signatorum occupatae essent, restituerentur sibi, vel legati apostolici fidei committerentur. Cui Pontifex ref-

XXXIII. Præcepit legato ne principiū cath.

Ex tantum aliæ eodem argumento literæ ad Romanum S. Angeli diaconum Card.

exaratae (c) quibus significavit Frideri-

terras illi petita; tum ipsi præcepit daret ope-
ri pa-

(d) aliisque literis præceperat Ludovicum hortaretur,

(e) Ib. ep. 386.

ut pia consilia ab omni proprii commo-
di

Recipere
in gra-
tiam co-
lationis fa-
& parti-
cipes.

Contra
Ecclesiam
statuta e-
dicta abo-
leant.

XXVIII. Dictæ
Longob.
leges.

Quadrin-
gent. mi-
litæ bien.
in bell.

Restitu-
ant capti-
vos.

Edicta
Imp. con-
tra haeret.
obser-
vent.

CHRISTI
1226.HONORII III. PAR.
IO.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP.

difice segregaret, nec regum Aragoniae, & Angliae, vel Imperatoris in eas, aut quae ab iis penderent, affectaret: *Quia tunc Deo accepta sunt humana servitia, cum ad ejus honorem, & laudem principali referuntur, discretionem tuam solicitandam duximus & monendam, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus ipsum Regem, & praelatos, ac magnates alios dicti regni, secundum datam tibi a Deo prudentiam moneas diligenter, ut habentes simplicem oculum in hoc facto, quatenus arbor bona faciat fructus bonos, oblationem obsequi sui non contaminent alicuius admixtione fermenti, sed omni vitio cupiditatis excluso, sic pure intendant ad extirpationem haereticorum pravitatis, quod ad occupandum terram catholicorum, ac specialiter ad terram Imperii, vel Regum Angliae, ac Aragon. statim in partibus illis manus extendere non praesumant, ne pietatem convertisse videantur in quæstum, & ad suum rectissimum compendium quod ob divinum noscentur obsequium incepisse, &c.*

XXXIV. Ut Lud. Franc. Rex Hon. studio in Albig. moverit.

In secederat altissime pontificio pectori, ut Albigensium haeresim, que Innocentii III. diligentia extincta videbatur, sub ipsius postea pontificatu ita recruderet, ut liberiores furori, atque impietati habendas effudisse videretur, omnino elidebat, ut ex dictis annis superioribus illustre, & conspicuum est. Quamvis vero extincto seniore Raymundo ipsius filius ejusdem nominis Francorum Regis potentiae metu perfusus ad Ecclesiæ gremium supplex se contulisset, atque amansissime ea lege exceptus fuisset, ut haereticos insectaretur, suaque ditione depelleret, haeresim tamen impune grassari patiebatur: quare Romani legati opera Ludovico Francorum Rege ad exundum comitatu Raymundum excitato, Honorius hoc anno Anglorum Regem, quem non levius angebat cura fiduciarias terras, quas Raymundus ab ipso obtinebat, a Francorum Rege ob haereseos labem occupatum iri, atque adeo ad ineundum cum haereticis foedus imminentemque hostem, a quo jam multis urbibus fuisset spoliatus, lacerendum propendebat, litteris gravissimis monuit, ne Francorum Regem in Albigensi bello occupatum laesseret, Raymundove ulla auxilia submitteret.

XXXV. Arguit inducias cum ipso non contraxisse.

Pont. Henrico vetat ne Lud. bello Albig. occupatum lacessat.

Cum sit semper consultius ante occurrere, quam remedium post causam querere vulneratam; si nobis hoc in tuo facto diligentius attendantibus efficacius intendissent nunciū tui, & nostris acquiescissent consiliis super treugarum foedere incundo, a te his temporibus cum Ludovico Rege Francorum, & olim cum clara memoria Philippo patre suo, in difficultatem, que tibi nunc imminet, minime devenisses. Denique

dui expectantes expectavimus legatos, & nuncios ad eliminandam haeresim de terra Albigensem destinatos, ut nobilis vir R... filius quondam comitis Tolosani, si vir erat, sicut promittebat, catholicus terram prædictam, quæ spinas & tribulos, tanquam reproba germinabat, mundaret ab haeretica pravitate, cum non solum vicinas partes inficerit, verum etiam iniquitatis sue virus effuderit ad remotas. Sed in aliquo non profecimus, licet non parvo tempore fuerit laboratum. Quare cum statutum fuerit in generali concilio, ut si dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesiæ terram suam ab haeresi purgare neglexerit, per metropolitanum & comprovinciales episcopos excommunicationis vinculo innoderetur, & si satisfacere contempserit, infra annum ex tunc per summum Pontificem ejus vassilli a fidelitate absolvantur ipsius, & terra exponitur catholicis occupanda, qui eam exterminatis haereticis absque ulla contradictione possident, & in fidei puritate conservent, nisi coacti ex juris necessitate summus, ut Babylone, quam curavimus, non curavit, denus propter hoc assumpto labore, dilectum filium nostrum R... sancti Angeli diaconum Cardin. de nostro latere mitteremus, cum ad Roman. Ecclesiæ specialiter pertinet hoc negotium, pro eo quod magistrus est ipsa fidei, cuius excidium, tanquam omni rerum dispensio gravius, & periculosus non est alius quatenus sustinendum.

Unde factum est, quod idem Rex zelo, sicut credimus, devotionis accensus, cum omnibus fere prælati, & baronibus regni sui, signum crucis assumptum, ad haereticos de illis partibus profligandos. Quia vero utilitati tuae libenter propicimus, & tuis cupimus dispendi obviare, serenitatem tuam monemus sollicite, ac bortamur attente, quatenus nostro acquiescens consilio, & fiducialiter credens nobis, qui te inter alios principes abundanter affectione diligimus, nullo modo assutas Raymundo prædicto, quia cum ille cum fautoribus suis excommunicatus existat, preter id, quod poneres in puritate fidei tuae maculam, excommunicationis sententia continget te involvi. Advertant hic politici tantam fidei prærogativam esse, ut cum de illius causa agitur, pati potius debeant principes sua jura infringi, quam ad ea tuenda auxilia ferre haereticis, quibus illi suffulti haeresim alere contingat; nec mirum cum numeris causa cuiusvis Regis ac principis causæ, quantumvis justa videri posse, anteferenda sit, sitque tutius terrenos principatus, quam religionem Christianam periclitari. Exutus sane a Ludovico fuerat Henricus Anglorum Rex multis provinciis, ac discrimen grave impendebat, ne si Raymundum comitem, atque Albi-

Significat Raynum promissa de abole lenda ha resi non tenuisse.

Ex Late ranensi conc. ex vi sua ditio ne debe re.

XXXVI. In eum Reg. Franc. crucem induisse.

Intentat anathema si Raym. favorit.

gen. genses ab illo edomari permetteret, non terras modo vestigales, quas ab eo Raymundus acceperat, amitteret, verum ea ditione austus Francorum Rex facile Anglos tota Gallia eiiceret: vicarius tamen Christi intentato anathemate Anglo vetuit, ne Francorum Regi ad Raymundum atque etiam Raymundum tanquam virum catholicum defendere, & in odium Pontificem ejusque legatum adducere non perhorrescit. Præstat ergo veritatem ex Bernardo (b) petere, qui hujus expeditiōnis historiam exactius describit: *Anno Domini MCCXXVI. tempore verno, quo solent Reges ad bella procedere, benedictus a Deo dominus Ludovicus Rex Francie egressus est cum exercitu innumerabilis crucis signaculo insignito una cum domino Romano legato sibi assidue adberente, versus Lugdunum dirigit iter suum eligens terræ planitiem quadrigis accommodam, & flumen Rhodani navigio portandas copias opportunum, quibus venientibus plures certatim in illius obsequium concurrunt.*

XXXVII. Per teipsum etiam supersedeas literis apostolicis, super facto baronum obtentis, quod ad fidelitatem tuam redeant, ut tenentur. Extant hujusmodi literæ in rege. Sto pontificio sexto idus januarias hujus anni date (a) Aquensi & Vasateni episcopis, nec non archidiacono Vasateni, quibus dederat provinciam, ut Pietavie, Xantonum, Lemovicum, Marchiæ, aliarumque terrarum finitimarum processores, qui antea ab Henrico ad Ludovicum desciverant, nisi evoluto a receptis literis mense ad officium reverterentur, poenis ecclesiasticis percellerent. Verum postea Pontifex facta imperia suspendit, ne ea occasione Francorum Rex ab Albigensium bello distraheretur; sanxitque, ut Anglorum Regis causa, quamvis iusta, fidei cause serviret; cavit tamen, quemadmodum ante in Imperatoris gratiam pro terris Romani Imperii in Provincia vestigalibus egisse vidimus, ne ipsius jura in eas terras stipendiarias, quæ haeresi contaminatae erant, labefactarentur, qua de re hæc subiicit:

XXXVIII. Nec per te, vel fratrem tuum, aut aios guerram moveas dicto Regi, quandiu ipsius iura infesterit negotio fidei, & servitio Iesu Christi, ne te, quod absit, impediente negotium hujusmodi Rex ipse cum prælatis & baronibus Francie secum accinctis ab haereticorum exterminio ad aliud se convertat; & nos dum super hoc excusari non possemus, & notam exinde indevotionis incurres, paternum tibi favorem, qui alias devotioni tuae tempore opportuno non derivit, impendere nequeamus. Ceterum nos, qui non solum parati sumus tuam conservare iustitiam, sed gratiam tibi, quantumcum Deo possimus, exhibere, sic duimus providendum, ut quidquid contingat de haereticis, & terra ipsorum fieri, saluum sit jus tuum, & aliorum catholicorum, secundum statuta concilii supradicti. Datum Laterani v. kalendas maii anno decimo.

XXXIX. Meminisse harum literarum videtur Parisius, dum ait Francorum Regem expeditionem in Albigenses suscipere recuperasse, nisi incusso anathematis terrore Pontifex Henrico vetaret, ne bello Gallias appeteret, Regemque Anglorum, qui summa transfretandi ac recuperandi amissa cupiditate tenebatur, acceptis im-

CHRISTI
1226.HONORII III. PAR.
IO.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP.

periis apostolicis anticipi fluviale animo suisque in consilium excitis, reque agita belli absistere reique difficillimæ exitum expectare decrevisse. Prosequitur auctor rei historiam, quam ex innato in Francos odio multis mendaciis inquinat, atque etiam Raymundum tanquam virum catholicum defendere, & in odium Pontificem ejusque legatum adducere non perhorrescit. Præstat ergo veritatem ex Bernardo (b) petere, qui hujus expeditiōnis historiam exactius describit: *Anno Domini MCCXXVI. tempore verno, quo solent Reges ad bella procedere, benedictus a Deo dominus Ludovicus Rex Francie egressus est cum exercitu innumerabilis crucis signaculo insignito una cum domino Romano legato sibi assidue adberente, versus Lugdunum dirigit iter suum eligens terræ planitiem quadrigis accommodam, & flumen Rhodani navigio portandas copias opportunum, quibus venientibus plures certatim in illius obsequium concurrunt.*

(b) Bern. in chron. Lud. Franc. Regis in Albig. expeditio.

Plures certatim in illius obsequium concurrunt.

XL. Subdit auctor pentecostes pervigilio cum trajecto Rhodano Rex ac legatus imminerent, Avenionenses subito terrore perfusos (c) metum ipsorum impetas, cum septem annis censuras apostolicas, quibus iniusti fuerant, nafarie contempnissent) venientibus contra fidem datam portas occlusisse, nec Regi nisi cum paucis ingressum permittere voluisse: his vero Regem indignatum, Avenionem mox obsidione cingere ac muros quater cœpisse, & vicissim obsecos pertinacissime se defendere. Pergit Bernardus:

Interim autem præmittitur a legato & a Rege dominus Petrus Amelii archiepiscopus Narbonensis versus partes Tolosanas, ut invitaret ad pacem Ecclesiæ; qui præveniens eos castra & bonas villas & dominos eorum, pacem Ecclesiæ & Regis promittens quoque eis, consolaverat Ecclesiæ atque Regi. Et infra: Claves etiam Carcassonne Regi a civibus in exercitum deferruntur; comes etiam Fuxi Rogerius Bernardi pacem requisivit. Sed illa vice, qualiter voluerat, non intenit. Interea cives Avenionenses, quorum dominus superbiam humiliare decreverat, per banc viam tribus mensibus expugnati, sequi in viribus impares cognoscentes, sub certis conditionibus suam legato & Regi liberant civitatem pridie idus septembri, quique ruina murorum & pœnis aliis sunt multatæ. Subiicit epidemiam in exercitu gravatam multos extinxisse ac divinæ fuisse providentia, ut ditionem tam cito urbs fecisset, cum elapsis diebus quindecim, Druentia fluviis ita intumuerit, ut effu-

Ad dedicationem compellitur ac mœnia solo exquantur

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
10.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP. 6.

effusis extra ripas aquis planitem, in qua
defixa erant castra, inundarit; subdit
auctor:

XLI. Beragrat plures urbes quæ ipsius jugum accepuntur. Capta itaque Avenione, Rex versus Bitterim & Carcassonam dirigit iter suum, legato continue comitate: nec deerat venerabilis Fulco episcopus Tolosanus qui dum essent in exercitu, aut in itinere, ne-
mo pro sua largitate nosse poterat exulasse. Et erat quippe pro sua bonitatis fama, & laboris, quem pro fide sustinuerat, omnibus reverendus. Cum autem perver-
nisset Apamiam Rex, ibi multa consilio Car-

Fert leges Apamis in austro-
ritatis pont. contem-
ptores.

In Al-
verniam
recedit.

Morte
oppri-
mitur.

Eande n etiam singularis continentiae laudem attribuit Ludovico Jordanus (c). Adeo divini fuisse consilii videtur, ut ex sanctissimo coniugio filius sanctissimus e-
iusdem nominis, nimis D. Ludovicus effloresceret, quem Jordanus dominica prima Adventus hoc anno Rhemis regia inunctione delibutum memorat. Redemiu-
tum vero diadema a Jacobo Suefio-
nensi episc. vacante Rheimensi sede re-
fert (d) Nangius, de cuius egregiis au-
spiciis hec auctoris verba delibera vixum
est: Summae integratatis, puer, velut sur-
culus

Meminit ejusdem principis Richardus, XLII. (a) quem veneno, cum se ad Tolosam expugnandam compararet, necatum in- crebuisse tradit, cui etiam in eo consen-
tit Parisius, (b) sed errat, dum a Cam-
paniæ comite illi propinatum fngit, ac Reginæ Blancæ pliissimæ feminæ adulterii notam aspergit: [1] at vitæ Ludovici au-
tor anonymous asserit Campanum invito Rege e castris longe ante abscessisse;
qui etiam egregium elogium tanto prin-
cipi adscribit, quod præterire nullaten-
nus possumus: Vir utique catholicus, & Ipsius e-
miræ sanctitatis omnibus diebus vite se non mactavit, præterquam cum unica uxore sua sibi legitimo matrimonio copula-
ta: ibi dicunt completam fuisse prophetiam Merlini, qui dicitur in ventris monte (id enim Montpansier sonat) morietur Leo pacificus, qui in loco non est auditum ante ipsum Regem aliquem decepsisse. Corpus vero eius sui ad Ecclesiam B. Dionysii in Francia transferentes, eum juxta patrem suum Philippum Regem augustum honorifice sepelierunt. Quibus verbis auctor histo-
ria finem imponit. [2]

Eadem etiam singularis continentiae laudem attribuit Ludovico Jordanus (c). Adeo divini fuisse consilii videtur, ut ex sanctissimo coniugio filius sanctissimus e-
iusdem nominis, nimis D. Ludovicus effloresceret, quem Jordanus dominica prima Adventus hoc anno Rhemis regia inunctione delibutum memorat. Redemiu-
tum vero diadema a Jacobo Suefio-
nensi episc. vacante Rheimensi sede re-
fert (d) Nangius, de cuius egregiis au-
spiciis hec auctoris verba delibera vixum
est: Summae integratatis, puer, velut sur-
culus

(a) Rich.
in chr.
MS.(b) Par.
hist. Angl.
Anonym.

vit. Lud.

auctor.

Ipsius e-
gregium
elogium.

XLIV.

Angliae
res.(c) Lib.
10 ep.
178.(d) Nang.
de ges.
Lud.
Franc.
Reg.

Egregia illas au-
spicia. culus ex dulciflora abscissus arbore in pri-
mæ flore radicem fægens, cepit odorife-
ros gratissimæ pueritæ flores emittere, &
sub disciplina egregia, & venerabilis ma-
tris suæ Blanchæ, quæ eum sub protecione
curatoria prudenter, & diligenter educabat,
liberalem animum ad sapientiam informa-
re. Ab illicitis vero pectoris sui motus no-
bili reprimens continentia, spretis imbe-
cillis atatula discursibus, sapientium tra-
statibus corde ultroneo inhærebatur: si quid
vero probitatis, vel prudentie aure cap-
tabat, prout tempus dictabat, sagaci me-
morie protinus committebat. Unde ab ini-
tio regni sui sapientia sibi divinitus inspi-
rata consiliarios, & assessores tam clericos
quam laicos electissimos, tam fidelitate
quam vita & sapientia habere voluit, &
undecimque poterat, eligi faciebat. Ha-
bentus Nangius, qui subiungit, ut gra-
vissima in eum coniuratio sub ipsis regni
initiis eruperit, quæ felicissime discussa
est; de qua nos anno sequenti. Jam e
Gallicis rebus ad Anglicanas traducenda
est oratio.

Studuerat Honoriis Henrici rebus, ut
ereptas a Franciis terras recuperaret, an-
tequam Ludovicus VIII. in Albigenenses
duceret. Non enim modo Hibernæ præ-
fules perpulerat, (a) ut archiepiscopo
Dublinensi aliisque viris prudentia con-
spicais adhibitis in consilium, de cogen-
dis suppeditandisque Anglorum Regi, ut
bellicos sumptus toleraret, pecuniarum
subsidiis inter se conferrent, quo argu-
mento Bathoniensi, & Saresberiensi e-
piscopis datae literæ (b) extant; verum
etiam proceres (c), qui Henrici, ut Aquita-
niae ducis fiduciarii, erant, atque ad Fran-
cos defecerant, urgebat, ut datum olim
Anglo fidem servarent, nec posterioris
sacramenti religione ad infringendum
prius teneri posse inculcabat, arguebat-
qui ad Franc. que perjurii: denique Henrici imperia de-
trectantibus anathema intentabat; quo
argumento exaratas Marchiæ comiti li-
teras afferendas duximus: Fidelitatis vin-
culum, quo viuallus tenetur domino, est
ideo celebre apud omnes, ut etiam religio-
ne juramenti, quæ vallari assolit, circum-
ad Mar- scripta, ipsam per se vinculum, quasi pro-
chia co- sacro ubique terrarum & gentium habeat
nit. Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ vere, si viveret, subsequenti: erat autem, quod relevari posset, ut dicebatur usu feminæ
gratitudo, quod sicut audiri a viro fide digno referri, sentiens vir nobilis Arcambaldus de-
Borbonia qui in ejus erat societas, posse juvari regem amplexu feminæ, quæstam virginem
speciosam ac generosam ac edociam qualiter regi se offerret, & loqueretur, quod non libidi-
nis desiderio, sed auditæ infirmatis auxilio advenisset, dormiente rege a cubiculariis ejus de-
die fecit in thalamum introduci; quam rex evigilans cum audisset aspirantem, quæsivit quæ
esset, & qualiter introisset, quæ, sicut edocia erat, ad quid advenerat referavit: cui graz-
tiatus rex, ait: non ita erit, puella, non enim peccarem mortaliter ullo modo; & convo-
cato dicto viro domino Arcambaldo, mandavit eam honorifice maritari: rex autem iste, & re-
& nomine dignus alios regere, qui tanta virtute se regebat; qui si possibile esset mortem cor-
poralem per peccatum noluit evitare. MANSI

CHRISTI
1226.

HONORII III. PAP.
10.FRIDERICI II. IMP.
ROBERTI IMP. 6.

tur, nec aestimetur levem notam incurre- Arguitur
re, quicunque illius extiterit violator. Un- perfidie.

de qui veteres revolvere vult historias, inventis multos pro illo servando inhumani cibis urgente obsidionis angustia esse usus, & illis quoque deficentibus elegi- se potius fame deficere, quam ipsum fi- delitatis vinculum violare. Tu vero, si- cut charissimo in Christo filio nostro Hen- rrico illi Regi Anglorum conquerente, Intenta-
didiimus, hæc ne quisquam, prout te de- tur illi anathema ut ad cuisset, attendens, fidelitatem, qua ipse Regi tenebaris astrictus, & adhuc quoque deat.

teneris, cum ab ea, ut creditur, te ne-
quaquam absolverit, nulla famis, nulla
ve obsidionis coactus angustia, violasti
contra juramentum, quo te ad illam ser-
vandam astrinxeras, famæ ac salutis tuæ
prodigus veniendo. Cum igitur toties pe-
jeres, quoties facis contra fidelitatis ju-
ramentum præstitum dicto Regi, nos quæ
ex debito pastoralis officij tenemur Deo
de anima tua reddere rationem, tam ma-
nifestum ipsis animæ tuae periculum sine
nostro dissimulare periculo non valentes,
prudentiam tuam solicitandam duximus, &
monendam, & per apostolica tibi scripta
firmiter præcipiendo injungimus mandan-
tes, quatenus famæ tua provideas, ac sa-
luti; ad fidelitatem ipsius Regis, occasio-
ne ac excusatione cessintibus redeas, ut
teneris; servesque inviolabiliter sibi præsti-
tum juramentum, juramento contrario non
obstante, si quod forsitan præstisti, cum
illictum fuerit, & non servandum: salu-
bres monitiones nostras taliter auditurus,
quod reconciliatus terreno, cœlesti quoque
reconciliari Domino merearis, &c. Dat. Rea-
te VI. id. januar. an. X.

Susceperat etiam adversus Francorum Regem Honoriis causam Burdigalensis archiepiscopi, quem Ludovicus in suas terras ingressu interdixerat, tum etiam nonnullis possessionibus exuerat (d); quare Pontifex querelarum plenis literis pristi-
nais bonis restitui læsoque fieri satis jus-
ferat; tum rogavit ne ipsum aditu in-
fuas terras prohiberet, cam moris esset,
ut viris ecclesiasticis ardente inter An-
glos & Francos bello liber in ipsius re-
gnuni accessus pateret: Temporibus inclytæ
recordationis progenitorum tuorum in regno

Dddd Fran-

Burde-
gal. arch.
causam
defendit
Pontifex.
(d) Ep.
337.

NOTÆ [1] B asnagi in opere Gallico *Histoire de la Religion des Eglises reformees* to. I. pag. 419. edit. Roterdam anni 1721. ex Parisii fide refert Ludovicum veneno sublatum fuisse prodicione comitis Campaniæ, quem insanus in Blancam reginam amor in id scelus impulerit. In patrocinium opinionis hujus sua conjecturas nonnullas vocat, quas inter expendit ab-
sentiam ejusdem comitis Campaniæ in solemni Regis consecratione. Neque enim, ait, permis-
sus fuit solemni huic cæremoniæ adesse, adeo commissum ab eo scelus principes detestabantur ut Joinvillæ in vita Gallica S. Ludovici afferuit. Sed nec Joinvillæ, nec Basnagio fidem in ea re præstandam esse fatis constat, cum author chronici Turonensis, qui historiam suam cum sequenti anno claudit, ac res singulas annorum istorum diligenter persequitur, asse-
rat: Campaniæ, & Britannia comites, comes Marchia, & alii Pittavienenses ad coronamentum regium evocati, nec venerunt, nec nisi verborum contumelias excusaverunt. Ex his intelligat Basnagius quanta sit conjecturarum suarum autoritas, ad suspicione in feminam sanctissimam Blancam urgenda. Neque insuper fides Parisii, qui de suspicione illa primus scriptis, pluris habenda est, quam chronici Turonensis, scribentis comitem Campaniæ ideo conjurasse in regem Ludovicum, quia rex divortio, quod Ferrandus Flandriæ comes ab uxore sua meditabatur, as-
sensum non probuerit, quin & Ferrandum ipsum indicta multa punierit. Hujus rei causa exasperatus Britannia comes, qui Joannæ Flandrensis comitissæ nuptias ambiebat, in regem conju-
rasse ferebatur, socioisque defectionis suæ comites Campaniæ, & Marchiæ adscivit. Ea res sus-
pettos illos Regi, & omnibus exhibebat. Habes hic quæ suspicione hujus vera causa fuerit, & origo. MANSI

[2] Post illud: Quibus verbis auctor historia sue finem imponit; addit ex annalibus contra-
ctis: His addit (a) Guillelmus de Podio Laurentii Santa Ludovicum castitatis laude ni-
tuissimæ, ut ideo mortuus sit, quod fedari recusari: Præventus, inquit, rex ægritudine, quam
ut postea dictum fuit, gestabat occultam, apud montem Pancerum præsentis vita cursum com-
plevit, domino sic volente, tempore autumnali, cuius erat propositum reverti ad terras illas
vere,

(a) Guill.
e Podio
Laur.
in chr.
c. 46.

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

Franciae obseruatum quasi pro lege fuit ab antiquo, quod licet intr ipsos ex parte una, & Reges ac principes convicinos ex altera dissensibus, atque guerris instigante humani generis inimico subortis, se se graviter ad invicem infestarent, praeditis tamen, & clericis terrarum ipsorum liberum esset ad regnum illud a Domino benedictum accedere, & in eo liceat comorari, &c.

XLVI.
Pro restituendo bonis Fulchesio laborat.

(a) Ep. 327.
Nisi nobis acquiescerit in hac parte, nos non tantummodo apostolicum favorem sibi subtrahere, quod solum sibi esset praesertim hoc tempore gravissimo vitio illius viri nobilis uxorem detinere, ne ad virum regno exulantem se conferret, atque ob id justissimas minas incuti jussit (a): Nisi nobis acquiescerit in hac parte, nos non tantummodo apostolicum favorem sibi subtrahere, quod solum sibi esset praesertim hoc tempore gravissimo vitio illius viri nobilis uxorem, quem Domino devotus impedit, me quandoque misericordiam adepturum.

Veneno interimitur Fulchesius.

Ut immensis illi calamitas præfigita fuerit. Quam periculatum sit in SS. iras incurrere.

XLVII.
Divinae ultionis exempl. in episc. viros religiosos intentantem.

Is præmonitus non respuerat.

qui familiaris fuerat Regibus Anglorum, tam Regi Richardo, quam bui Joanni. Et infra: Astitit ei Rex præfatus in vestibus regalibus, de panno videlicet, qui imperialis vulgariter appellatur, quem monachus recognoscens, ac memoriter recolens quod mortuus fuisset, sciscitabatur ab eo qualiter se haberet. Cui Rex: Ita me habeo, quod nemo pejus: nam hæc mea, que vides indumenta, adeo ardentia sunt & ponderosa, ut nullus, qui in seculo vivit, illa tangere sufficeret præ ardore, vel propter ponderositatem portare, quin protinus moreretur. Sed tamen per Dei clementiam spero & gratiam ineffabilem, & filii mei Henrici largam elemosynarum distributionem, nec non servitii divini honorem, quem Domino devotus impedit, me quandoque misericordiam adepturum.

(a) Ann. 1140. n. 15. 16.
Quæsito igitur obnoxius fraternitatem tuam, ut dicas Richardo de Marisco, nunc Dunelmensis episcopo, quod nisi ante mortem suam vitam correxerit flagitosum, & eum per penitentiam & satisfactionem condignam emendaverit, sedes ejus, quæ in inferno est, eum expectat præparata.

XLVIII.
Inscriptio comitis Saresb. poenitentia.

Feliori longe exitu, quam Fulchesium Richardumque vitam clausisse Saresberiensem comitem scribit idem auctor, quem singulare penitentie Christianæ exemplum in extremo mortis discrimine explicuisse, atque omnes spectantes sua pietate ad lacrymas coegisse narrat: Invalecente demum ægritudine, cum certissima suæ necis indicia cognovisset, fecit episcopum civitatis ad se venire, ut ea quæ Christiani sunt, in confessione & viatico suscipieret, & legitimum de rebus habitis conficeret testamentum. Intrante autem episcopo thalamum, in quo jacebat, comes nudus omnino præter femoralia contra eum corpus Domini ferentem, ex lecto profiliens, aspernumque laqueum circa collum connetens, cum jugi lacrymarum effusione se prostravit in pavimentum, summi Regis se esse proditorem confessans; nec de loco moveri voluit, nisi facta confessione, & vivifici sacramenti percepta communione, ut se suis servum ostenderet creatoris; & sic per dies aliquot in suprema perseverans penitentia, spiritum suo tradidit Redemptori. Contigit autem quod dum de castello ad novam ecclesiam per unum miliare corpus ejus ad tumulum portaretur, cerei, qui cum cruce & thuribulo de more portabantur accensi, inter pluviarum effusiones, & ventorum turbines lumen continuum in itinere ministrabant, ut aperte ostenderent comitem tam ardue penitentem ad lucis filios pertinere.

Coniungimus pliissimo penitenti sanctissimum præsulem, quem hoc anno Honorius Papa in sanctorum numero collocauit, nimirum Guillelmum archiepiscopum Eboracensem, de quo Baronius, referuntur.

XLI.

(a) Ann. 1140. n. 15. 16.
(b) Hon. 1. 10. ep. 237.

nosque ex eo suo loco menoravimus; (a) extat de ea re apostolicum diploma in quo ubi institutam de illius vita ac miraculis questionem exposuit, adiicit: Plures per viros electos tam super vita, quam super miraculis sancti predicti inquisitionem fieri fecimus diligentem, cum etiæ ad sanctitatis existentiam sufficiat perfectio charitatis, ad ostensionem tamen ipsius miraculorum exhibito exigatur, eo quod & nonnulli iustitiam suam faciunt coram hominibus, ut videantur ab eis, & non nunquam diabolus se in lucis Angelum transfigurans, illudit hominibus fraudulenter. Unde cum inquisitores predicti, receperis super his quæ amplius testibus fide dignis, & examinatis, sicut oportuit diligenter, nobis ipsius sancti sanctissime vita ordinem, & multa, & magna miracula, quibus post decessum ejus ipsum Dominus magnifice illustravit, plene, ac plane fideliter retulissent; nos provide attendentes, quod non erat tanta lucerna ponenda sub modo, sed super candelabrum statuenda, cum præter alia miracula, quæ longum esset per singula enarrari, sepulcrum ejus olei ubertate pinguestat, quo ægri quamplures inuncti a suis infirmitatibus sunt sanati; & quod non est prætereundum silentio, tres mortuos mirifice suscitavit, & quinque caecos illuminans, uni ex eis, qui in duello devictus & undique damnificatus, cum ad sepulcrum ipsius sancti clamaret instanter & peteret confidenter, ut ei oculos restitueret, quibus injuste ipsum sciebat orbatum, alios novos oculos reddiderit mirabiliter novitate; ipsum de communione fratrum nostrorum & aliorum prælatorum, qui præsentes erant, consilio, ad scriptissimus, vel potius adscriptum denunciamus sanctorum catalogo confessorum, statuentes, ut in anniversario ejus annualiter festum solemniter celebretur. Dat. Lator. xv. kal. april. pont. nostri anno x.

L.
Pia & felix S. Franc. mors.
(c) Par. hist. Angl. ann. 1226.

Hoc anno S. Franciscus, cuius virtutes admirationi orbi universo fuere, ex hac vita in cœlum feliciter migravit; [i] de quo hæc Parisius (c): Quarto non. octob. die dominico B. Franciscus in civitate Assisi, de qua ortus est, apud S. Mariam de Porta iunctula, ubi fratrum Minorum ipse ordinem initiatit, expletis xx. annis, ex quo perfectissime adhæsit Christo, Apostolorum Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [i] S. Francisci annum emortualem cum præsenti 1226. conjungit Parisius, S. Bonaventura, Trivetus, aliisque post illos, nec sane alium in annum obitus ille referendum; quam enim S. Bonaventura obiisse virum sanctum affirmat die sabbati IV. non. octobris, & dies illa anno 1225. non vero sequenti 1226. in sabbatum inciderit; adhuc tamen animadverendum est, obitum illum contigisse, teste S. Bonaventura, in sabbato, id est nocte, qua hora jam dominica dies incepit; ideoque nox quidem Sabbati, sed dies dominica jam agebatur. Dies vero dominica in IV. non. octobris anno 1226. incidit. Immerito ergo Pagius in Breviario communem chronologiam ex hac una ratione convellere nititur in vita Gregorii IX. pag. 149. to. III. Luc. edit. MANSI

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

vitam & vestigia sequens, ad contemplationem cœlestium avolavit: qui postea quam promeruit gloriam Dei, & remunerationem bonorum operum pro mercede recipiens in dicta civitate sepultus est; hæc ipse. Eodem anno sancti viri obitum recenset, (ut alios omittamus d) S. Bonaventura in ejus vita (e) hujuscemodi verbis: Transfuit autem venerabilis frater ex hujus mundi naufragio anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto quarto non. octob. die sabbati in sero sepultus in die dominico. Ex quibus corrigas eos, qui mortem sancti viri in aliud tempus reiiciunt. Ex pluribus vero que S. Bonaventura de ipso enarrat, hæc nobis pro instituto in medio ponere sufficerit, quibus extremum vitæ ipsius sanctissimæ finem describit: Ad sanctam Mariam de phæsel Portiuncula se portari poposcit, quatenus ubi accepit spiritum gratiæ, ibi reddebet spiritum vitæ. Quo cum fuisset perductus, ut veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, in illa infirmitate tam gravi, quæ omnem languorem conclusit, super nudam humum se totum nudatum in spiritus fervore prostravit, quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luxaretur cum nudo. Decubans sic in terra, succina ueste deposita, faciem solito glorie totus, manu sinistra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, & ait ad fratres: Ego quod meum est feci, quod vestrum est Christus edoceat. Illacrymantibus autem sociis sancti, qui miro fuerant compassionis telo percussi, unus ex eis, quem vir Dei guardianum suum esse dicebat, votum ipsius divina inspiratione cognoscens, festinus surrexit; & acceptam cum chordula & femoralibus tunicam pauperculo Christi obtulit, dicens: Hæc tibi tanquam pauperi commodo, & tu accipias illa obedientie sanctæ mandato. Gaudet ex hoc vir sanctus & jubilat præ letitia cordis, quoniam fidem tenuisse dominæ paupertati usque in finem se vidit: palmasque levans ad cœlum Christum suum magnificat, pro eo quod exoneratus ab omnibus liber vadit ad ipsum. Et infra:

Circumsedentibus vero omnibus fratribus, extendit super eos manus in modum crucis brachiis cancellatis, pro eo quod Dddd 2 hoc

CHRISTI
1226.

HONORII III. PAP.
IO.

FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

Sacra ab hoc signum semper amabat; & omnibus fratribus tam praesentibus, quam absentibus in crucifixi virtute ac nomine benedixit. Insuper & adjecit: Valete filii omnes in timore Domini, & permanete in eo semper, & quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his, quae cœperunt. Ego vero ad Deum propero, cuius gratiae vos omnes commendabo. Suivi hujusmodi admonitione completa, jussit Deo vir charissimus evangelorum sibi codicem apportari, & evangeliū secundum Joannem, quod incipit ab eo loco: Ante diem festum paschæ, sibi legi poposce. Ipse vero prout potuit in hujus psalmi vocem erupit: Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum; & ad finem usque complevit: Me, inquit, expectant justi, donec retribuas mihi. Tandem cunctis completis in eum mysteriis anima illa sanctissima carne soluta & in abyssum divine charitatis absorpta, beatus vir obdormivit in Domino. Haecenus S. Bonaventura (cujus verba exscriptis Jordanus) post haec vero de ipso agit inter sanctos relatō (qua de re infra) ac multa egregia miracula subiicit, ex quibus nonnulla novatores, (a) quæ more suo in ludibrium trahunt, centuriis suis intexuere. Qui plura de S. Francisco, ejusque familia cupiat, Lucam Wadingum, ea latius prosecutum consulat.

LII.
 (a) Eng-
el-
ber-
tus in
Germania
miraculis
coruscat.
 (b) Ces. in
ejus vita
apud Sur.
to. 6. die
7. no-
vemb.
 Ejus
viscera
corru-
ptionis
immunia
inventa.
 Necis au-
tor in
rotam a-
gitur.
 (c) Godef.
in annal.
 (d) Stad.
in ebro.

Dum sanctissimi illius confessoris miraculis fulgeret Italia, pluribus etiam Germania sacris Engelberti pro libertate ecclesiastica anno superiore cœsi, prodigiis, quæ Cæsarius (b) percenset, illustrabatur. Illud vero inter cetera non silentium, ipsius viscera quatuordecim ab ejus cæde evolutis hebdomadibus e terra refossa, corruptionis expertia, ac nullo fœdo odore imbuta reperta fuisse, adeo ut e corpore recens extracta videbantur; eaque sacra instruēta pompa ante aram templi principem condita fuisse prosequitur fuisus idem auctor; tunc quam gravi supplicio affectus fuerit Fridericus comes Iseburgensis, qui sanctum archiepiscopum trucidarat, ceterique flagitiis illius participes crudeles poenas dederint, in eos enim plus etiam quam humanitas, ne dicam pietas Christiana ferat, saevitum est; meminere expertæ de Friderico comite ultionis Godefridus (c) ac Stadensis (d) qui in rotam actum comitem Coloniam maximum patrati sceleris dolorem praestulisse refert. Frederici vero fratres Theodoricum episcopum Monasteriensem atque Engelbertum electum Osnaburgensem a Pontifice, cui probare non poterant conspirationis in sanctum criminis se non polluisse, honoribus ecclesiasticis deturbatos narrat Cæsarius.

LIII. Cum in Germaniam defluxerit oratio,

Vvaldem. Rex Dan. ad ini-
quas re-
demptio-
nis leges
compelli-
tur.
 Extorti
sacra-
menti re-
ligione
liberatur
ab Hon.
 (e) Hon.
l. 10. ep.
316.
 (f) Reg.
post eand.
ep. ib. ep.
33.
 Zuver.
comes
obsides &
pecunias
illi resti-
tuere jus-
tus.

nonnulla ad Vvaldemarum Regem Danorum spectantia afferenda videntur. Emissus ille e carcere fuerat a comite Henrico Zuverino, a quo magna auri vi se redimere coactus, atque ad iniquiores leges, sacramento etiam interposito confirmatas compulsus fuerat. Verum Honorius iniquissima Waldemarum juridicandi per vim & metum extorti religione liberavit (e), Werdensemque episcopum monitis comitem urgere jussit, (f) ut Regi sacramentum remitteret, atque imperia apostolica detrectantem provocationis abjecta mora censuris ecclesiasticis percelleret: tum Zuverinum comitem incusso gravissimarum poenarum terrore acceptos a Rege, cuius stipendiarius erat, obsides ac pecuniam reddere impetravit: Olim credidimus, quod grandem, & gravem maculam, quam in tua fama impide posuisti, charissimum in Christo filium nostrum illumitem Regem Daciae dominum tuum rupto fidelitatis fædere captivando excitatus increpationibus apostolicis recognosceres, & ipsum Regem juxta exhortationes nostras libere dimittendo, eandem maculam per citæ satisfactionis remedium aboleres: tu vero curi famæ tuae posthabita, & inculcatione precum, ac præceptorum nostrorum penitus obaudita, ab ipso Rege extorsisti per violentiam iuramentum, quod filios suos obsides tibi daret, & quandam tibi solveret pecunia quantitatatem, (quadraginta quinque millia marcarum argenti ab eo extorsisse scribit Crantzius g) ipsum in his, & aliis intolerabiliter aggravando in grave præjudicium subsidii Terræ sanctæ, ad quod magnifice impendendum ante captionem suum solemnis promissoris vinculo se astrinxit, nec non in gravem Apostolicæ sedis injuriam, & contemptum, cum regnum ejus esse dignoscitur ad specialis ditionis indicium censuale; & quam eidem Regi astrinxit ejus devotionis specialis. Quoniam igitur tantum subsidii Terræ sanctæ dispensandum, tantumque nostrum, & Ecclesiæ Romanæ contemptum sub dissimulatione transire nec volumus, nec debemus, nobilitatem tuam monemus, rogamus, & sub obtestatione divini iudicii obsecramus, per apostolica tibi scripta distictè præcipiendo mandamus, quatenus obsides, ut pecuniam, quam a Rege recipisti prædicto, ei sine difficultate restituas. Datum Laterani v. id. junii pontificatus nostri anno decimo.

Consueverant hæc & alia studia Rom. Pontifices iis omnibus impendere, quos ob suscepimus Hierosolymitanæ expeditiōnis votum in clientelam apostolicam admiserant, quam propterea principes, ut ab hostibus tuti essent, plus enim saepius in iis coercendis religio quam potentia valebat, expetebant. Inter quos Norwegiæ dux, qui hoc anno sacræ profectio-

(a) Lib.
11. ep.
362.

Lubecen.
& Colon.
codem
beneficio
decorati.

(b) Ib. ep.
379. 380.
381. 382.

LV.

(c) Jord.
MS. bibl.
Vat.

Rerum

Hieros.

Status.

Frideri-
cus regni

facri

possessio-

nem init.

Germani-

arcem

munitam

Sarrace-
nis eripi-
unt.

(d) Rich.

MS. in

obron.

Tripol.

comes a-

nathe-
ma-

te defi-

xus.

Renuit

Hon.

ju-
stis de

causis ab-

solvere.

(e) Lib. 10.

ep. 168.

LIV.

Dux Nor-

wegiæ

cruci-
fignatus in

client.ap.

adscitus.

LVI.

Super absolu-

tione vero præfati comitis,

HONORII III. PAP.
IO.

FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

nimirum Tripolitani, de quo mentionem Ea de re ediderat, tua noveris celitudo, quod i- ad Frid.

psus comitis nuntii petierunt quedam ju- lit. bus hæc addit (a): Cum sicut ex literis tuis accepimus, & utique acceptamus, dilectus filius nobilis vir ... dux Norvegiae crucisignatus ad Terræ sanctæ subsidium cum numeroſa crucisignatorum multitudine magnifice se accingat, offerens omnibus secum transfretare volentibus gratis navigium sine naulo, ut tuæ prædicationis tuba excitatus populus Christianus ad dictæ terre subsidium fortius ani- metur, fraternitatem tuam monemus at- tente per apostolica tibi scripta mandan- tes, quatenus in provincia tua evangelizes, & evangelizari facias solemniter verbum crucis, commone faciendo universos & singulos, ut in hoc necessitatis articulo succurrant Christo modis omnibus, quibus possunt. Dat. Later. II. non. novemb. pon- tifici. nostri anno decimo. Accepi etiam in fidem ac tutelam Pontificis fuere Lubecenses & Colonenses, qui bello sacro se devovissent, virisque ecclesiasticis ad eam expeditionem profecturis id collatum beneficium est, ut redditus ecclesia rum, ac si præsentes essent, perciperent: (b) tum illos pro acceptis pecuniis obligare creditoribus aut locatoribus possent. Nil denique prætermisit Honorius ad sancta loca ab impiorum servitute vindicanda, populosque, ac Germanos maxime, ad triumphalia crucis signa alliciendos, quæ etiam superius a nobis allata, dum de Friderico ac Longobardis conciliandis a- geremus, illustrant.

Quo porro statu Syriacæ res fuerint, significat Jordanus: (c) exuto a Friderico Joanne Rege Brennensi sceptro Hierosolymitano Hugonem e monte Beliart administrandis Terræ sanctæ rebus præfectum fuisse: missum etiam Thomam, qui magnam existimationem nominis suo adventu collegit; ac tum a Germanis arcam munitissimam, cui Montisfortis nomen erat, expugnatam fuisse. Meminit etiam Richardus (d) nonnulla auxilia a Friderico submissa. Ceterum Terræ sanctæ damnum attulit Christianorum principum orientalium diffusio, inter quos Tripolitanus comes ob immensa flagitia, bellumque in Antiochenos ac Templarios gestum anathemate defixus est. Quem cum Fridericus fidelium communioni restitui posceret, Honorius Papa quamvis Imperatori annuere atque inter se Christianos conjungere percuperet; cum oratores comitis nonnulla, quæ ab æquitate penitus abhorabant, postularent, legesque justissimas ab Apostolica sede propositas admittere recusarent, Fridericum a fundendis in Tripolitani gratiam pre- cibus abstine literis monuit (e).

Honorius, &c. Comes Tripolitanus, qui pro diversis & variis excessibus suis ad illum deberet intuitum erigere, quo respiciente Petrus legitur in amaras lacrymas effluxisse, graui demersus oblivionis somno, & totus per voraginem desperationis absorptus, nullam recipit, cum percussus non dolet, disciplinam. Idem enim, inter alios ejus divulgatos excessus, Antiochiam & castrum Antiochenum, quod fratribus Hospitali Hierosolymitani custodiendum dimisit ve- nerabilis frater noster Albanensis epis- copus, tunc A. S. L. & domum quandam, quam

(f) Ep.

169.

LVII. Cum igitur comes Apostolicæ sedis de- creto perdifficilem se præberet, Hono- rius anathematis sententia contumacem in contu- maccem censuræ.

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

Ejusdem quam ipsi habent apud Tripolim, capiens seva cruentem, rabie concitatus diabolica, u delitas. Contumeliae in de causis pluribus manifestis in eum, futuores, complices, & participantes eidem, protulit excommunicationis sententiam, quæ auctoritate apostolica extitit postmodum approbata. Sed ipse tanquam peccator, qui contemnit postquam in profundum labitur vitorum, eandem sententiam penitus vilipendens, de redeundo ad mandatum Ecclesie, cum ablata detineat, & de dannis & injuriis nullam satisfactionem impenderit, non videtur etiam cogitare. Ut autem de salute sui idem excitatus a nobis recognitet, qui per septennium despexit sententiam supradictam; discretionis vestrae &c. Præcipit, ut ipsum diebus festis solemniti fidelium communione depellant, ac principatum sacris interdicant. *Datum Reate III. kalend. febr. anno x.* Hactenus Honorius, qui etiam magistro fratribus que Hierosolymitani hospitalis permisit, (a) ut sibi a comite per vim injuriam que ablata armis repetere posset.

LVIII. **Regina Cyperi ad incestas nuptias eum Trip. com. filio convolut.** (b) Ep. 208. Ejusdem preterea comitis Tripolitani meminit Honorius literis suis ad nobiles Cypri regni viros, ac milites & populum exaratis, (b) ubi Rege vita functo, Reginam in Syriam super trajecisse, cumque Bo. comitis Tripolitani filio incestas nuptias contraxisse ait, seque ab Rege pueru (cui Henrico nomen erat) suppliciter rogatum, ut eos ad imperia Ph... Ymbelm ab illo de eorundem assensu in regni moderatorem electi praefto esse præciperet, id se facere Regemque & ipsos in suam clientelam suscepisse: *Rex ipse nobis humiliter supplicavit, ut cum curam teneamus gerere pupillorum, personam ipsius qui pupillus existit, & regnum eidem bajulo committentes, vobis nostris literis mandaremus, ut sicut hactenus fideliter, si donec idem Rex ad statutum pervenerit legitimam, bajulo intendatis eidem. Quare cum de exaltatione, & commodo vestro debeatis esse solliciti per vos ipsos, & nos Regis, & regni*

(a) Ep. 224.

vestri cupientes augmentum, parati sumus, quantum cum Deo possumus, eidem Regi, quem sub nostra, & Apostolicæ sedis protectione receperimus, consilium & auxilium, cum necesse fuerit, impartiri. Universitatem vestram monemus, & bortam attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus sic indefessi, sic crudeliter intendatis, & assistatis Regi, donec idem ad statutum legitimam veniat, bajulo supradicto, &c. *Dat. Lit. xiv. kal. martii pont. nostri anno x.* Extat etiam pontificium diploma (c) Henrico Regi (c) Ep. datum, quo Honorius patrocinium apostolicum ipsi pollicetur: quem insuper commendavit tum Friderico (d) Imp. (d) Ep. tum etiam Templariis (e) Hospitalariis 209. que religiosis equitibus, tum denique (e) Ep. archiepiscopo Nicosiensi, (f) ac reliquis 208. illius regni præsulibus atque etiam Phil. 223. moderandis regni gubernaculis ad motum adhortatur, (g) suscepsum munus summa fide diligenterque administret.

Postremo, ut orientalibus rebus finem imponamus, quas in preficiendis eorum regionum præcipuis ecclesiis pastorum curas impenderit Romanus Pontifex, perstringamus. Cum Antiochenam ecclesiam patriarcha orbatam accepisset, canonicis Antiochenis præcepit, (b) ut (b) Ep. evolventis se ab acceptis literis mensis 356. spatio patriarcham designarent. Ne pariter Constantinopolitana sedes justo antistite careret, exeunte anno episcopum Bisuntinum ad illam traduxit, ut testantur literæ ad ipsum exaratae (i) : [i] Cum (i) Ep. super nobili ecclesiæ Constantinopolitana 428. pistore vacante capitulum, & alii, ad quos electio pertinet, in substitutione patriarchæ futuri concordare nequivissent, aliis postulantibus venerabilem fratrem nostrum episcopum Belvacensem, aliis appellantibus contra eos, tandem utriusque partis procuratoribus in nostra praesentia constitutis, & nolentibus, vel non valentibus in unam consentire personam, postulationem non duximus admittendam. Sed nos solitudo cogitantes, qualiter tam celebri, tam insigni * possemus de persona idonea pro * ecclesia videre, demum post tractatus multiplices, deliberato fratrum nostrorum consilio, re ad Constantinopolitanam ecclesiam de Bi sun-

NOTÆ [i] Bisuntinus episcopus accitus quidem fuit ad insulas Constantinopolitanas, sed nunquam illas obtinuit. Ita enim de illo scribit Albericus in chronico ad annum 1227. Patriarcha CP. erat hoc anno Matthias, tertius illorum, qui de latinitate in eadem sede assumpti sunt Matthias Venetianus, quo sedente (lege decedente) & electoribus, (lege electoribus) per consilium vota sua transferentibus (forte ferentibus) & in magistrum Joannem archiepiscopum Bisuntinem consentientibus, de voluntate domini papa dictus archiepiscopus Romam adiit; postulatus onus illud subire, non consensit attendare, unde dominus papa cardinalem eum insiuit, dans ei Sabinensem episcopatum. In Constantinopoli vero factus est patriarcha Simon archiepiscopus de Tyro. Ex his Alberici scriptoris synchroni verbis colligitur Matthias anno 1227. decepsisse; sed hac in re falsi arguitur, cum ex literis Honori, hoc anno 1226. exeunte datis patriarcham illum jam decepsisse conflet. **MANSI**

CHRISTI
1226.HONORII III. PAP.
IO.FRIDERICI II. IMP. 7.
ROBERTI IMP. 6.

Junctina providimus transferendum, non tam persone in ecclesia, quam ecclesie in persona utiliter nos consulere arbitrantes, &c. Datum Laterani x. kalend. januar. anno XI.

LX. Submisit etiam in meridionales regiones episcopos, ac religiosos sacerdotes ad infidelium terras excolendas; Tolitanique archiepiscopi zelum commendavit, qui nonnullos Minoritas ad inferendum Miramomelini terris evangelium proficisci jussérat, atque ex ipsis unum sacræ pontificalibus insignierat; injunxitque, cum e re Christiana fore putaret, aliquos viros pietate, & doctrina conspicuos episcopos crearet, ut amplificandæ fidei operam navarent. Cumque Prædicatorum, ac Minorum religiosi viri sedi Apostolice significassent, temeranda saepius ipsorum instituta esse inter infideles nationes, quo animarum saluti promovendæ incumberent, induendum scilicet alienum ab ipsorum religiosa disciplina cultum, alendam comam ac barbam, recipiendas pecunias, ut commo-

diius ingredi carceres, quibus mancipati erant Christiani, sacramenta administrare, atque inter barbaros agere possent, ad justas eorum preces descendit (a): (a) Ep. Cum ex causa David coram Abimelech 246. legatur habitum commutasse, ac Dominum se junxisse in speciem peregrini discipulis euntribus in Emmaus, in fractione panis postmodum eis revelatum, qui etiam tam David pueros super eo, quod in necessitate comedérant panes sanctos, quos eos contingere non licet, quam Apostolos excusavit, dum ipsos Pharisæi arguerent, quod esurientes alienas non lotis fricantes spicas manibus comedebant, nos laudabile opus vestrum, piumque propositum attende, vestris supplicationibus inclinati, super prædictis vobis in illis regionibus, quamdiu præscripta vos arctat necessitas, & invitat utilitas, misericorditer dispensamus: dum tamen fraus non interveniat, sive dolus, vel sinceritatem vestram cupiditas non seducat. *Dat. Lat. xvi. kala apr. an. x.*

JESU CHRISTI
ANNUS
1227.

GREGORII IX. PAP.
ANNUS
1.

FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

I. Honorijs Joann. Regem priori dignitati restituere nivit.
Ccubuit anno redempti humani generis millesimo ducentesimo vigesimo septimo indictione xv, Honorijs III, summus Pontifex, relieto apud cunctos viros probos sui desiderio, ac magno Terræ sanctæ damno, cum florentissimam ad instaurandas in Syria Christianas res expeditionem summio studio urgeret, eoque sublato pia illius consilia, quamvis Gregorius iis perducendis summa contentione incubuerit, Friderici perfidia penitus conciderint. Sed ne immaturum luctum præripiamus, prius ea præclaræ gesta sunt afferenda, quibus extremum vite actum decoravit. Angebat illius animum non levis dolor, Joannem Regem, quem ad collocandam Imperatori in matrimonium filiam impulerat, ut Rom. Imperio Sicilia regnoque Hierosolymitanæ conjunctis sultani Babylonici potentia paribus Christiani principis viribus frangeretur, contra omnium spes atque expectationem regni Hierosolymitani administratione, qua ad vitam potiri debuerat, a genero improbe fuisse exutum. Quare Fridericum gravissimis literis horatus est (a) sacerorum in priorem gratiam admitteret, regnique Hierosolymitani gubernaculis admoveret; a nemine præclarior rem Christianam geri posse: cui tutius fideret non occurrere: explorata illius peritiam; atque ex illius depressione susceptam maculam detersum.

(a) Hon. 1.1. ep. 496.

II. Frederico illustri Romanorum Imperatori semper Augusto, & Regi Siciliæ.

Non dubitat, sicut credimus, tua serenitas, quin te sincero diligamus affectu, & quin ad incrementum tui honoris, ac nominis affiremus: unde cum ea tua celsitudini suademuimus, quæ ad honorem tuum novimus pertinere, debes suasiones nostras gratariter accipere, ac eis acquiescere reverenter. Sane christissimo in Christo filio nostro Joanne illustri Rege Hierosolymitano tua sublimitati affinitate coniuncto, communis fuit omnium vox, & opinio, quod quasi in immensum successisset eidem, & quod Deus ipsum sublimitatem ejus per affinitatem tanti principis magnifice sublimasset. Nec mirum si hoc homines crediderunt, considerantes hinc excellentiæ tuae potentiam, cui esse facile cognoscabant non solum in sua sublimitate, conservare sublimes, sed etiam humiles novis honoribus sublimare; illinc vero strenuitatem, & industriam dicti Regis, non solum dignam, ut ei suum conservares honorem, sed ut illum etiam ampliores. Et ecce res videtur in contrarium versa esse, cum Rex ipse inde, nisi alio

modo provideris, contra spem nostram, & suam, ac aliorum graviter sit depresso, unde sperabatur magnifice sublimandus. Omnes qui hæc audiunt, vehementer admirantur, & dicunt: Quæ hæc est imperialis industria providentia, alienasse a se tanta pruuentia, tanta strenuitatis, tanta industria, tanti consilii virum, & tanta sibi vinculo copulatum, de quo poterat, tanquam de semetipso confidere; cuius honorum, & statutum deberet proprium reputare? Cui fiducialis poterit regnum Hierosolymitanum committere? Quis fidibus ibi existentibus gratiosus? Quis terribilior infidelibus? Quis utilior toti negotio Terræ sanctæ? Ecce si nulla sibi esset affinitate conjunctus, deberet tamen propter strenuitatem, & industriam ejus, & propter eam, quam habet gratiam hominum, notitiamque locorum sibi regnum committere supradictum. Sed et si simplicem militem in sacerorum assumptionem, deberet eum decorare regia dignitate. An pulchrius sibi est militis generum esse, quam Regis? an pulchrius erit filii, quos ex filia dicti Regis suscipiet, avum militem habere, quam Regem? Hæc, & similia parvi loquuntur & magni, admirantes super hujusmodi facto, & illud, ut loquuntur verius, detestantes.

Nobis quoque, ac fratribus nostris insultatur a multis, eo quod hujus affinitatis mediatores extitimus, ipsique Regis depresso nobis quodammodo imputatur. Denique per factum inter te, & ipsum Regem dissidium multorum devotione circa Terræ sanctæ subsidium, ut dicitur, refregit, quam facies recalcere, si ad ipsum Regem tuum, ut decet, vultum, & animum curaveris serenare. Desiderantes ergo hanc, quasi quandam nebulam, a tui serenitatis nominis removere, ac simul pro ipsius Terræ sanctæ subfilio, cui tua, & ejusdem Regis reconciliatio est plurimum necessaria, satagentes; serenitatem tuam monemus, rogamus, & obsecramus in domino Jesu Christo, postulantes pro munere speciali, quatenus tecum ipse recognitis, quam absurdum sit, tantum & talem virum occasione affinitatis tuae magnificientiae deprimi, cum solam familiaritatem tuae sublimitatis adeptos, per eam deceat exaltari, ac sapientiæ Terræ sanctæ utilitatem attendens, dictum Regem in imperialis gratiae plenitudinem reassumas, eumque tibi sic efficaciter reconcilles, quod tui serenitatem animi erga eum, ipsa exhibitione operis manifestes: cum si diligenter attendas illud, quo tibi junctus est, vinculum, facile possis advertere neminem esse, persona filii tui dumtaxat excepta, qui

Comment. Frid. pre- ces Honorijs re- spuit.

III. Significat necclari- am ad Terra- res so- ceri re- concilia- tionem.

CHRISTI
1227.

GREGORII IX. PAP.
I.

FRIDERICI II. IMP. 8
ROBERTI IMP. 7.

qui te sineerius ipso Rege diligere debeat, vel de quo tua sublimitas fiduciam possit gerere certiore. Ut autem intelligas plenus, quam intime reconciliationem hujusmodi affectemus, ecce propter hoc specia- lius mittimus ad te dilectum filium abbatem S. Martini Viterbiæ. Cisterciensis ordinis latorem præsentium, virum utique prudentem, religiosum & fidum, serenitatem tuam d. poscentes attente, quatenus ipsum, immo virius nos in ipso, cures in his, quæ ad hoc negotium pertinent, & audire clementer, & efficaciter exaudire. Datum Later, vi. kal. febr. pontif. nostri an. undecimo.

Fundebat Honorijs cassas apud infidum principem voces, qui nulla Christianæ rei cura movebatur; sed omnia ad sua commoda referebat. Cumque duriorem illius animum emollire non posset, ne Joannem Regem, qui ab ipso excitus in Italianam venerat, perlustrarat Hispanias, Angliam peragrarat, percurrerat Gallias, Germaniam obierat, ut occidentales principes ad promovenda Honorijs consilia incitaret, ac nulla laborum præmia quam regni jacturam retulerat, destituerat, pontifici principatus partem administrandam ei contulit, ut regium in calamitate decus sustentaret: qua de re ad commissos illius curæ populos has literas exaravit (a). [1]

Ch. Christissimi in Christo filii nostri Joannis Hierosolymitani Regis illustris strenuitatem, industriamque pensantes, simulque firmam spem, fiduciæque tenentes, quod per ejusdem Regis prudentiam, inter vos poterunt sedari discordia, custodiri strata, servari justitia, & alia, quæ ad vestram utilitatem, & tranquillitatem pertinent utiliter provideri; totum patrimonium, quod habet Romana Ecclesia a Radicofano usque Romanam, excepta marchia Anconitana, ducatu Spoleti, Reate, ac Sabinia, curæ, regimini, & custodiæ ipsius Regis duximus committendum, tenendum, custodiendum, & servandum, quantum de nostra, & Ecclesiæ Rom. fuerit voluntate, nominatim Radicofanum, Preceanum, Aquapendentem, Montenflaconem, Martam, Valentian. Insulam, Martan cum aliis locis, quæ ab olim confieverunt jurisdictioni castellani Montisflaconis subesse; Verall. Petronian. salvis preventibus dilecto filio nostro R... sanctæ Maria in Cosmedin diacono Card. concessis, Orde, Montaltum, Centumcellas, Corne Ann. Eccl. Tom. XX.

NOTÆ [1] Acem compositam fuisse Fridericum inter & Joannem regem, antequam Joannes a pontifice accitus pontificia ditionis terras administrandas susciperet, affirmat Bernardi thesaurarii utraque historia Gallica, & Latina. Nec sane id abludit a vero, cum aliqui pontificis rebus suis male consuluerint, si pontificia ditioni præfecisset virum imperatori, cuius illæ gratiam promereri studebat, aversantem. MANSE

VI. Inflat Pont. confir- mandæ inter Long. & Frid. concordia.

(b) Ib. ep. 580. Percellit Longo- bardos negligentiæ in ea re egisse.

Ne vero ob Longobardicos rumores in adornanda Syriaca profectio Germani teperent, Hermannum Theutonici eques stris

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAP.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7

Urget stris ordinis magistrum misit, literisque Gerinanos significavit sponitos esse Longobardiae crucis signatos. parent se Hier. iti- se accingere imperavit (a). Quo argumen- to ad Andream Ungariæ Regem, ac Lantgravium Thuringiæ scriptis (b) quos eodem literarum exemplo ad conscendas mense augusto naves expeditos, atque in procinctu esse monuit: Te, qui ab olim suscepso crucis signaculo illi militare vovisti, qui pro te in crucis patibulo militavit, rogamus, monemus, & hor-

thur. lit. tamur attente, ac per aspersionem sanguinis Jesu Christi nihilominus exhortantes,

Mensis august. ad traje- cionem. indicatus. quatenus taliter preparare testudeas, quod in instanti augusto, quo generale passum est indictum, valeas, Deo duce, feliciter transfratre, recepturus ex hoc gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Paruit Honorio Lantgravius, de quo, ut vitam in apparatus bellici laboribus pie profuderit, plura dicenda erunt; jam reliqua ad Honorium spectantia prosequamur.

VIII. Christia- na fides in sept. oris am- plificata. Russie. Reges illi- se aggredi- gari po- stulant. (c) Ep. 483. Hortato- ria ad iplos Pont. lit. Efflorescebat adeo in septentrionalibus regionibus Christiana religio, ut Russie Reges ad Mutinensem episcopum A. S. L. oratores miserint, quo ipsum ad afferendam regionibus suis evangelii lucem pellicerent; paratos se ad Christi caltra transvolare, atque hactenus erroribus involutos ob preconum evangelorum inopiam jacuisse. Quo felici nuntio accepto Pontifex Russie Regibus sacram consilium gratulatus (c) solicita- vit, ut si in eo perstarent constantes, legatum ab Apostolica sede poscerent; ipsam eorum precibus non defuturam.

Universis Regibus Russie.

Gaudemus in Domino, quod sicut audi- vimus nuntii vestri ad venerabilem fratrem nostrum Mutinensem episcopum A. S. L. a latere nostro transmissi, cum humiliter rogarerunt, ut partes vestras personaliter visitaret, quia cupientes sua doctrina salubriter instrui, parati estis omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum prædicatorum, sicut dicitur, incurritis; & pro quibus iratus contra vos Dominus permisit vos hactenus multipliciter tribulari, tribulandos acris, nisi de invio erroris ad viam properaveritis veritatis, cum quanto diutius duraveritis in errore, tanto timere possitis angustias duiores; quia eti non irascitur per singulos dies Dominus, in eos tamen, qui converti contemnunt, suæ tandem vibrat gladium ultionis.

IX. Per vos itaque certificari volentes, an Monet a velitis babere ab Ecclesia Rom. legatum, sede Ap. ut ejus salutaribus monitis informati, ca- legatum flagitant. plectumini veritatem, universitatem ve- stram rogamus, monemus, & portamur at-

tente, quatenus super hoc voluntatem vestram nobis per literas & scilicet nuntios intemis. Interim autem pacem cum Christianis de Livonia, & Estonia firmam habentes, non impediatis profectum fidei Christianæ, ne divinam, & Apostolicæ sedis incurrait offensam, quæ facile de vobis potest, quando vult, sumere ultionem, sed potius Domino largiente per veram obedientiam, & gratia devotionis obsequia utriusque mereamini gratiam, & favorem. Dat. Later. xvi. kal. febr. pont. nostri an-

no xi.

Ut paternum sinum iis Regibus aman- tissime Ecclesiæ aggregari flagitantibus Regem explicit, ita recedentem ab officio Lu- sitaniæ Regem corripuit. Invadebat is princeps ecclesiæ Portugalensis jura, quem ut a coepitis revocaret, episcopo decano & cantori Zamorensibus provinciam imposu- it, ut hæc monita Regi insinuarent, (d) quæ ipsi aliis litteris præscriptis (e) : Charissimus 492. in Christo filius noster illustris Rex Por- tugalie scire debet, quod quanto Rex regum, & Dominus dominantium Deus ma- jora sibi contulisse dignoscitur, tanto ma- jorem ab eo devotionem exposcit, & tan- to contra eum, quando ipsum offendit, amplius indignatur. Hoc autem dignum, & justum esse Rex ipse fatebitur, si æqua lance librare voluerit veritatem, & in se- metipsum curaverit reflectere oculos suæ mentis. Si enim ab aliquo per ipsum amplius honoribus sublimato se contemni, atque offendili conspicere, non indignare- tur eo vehementius contra eum, quo ei ampliora beneficia contulisset? O quanta contra eum indignatione fervesceret! o quomodo totus esset in imagine penæ, quam anxiæ quam ardenter de vindicanda ea in- juria cogitaret! Quare ergo non veretur illum offendere Dominum, a quo sublimatus est regia dignitate, a quo habet non solum omnium boni sua, sed etiam semeti- psuum? Quare non metuit illius contrasse- provocare potentiam, qui habet in suis manibus, non solum regnum, sed etiam statum suum, qui potest & animam suam, & corpus mittere in gehennam? Profecto si eum digne metueret, non offenderet ecclesiæ & ecclesiasticos viros, sed ejus intui- tu ab eorum offensi semetipsum & suos cau- tius cobiberet. Et infra:

Ad hæc cum disponendi de rebus ecclesiasticis laicis nulla sit attributa potestas, ipse de ecclesiis ad dispositionem ipsius episcopi pertinentibus pro sua voluntate di- sponit; & cum prædecessorum suorum tem- poribus archipresbyteri ad vacantes ecclesiæ accedere consueverint, & facto inven- tario illas, donec de rectoribus effet provisum, eisdem viris ecclasiasticis commen- dare, Rex ipse id fieri non permittit; sed statim illis vacantibus irregulatio ipso episcopo, ejusque vicariis per nuntios suos res

secu-

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAP.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

Ne autem possit quispiam suspicari, quod sinceritatis affectus, quem erga te gerimus, ex hoc vel in aliquo diminutus, cum dicatur potius quod pater filium, quem diligit, corripit, & e contrario qui parcit virgine, odit filium; ea quae ad salutem animæ tuae, quam totis visceribus affectamus, pertinere cognoscimus; nec non ea quæ ad honoris tui argumentum proveniunt, quem libenter, in quibus convenit, promovemus; serenitatæ tuae non desinimus jadore. Ideoque Imperiale mansuetudinem rogamus, monemus & hortamur attente, obserantes per aspercionem sanguinis Iesu Christi, quatenus ne, quod absit, de numero sis illorum, de quibus Dominus conqueritur per prophetam dicens: Percussi eos, & non doluerunt, & attriti renuerunt accipere disciplinam, sed potius correptus in misericordia correptionem recipias & mendalam, ad solvenda varia vincula, quibus teneris astrictus, instanter intendas, & ad gremium matris Ecclesiae te desiderabiliter expectantis, cum omni celeritate festines satisfaciendo Deo, qui tibi utique satisfecit, & hominibus iustitiam exhibendo. Sicut enim scire te credimus, contra nos murmuratur, immo clamatur, quod prælatorum exilium, ecclesiærum, hospitalium, orphanorum & viduarum, necnon aliorum religiosorum spoliaciones, & alias atroces injuriæ vici sumus hacenus sub dissimulatione transire.

XLIII. *Exprobriat datam non nullis proceribus fidem non servasse.*

Illud nobis quoque sèpius exprobatur, quod cum Ecclesia Rom. se ad precium tuarum instantiam, prout ex literis tuis apparet, fidei iussorie obligarit super servanda compositione inter te, ac comites Celenan. & Raynaldum de Aversa solemniter celebrata, ita tua sublimitati detulimus, quod illorum videatur iustitiam sustulisse, qui nunquam disponimus cuiquam in suo iure deesse. Nec illorum vociferationes possumus obaudire, qui clamantes, quod ad preces piæ recordationis Honorii Pap. prædecessoris nostri dilectum filium nobilem virum comitem Rogerium in iuam recipiens gratiam & favorem, promiseras quod ipsum in nullo minueres, sed potius augmentares, convitando concludant, quod ipsius exilium, quem ipse cruce signari fecisti, & captivitatem filii, quasi connivenibus oculis transimus, qui afflictis, & captiuis specialiter tenemur adesse. Ad hæc

cum universi crucifignati sub specie sedis Apostolice protectione constanter, multi subfannant, convitantes ironice, ac dicentes: Ecce qualiter sunt protecti, qui cum crucem assumerent potentes & divites, nunc a te ejecti exulant, & mendicant.

Præterea cum regnum Siciliae plene proprietatis jure ad Rom. spectet Ecclesiam, non solum calamitatibus oppressorum compunctionis affectu confodimur gementium, quod illos in eis sustineamus impiæ servitutis abusus; quos vix debemus in regnis aliis comportare; sed confundimur a vocibus exprobrantium, & loquentium, quod tales afflictiones in iis, quæ ad sedem Apostolicam te mediante pertinent, toleramus, quales ipse in iis, qui ad te spectant, aliquo medio nulatenus tolerares; cum interfici nostræ potissimum beneficio consolatione adesse quibuslibet tribulatis. Quare nec illorum

pœnas nec tuas culpas possumus ulterius salvare conscientia comportare: præsertim cum

super iis jam monitus fueris diligenter.

Ut igitur conscientiae ac famæ tam tuae, quam nostræ propitiari proberis, monemus, rogamus, & hortamur, & pro dono speciales depositimus, ut memor quod nihil valet homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ sustineat detrimentum, taliter super his provideas, quod solo virtutis amore, quæ debita sunt, videaris cupere adimplere; nosque facias de tua conversione, immo profectu lætar, scitrus quod parati sumus ad gratiam, ubi tandem secimus iustitiam non ferire. Alioquin quantumcumque tibi deferre velimus, supradicta nequaque dissimulare poterimus, quin secundum Deum, & iustitiam procedamus. Dat. Lat.

Repulit paterna monita Fridericus (ut verebatur Gregorius) & in deteriora prolapsus veteribusque flagitiis novis cumulatis, iras in Pontificem effundere, ardentesque contra eum & aculeatas literas calumniis contumeliosque refertas spar gere ac disseminare coepit, quarum plures extant apud Petrum de Vineis, qui Friderico a secretis fuit, ac nonnullæ a Parisio afferuntur, de quibus etiam Richardus meminit: eæ vero apertæ falsitatis coarguantur, non tantummodo ob illa, quæ Pontifex certissimis conspicuisse arguentis inferius afferendis demonstrat, verum etiam ob auctorum, qui illeis florueru temporibus, fide dignissima testimonia, qui pene omnes Fridericu viis inquinatissimum fuisse literis prediderunt. Jam vero superius a nobis dictis Parisii cæteroquin Rom. Pontificibus iniquissimi, testimonium adducere visum,

qui de expeditione sacra a Friderico turpiter deserta hæc ait: Quod factum Imperatoris damno ne nimis redundavit in decus, & præjudicium totius negotii crucifixi. Ob hanc ergo causam juxta multo-

rum

CHRISTI
1227.GREGORI IX. PAP.
I.

ruri opinionem ostendit se, ut prædictum est, mundi Salvator in cruce clavis confixum & cruro conspersum populo Christiano; quasi singulis & universis super injuria sibi ab Imperatore illata quereretur. Ex his ac superioribus Conradus abbas Urspergensis (a) Friderici fautor confutatur.

*(a) Urspergen. in
Sicilia ecclæsias
oppressæ anno.*

Urspergen. est mundi Salvator in cruce clavis con fixum & cruro conspersum populo Christiano; quasi singulis & universis super injuria sibi ab Imperatore illata quereretur. Ex his ac superioribus Conradus abbas Urspergensis (a) Friderici fautor confutatur, qui eo insolentia prorupit, ut Gregorium Papam elatum arrogantia, levissimis de causis, nullo judiciorum servato ordine, Imperatorem sacris movisse, monumentis tradere ausus sit. Nec aliud vir ineptissimus ad rem gravissimam confirmandam argumentum, quam Friderici adversus Pontificem furore exæstuantis flagitiaque sua omnibus modis colorantis literas adducit.

XLVI. Prorita itaque a Friderico Christi causa disolutaque expeditione, orientales Christiani animis confernati perhorruerunt; atque ex iis, qui ex diversis partibus concurrerant, adventus Imperatoris

Maxima. spe defraudati, ultra quadraginta millia lectissimorum militum in iisdem navibus, in quibus venerant, recesserunt. Cumque cæteri ad redditum se compararent, nisi induciæ cum Sarracenis abrumpentur; habito militari consilio, cum hinc non leve periculum, si laceferetur hostis, immineret, inde metus non abesset, ne redeuntibus crucifignatis barbari in Christianos incurrent; tum etiam rei bene gerendæ occasionem Sarracenorum discordia, præberet Coradino ab Alapia Hamani & Camele sultani bello appetito, demum re mature discussa, deliberatum est Hierosolymas tentare: prius vero Cæsaream, deinde Joppem magnis operibus muniendas, ut iis arcibus firmatis, instructisque omnibus necessariis, ac sequenti æstate novis ex occidente viribus collectis in barbaros, ad recuperandas Hierosolymas, crucis signa attollerentur. De quibus omnibus Hierosolymitanus patriarcha, qui ad eam sedem e Valentina ecclesia

traductus (b) hoc ipso anno fuerat, i. 1. ep. 56. demque sedis Apostolica legatus creatus, Cæsariensis, Nararense & Narbonensis archiepiscopi, Wintoniensis & Exonensis episcopi, ac religiosorum equitum magistrorum literas ad Gregorium misere, (c) quas ipse in aliis ad fideles missis inse

XLV. Despicit pontificia monita Frid.

Literas in Pontif. menda ciis, & calumnis refertas spargit.

(b) Eod. apud Par. Angl.

(c) Extant apud Par. Angl.

XLVII. Pontifex fideles excitat ad redintegrandum sacram bellum.

Grave Pa- rifi ad- vertus Frid. te- stimoni- um.

XLVIII. Mira illi- us pati- entia.

Clamat ad singulos Christi sanguis de terra, supplicat parvus & humilis exercitus, sed devotus sibi celeriter subveniri sperans in Domino, & confidens, quod negotium humiliiter inchoatum debeat ipso concedente feliciter terminari. Universi ingit & singuli, qui Christum induistis, per fidem viriliter accingimini ad Terræ sanctæ succursum, cum hic causa communis agatur, vestre scilicet fidei ac totius

CHRISTI
1227.GREGORI IX. PAP.
I.

fidei Christianæ. Dat. Lat. x. kal. junij. pontif. anno 1. Miserat etiam antea alias ad redintegrandam sacram expeditionem Germanis principibus literas, quibus par zelo ipsos hortatus est, ut eo majoribus animis ad arma ad fidem defendendam profilirent, quo magis illius causa a Friderico, in quo Ecclesia spem suam collocarat, de sera afflitaque videatur, & crucis hostis petulantius insolecat: æquitati ac rationi consentaneum esse, ut quani a numine vitam accepere, pro ipsius amore, amplificandaque ejus gloria generose profundant; Terramque sanctam Christi sanguine imbutam olim, & consecratam, in pristinam restituant libertatem.

Cum in Germaniam defluxerit oratio, De B. Elisabeth.

XLVIII. nonnulla nobis de beata Elisabeth, quæ Christi animis confernati perhorruerunt; atque ex iis, qui ex diversis partibus concurrerant, adventus Imperatoris Maxima. spe defraudati, ultra quadraginta millia lectissimorum militum in iisdem navibus, in quibus venerant, recesserunt. Cumque cæteri ad redditum se compararent, nisi induciæ cum Sarracenis abrumpentur; habito militari consilio, cum hinc non leve periculum, si laceferetur hostis, immineret, inde metus non abesset, ne redeuntibus crucifignatis barbari in Christianos incurrent; tum etiam rei bene gerendæ occasionem Sarracenorum discordia, præberet Coradino ab Alapia Hamani & Camele sultani bello appetito, demum re mature discussa, deliberatum est Hierosolymas tentare: prius vero Cæsaream, deinde Joppem magnis operibus muniendas, ut iis arcibus firmatis, instructisque omnibus necessariis, ac sequenti æstate novis ex occidente viribus collectis in barbaros, ad recuperandas Hierosolymas, crucis signa attollerentur. De quibus omnibus Hierosolymitanus patriarcha, qui ad eam sedem e Valentina ecclesia traductus (b) hoc ipso anno fuerat, i. 1. ep. 56. demque sedis Apostolica legatus creatus, Cæsariensis, Nararense & Narbonensis archiepiscopi, Wintoniensis & Exonensis episcopi, ac religiosorum equitum magistrorum literas ad Gregorium misere, (c) quas ipse in aliis ad fideles missis inse

XLIX. Deturbata ex illo rerum florentissimo statu in abjectissimum Elisabeth, non excidit animo: sed prima ipsa nocte, qua pulsæ fuerat, se se ad Minorum ecclesiam contulit, exoravitque, ut illi, Te Deum laudamus, decantarent, quasi in tam atrocí rerum conversione triumpharet. Quæ vero postea acerbissima incommoda, ac mala perplexa fuerit, utque reversi viari prænobiles, qui cum Lantgravio sacram

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAP.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

Seculū pompam despicit. eram expeditionem suscepserant, acriter in Henricum invecti, compulerint, Elisabetham palatio excipere, quæ tandem spretis mundi opibus sponte iis sese exxit, ac in pristinam egestatem collapsa mundanorum hominum ludibriis fuerit appetita, ejus vitæ auctor Theodoricus est pluribus prosecutus, qui subdit: Dominus Papa Gregorius nonus apostolicis eam scriptis consolans, sanctoru[m] quoque exempla ei proponens, & vitam æternam pollicens, ipsam ad castitatis perseverantiam, & patientia constantiam benigne ac paternè horabatur, personam ipsius, & bona sub protectione sedis Apostolice recipiens speciali, qui etiam magistro Conrado sacerdoti devoto, & viro coram Deo & hominibus comprobato, eam suis literis diligentius recommendau[er]at, eundem sibi instituit defensorem; ut vero sanctissima Regina iis adversis rebus non dejecta, sed ad celsissimum pietatis Christianæ apicem fuerit excitata, atque ob vite merita, & insignia miracula sanctorum catalogo adscripta fuerit, suo loco dicetur.

L. Cumanī ad fidem Christianam conuersi. Ceterum spectat ad Ungariæ gloriā non modo Beatam Elisabeth tulisse, verum etiam Cumanos Strigonensis archiepiscopi opera ad Christum pellectos esse, ac luce evangeli collustratos. Ex quo felici nuntio ingenti gaudio delibutus Pontifex, gratulatorias Strigonieni archiepiscopo literas dedit (a): Nuper per literas tuas nobis transmissas accepimus, quod

(a) Lib. 1. ep. 39. Ea de re lit. ad Strig. arch. super gentem Cumanorum clementer respiciens, eis salvationis ostium aperuit his diebus: aliqui enim nobiles gentis illius per te ad baptismi gratiam pervenerunt, & quidam princeps Boriz nomine de terra illorum cum omnibus sibi subditis per ministerium tuum fidem desiderat suscipere Christianam; propter quod unicum filium suum una cum fratribus predicatoribus, messis dominicae operariis in terra praedicta, ad te specialiter destinavit, attentius obsecrans, ut personaliter accedens ad ipsum & suos, viam vitae ostenderes ipsis, per quam ad veri Dei notitiam vuleant pervenire. Unde quamvis pro executione voti tui, quod emiseras pro Terræ sanctæ succurso, in peregrinationis esses itinere constitutus, considerans tamen tam magnum uniuersarum fructum, & augmentum Christianæ fidei exinde provenire posse, si piis eorum desideriis condescendas, intermissò dictæ peregrinationis itinere, dilectum filium archediaconum de Zala ad nos destinare curasti, devote ac humiliter supplicans, ut tibi hoc faciendi, non obstante voto predicto, licentiam preberemus. Et quia magis fructificare poteris, si Apostolice sedis legatione funguris, cum auctoritas semper consueverit multum favoris habere in Cumania, & Brodinia terra illi vicina,

de cuius gentis conversione speratur, legationis officium tibi committere dignamur, per quod habeas potestatem in eiusdem terris vice nostra prædicandi, baptizandi, ædificandi ecclesiæ, ordinandi clericos, nec non & creandi episcopos, & generaliter omnia, quæ ad cultum, & ampliationem fidei pertinent, exercendi. Cum igitur maior bonum minori sit merito præferendum, & de tua charitatis ardore geramus fiduciam plenioram, accedendi ad dietas provinciarum licentiam tibi concedimus postulatum, devotioni tuae super prædictis plena legationis officium in eisdem provinciis committentes. Dat. Anagnæ 11. kal. aug. pont. nostri anno 1. Hæc Pontifex. Qui pari studio adducendorum ad Christianum septentrionalium infidelium in literis ad Wratissaviensem episcopum datis Swantopelkum laudibus commendavit (b) ob (b) Lib. 1. extructas Prædicatorum familie religiosis viris ædes in urbe, cui Gdansk nomen est, ut infinitos barbaros ad subiiciendos illos Christi imperio velut ex arce quadam excurrere possent. Laudatur etiam Swantopelkus ob pium illud facinus a Longino (c): sed pariter ob cruentam ab (c) Longeo in suum principem conflatam coniunctionem, ac scelere partam sibi Pomeraniam in crimen vocatur.

L. L. ac funestam Lesconis Albi Cracoviensis, Polonicae res. ac Sandomiriensis ducis necem, quam Longinus imbuto lacrymis stylo prosequitur. Cum enim præfectura Pomeroniae, ac rerum gestarum gloria superbiens Swantopelkus, a Lescone Albo, ut eam Confidata illi provinciam fiduciario jure, supremo a Swantopelko in Lesconem Album coniunctio. illi retento, usumque purpuræ concederet, expetiisset, repulsam passus, militibus in suum nomen jurejurando adactis, deficere coepit, ac tributa Lesconi persolvenda invadere. Quibus auditis Lesco, indicito Zanzanæ conventu, in speciem consulendi rebus Polonicis, re ipsa vero, ut eo rebellem blonde aliceret, ac Pomerania incruente potiretur. At Swantopelkus artes illius cruentis aliis artibus elusit: cumque se proxime venturum per internuntios suos ad explorandum consilii immanibus opportunum tempus significaret, coniuratione conflata cum Uladislao Othono duce, dum Lesco, ac Henricus cum barba appellatus Slesiae & Wratissaviæ dux ipsi Lesconi familiaritate amicitiaque conjunctissimus, balneo corpus abluerent, Pomeranorum ingenti succinctus manu irruit, resistentes trucidat, fugientemque Lesconem Album immaniter obtruncat. Tum Henricum in balneo plurimis vulneribus cedit, in quo casu militis unius Peregrini nomine, virtus posteriorum æterna memoria celebranda eniuit: qui objecto corpore, vibratos in Henricum lethales ictus exceptit, ac facinus.

Legatis Ap. munus illi commis- sum in Cumam & Brodinam. (a) Greg. t. 1. ep. 43. Exhorta inter Wratiss. & Crac. ep. de se-disdignit. contro-versia. demum moriturus sese illi injecit: ita enim Henricus cum mortuum fixisset sub militis occisi cadavere delitescens, & præsenti mortis periculo evasit. Adde-mus Polonicis rebus extare in regesto pon-tificias literas (a) de controversia Cracoviensem inter & Wratissaviensem archiepiscopos mota, de qua Dlugoscus memoratus hæc superiori anno scriptis confignauit: Celebravit & hoc anno Vincensius archiepiscopus Gnesnensis synodum in ecclesiâ S. Blasii, ubi contentione de prima sessione inter Iovonem episcopum Cracoviensem & Luurentium episcopum Wratissaviensem exhorta, Iovone episcopo Cracoviensi jus suum per privilegia apostolica probante, Luarentio episcopo Wratissavien- se nibil oppente, aut producente, de loco tamen cedere nolente, Ivo ex synodo recessit. Atque hactenus de Polonicis rebus.

LIII. In Galliis (b) erupit hoc anno sœderato- rum principum, Hugonis nimirum Marchiæ, Theobaldi Campaniæ, ac Petri Britanniæ comitum adversus Ludovicum Regem conjuratio. Ferebant illi iniquo animo Regi pueru subesse, cujus etiam consecrationis regiae pompa cohonestare, fideique sacramento se illi addicere recusabant: tum indignabantur Blancham Reginam, Hispanam genere, regni administrationem gerere. Sed brevilla principum audacia concidit, generoso enim ardore accensus regius adolescentis Romano legato Apostolico, ac Bolognae comite patruo stipatus, antequam factio coalesceret, in rebelles movit, Campaniæ comitem illius adventu territum ad officium adegit; deinde Marchiæ ac Britanniæ comitibus, ut juris ordinem servaret, diem indixit; qui cum initio non paruissent, tertio repetito eodem imperio, sibi meruentes in illius obsequium procuberunt.

LIV. Illius virute ac felicitate comprimuntur. L. Anglis terrori est. Cum felicibus initii Regiis Ludovici potentia se efferret, Anglorum Regem, qui foedus cum iis proceribus coierat, metus incescit, ne reliquam Aquitaniam ipsi Gallus eriperet; cum præcipue eo plurium vergerent, consilia, bellum in Anglos ad ipsos e tota Gallia deturban-dos vertendum videri. Quod cum præ-sensisset Gregorius, qui Anglorum Regem Ecclesiæ stipendiarium tuebatur, ut amissa recuperaret, Ludovicum ab eo consilio abducere suis literis est conatus, atque ad restituendas Anglis provincias, quæ a patre comparatae fuerant, solici- (c) Lib. 1. tavit (c). Illustri Regi Francia.

L. L. insinuat Greg. sed. Apostoli-ca in Gallos studi- um. LIV. Pro prærogativa devotionis, & fidei inculcæ recordationis Regum, & regni Francorum ad Reges ipsos & regnum semper exuberavit Apostolica sedis affectus, & nos qui eidem sedi, licet immeriti, præf- rct,

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAP.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

demus, firmiter proponimus, in bujusmodi dilectione imitari prædecessores nostros Romanos Pontifices, quantum cum nostra possumus honestate, de conscientia bona, & corde sincero ad incrementum tuum, & regni ejusdem efficaciter aspirantes. Nimirum ex abundantia, & fervore dilectionis prædictæ, frequentes, & diversas molestias ab avo, & patre tuo Regibus, & regno Angliae irrogatas, Rom. Ecclesia non sine derogatione sustinuit famæ sue, cum regnum Anglicum specialiter ad ipsum pertineat, & immo in ejus injuriis honor sedis Apostolice lessus fuit. Ex eadem quoque affectione procisit, quid cum avus tuus rum opnon mediocriter interdum offuderit claræ pressione memorie Regem Angliae crucifixum sub protectione sedis Apostolice consistenter, licet fuisse in ejus injuriam id presumptum, non solum conniventer oculis pertransivit, sed eum tunc ex hoc in magnæ necessitatis articulo constitutum, injuriis dissimilatis adiuvit. Contra ipsum etiam inhibitionem inculcæ recordationis patrem tuus regnum Anglicum invadens, totam penne terram, quam contra mare Reges Angliae tenuerant, occupauit: & tamen ab hoc Romana Ecclesia retrahi a dilectione regni Francorum non potuit; sed ejus amorem honori suo præferens, super hoc non processit, sicut forte procedere debuisset.

Insuper cum contra barones Regis Angliae quedam apostolice literæ, quæ de jure negari non poterant, emanassent, eadem Ecclesia pro illo, quem ad regnum ipsum habebat effectu, effectum suspendit eorum (quæ ea fuerint supra indicavimus, nimirum Vasateni episcopo datum provinciam, ut ens quæ ad Ludovicum VIII. deservant, censorum terrore ad Henrici obsequium revocarent) in quo non modicam notam incurrit, dicentibus aliquibus, quod contra Deum homini deferebat. Novissime vero sicut accepimus, aliqui suadere intunduntur, turbandum charissimo in Christo filio nostro... illustri Regi Anglorum illud modicum, quod ei citra mire remansit. Quia igitur merito de nobis posset diffidere, quod deberemus in tuis necessitatibus tibi favere, si aliis propriam justitiam sedes Apostolica denegaret; & tunc tuæ utilitati consilimus, cum animæ tuæ solliciti providemus, ad quod ex Apostolice servitutis officio, tibi sumus specialiter obligati, serenitatem tuam rogamus, & horramur attente, ac tibi etiam consultum bona fide, quatenus, cum inter Reges alios locum obtineas celstorem, dispensandum salutis, & famæ devitare procurans, occupata maxime contra Ecclesiæ interdictum restitus, & ad aliena jura manus tuas cum injuria non extendas. Quia cum Rex a regendo dicatur, non debes suadentibus talia credere, sed prudenter regere temetipsum: quod quidem omnino non fieri.

Solicitat ad rectitudines erpas Anglis terras.

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAR.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

Pet, si non abstineres ab injuriis aliorum, & non restitueres, si qua juris alieni nosceris detinere. Preces itaque ac exhortationes, & consilium nostrum, sic ob reverentiam nostram, & Apostolice sedis admittas, quod conscientiam tuam in hujusmodi non offendas, detrimentum entimtu salutis eo minus tolerare possemus, quo illam ardenter affectamus. Dat. Later. VIII. kal. junii pont. nostri an. I. Hæc Pontifex in Henrici gratiam. Qui licet Gallia Regem in clientelam suam accepisset, Henrico tamen rescriptis non esse pontificis consilii adversus Anglicanam rem ipsius partes sustinere.

LVI.
Ad sustinendos ingruentium sub primis regni auspiciis bellorum sumptus firmandumque solium magno ærario opus erat Regi Ludovico: atque adeo a clero exactæ sunt decimæ, que Ludovico VIII. Albigensis belli causa decretæ fuerant; cum maxime Narbonensis Gallia hæreticis vires animosque ex præterita clade colligentibus tumultuaretur. Qua in re Cardinalis legatus demandata sibi auctoritate ad tuendam regni dignitatem, in compellendis ad solutionem decimarum viris ecclesiasticis est usus. Tulere gravissime ex iis nonnulli onus sibi impositum, atque literas ad Gregorium querelis acerbioribus refertas misere: indignum videri residuam promissæ in Bituricensi synodo decimæ partem exigi, cum ea lege concessa esset, si Ludovicus VIII. expeditionem in Albigenses persequeretur: nunc vero, eo extincto, mutatas rerum vices, injusteque se a Regina Blanca ac Romano legato opprimi.

Flebiles ea de re ad Greg. lit.
Sanctissimo in Christo patri ac domino Gregorio, miseratione divina summo, & universali Pontifici, devoti & humiles ejus famuli P... decanus, totumque capitulum ecclesiae Parisiensis subjectionis, devotionis, & totius obedientiæ plenitudinem.

Si populo suo reservasset Dominus alterum Jeremiam sanctificatum ab utero, qui sicut ille planxit legitur, sciret plangere captivitatem populi sui, non tantum quadruplici, sed multiplici, si posset, plangeret alphabeto, & merito juxta novitatem flagitiæ, novum excogitaret genus lamenti. Ille planxit transmigrationem populi sui ab hostiis factam, meritis peccatorum inflictam: iste plangeret calamitatem non veteris populi, sed inclita Sion, de qua dictum est: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob; calamitatem plangeret, non ab extra-neis, & inimicis inimissam, sed ab eis, quorum esset protegere, non opprimere, procuratam. Calamitatem plangeret, quæ non meritis redditur, sed potius ex infolientia dominationis infertur eorum quibus dicitur: Providentes non coacte, sed spontaneæ, neque, ut dominantes in clero,

sed forma facti gregis ex animo.

Veritas quidem ita se habet, quod a domino legato totius legationis sua concilio Bituricensi convocato, capitulorum ibi nuntii pro Albigensi negotio conveniunt, ut ea quæ in eodem concilio tractarentur, seu statuerentur, capitulis suis referrent, ut super eis deliberarent, nulla quidem penitus eis potestate consentendi concessa. Cum igitur de modo subventionis negotii Albigensis eos consulueret, & ipsos ad hoc inducere niteretur, quod decima bonorum ecclesie per quinquennium solveretur; si Rex Ludovicus bona memoria negotium assumeret, & ad idem personaliter laboraret; responderunt nuntii, quod nullam habebant super hoc consentendi potestatem, nec qua sibi limitata fuerant, poterant excedere; unde pro se ipsis, non pro capitulis responderunt. Et bene videbatur eis, quod utile erat consilium decimam prætaxatam perservi, si Rex aliter non vellet dictum negotium assumere, & personaliter laborare, sine cuius praesentia nullatenus, secundum quod videbatur eis, poterat negotium utiliter expediri. Postmodum autem quidquid fecerit, quidquid constituerit super haec capitula, non convenit: sed triquetatu cum quibusdam episcopis habito ad Regem accessit, & quod Rex negotium personaliter suscipiat, procuravit. Cum igitur videbant capitula, quod Dominus Rex Ludovicus felicis memoria pro negotio fidei tantum onus suscipiat, fidei ejus fervori devotionem suam junxerant, non quod attenderent aliquam promissionem, quæ nulla in veritate præcesserat; sed cum gaudio animi de pura liberalitate, ne tanto deesse negotio viderentur, dimidiam pariem decimæ non quidem nomine decimæ, sed obtenuit subsidii persolverunt, aliam partem, & etiam maiorem, si expediret, si Deus eundem Regem reservasset incolument, & in eodem negotio persistente, libenter & liberaliter soluturi. Rege autem defuncto, quidquid dominus legatus cum Regina fecerit, quidquid constituerit, quidquid promiserit requisita capitulorum voluntate, non est factum: unde considerantes, quod non erat, in cuius manu negotium posset proficere sicut prius, nullam visum est eis subesse causam, quare quinque annorum decima solveretur: maxime cum iam legatus vellet eos, sicut dicebatur, ad solutionem, ut Reginæ promiserat, compellere, eo dicente, quod etiam cappas nostras daret ei, nec Reginæ se vellet ad certum tempus, vel certum numerum militum aliquatenus obligare: attendentes, quod hoc ipsum, quod de liberalitate præcesserat, convertebatur in oblationem, & servitutem sibi timentes in posterum capitula quatuor provinciarum, Rhemense, Senonense, Turonense, & Ro-

*tboz**LVII.*CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAR.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

thomagense habita deliberatione & tractatu pro libertate sua servanda potius, quam pro subventione vitanda, ne ad onus hujusmodi compellerentur, sub hac forma sedem Apostolicam appellarent, &c. Sequuntur cleri earum ecclesiarum literæ, quibus ad sedem Apostolicam provocarunt. Adscripta est feria quarta ante pentecosten hujus anni. Subiiciunt mox que sibi injuria post eam provocationem factam a legato censuras ecclesiasticas incutiente, regiisque administris ad decimam illum extorquendam ipsorum bona occupantibus fuerint illatae, quas ad concitandum ad misericordiam Pontificem hac oratione exaggerant:

Quis ista oculis siccis vobis valeat enarrare? deficit in scribendo manus, & plus fluit oculus, quam calamus: quidquid calamus pingit incausto, delet oculus lacrymarum profusio, ac per talem pingentis & plangentis mixturam litera convertitur in litarum. Utinam vos Dominus pater sanctissime nobis alterum suscitet Hieremium, qui nobis compatietur, & plangat, & ore pro nobis, sicut dicitur in ultimo Michabœorum: Hic est fratum amator, & populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate Hieremias Propheta Dei. Ad quem autem recurrere possumus, nisi ad vos? ad quem pulsare debemus, nisi ad vos? quem prius Ostiensis Dominus in ostium feliciter commutavit, per quod ingrediamur & egrediamur, & pacua vita inventire possumus: quem Dominus providit hostiam sibi, hostem diabolo, ostium gregi suo, qui est ostiarius simul & ostium; secundum quod ostium vicarius Jesu Christi, qui dixit: Ego sum ostium; secundum quod ostiarius successor Gregorii, cuius est super gregis dominici custodiæ vigilare. Recte enim Ostiensis, & officium ostiarii, & nomen Gregorii mutatione facta divinitus debebatur, ad quod ostium pulsamus, & ostiarium imploramus, ac vigiliem respicimus, qui est virga vigilium, ut juxta verbum Domini nobis sit: Petite, & accipietis, querite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis. Petimus igitur ab ostiario, querimus a vigili, pulsamus ad ostium, & aperiatur nobis.

LIX.
lis perturbatur Gre-gorius. (a) Ib. sp. 130.

Acerbiissimo eo luctu emollitus Gregorius, mox Romanum S. Angeli diaconum Card. A. S. L. gravibus verbis perstrinxit, decreto duriori Gallicanum clerum oppressisse, præcepitque literis (a) ut imposito onere illum levaret, ac facta revocaret. Tum aliis literis ad Rhemense, Parisiense aliaque canoniconum collegia datis ipsorum dolorem permulxit (b). Presentatæ paginæ Senonensis & Parisiensis capitulorum tenor exhibitus amarissimæ myrræ fasciculum nobis de novo in cruce earnis, & patibulo spiritus immolatis exhibet. Ann. Eccl. Tom. XX.

FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

*buit, qui ita paginam cordis nostri inaudita turbationis calamo, & nova amaritudinis atramento conscripsit, quod scripturam nec lugubris mentis gemitus, nec lacrymarum fluvius oblitterare valeat, quam nostro animo, quasi ungue adamantino novo cuudendi genere stylus exarati doloris impressit. Quomodo lugens valeat consolari mœrem, dolens delinire dolores, cum contraria suis curentur oppositis, non est facile reperire. Nemo querat ab amaricato quod sapiat, ab exasperato quod mulcent, quia exterminantur in * verba, * amaracella dulcedinis, ubi totum pectus occupat vis doloris.*

Principium principis incliti quondam Regis Ludovici claræ memorie negotium Deflet immatu- pacis, & fidei fideliter promoventis Ecclesie matris sue attulit risum, & gaudium: VIII. sed œmula mortis fato miserando subtra-ctus risum in luctum convertit, gaudium in lamentum, totumque negotium, quod felicibus Deo auctore promovebatur auspicis, mortis suæ gladio graviter vulneravit. Sed successione prolis obducta vulneris cicatrice quasi reviguit, & spem futuri fructus præteritis laboribus penitus non ademit. Verum quod dolentes referimus, dolendum est, ne novum infortunium negotio pacis & fidei sic infortunate succedit, ut scintillam spei, quæ in cleri devozione remanserat, flatus exortæ malignitatis extinguit. Sed absit quod hoc negotium unius culpi perimat, pro quo tot martyrum sanguis sub altare Dei voce indefessa clamat: præsertim cum potius pro ecclesiastica libertate tuenda, quam pro negotio subventione vitanda duxeritis applicandum. Recognoscimus quidem, & faciemus quod ecclesiæ Gallicana post Apostolicam fidem quoddam totius Christianitatis est speculum, & immotum fidei firmamentum, utpote quæ in fervore fidei Christianæ, ac devotione Apostolicæ sedis non sequitur alias, sed, ut cum earum pacem dixerimus, antecedit. Cuius devotionem verbis extollere superfluum reputamus, cum sit claris operibus manifesta. Intellexit igitur gravaminibus vobis a dilecto filio nostro Romano S. Angeli diacono Card. A. S. L. per ordinationem quandam Senonis editam irrogatis, tacti dolore cordis intrinsecus, & gravi admiratione commoti, eundem legatum literarum asperitate nostrarum, ut decuit, redarguimus, & ei continuo dedimus in virtute obedientiæ firmiter in præceptis, ut ordinationem ipsam, sive quocumque alio nomine factum hujusmodi censetur, omnino revocet sine mera, &c.

Dabat hæc imperia Gregorius tristibus Gallicani cleri præter modum sua incom- Rem ma- turius di- fuscit. Mulcet illorum dolorem.

G g g spi-

CHRISTI
1227.GREGORII IX. PAP.
I.FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

Guido e
monte
forti ab
Albig. in-
termi-
natur.

Lud. Regi
bellum in
Albig. re-
diante
granti
easdem
decimas
persolvi
jubet.

(a) Ep.
154.
Eo argu-
mento
transmis-
sa ipsi
literæ.

spiceret (recepérant enim hæretici ex morte Ludovici VIII. strenuissimi illorum domitoris morte animos, atque hujus anni mense februario Guidonem comitem Montisfortis, Simonis illius præclarissimi fidei defensoris, cuius tot egregia prælia narravimus suis locis, fratrem illiso in caput malleo prope Apamias, ut deplorat Bernardus, interfecérant) cum satius foret ecclesiasticas opes imminui, quam religionem labefactari, Ludovico Regi piam expeditionem a patre susceptam, ejusque immatura morte discussain, redintegrande meditanti decimas ecclesiasticorum proventuum in concilio Bituricensi decreta concessit: prætermissoque cleri Gallicani lamentis, eas Regi persolvi imperavit. Qua de re ad sanctum adolescentem hæ literæ data (a). [1]

Illustri Regi Franciæ.

Cum dilectus filius noster Romanus S. Angeli diaconus Card. tunc A. S. L. in concilio Bituric pro negotio pacis & fidei convocato, consilium accepisset, quod si clara memoria Rex Franciæ pater tuus negotium ipsum sibi assumeret, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum sue legationis usque ad quinquennium, si tantum duraret negotium, offerret eidem; & Rex ipse divinitus inspiratus assumpisset negotium supradictum, idem legatus ei obtulit & promisit usque ad prædictum tempus, si negotium tantum duraret, decimam memoriam expendendam pro voluntate sua, quamdiu per se, vel per suos, sicut negotium exigere, illud curaret prosequi bona fide. Cum autem hujusmodi facto legati quædam capitula trium provinciarum, Rhemensi videlicet, Turonense & Rothomagense opposuerint, & ne compelleren-

tur dictam decimam solvere, ad sedem A. postolicam pro se, & sibi adhærentibus duxerint appellandum; nos auditis super hoc quibusdam capitulorum procuratoribus, & Cardinali prædicto; considerato etenim quod pro tam evidenti necessitate, & tam utili negotio Ecclesiæ Dei, dictus legatus tum jure legationis statuere vel ordinare potuit, quod expedire videbat; tum etiam ex eo quod speciale potestatem ab Ecclesiæ Rom. receperat ordinandi, & statuendi, quecunque secundum datam sibi a Deo prudentiam videret negotio expedire, ordinationem ipsius ex ordine legitimam, & sanctam ex causa, nec non & promissio nem factam Regi de consilio pene totius Bituricensis concilii, de fratribus nostrorum consilio duximus approbadam, & non solum firmam, sed ritam & gratam habemus eandem; volentes, & statuentes auctoritate præsentium, ut tibi secundum dictum promissionem a memorato legato eidem patri tuo factum, decima integræ per solvatur. Datum Later. id novembr. an. I.

Reservarunt numen sancto Regi excindendæ Albigensis impietatis gloriam, quædem ab ipso elisa est, ut suo loco dicetur. Susceptam porro a parente sacræ in hæreticos expeditionis provinciam persecutus, multis secundis præliis Albigenses Hymberti & Bellojoco ducis opera, cui plures prælati se conjunxere, fatigavit. Cum vero Hymbertus munitam a Raymundo arcem obsidione cingeret, faceta hæ historia contigit, quam Bernardus narrat his verbis: Erant in exercitu ex parte Regis & Ecclesiæ cum domino Hymberio dominus Petrus Amelii archiepiscopus Narbonensis, & dominus Fulco episcopus Tolosanus, quem quodam die tran-

LXII.
Quæ ge-
ra in Al-
big.Hæretico-
rum in
præfules
infolen-
tia.

NOTÆ

[1] **A** nimadversione dignum judico in literis Gregorii ad regem Galliæ, hic ab Annalibus recitatis, nonnisi metropolitanos tres, Senonensi omiso, inter appellantes recenseri, cum superius num. 57. in literis Cleri Gallicani ad pontificem Metropolite quatuor Remensis, Senonensis, Turonensis, Rothomagensis reclamaverint. Nodum hunc solvit Joannes Ieprius in Chronicô S. Bertini, vulgato a Martenio in Anecdoto, ubi hæc in rem presentem leguntur. Legatus in Bituricensi concilio bona ecclesiæ decimari præcepit, invitî & reclamantibus, immo etiam appellantibus fere omnibus Galliarum prælati, & specialiter quatuor provinciarum, Rhemensis, Senonensis, Bituricensis, & Turonensis; sed Senonensis, cito ab appellatione sua se recepit; & mortuo rege rediens (Legatus) ad curiam secum ducens Senonensem archiepiscopum qui ab appellatione sua recesserat, ac abbates Cisterciensim, Claresvalensem, quos ipse creaverat, & quodam alios, omnibus ecclesiæ Gallicana sibi contrariis minus fortes inferens, sed ab hoc nihil desistunt. Vera in his prodidisse Iperium, qui labente hoc sæculo scribebat, ex his, quæ superius animadvertisimus, compertum est. Sed errat, dum statuere videtur Senonensem ante regis obitum appellationem dimisisse; nam scriptæ de obitu Ludovici literæ, in Annalibus hic n. 57. recitatae, Senonensem inter cæteros appellantes referunt. Extant in collectione Martenii literæ, quibus Senonensis archiepiscopus, & Carnotensis episcopus fidem suam obstringentes, solutionem decimarum illarum in quadriennium singulis annis usque ad quadriennium spondent. Datae sunt Parisis anno MCCXXVII. mense augusto. Ex his vero literis intelligimus, regem non residuum tantummodo decimarum usque ad integrum quadriennium exigisse, nam quædam earum portio soluta jam fuerat Ludovico adhuc superfite, ut ex literis saepe jam laudatis Gallicanarum Ecclesiæ ad pontificem constat; sed integras, ac si tunc primo quadriennium inciperet poposcisse. Quin & in Anecdoto ejusdem Martenii tom. I. col. 942. leguntur literæ Willelmi Abbrincensis episcopi datae V. Kal. augusti hoc anno, quibus censuris animadverti mandat in eos, qui de patrimonio Jesu Christi partem vel modicam erogare in prosequendum negotii ipsius Christi, & ipsi quidem recusaverint, & cum aliis ad resistendum exactioni conspiraverint. MANSI

LXIII.
Diplomi-
nam ec-
cles. re-
stituere
mititur
Greg.(b) Lib. I.
ep. 129.Data in
ea causa
præfuli-
bus impe-
ria.

Retorta facete in ipsos verborum contumelia.

transiunt cum pluribus circa villam illi de intus clamantes diabolorum episcopum infideliter vocitabant. Dicunt enim hæretici infideles catholicos & ministros Rom. Ecclesiæ esse diabulos, & ipsam Ecclesiæ satanæ synagogam. Et tunc qui cum ipso erant: Auditis, inquit, quia vos appellant diabolorum episcopum? utique respondit episcopus, & verum dicunt, quoniam ipsi sunt diaboli & ego sum episcopus illorum. Addit auctor, (a) ut catholicon virtute edomita fuerit obsecorum impudentia, arceque expugnata hæreticorum diaconus ac socii flammis injecti fuerint; deinde instructis agminibus catholici ad Tolosanum agrum vastandum vireasque evertendas fuerint progressi. Quæ clades Tolosanorum animos ac superbiam admodum fregit. Non silenda vero nostrorum pietas, qui singulis diebus summo mane, antequam tractarent arma, pie divinis mysteriis intererant; ac merito, cum saepius edocuisse experientia precibus magis, quam armis hæreticos debellari.

Supereft, ut quemadmodum pontificium zelum in urgendo adversus Albigenses hæreticos bello vidimus, ita quæ ad collapsos Christianorum mores emendandos, atque ad pietatem antiquam traducendos gesserit, afferamus. Insignes sunt eo argumento literæ ad Insibriæ præfules exaratae, quibus ipsos hortatus, ut extirpandis populorum vitiis vacarent, paternæ admonet, (b) ut, quo ea prætarent ad dignitatem, primum vitiorum omnium labem a scipis depellerent: Ad confusum perpetuam evitandam, & declinandos sempiternos ardores ac cruciatu sacerdos, oportet omnes, qui assumti sunt ad agrum dominicum excolendum, granum a palea flagello debitæ correctionis excutere, & a fruge dominica zizania separare, ne electos contagium tantæ corruptionis inficiat, & filios Dei cum filiis mundi hujus hora repentinæ calamitatis involvat. Quo circa fraternitati vestrae in virtute obedientiae per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus omni mora, & occasione postpositis, primo incipientes a vobis ipsis torpore desidia, & negligenter teponem omnimode deponentes, ne bovis stercore lapidatos incipiatis vos Dominus vomere de ore suo, arma spiritualia, gladium & ignem viriliter assumentes, incipiatis parietem fodere, ut appareant genimina, viperarum, & radius lucis vibretur interiorum, & ad vindictam exigat umbram mortis, moniales, & monachos, & clericos seculares efficaciter corrigentes, tam in capite, quam in membris, &c. Datum Anagniæ II. id. jul. pontif. nostri anno I.

LXIV. Parem quoque diligentiam ad solutio- rum monasteriorum disciplinam constrin- gendam restituendamque abhibuit, quod Ann. Eccl. Tom. XX.

FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.GREGORII IX. PAP.
I.CHRISTI
1227.

munus in nonnullis Italiæ provinciis Joachimo S. Mariae, Jordano ac Pandulpho ordinis Prædicatorum religiosis viris demandavit (c). Cæterum ut severum se in eos religiosos viros, in quibus antiquæ pietatis flos emarcuerat, exhibuit, ita alios apud quos vigebat disciplina, singulari benevolentia est prosecutus. Ut enim de Minoritis ac Prædicatoribus mitram dicere, ipsius literas ad rem illustrantes strandam abbatis ac monialibus S. Mariane Senensis exaratas (d) afferemus, cum studio præcipue ostendant, quantum rerum cœlestium contemplatione delectaretur. Ac sane mirum est tantum Pontificem in (d) Ep. 141. summæ dignitatis fastigio collocatum, quique Reges ac principes adeo generose percelleret, Christi ancillas humillimis verborum officiis, quæ sequentes continent, fuisse prosecutum.

Ancillis mulieribus Benedictæ abbatis monasterii S. Mariæ Senen. torque convenit.

Magna, sicut dicitur, vobis nata est in Elegantes mea promotione jucunditas, quæ si non recipere a contrario accidentibus metum perpetuum, vobis dare poterat de audita exaltatione tripudium. Sed inter tot varios mores & animos diversorum, quorum servituti addicitur quod præfertur, inter tot fluctus turbineque causarum, quibus mens occupata colliditur, non potestis, quæ nos pietatis intuitu diligitis, noui gustare formidinem, quantumcumque hauseritis de injuncto mibi a Domino apostolitus officio voluptatem. Placere vobis debuerat preventus honoris, si obnoxia non esset altitudo periculis: & valde jucundum esset supra undarum vortices cum Petro adventus Redemptoris occurgere, si ventus a latere veniens non terret. Verumtamen quia prope est Dominus omnibus invocantibus nomen ejus, & maxime vobis in Christo filiabus, quæ ad pedes ejus jugiter lacrymanti & orationis infantia ungitis diviniæ viscera pietatis, & pungitis genitibus inexhaustis, rogamus & obsecramus in Domino Iesu, ut sit ad Dominum clamor jugiter vestrae mentis, ut servum servorum Christi & specialiter servum vestrum, & ancillarum Christi omnium non absbeat pelagus tempestatis, adiiciatque gratia, quod negligentia subripit, & divina misericordia dulcedinem tranquillitatis amissæ redimat, quam subito rapuit repentina casus angustia.

Dum itaque ad amena solitudinis, beatæ vitæ præludia, eremitarum cœtum ad donativa currentium celestium thesaurorum, dum ad B. Benedicti vestigia præruptis scilicibus, & rupibus inaccessis impreßa, fratrumque nostrorum pauperum (Minoritarum scilicet quibus addicitionum vidimus) collegia agnum Dei beatæ emanatione sequentium, inter quos anima mea spic.

CHRISTI
1227.

GREGORII IX. PAP.
I.

FRIDERICI II. IMP. 8.
ROBERTI IMP. 7.

spirituali saepius videbatur languore deficere, oculos mentis erigo, dum singultus & gemitus, & copiam lacrymarum ancillarum virginis gloriose, quibus cor meum medullitus revirebat, quodam cœlesti rore considero, quasi de gravi somno consurgens, gaudia consolationis internæ me perdidisse gemo, & lucris præsentibus dama na præterita non evito. (Non fuisse banc inueni verborum pompa ad factantiam supornatam ex Honorii III. testimonio vidimus, qui ipsum ob altissimum contemplationem diuinorum rerum cedrum Libani in literis ad Longobardos datis appellabat.) Positus igitur in patibulo crucis frementibus Judæorum turmis, & crucifixoribus

undique circumfusis, ad vos venire nequeo: sed fellis, & myrræ procul inebriatus anxior, & vos juxta Matrem Domini lamentantes, a longe videre compellor: quas filio meo fratri Pacifico commendatus in cruce relinquo, & inclinato capite spiritum patri, qui dedit illum, reddere concupisco. Rogate ut servi victimam dominus non contemnat. Rogate pro servo, pro patre, pro filio. Rogate pro servis Christi, & ancillis obnoxio, qui pro vobis, & aliis otibus quotidie totus immolar, & extensis in cruce manibus, quod reliquum est in manus Patris mei, & Domini animam recommodo. Dat. Anagniæ 11. idus august.

I. Celebrata a Greg. synodus.

Delapsi sumus ad Christi annum millesimum ducentesimum vigesimum octavum indictione prima, cum summus Pontifex animadverfa Friderici pertinacia, episcoporum concilio Romæ coacto, quo maturius in re tanti momenti deliberaret, adversus ipsum in cena Domini anathema fulminavit. Ut vero certius enarrandæ veritati insistamus, Gregorii acta in medium producenda censui. Tum prælatorum Lombardiae, Tuscæ, totius patrimonii, ac Apulæ & aliorum, qui pro suarum persecutione causarum ad curiam venerant, convocata ad concilium multitudine, post hujus profundi sermonis decursum: *Quis mibi tribuet auditorem, &c.* respondentibus singulis vota sua, qualiter contra dictum Imperatorem procederet, ordinavit. At quomodo summus Pontifex Fridericum anathematis sententia in cena Domini perculerit, docent ejus literæ ad Apulos præsules misæ, quibus inferuit quantam operam diligentiamque sedes Apostolica adhibuisset, ut Fridericum ad officium adduceret, atque impelleret, uti continentibus totius orbis Christiani votis, tandi expectitam orientisque afflictis rebus restituendis adeo pernecessaria expeditiōnem conflaret; utque ille juramento, quo se ad eam suscipiendam alligarat, violato, aliisque gravissimis flagitiis cumulatis, ex Ecclesiæ piissimis manibus, in suum caput excommunicationis fulmen extorserit, quarum exemplum (a) infra scriptum est.

(a) Greg. l. 1. ep. 180. Universis archiepiscopis, episcopis, &c. per Apuliam constitutis.

II. Eo argu- mento. Ap. lit. promul- gatae.

Quanto nobisius membrum in Ecclesiæ corpore lœditur, tanto acrioribus doloribus crucianur; qui Cephæ locum, licet insufficientibus meritis, obtinemus. Verum quia tectum vulnus, si dimittatur intactum, solet in scandalum corporis latius evagari, nos olim visto, quod Fredericus Romanorum Imperator salutem propriam negligebat, dum salubre votum, quod Deo uoverat additis juramentis, detrectabat exolvere, non sine detrimento fidei, & gratui scandalo totius populi Christiani, quia juxta sapientis edictum: *Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris;* medicinalem Petri gladium in eum exeruimus, in spiritu lenitatis, excommunicationis sententiam publicando, quam ipse in se voluntarius fecerat promulgari, nisi statuto termino transfretaret in Terræ sanctæ sub sidium, & alia promissa fideliter adimpleret: sperantes, ut percussus dolens ad patientem se in humilitate rediret, Dominum exercituum requirendo. Sed quod dolentes referimus, inclinato corde medici-

nam exborrens, & increpationem abominans discipline, immo malleum velut fitum illius pulam reputans, non solum nulla pœnitutem pervicaciam se correxit, verum etiam adiicias peccata peccatis, contra se Dominum audacter irritat, ultra quam recensere nos deceat, ne videamus in ejus convitiis delectari, qui conversionem ejus desiderabiliter expectamus. Inter alia namque claves Ecclesiæ contemnens, quibus Dominus B. Petro & successoribus ejus ligandi & solvendi contulit potestatem, sibi facit celebrari, vel potius quantum in ipso est, prophanari divina, in enormius animæ sue periculum, & enervationem totius ecclesiastice discipline. Unde timentes, ne plaga ejus fieret penitus desperabilis, si male permetteremus obduci neglecti vulneris cicatricem, & eo insensibile, quo inseparabile redderetur, maligma studiuimus apponere sanativum.

III. Utinam studium nostrum optatum habuisset effectum. Cum enim piæ recordationis Quo stu- dio ad honoriū Papa prædecessor noster, per horum pœnitentiæ memorie Tuscanum, & Sabinensem episcopos, & dilectum filium magistrum Roffilum, notarium nostrum, & Roffilum, clericum cameræ nostræ, & abbatem S. Martini Viterbiensem ordinis eundem Imperatorem diversis temporibus, super diversis articulis, in quibus Deum, & Ecclesiæ graviter offendebat, diligenter commonerii fecisset; nos adhuc humiliantes vim auctoritatis Ecclesiæ, ad præsentiam ejus dilectorum filios... tituli S. Sabini pœbiterum, & O... S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinales curavimus destinare, ut eum super præmissis & subsequentibus vice nostra salubriter commonearent. Qui licet de contingentibus nil ontiserint, nequaquam tamen eum potuerint ad pœnitentiam revocare. Utinam ad nequitiora nequaquam manus illicitas extendisset.

Quare ne videremur deferre homini contra Deum, ecce justitiam in judicium conver- Quas ob tentes, in proximo præterito festo cœnæ causas Dominicæ, in prædictum Imperatorem ex- censuris communicationis sententiam solemniter du- fixus. Ob non ut præmissum est, non transfretavit in servatum subsidium Terræ sanctæ, nec præmissum nu- transfremerum militum in expensis suis tenuit, vel tandi sa- transmisit, nec pecuniam quam promiserat cramen- tum. Violata destinavit; tum quia venerabilem fratrem promissum nostrum Tarentinum archiepiscopum ad se- quibus in populum suum non patitur visitare; tum, eo casu se etiam quia Templarios, Hospitalarios ho- rat. Tarentini- compositionem factam inter ipsum, & comi- num arch. tem Celanensem, & Raynaldum de Aver- sua fede ejclum. sa,

GREGORII IX. PAP.
ANNUS
1228.

FRIDERICI II. IMP. 9.
ROBERTI IMP. 8.

CHRISTIE
1228,

GREGORII IX. PAP.
2.

FRIDERICI II. IMP. 9.
ROBERTI IMP. 8.

Spoliatos bonis Templariorum. **F**ractas concordiae leges cum Raym. & Cel. com. initas, pro cuius observatione Rom. Ecclesia ad precum ejus instantiam fidejussit, servare contemnit; & quia comitem Rogerium crucifixatum sub Apostolicæ sedis protectione receptum, comitatu, & aliis terris indebite spoliavit, & filium ejus in captivitate detentum ad mandatum apostolicum saepius iteratum reddere denegavit.

IV. *Adjecimus quoque, ut loca quælibet, ad
